

IVLII
CAESARIS
SCALIGERI
VIRI CLA-
RISSIMI,

Poetices libri septem:

- I HISTORICVS,
- II HYLE,
- III IDEA,
- IIII PARASCEVE,
- V CRITICVS,
- VI HYPERCRITICVS,
- VII EPINOMIS,

Ad Syluium filium.

EDITIO SECVNDA.

n.

64 →



2734

Apud Petrum Santandreanum,

M. D. LXX XI.

232

FRANCISCI BERARDI.

ΚΑΛΑ ἑλληνικὴ περὶ βιβλία, νῆις ἀφ' ἧς
Νίκασθρος γὰρ φεν, κ' ἰσχυρὸν τρέφει·
Ἀπλανέας τ' ἐπιστὴν κ' ἀλίμονας ἀσέβει·
Καὶ φρ' Ἀρπτος ἐὼν ἐσθλὸς ἀστρολόγος.
Οὐχ οὕτω ταύτῃ ὅδε Κάστωρ Γούλιος, ἰδμῶν
Ποικίλ' τέχνης, ἐξεπὸνισε βιβλίον·
Πάντων μουσικῶν γὰρ ἐφέτατο κ' αὐτὸς αἰών·
Ἄνδρασι Πιερίδων ἐφέτατο κ' ἰσχυρῶν·
Οὐτε δίκην ἀλόγῃς ἀμβλῶν τὸν χαλκὸν ἀκάζει,
Ἡ τε τομῆς αἰδρῶν τὸ σὸμ' ἔπειθε ἔχει·
Κεραῖες γὰρ αἰδρῶν μάλα θεῖός ἐστιν αἰδρῶν.
Τεχνίτης δεπὸς κ' χαρῶν ἀπότολος.
● Αὐτὰρ Κεραῖινος τῶν τῶν τάξασσι μεγίστη
Καὶ χάρει, ἢ μερῶν παννυχίοις πεπνοῖς·
Δείδῃσι δὲ Κεραῖινος μόνος κηφῶνας ἀεργούς,
Ἀλλοτρίων σιμῶν κηφῶνας μεμωμένους.





I V L I I C A E S A R I S
S C A L I G E R I P R Æ -
F A T I O , I N L I B R O S P O E -
T I C E S , A D S Y L V I V M
F I L I V M .

R O S T Q V A M nostra cura,
Sylui, factum est, vt ad pri-
ma rudimenta literarum le-
ctissimis præceptionibus v-
terere: nunc reliquum est, vt
ad consequentia studia non vulgari via
perducaris, tantò maiore opera, quò hæc
sunt illis grauiora. Ac diligentia quidem
prior illa nostra, propter & nouitates &
difficultates, duorum ordinum (& quod
mirum esse debet) contrariorum passa est
obtrectationem. Nam tametsi id ægrè fe-
rebant omnes, penes quos ad eam vsque
diem literarum extitisset imperium, sese
in ordinẽ ita cogi, vt quæ sibi didicissent,
alios docuissent, sibi sic essent dediscenda;
vt alios dedocere possent: tamẽ vulgus il-
lud in duas factiones, id quod omnibus à
veritate declinãtibus ferè solet euenire,

EPISTOLA.

dissipatum est. Quidam enim sic arbitra-
 bantur: operistenuitatem nō decere eum
 qui ex Hippocrate penderet, cum Gale-
 no laudem, cum Platone lucem quæreret
 nominis sui: in Aristotelis fastu conque-
 siceret. Contrà alii vehementer accusare
 animi turbidam elationem: qui rudia ele-
 menta rei literarię miscuissent vestigatio-
 nibus solidę Philosophię. Id neque rei co-
 uenire, quæ propter humiles aditus suos
 auersa esset à tam profundis recessibus il-
 larū disquisitionum: neque vsui esse posse
 ætati illi tuę, quæ vix primam designabat
 adolescentiam. Quibusego ineptis, atque
 è triuio calumniis cum aliàs respondi e-
 pistola quadam, tum hîc ita dicta velim
 pauca hæc. Vre id eorum ignauiam at-
 que supinitatem, quum ex naturæ peni-
 tissimis thesauris erutæ sunt causæ linguę
 latinæ, quæ omnibus antea sæculis ignotę
 fuissent, non operam nostram, vel vt illi
 premebant, abiectam, vel vt hi ventila-
 bant, luxuriantem. Nam qui putarunt,
 nescio qua fatali leuitate sua, Varronem
 quoque illa molitum esse: sciant, ne-
 que illum, neque illius temporis vllum
 vel solos conatus ad talem operam præ-
 stare potuisse. Sed iis ommissis, ac po-
 tius,

tius, vt meriti sunt, sibiipsis relictis, posterioribus istis respondeamus. Cuius orationis articulo momenta quoque prioris responsionis comprehenduntur: scripsimus adolescenti egresso è prima literatura, atque in aditu tum oratoriarum tum dialecticarum constituto, scripsimus autem desumptis à Philosopho principiis pro confessis: quod in omni scientia fit inferiore. Philosophiarum verò sanctiones, quarum vniuersarum naturarum sunt administrarum huic aptauimus arti, quarum sine illius legibus atque præscriptionibus, ante nos quam parum fuerit vera ars, ex nostris disputationibus manifestum est. Et quæro de istis Palæmonibus, si definire audent, quo, cuius edicto, non audebimus nos mederi vomicis earum definitionum, quarum venenarunt animos adolescentum? Alexicaco Hercule fuit opus ad hos Antæos extinguendos: qui deiecti, vbi terram, cuius soboles sunt, retigerunt, non robur pro victoria, sed pertinaciam resumunt pro factione. Quamobrem nostris complexibus arctatus, atque interclusus spiritus dominos suos vt extingueret, mei solius nixibus effectum est. Viderint igitur illi quoque alii,

EPISTOLA.

quantum abest à philosopho exercere in Grammaticorum plebem dictaturam sine prouocatione : quantum à medico, non solum conseruare vitam, sed animam quoque dare mortuæ literaturæ. Quum igitur pro te omnia circumspicere mus, vt in omnibus, quantus est captus vtriusque nostrum, scientiis quamplurimum tibi fieret, nostristum auspiciis, tum exemplis, tum etiam præceptionibus: post cognitâ Latinæ linguæ causas consequens fuit, vt ad dialecticam atque oratoriam, te ipsum accingeres: ne absque nitida mundâque supellectile te ipsum in ferres in sacrosancta templa Iurisprudentiæ. quæ vt ad humani generis coniuentionem atque æquabilitatem instituta fuit: ita neuiquam sita est in nudis opinionibus, aut in pertinacia potius, numeroque, quam in pondere soliditatèque sententiarum. Profectò veræ philosophiæ diuina soboles absque orbe illo scientiarum abortiua est. At enim uerò haudquaquam eum decet, qui bonos anteire vult, malos corrigere, non sequi bonos vt imitetur: abstinere à malis, ne ipse egeat correctione. Cæterum hoc non solum fit haustis præceptis ex eius philosophiæ fontibus, cuius

cuius habenis ad beatitudinis cursum animi nostri temperantur : verum etiam tum historiarum, tum Poetarum lectione quam qui damnarunt, agresti atque aspero supercilio bruti homines, ne in hominum quidem censu reponendi sunt. Nam ut omittam omnium gentium consensum, regis Prophetæ cantiones, hymnum in ore Seruatoris nostri : satis patet cum ipsius naturæ primordiis cantum primùm extitisse. Id adeò ut etiam floribus assignent odas Pythagorei, quibus Solem celebrent, alias quibus Lunam cæteraque sidera: tantò magis laudes meditentur opificis primi sui. Videmus omnes aues plurimùm, multas totum annum exercere cantillando. Quod si aptis illis inter se atque mutuo responsu sonis equãtibus inæqualitatem suam vis addatur orationis: quid aliud est quàm imago quædam illarum proportionum, quæ solis notæ sunt sapientibus? Quippe quum ad commensum illorum corporum atque motuum, qui cœstur in cœlesti mole, cognoscimus additas ineffabiles æternarum illarum mentium consensiones: facile intelligimus tam diuinæ rei specimen esse poesim, quæ materias ipsas animet nu-

merosa concordia dissimilium momentorum, quæ in leuissimæ dictionis flexibus continentur. Ne tam diuinam facultatem, quæ incenditur atque perficitur a flatu numinum superiorum laudare potius instituas vulgaribus, ut alij fecerunt, argumentis hîc apud nos, quàm & in cœlis admirari tu, & aliis ostendere maiorem quacunque humana prædicatione. Quocirca ne hac quoque parte quicquam desiderares, quod te Deo quamsimillimum efficere posset, permagnum sanè ac perdifficile opus aggressi sumus: in quo tamen si videbamus habere vel socios qui laborem leuarent, vel duces qui obiurgare possent, frustra nobis tentatum quod ipsi perfecissent, tamen ad excitandum nos verius, quàm ad iuandum dixerim mihi fato cõparatos. Nam & Horatius Artem quum inscripsit, adeò sine vlla docet arte, ut Satyræ propius totum opus illud esse videatur. Aristotelis Commentarij mutili sunt, nequid liberius excidat nobis. Vida, prudens ille quidem multa bene monet, quibus cautior Poeta fiat, verùm factum iam instruit ut perficiat. Nos per viam rectam ad omnia diuerticula sub ipsum vsque duxi-

duximus finem. Ut qui rerum naturam solam in scenam primus adduxerit, non sinistris auspiciis fortasse, cæterum inchoatam modò rem tentarit. Qui verò aut eam nostræ huic diligentiaë, aut illi hanc adiunxerit, non dubitamus quin & multa sibi licere nolit, & repudiet quædam antea recepta, & admittat quæ non animaduernerat: denique caueat à multis: in aliquibus deponat metum: spem damnet: mutet omnino consilia. Ordinem verò quem instituimus, ne hîc in mora sim, per te ipsum deprehendes. At eum neglexit Aristoteles, Horatius vitiauit, accuratius Vida, sed ut optimus poeta in theatro, claudus magister in schola. Reliquum est ut & iam in hisce te ipsum exerceas: & fratribus (ubi feret ætas) exemplo sis, quemadmodum nos fuimus tibi. Non enim sunt audiendi, qui hisce studiis clamant absumi tempus importunè, quod seuerioribus ac primariis scièntiis impendendum est. His enim si adhibeas modum, tantum abest ut fatigent animû, ut etiam alacriorè te reddant ad exquisitiores contèplationes. Et memineris istas bonæ famæ hircines ideo vociferari, ut ne quod eis deest adsit nobis. At enim uerò

EPISTOLA.

nobis tam non abest quod eis adest, quàm adest quod non adest illis. Quare porrò danda est opera nobis, vt dum illi ad aliam ætatem transmittunt, aut inhiant auro, aut captant magistratus, aut mensarum asseclæ de bellorum summa disputant inter patinas: nos neque illorum voluptates contempsisse, neque ambitiones carpsisse, sed studiorum nostrorum nobilitatem, animorum magnitudinem simul, & simplicitatem, perstringi noluisse videamur.





EORVM QVÆ SINGV-
LIS LIBRIS PER CAPITA

TRACTANTVR,

INDEX.

PRIMI LIBRI,

*qui & Historicus
inscribitur,*

Capita LVII.

I	Orationis necessitas, ortus, vsus, finis, cultus,
II	Poetæ nomen, poeseos origo, causæ, Efficiens, Forma, Materia,
III	Poëmatum per modos diuisio.
IIII	Pastoralia.
V	Comœdia & Tragœdia.
VI	Tragœdia.
VII	Comœdiæ species.
VIII	Tragœdiarum species.
IX	Comœdiæ & Tragœdiæ partes.
X	Mimus.
XI	Tragœdiæ partes. de Choro iterum.
XII	Satyra.
XIII	Comicæ personæ.
XIIII	Personæ certæ.
XV	Mimicæ personæ.
XVI	Tragicæ personæ.
XVII	Satyricæ personæ.
XXIII	Saltatio.
XIX	Modi & Tibiæ.
XX	Tibiæ.
XXI	Theatrum.
XXII	Ludi.

C A P I T A.

XXIII	Ludi Græci. Pythia.
XXIII	Olympia.
XXV	Nemea.
XXVI	Isthmia.
XXVII	Ludi alii minus nobiles.
XXVIII	Ludi Romani.
XXIX	Megalenses.
XXX	Apollinares, liberales, Scenici.
XXXI	Circenses.
XXXII	Cereales.
XXXIII	Taurii.
XXXIII	Capitolini.
XXXV	Funebres.
XXXVI	Votui.
XXXVII	Scenici Plebei.
XXXVIII	Sæculares.
XXXIX	Iuuenales.
XL	Satyra Latina.
XLI	Rhapsodia. Epos.
XLII	Parodia.
XLIII	Centones.
XLIII	Lyrice.
XLV	Hymni.
XLVI	Dithyrambi.
XLVII	Σαυδρε, & Hyporchemata.
XLVIII	Lycorum harmoniæ & instrumenta.
XLIX	Chori.
L	Threni & Hymenæi, & Elegiæ, & alia.
LI	Poemata Ionica,
LII	Hilarodi.
LIII	Diræ.
LIII	Palinodia, Εἰκομασικα, Ψαλτικα, Iambi,
	Silli.
LV	Cantiones.
LVI	Manipulus Poematum.
LVII	Æni, Griphi, Ænigmata, Apologi.

S E C V N D I L I B R I, Q V I

& Hyle inscribitur,

Capita XLII.

CAPITA.

I	M ateria poeseos.
II	De pede, metro, rhythmo.
III	Pedum genera.
IIII	An alii sint pedes.
V	Versus.
VI	Versuum genera.
VII	Generum enumeratio. Pyrrhichici.
VIII	Iambici.
IX	Iambici Scazontes.
X	Trochaica.
XI	Spondaica, Molossica, Dactylica.
XII	Anapaestica.
XIII	Choriambica, & Pæonica.
XIIII	Ionica à maiori.
XV	Ionica à minori.
XVI	Composita Æolica.
XVII	Asiatica, Dactylia, & Anapaestica.
XVIII	Composita Choriambica.
XIX	Antipaestica.
XX	Ionica à maiori.
XXI	Ionica à minori mista.
XXII	Pænici misti.
XXIII	Epichoriambicum, & Epionicum, & alia.
XXIIII	Alia.
XXV	Composita per cohortes.
XXVI	Præceptorum quorundam recognitio.
XXVII	Affectus versuum communes.
XXVIII	Affectus à quantitate.
XXIX	Affectus à qualitate.
XXX	Affectus à dispositione.
XXXI	Vitia à quantitate.
XXXII	Qualitatis vitia.
XXXIII	Leges communes.
XXXIIII	Affectus proprii Iambici.
XXXV	Trochaici.
XXXVI	Anapaestici.
XXXVII	Dactylici.
XXXVIII	Hendecasyllabi.
XXXIX	Ionica à maiori.
XLI	Elegi.
XLII	Galliambi.

CAPITA,

XLII

Alii affectus.

TERTII LIBRI, QVI

& Idea inscribitur,

Capita CXXVII.

I	Rerum diuisio.
II	Expressio personarum cum exemplis.
III	Quasi personæ.
IIII	Rerum diuisio.
V	Locus.
VI	Tempus.
VII	Instrumentum.
VIII	Causæ.
IX	Modus.
XI	Euentus.
XII	Quemadmodum omnia exactius contem- plentur.
XIII	Personæ aliæ.
XIIII	A sexu.
XV	Ætas.
XVI	Officia.
XVII	Natio siue gens.
XVIII	Facta.
XIX	OEconomia.
XX	Mores.
XXI	Casus.
XXII	Fortuna.
XXIII	Bona corporis, & habitus.
XXIIII	Oratio.
XXV	De quatuor virtutibus poetæ.
XXVI	Prudentia.
XXVII	Efficacia.
XXVIII	Varietas
XXIX	Figura.
XXX	Figuræ definitio, & quæ quibus artibus ge- nera vsui sint.
XXXI	Figurarum minora genera.
XXXII	Species.

C A P I T A,

XXXIII	Significatio, Æqualis tractatio.
XXXIII	Demonstratio, Descriptio, Effictio.
XXXV	Sermocinatio.
XXXVI	Attemperatio.
XXXVII	Moderatio & Correctio.
XXXVIII	Afferuatio.
XXXIX	Conditio.
XI	Exclamatio, Acclamatio, Iudicatio, Elo- gium,
XLI	Repetitio.
XLII	Frequentatio
XLIII	Aceruatio.
XLIII	Celeritas.
XLV	Euasio.
XLVI	Commoratio, Amplificatio, Exaggeratio, Accumulatio.
XLVII	Coniunctio.
XLVIII	Anticipatione, Proposita.
XLIX	Anticipatio.
I	Affimilatio, Exemplum, Imago, Transla- tio, Collatio, Comparatio.
II	Restitutio, Concessio, Comparatio re- petita.
III	Substitutio,
IIII	Allegoria, Parabola.
IIIII	Præscriptio, Interpretatio.
IV	Definitio, Etymologia.
IVI	Agnominatio, Paronomasia, Allusio.
LVII	Concessio, Epitrope.
LVIII	Confessio.
LIIX	Antitheron.
LX	Affeueratio.
LXI	Excitatio, Admonitio, Detrectatio, Ex- clusio.
LXII	Percussio
LXIII	Propmissio.
LXIII	Diallage, Instantia.
LXV	Metastasis, Translatio, Transmutatio.
LXVI	Necessitas.
LXVII	Dicaologia, Rationabilitas.
LXVIII	Reiectio, Detrectatio, Communicatio.

CAPIT A.

LXIX	Execratio, Detestatio.
LXX	Digestio, Dissipatio.
LXXI	Epichirema, Enthymema, Exemplum, Inductio
LXXII	Proecthesis, Præexpositio,
LXXIII	Adnarratio.
LXXIIII	Alterum genus figurarum, quæ plus dicunt quàm in re sit. Hyperbole.
LXXV	Excursio, Egressio, Ecclasis.
LXXVI	Metabasis, Transitio, Traiectio.
LXXVII	Tertium genus figurarum, quæ minus dicunt quàm pro re, Eclipsis.
LXXVIII	Periphrasis. Circumlocutio.
LXXIX	Emphasis.
LXXX	Innuitio.
LXXXI	Exteruatio.
LXXXII	Auersio, Castigatio.
LXXXIII	Prohibitio, Arecorensis.
LXXXIIII	Quartum figurarum genus, quæ minus dicunt quàm res sit. Allegoria.
LXXXV	Vltimum figurarum genus, quæ contrarium dicunt rei, Ironia.
LXXXVI	Irrisio, Sarcasmi species.
LXXXVII	Vexatio.
LXXXVIII	Apologia.
LXXXIX	Apophasis.
XC	Antiphrasis, Antiphasis.
XC I	Interpellatio, Reminiscencia, Memoratio, Admonitio.
XCII	Erroris inductio.
XCCIII	Quæ non sunt figuræ. Ad hilaritatem impulsio. Conciliatio.
XCIIII	Purgatio, Sententia.
XC V	Epilogus.
XC VI	Præcepta in vnoquoque genere poematum. Heroica.
XC VII	Tragœdia, Comœdia, Mimus.
XC VIII	Satyra.
XC IX	Pastoralia.
C	Sylux.
CI	Epithalamium.

C A P I T A.

CII	Oaristys, Genethliacum.
CIII	Προστυκτικόν, Απεικτικόν, Soteria.
CIIII	Propempticon, Apopempticon, Ηοδωρο- ricon.
CV	Συμβουλευτικόν, Προτρεπτικόν, Παραρηπτικόν, Νου- θητικόν, Παραμυθητικόν.
CVI	Epibaterion.
CVII	Aprobaterion.
CVIII	Πεδυτήρια.
CIX	Panegyricon.
CX	Laus, Laudatio.
CXI	Quæ quisque laudare possit.
CXII	Hymni.
CXIII	Euocatorii, siue Inuocatorii,
CXIIII	Αποπηκτικοί.
CXV	Φυσικοί, Μυθικοί, Γενεαλογικοί, Ποπλασμένοι.
CXVI	Heroici, Pzanes, Scolia.
CXVII	Dithyrambi.
CXVIII	Laudationes,
CXIX	Parsona.
CXX	Locus.
CXXI	Vrbs.
CXXII	Epitaphium, Epicedium, Monodia, Inferiz, Parentalia, Threni, Neniz.
CXXIII	Consolatio.
CXXIIII	Lyrca.
CXXV	Elegia.
CXXVI	Epigrammata.
CXXVII	Inscriptio.

QVARTI LIBRI, QVI

& Parasceue,

Capita XLIX.

I	C Haracter.
II	Grandiloquus.
III	Affectus communes. Perspicuitas.
IIII	Cultus.
V	Proprietas.
VI	Venustas.

CAPIT A.

VII	Numerofitas.
VIII	Plenitudo.
IX	Floridum.
X	Molle.
XI	Suauitas.
XII	Incitatio.
XIII	Puritas.
XIIII	Acumen.
XV	Acre.
XVI	Proprij Affectus grauis Dignitas.
XVII	Sonus.
XVIII	Grauitas, Vehementia.
XIX	Genus infimum.
XX	Tenuitas, Simplicitas, Securitas.
XXI	Æquabile dicendi genus.
XXII	Rotunditas, Volubilitas.
XXIII	Gradus in Characteribus.
XXIIII	Vitiosæ formæ, Siccum, Pingue, Trepidum.
XXV	Figuræ, Periodus, Cola, Comma.
XXVI	Figura, Figuræ.
XXVII	Quæ ex Subticitia. Ε΄νεψις.
XXVIII	Ασιώδρον.
XXIX	Quæ ex positione eiusdem vocis Αναδίπλωσις, Ε΄πανάληψις, Ε΄παναφορὰ, Παλιλογία, Ταυτότης.
XXX	Αναφορὰ, Ε΄πώροδος, Ε΄παναγραφὴ, Αντιγραφὴ, Συμπλοκὴ.
XXXI	Κλίμαξ.
XXXII	Quæ ex positione significati. Synonymia, Ποικιλία.
XXXIII	Quæ ex positione similibus: Allusio, Inuerfio, Παρονομασία.
XXXIIII	Quæ ex diuerfis: Πλεονασμός, Πεσοδιασίτησις, Ε΄μφρασις.
XXXV	Περίφορασις, Μετανομία.
XXXVI	Αλλοίωσις, Αλλαγή, Μεταβολή, Τ΄ποβολή.
XXXVII	Quæ ex contrariorum positione: Αντίθεσις, Αντιμετάθεσις, Αντιμεταβολή, Ξύψχησις, Πλοκή, Αντεναρπίωσις.
XXXVIII	Quæ secundum situm: Τ΄πέριστατον, Παρμεβολή, Παρένθεσις, Σωμαίτησις, Ζεύγμα, Χιασμός.

Quæ

CAPITA.

XXXIX	Quæ ex quantitate, Πάρεσσιν.
XL	Συνάφαισι, Τμήσει.
XLI	Quæ ex qualitate, Ομόπλοισιν, Ομοπέλειον.
XLII	Interrogatio, Percontatio.
XLIII	Figurarum vsus.
XLIII	Numerus.
XLV	Ex dictionum quantitate.
XLVI	Pleni & Vacui obseruationes.
XLVII	Ex dictionum qualitate.
XLVIII	Ex dispositione.
XLIX	Ex pedum constitutione ex iuncturis verborum & eorum quantitatibus.

QVINTI LIBRI, QVI

Criticus inscribitur,

Capita XVII.

I	D E Imitatione & Iudicio.
II	Græcorum cum Latinis collatio.
III	Homeri & Virgilii locorum collatio: quæ ad LIX. columnas extenditur.
III	Comparatio locorum Virgilii & aliorum Græcorum quàm Homeri.
V	Comparatur cum Theocrito Virgilius.
VI	Virgilii loca ex Apollonio.
VII	Horatii & Græcorum comparatio.
VIII	Ouidii cum Græcis comparatio.
IX	Oppiani cum aliis comparatio.
X	Latini cum Latinis comparantur.
XI	Pestilentia
XII	Tempestas.
XIII	Diræ.
XIII	C OMPARATIONES: Leonis, Lezæ, Vrsæ, Tauri, Apri, Lupi, Equi, Serpentis, Aquilæ ac Serpentis, Phœnicis, Delphini, Feræ in cauea, Gruum, Apum, Martis, Cereris, Dianæ, Amazonum, Enceladi, Pestilentiæ, Frondium casus, Cometæ, Tempestatis, Maris, Ventorum, Niuis, Fluuiorum, Saxi auulsi, Pilæ saxæ, Quercus.
XV	Lucani cum Nicandro.

C A P I T A.

- XVI Comparationes caterorum locorum varieg:
quæ ad viginti sex columnas'extéduntur.
XVII Conferuntur principia & fines.

S E X T I L I B R I, Q V I

Hypercriticus inscribitur,

Capita VII.

I

I

II

III

III

Iudicium de Ætatibus Poeseos Latinæ.

Iudicium de Poetis.

Plautus, & Terentius.

R E C E N T I O R E S, Marullus, Vegius, Bi-
gus, Augurellus, Angerianus, Fiera, My-
cillus, Quintianus, Mantuanus, Damp-
etrus, Accius, Rogerius, Vulteius, Cor-
dus, Moloffus, Amaseus, Alexander,
Gaidanus, Mombritius, Rhodophilus,
Doletus, Verinus, Egnatius, Strozzi, Mu-
tius, Palingenius, Pierius, Cotta, Aonius,
Beatianus, Naugerius, Collatius, Alciatus,
Castilioneus, Faustus, Bonincontrus-
Lancinus, Erasmus, Altilius, Melanch-
thon, Germani, Cerratus, Bembus, Po-
litianus, Vida, Pontanus, Sannazarus,
Fracastorius.

V

Q U A R T A A E T A S: Macer, Serenus, Si-
donius, Calphurnius, Nemesianus, Boe-
tius, Aufonius, Paulinus, Claudianus.

VI

T E R T I A A E T A S: Martialis, Valerius
Flaccus, Statius, Iuuenalis, Perfius, Sene-
ca, Silius, Sulpitia, Lucanus.

VII

S E C U N D A A E T A S: Gratius, Cornelius
Gallus, Quintilius Varus, Sabinus, Pro-
pertius, Ovidius, Tibullus, Catullus, Ho-
ratus.

De quibus omnibus iudicium vsque infi-
nem eius libri extenditur.

S E P T I M I L I B R I, Q V I

Epinomis inscribitur,

Prime partis Capita VIII.

CAPITA.

- | | | |
|------|----------|--|
| I | R | Atio recensioum. |
| II | R | Rerum diuisio. |
| III | | Vtrum Poeta doceat mores, an actioes. |
| IIII | | De partibus Tragœdiæ, & speciebus. |
| V | | An figurę dictionis ad Histrioem pertineat |
| VI | | De Dictione. |
| VII | | De Choro veteris Comœdiæ. |
| VIII | | De Poeticis diuisione. |

SECUNDE PARTIS

Capita III.

- | | | |
|-----|----------|---|
| I | D | De negligentia aut inscitia professorum.
De Temporibus in pronunciando.
De pedibus Scenæ conuenientibus.
Versuum quorundam dimensio ac restitutio. |
| II | Q | Quæ particulatim sint animaduersa. |
| III | Q | Quæ ex Bembi codice Terentiano. |

Habes, Lector, veluti in Tabella ob oculos positam eorum summam quæ hisce Poeticis libris latius tractantur. Locos autem insigniores authorum tam Græcorum quàm Latinorum qui hîc passim aut explicantur aut emendantur si quis enumerare velit, magnum eorum Indicem conficiet. Tu verò eo Indice pro omnibus frueri, qui ad calcem huius operis reiectus est.

A. S. D.

*Musarum soboles alij: non segnius ipse
Scaliger, & mulò fortè priore pri or.
At posthac erit (ecce novos creat ille
Poetas)
Musarum soboles qui fuit antè, pater.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

ΤΗΝ ΑΝΑΚΑΜΠΤΟΥΣΑΝ ΓΕΝΕ-
ΣΙΝ ΣΟΦΟΣ ΕΞΑΓΟΡΕΥΕΙ
ΟΥΤ' ΑΡΧΗΣ ΑΡΧΗΝ ΣΥΝ-
ΤΕΛΕΕΙΝ ΤΟ ΤΕΛΟΣ.
ΣΚΑΛΑΝΟΣ Δ' ΟΤΙ ΜΟΥΣΟΓΕ-
ΝΗΣ, ΚΑΙ ΜΟΥΣΟΔΙΔΑΚΤΟΣ,
ΗΔ' ΕΓΕΝΑ ΜΟΥΣΑΣ, ΗΔ' Ε-
ΔΙΔΑΣΚΕ ΠΑΛΙΝ.

ST E-

STEPHANI BOETII RE-
GII BURDIGALAE SENATO-
ris, de Iulio Cæsare Scaligero
carmen, ad Vidum Bras-
facum Præsidentem.

O, *VIDE*, versu si queam superstitie
Fugacis cui prorogare limites,
Facti sue laudem demereri posteram,
Hæc una, Vide, cura iam restat mihi:
Omnia parato ferre, dum vita breui
Memores nepotes aliquid addant gloria.
Quis nanque certos mortis implacabilis
Tardare speret ictus? quando pharmacis
Fugitare morte primus AEsculapius
Vetat peremptus: nunc & alter Iulius
Extinctus alget, atque acerbo funere
Victor fatetur artis impotentiam.
Non hunc sefellit vlla vis recondita
Salubris herba, saltibus seu quam auis
Celat niuosus Caucasus, seu quam procul
Riphaea duro contegit rupes gelu.
Hic iamque spectantes ad Orcum non semel
Animas repressit victor, & membris suis.
Herere succis compulit felicibus,
Nigrique auaras Ditis elusit manus.
Quid tandem? & ipse non minus videt modo
Visenda cunctis stagna liuida stygis:

Vnumque restat, viuidum nomen viri,
Immune lethi non Charonta sentiet,
Latrantis ora nec timebit Cerberi.
Hoc ille doctis prouidus mandauerat
Seruare chartis, quas in hos, fati memor,
Pararat vsus: spes nec hunc fallat sua.
Nam longa gratis Casarem nepotibus
Sacrabit atas: Casarem teret legens
Mirator orbis: lector & dicet frequens,
Hoc incola felix Agennum claruit,
Verona ciue. At interim nos Brassace,
Quos Casaris pertentat amissi dolor,
Extrema tristes exequemur munera.
Te, Vide, satis deditum decet magis
Curare longi funeris solennia:
Me in veste pulla, frigidum iuuat pio
Rigare fletu Casarem: non illum ego
Lugere viuus desinam, forsitan meis
Et ipse mox luctum relicturus parem.
AEuum omne flendo ducitur mortalibus:
Miserique luctu continenter mutuo
Lugemus, aut lugemur omnes in vicem.



IVLII CAESARIS

SCALIGERI POETI-

CES LIBER PRIMVS,

QVI ET

HISTORICVS.

CAPVT I.

Orationis necessitas, ortus, vsus, finis, cultus.



ES OMNES nostræ aut necessarij, aut utilis, aut delectabilis genere comprehenduntur. Horum omnium natura quadam vel à principio constituta, vel procedente postea tempore vis orationis affecta est. neque enim potuit Homo, cuius perfectio penderet è disciplinis, eo carere instrumento, quod ipsum deberet efficere participem sapientiæ. Est sanè portitor animi quasi quidam sermo noster, cuius communicationi ciuiles conuentus indicuntur, artes coluntur, sapientiæ necessitudines homini cum hominibus intercedunt. Necesse enim est ea petere ab aliis, quibus nos egeremus: iubere infecta fieri: prohibere, proponere, disponere, statuere, abolere. Hæc prima sermonis natura fuit. Mox amplificatus vsus atque commoditas, additis rudi atque inchoato corpori veluti dimensionibus, præscriptionibus, atque delineamentis: vnde dicendi certa lex orta est. Postremò ornatus tanquàm mundus, ac vestitus quispiam est adiuuentus: quo iam & formata & animata splenderet materia. Ut quemadmodum indefinito corpori apponit metiendi scientia latera, & angulos, & directiones: concentus verò magistri etiam modulos adiungunt, quos Græci *μετρηται* nominât:

ita sermoni incondito primùm lex eas addidit, quas Regulas appellant, qui de ipsis scripsere: Mox etiam flexus, depressiones, elationes, recessus, umbras, lucem, melior atque elaboratior attribuit cura. Huius ergo naturæ cultus, aut quasi arma, texit militem pro necessitate: aut tanquam toga Senatorem pro utilitate: aut ad voluptatem perinde atque amictus elegantior nitidiorē ciuem. Quare fines quoque haud dissimiles sui habuit, quippe ob veritatem indagandam inter philosophos expressit necessitas orationem: propter utilitatem verò civili prudentia exulta est: ad theatra autem eam traxit delectatio. Atque illam quidem sapientum, circumscriptam argumentorum contracto ambitu, breuem esse decuit, ac naturæ ipsius, quam explicat, parem. In foro autem, atque inter milites esse licuit fusiore, pro re, loco, tempore, personis: cuius ars Oratoria dicta fuit. Tertius modus generæ duo haud multò diuersa continet, quæ communem materiam habent res communi forma enarrationis, idque multo cum ornatu. Differunt autem, quòd alterius fides certa verum & profitetur & prodit, simpliciore filo textetur orationem: altera aut addit ficta veris, aut fictis vera imitatur, maiore sanè apparatu. At enim uerò utraque ut diximus, cum officio narrandi æquè fungeretur: factum est tamen ut illi soli nomē Historiæ fuerit attributum: quippe cui satis esset solus ille tractus dictionis ad explicandū quæ gesta essent. Hanc autem Poësim appellarunt, propterea quòd non solùm redderet uocibus res ipsas quæ essent, uerum etiam quæ non essent, quasi essent, & quo modo esse uel possent uel deberēt, repræsenteret. Quamobrem repræsenteret. Quamobrem tota in imitatione sita fuit. Hic enim finis est medius ad illum ultimum, qui est docendi cum delectatione. Nanque Poëta etiam docet, non solùm delectat, ut quidam arbitrabantur. Quippe omni commune hoc est orationi, ut audientem scire faciat uel rem, uel animum loquentis. Ac primùm quidem quòd in cantu esset, oblectandi causa tantum uidebatur institutum: suberat tamen illis modulis id, cuius gratia condimentum illud apparabatur. Postremò sapientiæ quoque accessio facta est ad rudem illam priscamque inuentionem. Adhæc ubi narrat Imperatorum consilia tum aperta, tum uasra, quæ Græci *πραγματιστα* dominant:

nominant: præterea tempeſtates, bella, fugas, artes varias,
 æque omnia ad eundem finem: iccirco imitatur, vt doceat.
 Quemadmodum rectè ſtatuit Euripides apud Ariſto-
 phanem in Ranis: interrogatus enim, Quanam potiffi-
 mum virtus excitare queat nos ad cuiuſpiam Poetæ ad-
 mirationem: Si non ſine dexteritate, inquit, clues com-
 monefacere ſciat, vt fiant meliores. Itaque minus bene
 Plato negabat in Ione, Rhaſodum non poſſe rectè de re
 militari, aut nauicularia diſſerere: propterea quod artes
 hæ ſunt ab eo ſeparatæ. Nihilo enim peius de his ille di-
 ſputabit, quam de iisdem conſcripſerit poeta. Nam ſi, vt
 ibidem optimè ſcribit, rerum eſt Poeta imitator, Rha-
 ſodus autem actor imitationis: qua ratione ille effinxe-
 rit, eodem modo hic poterit exprimere. An verò omni-
 bus his, Philoſophicæ, Ciuili, Theatrali, vnus demum fi-
 nis propoſitus ſit? ita ſanè eſt. vnus enim idemque om-
 nium finis, perſuaſio. quippe, ſicuti dicebamus, docet om-
 nis oratio, vel rem, vel animum dicentis. Doctrinæ autem
 finis, ſcientia. Scientia verò non vno modo. Aut enim ve-
 rè, ac ſimpliciter ſcientia eſt & Habitus animi ex conclu-
 ſione per neceſſaria: aut laxa notionè: veluti cum dici-
 mus, Scio Eliſam Æneæ abitu ſibi mortem conſciuiſſe. Id
 tamen falſum eſt: tamen pro verò acceptum eam ad-
 mittit vulgò ſignificationem. Eſt autem perſuaſio, animi
 coniunctio cum oratione. Forma perſuaſionis, veritas: ſi-
 ue certa, ſiue ambigua. Finis, opus vel intellectioſis, vel a-
 ctioſis. Veritas autem, orationis æquatio cum re. Ne ſa-
 nè quod iactatum eſt, admittendum cenſeas, oratoris finè
 eſſe, bene dicere, non, perſuadere. Non enim grammati-
 corum argumenta ſana ſunt. Certè ſi non perſuadet: ne-
 quaquam ſit id artis vitio: ſed aut euenſu, qui proſectò
 extra oratorem eſt: quare non deſinit eſſe orator: aut
 propter eius culpam, quæ duplex eſſe poteſt: vel in ora-
 tione, vel in cauſa quam fouet malam. Itaque aut non e-
 rit orator, id eſt vir non bonus. Bene dicere autem nullo
 modo poteſt eſſe finis. Nempe eſt instrumentum, aut in-
 ſtrumenti modus. Finis autem non eſt, quod alterius cau-
 ſa ſit: ſed cuius gratia omnia ſunt. Bene dicit autem, vt
 perſuadeat. Ad hæc non tuo ſed iudicis arbitratu bene di-
 cendum eſt: cui ſi non videare bene dicere: non ſolùm
 nequicquam, ſed etiam nequaquam bene dixerit. Igitur

sine tuo frustratus abeas, etiam si fueris consequutus. Pra-
 terea non potest, & reus, & actor eque bene dicere: neces-
 se enim est, ut alteruter vel eadat causa, vel cecidisse meri-
 tus sit: ergo non erit orator ille tuus, quem tu in bene di-
 cendo constituisti. Postremo in eo commentario, qui
 eiusdem *inuenitur* titulo ascribitur Galeno, & in eo qui Galent
 esse minimè dubitatur, de ratione artis Medicinæ, quam
 rationem ipse vocat *δύναμιν*: duo esse artium genera col-
 liguntur: quæ si Quintilianus legisset apud Platonem, à
 quo sumplerat Galenus, mutasset sententiam de fine O-
 ratoris. Duo sunt igitur: vnum quod per seipsum conse-
 qui possit finem suum: cuiusmodi est Fabrica, Sutrina, at-
 que alia tales: Alterum quod non semper sine suo portan-
 tur: qualis est, Oratoris, Medicina, Nauigatoria. Quas
 artes appellant illi *εὐχαιστικά*: quasi coniectura non certa
 ratione, quemadmodum dicitur in Philebo, compleantur.
 Quanquam equidem aliter censeo. Medicina enim
 curabiles morbos semper curat: medicus non semper.
 quia multis eum impedimentis præueniri cõtingat. Qua-
 re non tunc agit quã medicus est. Non enim incurabilem
 aggrediatur ægritudinem: ne sit negligens, ne æmens, ne
 atarus, ne præceps. Errores quoque euenire cõsueuerunt
 ægrotis ab ægrotis ipsis, à famulis, ab euentu: veluti aere,
 sole, rore, ira, morore, metu, aliis. Hunc ad modum ea
 sunt, quæ Hippocrates atque alij medici vocant *τὸ κεν-
 ον*: Nam profectò ne ipsa natura quidem verus artifex
 videretur: quippe suo impedita sine nonnumquam aber-
 rat: veluti cum aut monstrum componit: aut defecta edit
 corpora. Orator igitur in foro agit, ut bono bene, malo
 male sit: in concione & conciliis, ut rite respublica guber-
 netur: in laudationibus, ut bonorum imitatione à vitiis
 abstineamus: quod deinde honesti genere apponitur, se-
 stemur, atque agamus. Ad quam classem reducuntur in-
 uectiua quædam. Tameñ alia ab iudicialibus pendent,
 cuiusmodi ea, quæ dicuntur aduersus testes: alia à delibe-
 ratoriis, quales in Antonium, & Catilinam, & quæ inscri-
 buntur de prouinciis consularibus. Omnium enim finis
 idem. Qui verò dixere in iudiciis finem esse iustitiam, in
 deliberationibus utilitatem, in laudationibus honestatẽ,
 rectè reprehenduntur à Quintiliano. Reprehensionis au-
 tem modus etiam acutius perscrutandus. Hi igitur cum
 minus

mibus bene, cum contra seipfos sentiunt. Vnunt enim a-
 libi faciunt vtile cum honesto. Præterea vtile finis est om-
 nium virtutum: quare etiam iustitia. Sic iustitia cum sit
 virtus distribuens quantum cuique aut suum, aut satis: ie-
 circo etiam in deliberationibus iustitia pro fine habebit
 tur. Nam belli quoque ipsius finis iustitia est. Quæ igitur
 in bello (plurima vero ea sunt) deliberantur, ea omnia
 propter iustitiam fiunt. Postremo si finis hominis virtus
 est: honestas autem aut affectio, aut forma virtutis: cuius-
 que humani officii, actionis, cogitationis erit honestas fir-
 nis. Consultius etiam quam fecerit. Quintilianus, parti-
 tionis huiusce causæ contemplandæ erit. Ille enim ut hæc
 tria deducat genera, diuidit ad hunc modum. Quæ aguntur,
 aut sunt in iudicio, aut extra. Quæ causæ sunt extra iudic-
 cium, eæ aut præterita complectuntur, aut futura: illa ad
 laudationem, futura pertinere ad deliberationem. At er-
 nim uero quis non videt, etiam in iudiciis tractari præte-
 rita? Quare non potuit hæc differentia iudicialis consti-
 tuere speciem ab iudiciali separatam. Potius conuertit
 semel orationem. Res aut in præteritis est, aut in futuro.
 Hæc sola pars præscribit deliberationem illa scabitur
 iudicialis, & demonstratiua. Quamquam acuto ho-
 mini ac primo alumno Philosophiæ, videantur iudicialis
 partes, deliberatiua & demonstratiua. nunquam enim
 agitur aut defenditur reus sine laudatione ac vitæperatio-
 ne vel personæ, vel rei, vel facti, vel dicti, vel consilij: quem-
 admodum ne sine deliberatione quidem. Deliberatur et-
 nim de supplicio rei, aut absolutione. Quamobrem neu-
 tiquam esse poterunt species, aut genera causarum: propter
 ea quod nulla species alterius alterius speciei pars esse
 quit. Postremo haud rectè deliberatiui generis orationes
 suasoria à quibusdam sunt appellatæ: est enim finis om-
 nium suasio. quid enim aliud oratio, quam fidem facere
 hoc autem est suadere. Nihilò melius dicitur vox à
 Quintiliano accepta pro ostentatione: quin fortasse hoc
 vocabulo carent Græci ad ostentationem significandam.
 Sanè ab ea tantum abest, ut apud Philosophos pro sim-
 plicissima atque exactissima ostensione receptum sit. A-
 nimi etiam gratia id apponendum est: in deliberationi-
 bus & iudiciis oratorem pendere ab auditore. Fit enim
 auditoris arbitratu id, cuius gratia est oratio instituta. In

Snafio.

genere demonstratio contrarius huic euentus est. siquidem pendet auditoris animus à dicente: est enim quasi iudex qui laudat, non autē sub iudice. Atque hæc quidem præter vulgatā Rhetorū sententiā, ex proposita questione, dicta sunt necessariō. quemadmodū à nobis alia multa logè accuratius, veluti si dicamus, Translatiōis statum ad Coniecturalē referri posse. In vtroq. enim quum de factō constat, de ficti auctore disputatur. Cōmune autem inter se id habent omnia genera orationum. Disceptat orator in foro, de vitæ, vitiiis, virtutibus: atque ea examinat in statu qualitatis: & in eo, quo queritur, Quid sit. Item in conciliis quid sit eligendum. Quæ omnia eodem animo tractat Philosophus & Poeta: vterque vel ex sua vel alterius persona: quemadmodū Socrates introducit vel Diotimā vel Aspasiā: & ipsū Socratem Plato, sic etiam orator interponit prosopopœias. Laudat orator quempiā: non potest sine enarratione vitæ, familiæ, nationis. Hoc cum Historico, is enim sæpenumero addit elogia: qualia legimus de Camillo, Scipione, Hannibale, Iugurtha, Cicerone: atque interponit quasi decreta sua. Sola poësis hæc omnia complexa est, tantō q̄ artes illę excellentius, & ceteræ (vt dicebamus) res ipsas, vt sunt, repræsentat, veluti aurū pictura quadā, at poëta & naturā alterā, & personas plures erit: ac demū sese isthoc ipso perinde ac Deus alterū efficit. Nā quæ omnium opifex cōdidit, eorū reliquæ scientiæ tanquā actores sunt: Poëtica verò quum & speciosius quæ sunt, & quæ non sunt, eorū speciē ponit: videtur sanè res ipsas, non vt aliz, quasi Histrio, narrare, sed velut alter deus condere: vnde cū eo cōmune nomen ipsi non à consensu hominū, sed à naturæ prouidentia inditum videatur. Quod nomē Græci sapientes vbi cōmodissimè uterentur: miror maiores nostros sibi tam iniquos fuisse: vt Factoris vocē, quæ illā exprimeret, mauerint obeariorum cancellis circumscribere. cum enim solum qui oleum facit, quum pro consuetudine castè, tū pro significatione stultè appellare licet.

Poëtica.

Poëta nomen unde.

C A P V T S E C V N D V M P R O S E Q V I T V R
 P O E T A E N O M E N, P O E S E O S O R I G I N E M, C A V S A S,
 E F F I C I E N T E M, F O R M A M, M A T E R I A M.

Poëtae igitur nomē nō à fingēdo, vt putarūt, quia fictis vteretur: sed initiō à faciēdo versu ductum est. simul enim

enim cum ipsa natura humana extitit vis hæc numerosa, quib. versus clauduntur. Nullum sanè momentum vocis est, quod non habeat qualitatis modum & quantitatis. Est in eo sita qualitas, quod acutum & grauem sonum appellamus. Est in tēporis tractu quātitas: Tēpus, mēsurā motus, Vox autē, aer motus. Infans quoq. prius canit, q̄ loquatur. videmus enim plerosq. haud aliter somnū captare. Postea quū maiore spiritu res nouas veteribus inuentis addidissent: illi, qui hac gloria inferiores numerosè meditarentur simplices narrationes, Versificatores tātūm dicti sunt: hi autē Poetę. quare soli sibi Musarū tutelā vindicant atq. patrocinium, quarū spiritu, quæ alios lateant, ab ipsis inueniantur. Nam Musæ *παρὰ τὸ μαῦδος* à Platone deductę sunt: quib. scilicet inuentio attribuatur. Alij *ἄπὸ τῆς μῦσης*. vnde Mystę & Mysteria: quo verbo iudiciū designetur. Arcana enim selecta sunt: electio autē ab iudicio. nempe omnia quæ in operē posita sunt, ab intellectu, aut ab inuentione, aut ab iudicio proficiscuntur. Verūm non quemadmodū Cicero censuit in Topicis: sed sicuti statuimus nos. non enim rectē putauit Inuentionē pertinere ad Topicā tantūm: Iudiciū autē ad Dialecticē. nihilō enim fecius queritur in demonstratione terminus medius necessarius, q̄ in Topicis contingens. Et sanè Dialecticę scientia est cōmunis omnib. generibus argumentādi. Inuestigātur igitur quæ dicēda sunt. Occurrūt autē vel bona, vel mala, vel necessaria, vel cōtingentia: quapropter tū demū iudicatio opus est. Iccirco duæ tantūm Musæ per initia creditę à primis theologis, qui sese earū discipulos cecinere: quarū altera dicta sit *μουσική*, quæ quidē meditando inueniret: altera *ποιητική*, quæ inuēta certo disponeret iudicio. Propterea verò q̄ eruerent ex ipsis exordiis rerū ignota vulgo monumenta: tertiā quidā adiecere, quam à memoria *μνήμη* nōminarent. Iidem quoq. eam, quā *ποιητική* alij nuncuparent: nō à faciendo, sed à cātu *ἀκούειν* appellare maluerunt: priores tamen plus placent. nā & absque cantu res ipsa poetica nihilominus stat. Ceterū qui diligētiores sibi visi essent, vt hoc probarūt, ita etiā in tria diuisere, quæ huius tertię essent officia. Triplicem nāq. Musicā vetustiorē statuēre. In Harmonia, quā sola voce constare dicebant: in aere, quæ proficiscerentur ab instrumentis: & in aqua, cuius Ctesibium authorem tradit

Qualitas.
Quantitas.

Versificatores.
Poeta.

Musæ unde dicantur.

Cicero de Topicis.

μουσική.
ποιητική.

Musica triplicem.

Vitruuius, atque Hydraulicâ nominasse. Verùm hi quoque minus purè tantam rem prouidère. quippe etiam vox in aeris ictu constat. Est enim aeris percussio, aut quod è percussione, aut ipse percussus aer. Præsertim quum in Tibia & Fistula eadem, quæ & vocis, materia sit: nempe flatus ipse. Quinetiam aqua nequiquam sonum edat vllum sine aere. Ad hæc Harmonia quum sit sonorum correspondens proportio, genus erit profectò ad omnia illa. Subtilius autem contemplanti mihi videtur Musarum numerus à canentium numero per initia constitutus. Itaque eo crescente ad quartam personam vsque, additam à nonnullis & quartam Musam. Aucta deinde variis in organis arte concertationum, etiam septem proditæ. Postremò ad nouem, vsque promotâ frequentia in eo stetit: idque non sine causa. est enim perfectissimus numerus: super quo multi multa ex Musicorum præceptionibus tradidere. Verùm arguari sapientem vtrum minimè decet. Nam quem admodum tonis nouenarium accommodabunt? octo enim tantum sunt τὰ διαξωνά, non nouem. Antiqui item errarunt, qui à cælorum numero eum numerum ductum voluerint. Nam octo tantum quum agnosceret eo tempore, totidem faciebant Musas: nonam autem matrem potius, aut nutricem arbitrabatur: aut ad Apollinis referebant potestatem. quare Mimermus non malè Cæli filias cecinerit in Elegiis. Nihilò prudentius Plutarchus, vbi multas versauit, ineptias elementorum sequi veritus non est. ait enim tot esse Musas, quot in Matris nomine, Mnemosyne, recenserentur literæ. saltem Græculas nugas mendacio condidisset, atque ostendisset, elementa illa capita esse nominum Musarum. quod quia non potuit, ne illud quidem decuit voluisse. Iouis autem filias udem Theologi prodidere: propterea quòd simul cum vitæ nostræ, (cuius ille author est) exordiis protinus extitit, vti dicebamus, Harmonia. Matrem verò Mnemosynem autumat eadem ratione, qua vetustiores illi vnam è tribus, quemadmodum supra dictum est, μνήμη. Id quòd pudicè ac verecundè, vt semper, doctissimus innuit poeta diuino illo versu,

Et meministi enim diuæ, ego memorare potestis.

Est autem è philosophia sumptum. siquidem ex actibus frequentioribus habitus fit: ex habitibus memoria: ex memoriis

Harmonia quid.

Musarum numerus.

Nomen prius numerus.

Plutarchus tanatur.

Virgilius.

moriis propositiones : è propositionibus conclusiones. Itaque artes per manus tradi dictæ sunt. Quod adèò declararunt Græci loquendi modo illo, quum dicere consueverunt, *ἴτε ἱστῶν*. Neque enim scripta edebantur, sed certo sacramèto per successiones *ἑρμῆος* : quod & Pythagoreos fecisse aiunt, & Druidas ex historiis obseruatum est. & Chaldaeos scimus ex eo, quod sonat Cabbalæ nomen. Nò minore sanè ratiōne illarum nutricem Euphemem professi sunt. Sapiētum nānque præmium bona fama. Sic Plato in suis Legibus, malam famam pro supplicio statuit multis. Quod autem dicit idem in Ione, Poetæ hoc ipsum quod ipsi sunt, aliōs quoque esse faciunt. Quare quibus artibus sese reddunt immortales, hisdem illos quoque, quos celebrant, consecrant immortalitati. Sic gloriatur Pindarus : sic canit Theocritus : sic cæteri sunt secuti. Hactenus quæ ad veram philosophiam pertinerēt. nunc animi gratia etiam historiæ quædam de poetices vetustate sunt attingendæ. Ac more quidem suo rugantur Grammatici. nam quo argumento profiteantur poetices soluta oratione antiquiorem, videamus. aiunt enim in donariis aliisque monumentis omnia scripta numerosè, sanè. Nam etiam quotidianam orationem illa præuenere? Pierus Macedo quòd primus & poema fecisse, & filias instituisse dictus est : creditus quoque fuit ab aliquibus Musarum pater, quibus ipse Musarum nomina imposuisset. Idem malunt alij de Osiride Ægyptio : quem eundem & Apollinem quum faciunt, à Græcis non aberrant. A locis autem multa cognomina sunt eis attributa. Aut in quibus primùm vel orta, vel culta poemata : aut vbi venerarentur : nam Thespiis primùm Pierum cecimisse scribunt. In Helicone autem Musis Otum & Ephialtem primos Aloeo genitos rem diuinam fecisse. vnde & Thespiades, & Heliconides nuncupata. Camœnæ verò apud Opicos à castioniibus. Alaræ autem effinguntur ob ingeniorum præstantiam, atque expromptam mobilitatem. sit enim Arist. *ἡ ὄψις ἡ ποίησις, ἡ μανικὸς*. Quam ob causam Hòmerus quoque à lata verba nominat. In fabulis autè memorię proditū est, Sirenas Iunonis suasu cū Musis cantu frustra contendisse : ipsis enim victis illas pro supplicio euulsis alarum pennis coronas capitibus imposuisse. Gratiarū verò tum perpetuas socias, tum affines : pro-

Cabballa.

Pierus Macedo.

Osiru.

pterea ꝓ elegantioris lautiorisq. vitæ authores esse videatur: nõ sine ea voluptate quæ in lætitię réperatione fita est: hoc enim χῆρος sonat, quod & χῆρον: quæ vox ad secundã valetudinem in epistolis atque salutationibus locũ inuenit communi loquendi vsu. Tametsi Plato mauult εὐφροσύνην. est enim lætitia affectio animi in corpore sano. Causa affectionis est, quod vocat Philosophi, obiectum adæquatum voluntati. Per Poesin autem reflectitur anima in seipsam, atque promit è cælesti suo penu quod diuinitatis inest: quæ pars ne perpetuis quidẽ haustibus exhauriri potest. quod autem & Charites, & lætitia, & Musæ, & bona valetudo affines sint, ex oraculi consilio colligi potest. quod Argiuz Telefillæ datũ ait Plutarchus. Eã summo loco natã, fuisse affectã morbo: qui, vt puto, quũ medicorũ ope maior esset, à diis auxilium petere coactã: responsum est, ita demum sanitatẽ restitutum iri, si Musas coleret. ad quas quum frequenti opera animum appulisset, statim conualuisse. neque solũ valetudinẽ bonã, sed etiam robur, atque adẽ imperatorium animũ consecutam. vt musæ etiam arma ipsa non solũ canant, sed etiã parent. Talẽ habes Tyrteum quoque. Quin Phrynichũ, ꝓ in fabula saltasset aptè Pyrrhicam, ducem sibi creauere Athenienses. simul enim cũ armatura numeri ipsi coniuñti sunt. Eodem fati vsa beneficio Telefilla, victorem Cleomenem Lacedæmoniorum regem cum exercitu ad urbem Argos aduentantẽ, disposita in munimentis mulierum corona, multis interfectis summouit. Demaratũ Regem alterum, qui intus iam erat, armorum: vi expulit. Poetarũ autem modi tres: secundum spiritũ, secundũ ætatem, secundũ subiectũ. Spiritu diuersos esse ait tũ Plato, tum Aristoteles. Alios enim nasci tales, alios natos vel rudes, vel etiã feros atque auersos, furore rapi atque abstrahi à vulgari materia. deorum opera: qui dii ipsis tanquã ministris vtantur. Itaque idem Plato eos & ἐπιθεωρεῖς, & ὑποπίστες deorum vocat in Ioue. Quò sit vt minus valeat eius authoritas in libris politicis: qua authoritate barbari quidã atque hispidiabuti velint ad Poetas è republica exigendos. Qui si eorum libellos aliquot dãnant: non propterea carendũ nobis est cæteris partibus, quæ ab ipso quoque ad suorum argumentorum confirmationem sæpenumero recitãtur. Respiciat ipse sese quot ineptas quot spurcas

χῆρος.
χῆρον.

Lætitia.

Argiuz
Telefilla.

Poetarum
modi tres.

Platonis
locus.

spurcas fabellas inserat: quas Græcicum scelus olentes
sententias identidē inculcet! Certè Symposiū & Phædrū,
atque alia monstra operæ præcium fuerit numquā legisse.
Iccirco igitur inuocant Poetæ Musas, vt furore imbuti
peragant quod opus est. Horū autem *duo ad-
huc genera animaduerti. vnū, cui calitus aduenit illa di-
uina vsq; aut vltro nec opinanti, aut simpliciter inuocanti.*

Quo in numero seipsum ponit Hesiodus: Homerus autē
ponitur ab omnibus. Alterū acuit meri exhalatio, educēs
animæ instrumenta, spiritus ipsos à partib. corporis ma-
terialibus. Talem ait Ennium Horatius: talē nos Hora-
tium. De Alcaeo atque Aristophane idem memoriæ pro-
ditū est. Nec Alcman caruit ea calūnia. Sophoclem quo-
que Æschylo id obiecit: Vinū, non ipsum, esse illius au-
thorem Tragediarū. Ab ætate autem tria genera. Vetus *Aetas
& classis:
Poetarum*
illud priscum, rude, incultum: q̄ sui tantūm suspicionem
sine nominis memoria reliquit. nisi in eo tanquam prin-
cipem, Apollinem tensesamus. Alterum illud venerandū,
à quo primū Theologia & Mytheria. inter quos Or-
pheus, Musæus; Linus: Olympum quoque inter vetustos
Plato nominat. Tertij seculi Homerus author & parens:
Hesiodus quoque & alij. Quāquam si historiæ non exta-
rent, putare potueris Muszum Homero iuniorem: ad eū
ille cultior & politior est. Oræbantium quoque Træze-
nium, itēmq; Phrygium Daretā ante Homerum floruisse
seribit Ælianus: susque temporibus illius. Iliadem in ho-
nore habitam. Atq; Orpheum quoque & Muszum idem
author est fuisse Syagrū poetam, qui Troianum bellum
primū scripserit. Tertij classis Poetæ à professione, quod
Græci *ἱστορικὸν*: Barbari nostri Philosophi Subiectum
rectissime. Latine paulò supinius. Argumentum vocant.
Horū tot sunt genera, quot res ipsæ, de quibus suo loco:
Artis tamen gratia ad summa tria fastigia reducātur. Pri-
mū est Theologorū: Cuiusmodi Orpheus & Amphion:
quorū opera tam diuina fuerit, vt brutis rebus etiam mē-
tem addidisse credatur. Secundū genus Philosophorum:
idque duplex, Naturale, quale Empedocles, Nicander,
Aræus, Lucretius: Morale secundum sūas partes, vt Poli-
ticum ab Solone & Tyrteo. Oeconomicum ab Hesiodo:
Cōmune à Phocyllide, Theognide, Pythagora. Tertio
loco ponentur ij, de quibus omnibus mox. Quæ autē de

nobis dicta sunt, & ad mulieres referantur, nihil mutant. Sua enim illis quoque laus. Inter quas Sappho, Corinna Pindari magistra, Hedyle mater Hedylogi poeta: siue ille Samius fuit, siue Atheniensis, mater eadem Moschyles, quæ item Iamborum cæti floruit. Megalostрата quoque, quam amavit Alcman, & alia. Ad cuiusmodi verò genera sint referenda Cn. Martij, & Sibyllarum cæmina, suum cuique iudicium relinquo. mihi placet iungi: non enim facta narrant, sed prædicunt euentura. Theologiæ pars hæc, non simplex cognoscendi deos, sed tanquam diis cognita dicendi. Quod autem ad nostratiam attinet, bello Punico secundo Poeticam cœpisse Romæ primùm Gellius ex quorundam sententia scripsit. Versus, quia lepidi sunt, ascripsi.

Punico bello secundo. Musa pentameter gradu

Inulit se bellicosam Romuli in gentem feram.

Cæterum constat Liuium Andronicum antè Fabulas dedisse, quàm Nevium: qui suas ad populum dedit anno quingentesimo decimo nono. His propositis atque digestis: aliquot solui possunt quæstiones. Quare dubitatur Horatij, Comœdia sitne Poema: an quia humile, & Poëtos nomine iccirco amouenda? sanè iudicium ineptum. Tantum enim abest, vt Comœdia Boëma non sit: vt penè omnium & primum, & verum, existigem. In eoque enim ficta omnia, & materia quæ sita tota. Altera: An Lucanus sit Poeta. Sanè est. nugantur enim more suo Græmatici, quum obiciunt, illum historiam conscripsisse. Principio, fac historiam merà: oportet eunã huius differre. differet autem versu. hoc verò Poeta est. Deinde quis negat omnibus Epicis Poëtis historiam esse pro argumetõ quam illi aut adumbratam, aut illustratã, certè alia facie quum ostendunt, ex historia conficiunt Poëma. Nã quid aliud Homery? Quid Tragicis ipsis faciemus? Sic multa Lucano ficta: Patriæ imago, quæ sese offerat Cæsari: excita ab inferis animam, atque alia talia. Quin equidè Liuium porius Poetæ nomen meruisse, quàm Lucanum amississe censeo. Nam quemadmodum Tragicis rem ipsam denarrant verè personis actiones, ac dicta accommodat: sic Liuius & Thucydides interserunt cõciones, quæ nunquam ab iis quibus sunt attributæ, cognitæ fuerunt. Aristoteles quoque, qui hanc censuram acius exercuit, vt verificatores

*Quæstiones
aliquot.*

ficatores à Poetæ nomine summoueret, inter loquendum aliter vsus est. *ὁ δὲ ἐποίησεν*, inquit, *ἐμπεδοκλῆς*. quare Empedocle quoq., qui nihil fingit, appellat *ποιητήν*. Poesim autem & Poema, quidam, inter quos etiam Plutarchus, ita distinguere, vt Poesis iustum sit opus: Poema pusillum. Ilias Poesis, Margitis Poema. profecto male. Namq. Poema est opus ipsum: materia, inquã, quæ sit. Poesis autem, ratio ac forma Poematis. vt habeas à tribus verbi personis totidẽ nomina. Poema *ποίημα*: Poesis *ποίησις*: Poeta *ποιήτης*. Quemadmodum *εὐρημα*, *εὐρεσις*, *εὐρετής*. Est igitur Ilias, Poema: Homerus, Poeta: Ratio & Forma qua Margitis facta est, Poesis. Poetice verò scientia, id est, Habitus ex dispositione præceptionum quibus docemur ad conformattonem hanc, quam Poesin appellamus. Ita habes causas tres, Materiam, Formam, Efficientem: & in superiori commentario Finem, id est, Imitationem, siue vliorem finem, doctrinam (nã quare non mihi liceat: si Cicero dixit Rectorem.) Differunt autem Poemata modis tribus. Hi sunt, quæ imitamur, quibus imitamur, & quomodo imitamur. Imitatur Medeam eadem Ouidius in Metamorphosi, quam Seneca in Tragœdia. Res igitur eadem, at versus quibus imitantur, diuersus. quippe aliter in scena per personas dramata, aliter in Epico mistum genus videtur. Idem versus in Æneide & in Tityro: Res & Modus, alij. Idem modus in Tityro, & in Comœdiis: Res & versus non iidem.

Poesis & Poema quid differant

POEMATVM PER MODOS

diuisio, & eorum ordo.

CAPVT III.

Modi igitur sic diuiduntur. Alius in narratione simplici cõstitit. Quale est Lucretij Poema. Hoc Græci *διηγηματικόν*, & *ἔξηγηματικόν*, & *ἀπὸ διηγηματικόν*. Alius est in colloquutionibus positus: Cuiusmodi in Comœdiis: à Græcis *διαλογικόν* prima, & summa ratione. nam vsu factum est, vt traheretur ad significandum disputationes. Quippe, *διάλεκτος*, nihil præter sermonem designat. Scio autem vt dicebamus, ad animi communicationem, *διά* enim transmissionem notat, vt *διαπρὸς*, *διαμπερὶς*. Quare Dialogi appellatz sunt solutz orationes, in quibus sermo

plurium, non autem duorum tantum, (ut peruersè Grammatici) referretur. Diuerbia in Comœdijs vocat T. Liuius. Dialogi autem inuētor videtur Alexamenes Teius, quemadmodum ait Aristoteles. Nobilitauit hoc dicendi genus & argumētis illustribus, & diuina oratione. Distorsit ad Mimicam, atque etiam Momicam lasciuiam Lucianus. Ac quemadmodum eam solutam dictionem coluere, postea metris inclusam, quibus ederent fabulas: ita primus Crates Atheniensis illis exoluit vinculis: Fabulâque sine metro dedit. Hoc genus *διαλογικόν*, etiam ab gestu, & actione *δραματικόν* appellatum fuit. *δρῶν* enim Dorica lingua significat agere. Neque illud obfuerit, quòd sedendo partes quædam expediuntur: nam & à maiore parte nominandum fuit genus hęc dictionis, & in sessione quoque actio quædam est. Quare histrio, qui est imitator, cum dicatur *δρῶν*: Imitatiuina hoc item genus non sunt veriti quidā nominare: tamē videm vniuersæ poeseos finem agnouerint, imitatio nem. Mistum autem est in quo & narrat Poeta, & introducit collocutiones. Græci *μικτὸν*, rectè, *καινὸν* minus rectè. Compositum enim è partibus est, at nemo dicat compositū esse partibus commune. Ipsæ nanque partes totum sunt. Alia quippe ratio, cum dicimus, genus esse commune speciebus. Sanè genus pars est specierum: comprehendit enim eas prædicatione, non ambitu. Modos iccirco diximus, non autem species, propterea quod ij & simul conueniunt, & miscentur: species autem numquam. Dramatici autē genera complura: quæ mox suis locis digeremus. Antiquissimum, Pastorale, proximum, Comicum, è quo natum Tragicum: mistum autem Epicum, quod iccirco omnium est princeps: quia continet materias vniuersas. Horum verò tractandorum ratio duplex: aut enim nobilitatem respiciemus, aut tempora quibus quicque exortum est. Ac nobilissimi quidem Hymni, & Pæanes. secundo loco Mele, & Ode, & Scolia, quæ in virorum fortium laudibus versabantur. tertio loco Epica: in quibus & Heroes sunt, & alij minutiores. Quem ordinem consequetur etiam Tragedia simul cum Comœdia. Comœdia tamen seorsum quartam sedē obtinebit. inde, Satyræ, post Exodia, Lusus, Hymenæi, Elegia, Monodia, Cantiones, Epigrammata. Quòd si tempora putemus ipsa: Antiquissimum idem, & mol-

lissimum,

NB

Dramas.
ci genera.

lissimum, & simplicissimum, & ineptissimum intelligemus. Præstat autem ab hoc auspicari naturam imitando, quæ ex simplicioribus cætera componit.

PASTORALIA.

CAPVT IIIII.

Vetustissimū igitur Poematis genus ex antiquissimo viuendi more ductum esse par est. Tria verò sæculorum genera: Pastoris, Venatoris, Aratoris. Ac venatores quidem, quia sunt in motu, minus ad verba propensi existunt. Quin neutiquam faustum putamus in venatu loqui: nedum vt cantus aptus iudicetur. Reliqua duo genera cantiones suas meditata sunt. Et sanè Pastores, quàm Aratores antiqui magis: quemadmodum & Varro probat: & ex Thucydide colligi potest. Ad hæc Arator in opere: Pastor otiosus. Videtur autem modulatio in passionibus inuenta primū, vel Naturæ impulsu, vel auicularum imitatione, vel arborum sibilis. otium enim voluptatis, ac lasciuia pater. Natæ igitur duæ species Circumularum. Altera cum singuli sub æstiuam reducti umbrâ saturi canerent amores: Monoprosopos hæc. Altera cum aut fortè, aut cõsilio conuenissent ii, quos inter vel amor, vel odium excitatum fuisset: aut esset æmulatio obrectatione, propter vel cantum, vel gregem, vel amicam. Huius cantus duo modi. vnus quum sine numero certo, sine lege versus funderent: cui non est iccirco nomen impositum: quia vulgaris esset, ac liber, & naturalis, neque tam quaesitus arte, quàm oblatu vltro. Alter in quo sententias æmulas, versus & similes & pari numero reponerent. Quod iccirco appellarunt ἀμυλλοίον: id est per vices responsus. Quod expressit Poeta,

Alternis dicent: amant alterna Camæna.

Tametsi ἀμυλλοίον verbū apud Homerū nō coerces ea regula loquentē. vetus sanè significatio fuerat, mutadi. quæ permutarētur, decuit esse æqualia. Hæc fuit causa vt ad flourish respondendi significatū admitteretur: quemadmodum in Originibus dictum est. Sicuti pecunia merci, & precii operæ par esse cõsetur. Propterea verò quæ imitatione aliquid representabant: à specie, id est, imagine, id est, *magis τὸ εἶδος, ἢ τὰς ἰδέας* dicere diminutiuo flexu, vel propter breuitatem, vel ob modestiam ac rei humilitatem.

ἀμυλλοίον
ἰδύλλιον
 85-3-259

Postea quum quædam (id quod sapientissimo cuique evenire solet) etiam suis authoribus displicuissent ex incòdita turba eorum, quæ meditati non essent satis, quæque subito calore excidissent, selecta quædam concinniora, ea de causa *επιλογάς* appellare placuit. Horum materia multiplex. vetustissima tamen videtur Amatoria fuisse: idque multis de causis. tum quia amoris vis à primordiis ipsis vltimis indita est omnibus animantibus à natura ob species perpetuandas, quæ in materia essent variabili corruptibiles. tum quod promiscuè pascebant utriusque sexus mortales. Atque ij pecora quum viderent coeuntia, illorù exemplo facile inflammabàtur. Id quod & Theocritus lusit lepidissimis versibus:

ὦ πόλος ὄχι ἐσορῆτας μικράς οἶα βατηῦνται,
τάλαττα ὀφθαλμοῖς, ὅτι ἢ τράγος αὐτὸς ἔζητο.

Postremo gaudiorum atque amorum numen idè Venus. Gaudia autem cantu, quam quiuis alio affectu facilius atque commodius comparantur. Omitto lacte & carnibus saturam iuventutem anni tempestate, locorum sollicitudine, mæroris metùsque atque odij expertem, inuitatam, in veneris officia facillimè illectam: præsertim quum nudi aut malè tecti magna ex parte agerent. Nam & virgines ipsæ tametsi amiciebantur, tamen erat eis eiusmodi vestiuù vsus, quas à re ipsa *φαρομικράς* appellabāt. Quales etiam nunc spectamus in picturis Nympharum, quibus brachia detecta, femora quoque apparent. Eius vestis originem inde ductam puto, quòd per initia capri nas pelles ad lumbos utrinque einxerint, ab humeris nodatas corio crurum anteriorum. quem amictum in Satyris item suo loco expressimus. Quid igitur facerent curis soluti, saturi, robusto vegetoque corpore atque exercitato? Primum itaque omnium *μονοπροσωπον* Amatorium. Huic proximum Oaristia, in quibus procus & puella de amore vel disputant mutuo, vel contendunt inequali. Cuiusmodi est Idyllium mollissimum atque candidissimum Theocriti. Post hæc famæ ambitione, aut præmiorum cupiditate, aut obrectatione exorta contentio impulit eorum cantilenas in colloquia. A genere autem pastorum sortita sunt nomina. ac quanquam *ποιμῆν* omnem comprehendit custodiam, *παρὰ τὸ ἐπιποιεῖν ὄφειν*: tamen Opidionibus solis attributum maluere. vnde & *ποιμῆν*, ij cantus,

cantus, quib. illi sese atq. alios oblectarēt. ἀπόλια verò à capellis, quasi ἀγοπόλια. σὺβάτια à sub. βουκαλιὰ à bobus: quæ & nobilissima habita est. Lybies tamē & Scythæ, Parthiq. Myfi: item Persæ, Arabes, Numidæ armentarios equitij primaria laude dignos celsuere. Horum in Græcia nomen nullum. quanquam & in Theffalia summus equis honos haberetur: & in ipsa Bucolici carminis parente Sicilia id armenti genus adeò studiosè à natura datum, ab indigenis cultum est, vt aut nulli aut paucis nationibus secundū esse censeatur. Huius poeseos inuentum Persarum tempore mentiuntur. Antiquius non est. exculum tamen antunc fuisse iudices, fabulam subnectam. Persæ bello Græciam quum premerent: Dianæ Caryatidis, quæ sacra à virginibus fieri consueuerant, sunt intermissa. Quo circa agrestium aliquot in fanum officii ergò sese intulerunt: & peculiaribus cantuunculis Dianæ laudes dixere. Quos cantus cum valde probari vel religio iussisset, vel numerorum lepos persuasisset: ex casu mos, deinde etiam lex facta est. Caryatidis autem cognomentum à Laconia vico, cui Caryæ nomen erat. Ex quo verbum quoque saltationis καρναίειν. quem modum edocti fuissent ab regionis illius principibus Castore ac Polluce. Nūc & modi & vici nomen interiit. Quinetiam Spartæ ac Lacedæmonis vocabula ignota. Appellatur enim locus nunc à Turcis, *Mistra*. verum quemadmodum de tempore non conuenit: ita de loco disceptant iidem Græci. quippe nonnulli in terra Sicilia eius carminis natalia profitetur. Orestem è Scythica Taurorū gente Dianæ signum deferentem, oraculo monitū, elui debere septem fluuiorum, qui vno de fonte erumperent, aqua. Cuius rei gratia in Italiam quum venisset, prope Rhegium inuentis amnibus, lotum. inde in Siciliam profectū, in pago quem Tyndaridē etiā Strabo nominat, Deæ signum statuisse: numinisque laudes vnā cum agrestibus, à quibus exceptus fuerat, non sine cantibus instituisse. Neque verò mirum à Græcis eò deductum Orestem, qui eum in lucū quoque apud Aritiā, qui fuit ad Appiæ viæ dextrā, perpulere: vbi ritu Scythico solennem Tauricæ Dianæ amorē faciēdi cōsecrarit. Aliam præterea afferunt fabulam. Syracusis orta seditione mutuis vtrinque cladib. exercitā occidionē ab iis qui reliqui bello fuissent, Dianæ placandæ consilium initum: ad quam

ciuitatis calamitatem, tanquam autorem referebant. Itaque agrestium frequentia Deæ templum donis auctum. Numinisque & his, & cantionibus pacato, initium factum anniuersariæ festiuitatis: ac propterea Dianam Lyam cognominatam, contrario sane vsu atque accepimus nos. Luem nanque morbum dicimus, cuius vi corpora soluantur. Illi ita Deam nuncuparunt, propterea quod intestinâ discordiam sustulisset. Alii cognomen hoc vt & fatentur, & attribuunt: ita rationem causamque assignant aliam. Ante Hieronis regnum graui morbo quum laboraret insula, ad auerruncandam numinis iram ludos passim per agros, in quos captandæ liberioris auri gratia sese contulissent, institutos: Dianamque tum ea de causa Luam, quæ morbum luisset, appellatam. Apud quosdam non Luæ, sed Phaselidis nomen inuenias, quod nomen Antiphemus è Græcia in Siciliam importarit. nâque huius frater Lacijs Argiuis coloniam misit in montana Colophoniorum Mopso duce. Is ibi terram emit à Cylabra pastore indigena: in qua oppidum concidit nomine φασηλίν. Antiphemus autè suis auspicijs cum sacris, & dijs patrijs in Siciliam coloniam duxit: vbi Gelam urbè ædificauit, Dianæque ludos celebrauit: quam in Mopso memoriam ita cognominauit. Quare & Mopso nomen in pastorali carmine frequens est. Conuenit sanè inter maiorum authorum partem, in Sicilia inuentum carmen eiusmodi, appellatumque βοσκάλισμὸν: cuius verbi deductiones aut flexiones etiâ apud Theocritum inuenias. Propositis verò præmijs certare consueuisse priscos. cæterum non vasis, aut bucula, aut capro, aut eiusmodi. Hoc enim posterorum, vel luxuriæ, vel opulentæ fuit: sed pane, in quo essent ferarum expressæ imagines: ipsi aut stantes, aut sedentes, aut ducentes gregem, cum pera erant omnium seminum referta genere. quod Græci παρασπρίμιν nominât. Habebant etiam vinum in vtre caprino: & ad manum baculum pastorale, quod Latini Pædum, ab vsu consistendi atque adhærendi, Græci κηλάεσση, & à venatione λαγυρόλοισιν vocant, etiam κορμίν dictum à clauæ specie, quam præ se fert crassitie capitata. Nodosus erat præterea, cuiusmodi descripsit Maro, & nos nunc quoque videmus è spino arbore, aut corno, æneis circulis obeuntibus, atque umbilicis adornatum. canebat autè coronati. Ceruorum quoque

cornu.

Diana
Ja.

Phaselis.

Mopso.

cornua propofita illis certaminibus legimus. Victi victor panē, perā, vtrē auferebat, atq. ex eo libabat Mufis. Victus abibat per suburbia ac viculos: neq. enim ei urbē ingredi licebat. Panē quoq. rogare ad vefcendū ex præfcripta lege mos fuit: quippē qui fuū iuflo in certamine amiſiſſet. Victor urbē adibat Syracuſarū, in qua manēdi, quoad ei liberet, ius fuit. Tantūm verò aberat vt panē rogādo victi conditione vteretur, vt vltro ciuiū liminatū frugibus tum vino aſpergeret, porriciens libamenta cum cantu hoc:

*ἄξαι τὰν ἀγαθῶν τύχην ἄξαι ὑμῶν,
τὰν περὶ ἄλλο παρὰ τῆς θεοῦ, τὰν ἐκκαλοῦσά το πῦμα.*

E quibus percipiamus carminis luſuſque originē à peſtilentiz ſedatione: quū in iis ſanitatē quaſi verbis conceptis profitebantur. Tranſiit deinde in artem luſus. atque etiā in queſtū abiit. Circumire igitur provincias, & certare in Italia qui ſe *βουκολιαſαὶ* prædicarent, atque alio nomine *λυδιαſαὶ*. vnde & Ludionū vox perpetua manſit La

*Ludiones.
Daphnis.*

tinitati. Inter quos ea tēpeſtate præſtitit Daphnis, adeò vt herouū ritu, à paſtoribus certatim eius interitus fuerit celebratus. Sanē fratris quoq. tumulū ſub eius nomine auxit diuinis carminibus Poeta. Fuit ille Mercurii & Nymphæ filius cui nomen dedere natalia: in laureto enim editum ferunt. Vaccarum armentū habuit eodē è ſemine, cuius illæ quoque, quas Homerus Soli ſacras eſſe canit in Sicilia. adamatum à Nympha perditiffimè: quæ ei cæcitatiz prædixit calamitatem, ſi amorem ſuum alterius pollueret conſuetudine. Aliquanto poſt tempore filia Regis, eum, quòd eſſet omnium pulcherrimus, quū deperiret, neque alio cōmento potiundi ſpes eſſet, vino affectum corruptit. inde bucolicæ cantiones ex eius infelicitate. Ajunt à Steſichoro poeta Imeræo eiufmodi argumentum tractatum primū. Vtebantur autem muſico inſtrumento: quā Græci à ſibilo *σύριγγα*, Latini ab hiaru Fiſtulam nominant: ma-

Fiſtulæ

teria arundinacea, aut à cicutis petita. Singulares primū tubuli, mox bini cohærentes lino & cera. Setas quoq. (vt ad manū eſſent, quàm linū magis præſtò) pro lino in vſu fuiſſe arbitror. Poſtremò ad ſeptenos vſque: magnitudine omnes inter ſe impares, ſed proportione certa ad alæ figuram. in ſummo, quā inflabantur, æquales, inæquales quā exit ſpiritus. Deſcripſit & materiam & modum & numerum Poeta illo verſu:

Est mihi disparibus septem compacta cicuta, Fistula.

Cicuta.

Dispar enim hic nō ad numerum: numerum enim designat proxima voce, *septem*: sed ad quantitatem continuam. Materia autem declaratur à cicuta. Neque enim verum est quod ait Seruius, cicutam esse internodia calamorum. Sed frutex omnibus notus caule aut vacuo, aut ea medulla, vt faciliè exenterari queat. Ita Poeta noster modestè contentus fuit veteri numero. Græcus audaciam exercuit: vides enim apud Theocritum (Theocritusne ille sit an alius, alibi declaratum est) ingentem numerum. Eam verò pinxerunt Romæ recentiores admodum ineptè, tanquam in vrè cannas omnes iniicientes: propterea quod ignorabant id, quod mihi quoque haud satis cōstat, qua ratione, qua re celeritate possent distātia tubulorum ora percurrere non ineptè. Quæ nunc Organa vulgò vocant, & referunt priscam Syringa re ipsa, & artificio ac suauitate superant. Fistulæ inventorem Poeta deum Pana cecinit: cuius comites congeneres Satyri, cum etiā Tityri dicerentur. iccirco qua canerent arundinē etiam Tityrmū Dores nominarunt. Tityros Ælianus (aliisque) Liberi patris expeditionem & comites & socios scribit: atque ita docet appellatos, ἐν τῷ περιπλομαίτων, quib. id genus biforme gaudeat. Galli & accolæ insulani ex calamis fistulam fecerūt olim, quum alii ex auena compegissent. Afri autem Nomades non fistula, sed tibia canebant in equarum pascuis. Ea erat è lauro delibrata, atque medullata stridore peracuto, atque hinnitum maximè referēte. Fuere autem agrestium carminū genera complura. nantque aliter pro frugibus, pro vindemiis alia meditabantur. Diuersi quoque aut moduli, aut materiæ, quum starent, quum sederent, quum gregem (sicuti dicebamus) agerēt. Sic legimus apud Theocritum ὁδοπόσις: quod carmen περιπλοκὸν appellabant, quo gregem aut in pastum, aut ad stabula redeuntem prosequerētur. In eo pecora alloquebantur, canibus animos addebant à luporum insidiis vt cauerēt. Gregis principē arietem monebant: pollicebantur sequentis diei pascua lætiora, eaque omnia condiebāt vel iocis, vel hilaritatibus. admiscebant interdū amorum narrationes vel suorum, vel sociorum, vel riuialium. Huius ποσειπλοκῶ inuentum aiunt Diomi fuisse poetæ Siculi, cuius Epicharmus meminert in fabula Halcyone, & in Vlyffe

Tityri.

Vlyffe

Vlyffe naufrago. Tale carmen illud nostrum est:

Ite meae procul ista secus prærupta capella

Ad virides cytisos, & potum rore salictum, &c.

Huius generis illud extitit poema, quod composuit Eriphani poetria Menalcæ venatoris amore capta. per varios enim sequuta saltus, canens semper atque sæuitiam obiiiciens, *ῥόμον*, inscripsit. Eius paucula illa extant verba, *μακρὰ σπύρεσσι τῆσδε ὑβράλλῃσσι*. Quum verò æstiuæ in umbra otiosè agerent, aut hyberno sole apricarentur, narrabant anni tempestates, tum autem pericula noxiósq; euentus deprecabantur. Exhortabantur ad initum mares, scæminas ad foeturam. amores suos vel votis, vel precibus, vel conquestionibus, vel assensionibus designabant. victorem in pugna taurum aut arietem collaudabant. Inter se certabant aut amici virtute, aut inimici odio, aut æmuli obtreccatione. Materia prorsus communis, laudes, vituperationes, conuicia, criminum obiectiones. Haud dissimile *ῥοσειῆσσι* Hippolyti carmen apud Senecam in Tragedia, quo canes hortatur ille suos. cæterùm dedit hoc poeta scenæ. Nam quemadmodum diximus, nos in venatu tanquam cælitus demissam legem, silentium veneramus. Theocritus etiã pompas descripsit: etiam alia alii. hymnos, Hercullilum, & similia. Virgilius præter vulgaria argumenta Silenum pinxit vniuersa penè natura, ac serie factorum. quod ne quis vituperet è Criticis, qui paucula de recentioribus discunt, de priscis multa iudicant temere: ponam hîc rationem, quam ex quindecim Commentariis nullus inuentus est qui agnouerit. Sanè veterum monumentorum præter cæteros mortales scientissimum vbique diuinum illum virum prædicauimus, atque ita verum est. Quò enim quis doctior est, eò maiorem in eius scriptis deprehendit eruditionem. Itaque etiam in alia Ecloga,

Sic canimus syluæ, syluæ sunt consule dignæ.

Sylua.

Nam etiam syluarum curam fuisse inter officia Consulis memoriæ proditum est. quemadmodum apud Tranquillũ in Cæsare legimus. id quod quũ ab Senatu ad occupandam extorti consulatus authoritatem decretum esset: post syluarum mentionem, ait, *syluæ sunt consule dignæ: vt quantum depreffisset Consulis dignitatem Senatus ad syluarum vsque humilitatem, tantum suis versibus, no-*

*Sileni can-
tum.*

uáque materiz dignitate extollat ipse syluas ad fastigium
consulatus. De Sileni quoque cantu sic scriptum est apud
Ælianum ex Theopompi historiis. Apud Midam Phry-
giæ regem multa ac præclara ex antiquorum opiniononi-
bus atque placitis enarrata. Alterum ab hoc mundo mû-
dum existere: inque eo varia, quæ inde petenda sint. Ea
verò quum essent ἀτοπα homini ciuili, emolliuit Poeta fa-
tali sua illa dexteritate. Neque verò ex Theopompo so-
lùm agnoscas Sileni numen naturæ fatique peritum: sed
ex Atheniensium quoque atque aliorum Græcorum per-
suasione. quemadmodum candidissimè docet nos in suo
symposio Plato. In vindemiis autem Bacchum venera-
bantur: ἄπλωια vocabant, tanquam ad totcularia festum
celebrantes. Extat elegantiss. poematum Tibulli carmi-
ne elegiaco. In messe autem Cererem & Liberam pluri-
mùm in ore habebant. Quod argumentum idem poeta
paribus numeris simili expressit candore simul ac cultu.
quod genus carminis nominabant ἰναόν. Extant verba
concepta quædam, κλειῶν ἔλων ἴει, ἔλων ἴει. Spicam enim
veteres sic nominabát ab aceris tenuitate atque aristularum.

Spica.

Lana.

quare Lanam quoque eadem voce ob filorum fre-
quentiam. Atque iccirco lanificarum bene ominantium
cantiones hoc item ipso vocabulo dictas memoriz pro-
didère. Messorum autem cantus λυπέρης fuit, quemad-
modum apud Theocritum scriptum est. Ferunt Midæ
Phrygis Lytiæsam Celænas habitasse. Eum agrorú cul-
tui quum præter modum studeret, viatores ad conuiuia
inuitatos cogere solitum, vt secum essent in opere messorio.
pigriores etiam verberibus afficere. Alii addunt de-
fatigatione sopitos etiam obtruncare: eorùmque capitibus
abiectis, tum inter manipulos conditis cadaueribus,
canere. Nonnulli aiunt in messe nimio studio captum atq.
de lassatù labore interuisse. Quidá ab Hercule prætereunte,
atque de more inuitato victù interfectùmque, ac in Mæ-
andrum fluiuium proiectum. redatguitur hoc temporum
supputatione. Non enim Midæ atque Herculis sæcula
conueniunt. Quocunque fato vsus sit, illud constat: co-
lonos ad patris solatium lugubrem cantum condidisse,
quem posteri anniuersario cultu ad aras messorias cele-
brarent. hæc apud Phrygas, Maryandeni autem, qui po-
puli sunt finitimi Bithynis simili more, alia fabula, ead-
dem

*Mariam
deni.*

dem anni tempestate facere consueuere. Borcon, alii *Borcon.* Borimon scribunt, puerum à messoribus aqutum missum nusquam comparuisse. Id quod verisimilius est, si à messoribus memoria repetitur, quàm quod aliqui tradunt, æstatis tempore in venatione periisse. Pro his tamen facere videtur, quòd Vpii regis filius esset, qui Iolæ quoque & Maryandeni pater fuit. Quare mendacio propius existimetur, eum messoribus lixæ officium præstitisse. Nam quod obiici possit in historia superiore de Lytiera qui Midam regem patrem habuerit, id ita defenderim: spurium enim illum prodidère. Cæterum ventustissimam tenuisse consuetudinem palàm est, qua victorum Regum liberi armentorum custodiis apponerentur, sicuti de Paride atque Ganymede scriptum est. Is cantus Borimos, seu Borcos magis placet, à pueri nomine dicebatur. Haud sanè huic absimilis, quem *Adonyma* Adonyma, & Adoniafmon, & Adoniæden vocabant apud *Maneros.* Ægyptios in Adonidis memoriam. cuius fabula nota est, & consuetudo, tum ex Theocriti poematiis, tum ex aliorum monumentis. Sicuti cantus ille gentis eiusdem Maneros dictus ab eo, qui ipsi agriculturæ author extitisset: quem etiam musarum discipulum autumant. *μυσαρίων* in Pausaniæ codice scriptum est. In Sicilia verò poema Persepate dicebatur, quod quotannis caneretur Cereri Liberam quæritanti. Tale apud Theocritum Herculis in Hylæ desiderio. Fuit & in vsu illud, quod in Horarum gratiam concinebatur: cuius authorem aiunt Theodoricum Colophonicum. Eæ autem horæ, sintne quibus dimetitur diem, an *ἄραι* quæ distinguunt anni tempestates: non est laborandum. Hæc origo, genera, causæ agrestium cantionum: quæ suis locis quemadmodum sint consociendæ satis declaratum est. Hic enim historias tractamus tantum.

CAPVT V.

COMŒDIA ET TRAGOEDIA.

AB his orta postea Comœdia est. Quare Theocritus communi verbo *κῆρ* est & pastoralis, & scenicæ actioni. *κακάσθω ποτι τὴν ἀμαρτυρίαν.* Ac quemadmodum Siculi Bucolicum sibi vindicarunt:
b.iiij.

ita etiam se gerunt pro Comœdiæ authoribus. Quippe iactant se Magarensium colonos, suumque ciuem Epicharmum profiterentur, qui ante Chonnidam & Magneten vixit: vt falsò his attribuuntur initia Comœdiæ. Neque verò solùm afferunt natalia, verumetiam & cultum, & nobilitatem: siquidem eius Poematis laus, atque gloria penes Phormin & Epicharmum stetit, qui primi rudem ab antiquis acceptam dicacitatem fabulis insertis, ei quasi animam addidere. Aliud afferent argumentum. Nam quod Attici *αργίτην* dicunt, *Dores δρῆν*: vnde Dramata. Quod illi *δῆμοις*, *Dores κῶμας*: vnde *κωμίζειν*, quod est per vicos vagari animi gratia. Id à cœna faciebant, vt remitterent animũ post negocia diurna. Ientatione enim præparca ac minima contenti (à quo etiam ientare verbum, *δῆ δῆ ἴεν*, & vt *Dores* loquuntur *ἴεν*) haud multò largius merendabant: quod ab hora mediæ diei, in qua eum cibum caperent, appellarunt. Prandium autem, quia iterum ad opus parati essent illico: qua ratione à Græcis *δειπνον* dictum est, *δῆ δῆ πνεῖν*. suo igitur quisque in opere reficiebat eo cibo vires. quo perfecto in sero diei lautius largiũsve sese accipiebant, tum vberiore epularũ apparatus, tum familiarium atque affinium societate. Incirco cœna dicta, quia *κοινῆ* vesceretur: non privato demenso diurno. Græci *δδρπον παρὰ τὸ δδρυ παύειν*: militaris sane vox: non enim curarent corpora, neque arma deponerent, nisi opera absoluta. Iuuentus ergo vacui temporis otio, atque licentia noctis abusa, secuta imperiorum vel heri, vel patroni, vel parentum per pagos (nondum enim in vrbes conuenerant) discurrere. Qui mos cum ipso nomine simul ad nos deductus est. Legimus enim apud Liuiũ comestationes. Inde iulius, quos vicatim excerceret, *παρὰ τῶν οὐδ' ἢν κ' ἡ τὰς κῶμας*, aptè Comœdiam dixere: quoniã nõ in pascuis, aut in aruis, aut ad tumulos, aut ad aras canerēt. Habes aut̃ huius significationis vestigia in mutilis versib. qui extat Epichar. *Ἐκ ὠδῶ θυσίας θοίνης πόσις: ἐν πόσις κῶμας, ἐν κῶμας θυσίης: ἐν θυσίης δίκυ: ἐν καταδίκης πῶδαι τε, κ' σφάκελος, κ' ζῆμα.* vbi *κῶμον* è potu, ex Como insaniam ortã scribit Theopõpi quoq. verba subnectã ex lib. LIII. historiarũ, de Philippõ Macedonis intēpestiua incontinẽtia. *κ' πῶν ἂν τῶν νύκτα πᾶσθι, κ' μεθυθεῖς ἴδῃ ἄρδς ἡμέραν κῶμαζεν.* vt fuerit sub lucẽ vsq. comestatio, tanquã A cerra

illius, quem facete descripsit Martialis. Lucianus quoque in Discategorumeno, Lunam ait splendere τῶς κομίζουσι. Επικωμίζεν autem verbum est, sicut apud Hippocratem, Ἐπικωμίζεσθαι: cum repetitur Comesatio. alia sanè res à Repotiis: quemadmodum in Originibus declaratum est. Eius vocis notionem expressere per aliud verbum, βαλλίζεν: quod rarius quidem est. Fortasse & leones Balliones inde. Eo verbo & Alexis, & Sophron, & Epicharmus vsi sunt in suis comœdiis. Quemadmodum verò in cæteris quoque ita vsu venit: vt tempus artium sit & lima, & lex: posterioribus deinde sæculis in arte redacta, certisque præscripta limitibus. Itemque constituta loca ac tempora, in quibus ageretur. Nam quod aiunt Apollini Nomio, i, pastoralis per compita & vicos cantatum carmen, à quibus appellata sit Comœdia: id postea contigisse arbitrandum est: neque tam tunc originem extitisse, quam ortæ rei cultum quandam. Ne erremus cum Idomeneo: qui ausus est affirmare, Pisistratarum inuentum esse *δουλίας* & *κώμους*: id est hilaritates, & facetias. veteri enim licentia ab aliis inuentas & inchoatas acceperunt, atque excoluerunt. Par Varronis lapsus. neque enim vt arbitratur, iccirco dictâ putes, quia iuuenes quæstus gratia vicos circumire soliti essent, in quibus fabulas recitarent. In vicis enim prius nota fuit, quàm circumlata. Et profectò lusus quoque quàm quæstus prior. Quemadmodum ne id quidem verum. Ab Epicharmo inditum nomen hoc: quum exul in Co insula scriberet id genus Poematis. Ab aliis enim cum re simul nomen acceperat: quam ingenio suo fecit ille cultiorem. Tragœdiam verò esse rem antiquam cõstare ex historia. Ad Thesei namque sepulchrum certasse Tragicos legimus. Non tamen, quod tradunt, Tragœdiam comœdia vetustiore. Nam & res lætæ in cantionibus quæsitæ prius: & prius nuptiæ, quàm interitus: & potationes, quàm sobrietates: & communis sermo quàm ampullatus: & pastoralis vita, quàm Regia. Probatio quoque falsa. Aiunt enim Iliadem priorem Odyssæa. Iliadem Tragœdiæ modulum, Comœdiæ Odyssæam. Nam vt taceam, quod possit disceptari, vtra sit scripta prior: legendum prius Odyssæam censeo. Est enim remissiore stylo. Ad hæc, non omnia ad Homerum referenda, tanquam ad normam, censeo: sed & ipsum ad nor-

mam. Præterea quis nescit Odyſſeam eſſe veriſſimam Tragediam? In Iliade autem nullum Tragediæ filium: ſi totam ſimul conſideres. vno enim tenore perpetuæ mortes. Iam incipit à peſte: quæ plus hominum abſumpſit, quàm vniuerſum bellum. Ea deſinit in vnius tantum morte: à cuius nomine nulla inſcriptio. Et quum ſit inſcriptum opus Ilias, non interit ea Ilium, ſed in Odyſſea. Contra in Odyſſeæ tractu vnus tantum moritur Elpenor, iſque ebrius. Nam cæterorum ſociorum interitus vnico penè verbo inuoluitur ſine affectu vllò propempum. Iam eſt imago nuptiarum, cõuiuia, cantus, ſaltationes. In fine autem & proci interficiuntur: & interuenit *θεός ἀπό μηχανής*: quod Tragediæ proprium eſt. Poſtremo irridet eos Ariſtoteles, qui vnum corpus vtramuiſ eſſe putent, tanquam fabulam vnã. Sed multas ex vtraque fabulas conſcribi poſſe cenſet: propterea quòd & multæ partes, & multa *ἐπισόδια*. Iccirco veteres excerpta toto ex corpore quaſi quædam membra recitabant. Pugnam ad naues: Catalogum: Animarum euocationem: Quæ apud Circe acta ſunt: Arma Achillis: Procorum cedes, atque eiufmodi: quæ ſunt in *Rhapsodia* à nobis declarata. verum nihil non audent iudicare Grammatici: poſtquam arti ſuæ tertiam partem *κατακνήν* adiecèere. Non enim tanquam Grammaticis iudicium illud eſſe poteſt attributum: ſed exiſtimandum eſt primi Philoſophi officium: penes quem vnum ius eſt omnium ſcientiarum. Quare ſtultiſſimè nobis Grammatici nomen imponunt ex libro noſtro De cauſis linguæ Latinæ. Omnia enim illa ad libellam Philoſophiæ appenſa ſunt. Nam quemadmodum probare poteſt artifex principia ſua? Atqui probamus ibi nos, quæcunq; à Grammaticis pro notis accipiuntur. verum ita meruèere Ariſtotelis obtrectatores vt nihil niſi loquantur. Neque verò Homerus ipſe tam docuit vel Comœdiam vel Tragediam, quàm eſt edoctus ab agreſtibus atque aniculis in Ithaca & Chio & alibi, fabellas, quas operibus intertextas accommodaret. Argumento Heſiodus eſt, qui & illo maior natu fuit, & in agro vixit, & in vicis cecinit. Itaque Ariſtoteles nõ dixit prius inuentã Tragediam, ſed prius excultam. Serò enim Comœdiam expolitã. Tragediæ verò & Comœdiæ

diæ genus vnum commune, commune vnum nomē, Fabula. Certè hæc haud longè abest ab ea sententia, quam introduxit tantùm, non etiam definiuit Plato in symposio. De Comœdia illa quoque falsa Grâmatici docuere: quia esset poema positum in imitatione, totum in gestu consistere atque pronuntiatione. Profectò nihilominus Comœdia est, etiam quum legitur vel tacitis oculis. Quin gestus recitantium solus est: non omnes verò qui legunt, recitant. Præterea nimis iam sæpe dictum est, imitationem vniuersæ poeseos finem esse. Comœdiam igitur sic definiamus nos, poema dramaticum, negotiosum, exitu lætum, stylo populari. Errarunt enim qui Latinis sic definiuere, priuatarû personarum, ciuilium negotiorum comprehensio, sine periculo. Principiò aliis quoque fabulis conuenit non dramaticis, quæ simplici narratione recitari possunt. Deinde in Comœdia semper est periculû, alioquin exitus essent frigidissimi. Quid enim est aliud periculum, quàm imminentis mali aditio siue tentatio? Præterea non solùm pericula, sed etiam damna lenonibus, riuilibus, & seruis, & heris. quemadmodum in Asinaria, & in Mostellaria, ipsi quoque heri malè multantur. Adhęc Prætextatas comœdiæ nomine appellare nequeant ex ea definitione, non enim sunt priuatę personę. Postremò & Mimis est communis definitio, & Satyrę dramaticæ. Primus Crates Athenis dempto metro Comœdiam in soluta ostendit oratione. Quum igitur vnum sint Comœdia, & Tragœdia, quod ad modum attinet: De Tragœdia quoque hoc in loco scribendum est communi narratione: quoad suas cuique personas atque actiones postea assignemus.

C A P V T VI.

T R A G O E D I A.

TRagœdia, sicut & Comœdia in exemplis humanæ vitæ confirmata, tribus ab illa differt, Personarum conditione, fortunarum negotiorumque qualitate, exitu. quare stylo quoque differat necesse est. In illa è pagis sumpti Chremetes, Dauis, Thaides loco humili: Initia turbatiuscula: fines læti,

Sermo de medio sumtus. In Tragœdia Reges, Principes, ex urbibus, arcibus, castris. Principia sedatiora: exitus horribiles. Oratio grauis, culta, à vulgi dictione auersa, tota facies anxia, metus, minæ, exilia, mortes. Memorizæ proditum est, Euripidem ab Archelao rege Macedonizæ cuius in fide, ac clientela esset, rogatum, vt de se Tragœdiam scriberet: Ne, inquit ille, Iupiter, ne tantum mali. Nomen traxit ab hircò nullam aliam ob causam, nisi quia in eius numinis honorem ageretur eiusmodi fabula, cuius victima esset hircus. Eo igitur victores donati rem illi diuinâ facere. Primùm sanè agi coeptâ vindemiarum tempore scriptû est, vnde occasio data Grammaticis vt *πρωτὸ τὸ κρημνισμὸς* nomē ducerēt, quasi *κρημνισμὸς*, quam vocem integram etiam apud Aristophanem habes, *ἀχαρνέων*. Qui eam primus dederit, haud ita pro comperto habetur, satis constat illud, à Thespi poeta factam nitidiorem, qui primus pensiles scenas in plaustris circumegit, addiditque nudis oribus facem pro persona. à quibus facibus vinaceis alii Tragœdiæ nomen deductum maluere. id enim significat *κρημνισμὸς*, quemadmodum *κρημνισμὸς* vindemiam. Falluntur tamen hi quoque, quum ipso Thespi nomen hoc fuerit antiquius. Disceptant hic Grammatici, vtrius fuerit fax, vinine an olei, & addit fatali more suo nugas, facē esse aquaticū humorem vini. Sanè in vino nihil longius ab aquæ natura distat, quàm fax, vsque adedò vt etiam lapidescat. Tartarum nostrates dicunt medici. Arabes quoque vini, & aceti, atque eiusmodi liquidiorum, Durdi vocant: olei verò sicut nos, murcam, ita illi Thesal. Hoc nomen, hæc origo. Definitio autem apud Aristotelem *ἡ ἐκ μίμητος ἀρχαίας σπουδαίας, ἢ τελείας, μέγας ἐχέουσα, ἡδυσμάνω λόγῳ, χρεῖς ἐκείνου ἢ εἰδῶν ἐν τοῖς μέγαις δράμασι, ἢ δι' ἐπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέους, ἢ φόβου παράσκευα ἢ τοιούτων παθημάτων ἐξιδασκόν.* Quam nolo hic impugnare aliter, quàm nostram subnectendo. Imitatio per actiones illustris fortunæ, exitu infelici, oratione graui metrica. Nam quod harmoniam & melos addunt, non sunt ea, vt philosophi loquantur, de essentia Tragœdiæ. etenim Tragœdia in scena tantùm esset, extra scenam non esset. Quod autem dixit, *μέγας ἐχέουσα*: positum est, ad differentiam Epopœiæ, quæ aliquândo proluxa est. Non tamen semper. cuiusmodi vides

Thesal.

*Harmonia.
Melos.*

vides apud Musæum, Præterea *κατάποσις* vox neutiquam cuius materiz seruit. sicut *επιγαστήρ*: mediocritatem significat hic. Paucis enim versibus nequit satisfieri populi expectationi: qui eo conuenit, vt multorum dierum fastidia, cum aliquod horarum hilaritate cōmutet. Quem admodum inepta quoque est prolixitas: adeò vt facere dicas illud Plautinum,

Lumbi sedentiò, oculi spectando dolent.

CAP. VII. COMOEDIÆ

SPECIES.

HÆ sunt origines tum comœdiæ, tum Tragœdiæ: hincinceps utriusque & species, & partes videamus: à Comœdiâ verò incipiendum est. Eius ergo differentiz aut à temporibus, aut ab argumentis. Itaque tres Comœdiæ narrantur ætates, vna vetus, quo tempore summum imperium penes populum fuit. Idcirco licuit illius sæculi Poetis risum aucupari ex quocunque genere iocorum, siue ii sale, siue acerbitate aspersi essent. non enim æquo solum, sed etiã libenti animo audiebat populus quæ in iudicum iniquitates, prætorum mala vel facinora, vel euenta, prauorum ciuium corruptos mores dicta iacerentur. Id tum impune fuit maledicis poetis: quasi malæ famæ metu deterriti componerent animos auos à virtutibus atque appellerent ad frugem bonam. Grassabatur ergo ea licentia in omnes ordines, ætates, sexus, conditiones impunè: idque non in transcurso tantum, sed integro fabularum tractu, ac primario studio. Quod in Ranis, & in Nubibus constat Aristophanis. Vexatio autem illa tamen si sparsim, atque vt sese res daret, exercebatur, ipsi tamen choro potissimum est attributa. Habuit autem hæc quoque vetus ætates duas. Quippe sub Sannyrione, cuius nomen primũ inter priscos celebratur, inconditæ partes, ac personarum introductiones. neque lex erat earum numero posita. Primum ferunt Cratinum, & partes distinxisse, & actus disposuisse, & ad tres tantum personas numerum astrinxisse, neque tamen ab eo tam exactè hanc operam positam, quàm studiosè susceperat: perfectam postea ab Aristophane. At si quis accuratius huius quoque operam perpendat, inueniet partes diffitas, neque dispositas per actus ad eum

*Ætates
Comædiæ*

*Ætates
Sannyriæ*

modum, quem successores instituerunt. Quin alia quoque ratione inuenta est sibi dissimilis, scilicet pro cuiusque ingenio poetarum: quæ ad trium tantum iudicia digesta sunt, Cratini, Aristophanis, Eupolidis. Omnium enim vnus cum esset scopus, taxandi nimirum atque irridendi, non vno modo sunt profecuti. Cratinus acer, & aperto nudoque telo. Eupolis grauis, & confictarum nouitate personarum sustinens acerbitalis suæ venustatē. Aristophanes cum risu mordax, nihil sine facetiis impingēs. vt & hinc discat Iuuenalis obrectatores, non esse, quod iactant, verū. Aiunt enim illius affectatione illatā labē Satyricæ venustati. Quam lenem, ac placidē fluentē videas in Horatio, in Iuuenali asperam, ac temerariam. Non enim reprehensorē, aut obiurgatorē esse Satyrū, sed substantorem, & irrisorē. haud ita est, quemadmodū suo loco diximus. Videmus enim hīc, veterū & vsū & iudicium quod ex veteri comœdia in Latinis Satyris pro lege habendū est. tales enim fuere & Eupolis & Cratinus. Aristophani verò propior Horatius. Attritis deinde populi opibus, reductaque illius infana & licētia & incōstantia ad Tyrannicam paucorum libidinem, continuit poetas metus potētiorum in officio benedicendi. Quocirca sublati chorus fuit: cuius illæ videbantur esse præcipuē partes, vt potissimū, quos libēret, læderent. Quare cū cætera nihil mutata essent: mansit species quidem prior, parte tantum desiderata. Vnde mediæ nomen ortum est: non tunc quidem, sed posteaquā nouæ Comœdiæ appellatio fuit instituta: inter quam, & veterem illam quæ intercederet, *μῖον* fuit nominata. Intercessit autem & tempore, & forma: quando neque huius, neque illius faciem repræsentaret. tempore quoque posterior fuit superiore, & prostrema prior. Quippe noua sub Alexandro florere cœpit: cuius ætas oligarchiam subsecuta est. Chori autem loco *παράδοσις* quædam fiebant, in quibus aliorum poetarum dicta, scriptaque sine maleficii crimine, aut poenæ suspitione irridebantur. Cratinus itaque vnam fecit eiusmodi, quam *ἰδυαεῖς* inscripsit, specioso sanè titulo plurimum Vlyssium. In ea aiunt Homeri Vlyssæam vexatam maledicentissimis censuris. Talem quoque prodiderunt *ἀπολοστικὰ* Aristophanis. Etiam in eiusdem Pluto Chori desiderantur,

Cratinus.
Eupolis.

Aristophā.

Chorus.

quod & alibi monebamus: ita tamen, vt non omiffus, sed exemptus videatur. Illud constat: Cratinum, ad pristinam licentiam cùm efflet aufus reuerti, βάντας fabulam edidiffè: vnde illi contigit interitus. Ab illis enim, in quos fuerat inuectus, captum, ac vinctum, atque in mare proiectum, ea mersione imitatum esse nomé suæ fabulæ. Floruerunt in antiqua præter eos quos suprâ memorauimus, Phrynichus, Theopompus, Archippus, Plato, Teleclides, Pherecrates, Stratis, Crates, alii. In media verò Philippides, Strato, Anaxilas, Mnesimachus, Epicrates Ambraciota, Nicostratus, Sotades, non illud monstrum nobile impuritate sua, sed alius, cuius extant versiculi de fabula, quæ inscribatur ἐκλεισίθυρα. In hoc Comœdiæ genere Alexis perillustis fuit. Quod Horatius ait: ab Accio versus Ennii rideri: an proximè accedit ad huiusmodi modum παρακάτω, quam Comœdiæ huius mediæ propriam dicebamus? Nullus enim Grâmaticorum quid illud rei sit, nos docet ibi. Differt autem à veteri noua multis modis: potissimùm verò compositione. Astrictior enim certis legibus tam ad arguméta quàm ad dictionem. nõ enim ridicula dramata in noua, vt ex qualibet materia risum caperet. Quinque partitionib. secta, tibicinè interferit. Vocabula noua nõ fabricat ad risum, aut ad cauillum. Et populari sermoni de medio sumpto propior noua fuit apud Græcos. Neque excurrit noua ad alios versus, solis iambicis, aut trochæicis contenta. In veteri multas carminum species videmus. Ortã tamè ex antiqua nouã satis apparet ex iis quæ veteres memoriæ prodidère. Aiunt enim Aristophanem scripsisse fabulam Cocalum, cuius filium fuerit amuffis & regula Menádro, atque Philemoni ad nouam Comœdiam comminiscendam. Hoc vnum genus nostri quantum amplexi, atque imitati sunt: tamen secundum ætates Comœdiæ quoque modos. à temporibus notauere: quæ eis differentias non à specie sed à stylo constituerent. Itaque veteres fabulas Liuii Andronici dicimus, Pacuuii medias, Terentii nouas, quia hic postremo seculo, ille prisco, Pacuuius medio natus esset. Andronicus enim primus dedit fabulam, quam Græcorum more docuit histriones, ita vt esset in Scena ipse, atque eos castigaret. Quod per initia suorum studiorum quum Aristophanes

non effe aufus facere, ludiones habuit duos, quorum opera pro fe ad populum vteretur Calliftratum & Philonidam. Calligatus tamen conuitiis Ariftonymi & Amipfiæ depofuit timorẽ, ipfeque in scenam prodiit. Chorum verò an introduxerit Liuius, nondum legi. At Plinius Cæcilius veterem Comœdiam fuo tempore Latinam recitatam fcribit, non tamen actam. nec abftinuit tamen noua Romanorum à cenfura atque animaduerfione vitiatorum, vt eft sæpe apud Plautum. femel Terentius, nec palàm. Ancilla enim in Eunucho ait, Chæream effe in eo, vt patiat, quod mœchis fieri folet: Quod, inquit, nunquam vidi fieri, neque velim. Sufinet hîc fuam pertonam. quæ meretricio quæftui daret operam, nolebat malè effe mœchis. Tectis verbis deinde oppugnat Romanorum negligentiam in vlcifcendis mœchis, quum ait, Se nunquam vidiffe factum: perinde acfi dicat, non confueffe fieri. At Plautus tamen ex Diphilo, Menandro, Epicharmo, Philemone, Apollodoro accipiebat, tamen addidit aliquando prifcæ acerbicatem: neque in tranfcurfu folùm, fed multis interdum verfibus. In Gurgulione hæc:

*Terentii
locus.*

*Tum ifti Græci palliati, capite aperto qui ambulat,
Qui incedunt fuffarcinati cum libris, cum fportulis.
Conftant, conferunt fermones inter fe tanquam drapeta:
Obftant, obftant, incedunt cum fuis fententiis.
Quos femper bibentes videas effe in ænopolio:
Vbi quid furrupuere, aperto capitulo caldum bibunt:
Triftes atque ebriosi incedunt.*

Item multis aliis locis notat fua tempora, & nationes: neque folùm communes mores, fed etiam nominatim Pelionis ineptias hiftrionis, in Bacchidibus. Quinetiam interpoſuit maledicam *παρολιον* in eadem: quod & fuo monuimus loco. in his Græca veftigia: poſtea Romanus aufus eſt emollire opicam feueritatem: ac nomina fimul cum moribus inferre in scenam è Latio, & deducere in feftos ludos. Itaque Marcellus & Brutus, & alii nobiles viri non folùm in cuneis ſpectarunt, fed etiam in ſcena ſpectati ſunt. Vnde orta fuere genera fabularum, ab ornatu veſtitu quem gererent nominata. Nam quemadmodum Græcas Palliatas, à Gentis veſte vocabant: ita à Romana toga Togatæ dictæ ſunt. Latinarum igitur ſpecies

species hæ: Nobiliores, quæ à personis primariis Prætextatæ appellabantur. erat enim prætexta Magistratum toga, cui purpura prætexebatur, à Græcis ἰκκίριος *iccirio* ^{Prætexta.} *εὐπόρουρος*. C. Melissus, qui fuit ab Augusto præfectus bibliothecæ in porticu Octauianæ, edidit nouum genus Togatorum, quas Trabeatas, appellauit: quemadmodum legimus in libello De claris Grammaticis. Minus nobiles, in quibus Senatores priuati cum togis introducebântur. Vltimum genus capiebat humilem fortunam popularium negotiorum cum tunicis tantum: quæ tamen haud quaquam Tunicatæ eadem ratione, sed ab habitaculis nomen adeptæ sunt, igitur Tabernariæ, quòd cum tabernis scenæ disponebantur. Fuit autem ab his diuersum genus Atellanæ, ab Atella Oſcorum oppido natura omnium maximè & iocosa, & dicaci. Quare cum facetias suas in Theatra municipii intulissent: id gratiæ sunt assequuti, vt in urbem quoque transferrentur. Nihil enim præter risum aucupabantur etiam in ipsa verborum acerbitate. Cuiusmodi fuit in versu illo quem recitat Suetonius in Tiberio: cui olido hirsutòque senioris obscœnitas esset exprobrata. versus fuit:

Hircum vetulum capris naturam ligurire.

Quibus verbis fortasse subest etiam stimulus. Vt capras nominaret: quòd ille in insula Capretis agebat. Romani igitur inter serias Reipublicæ tractationes ad animorum refectionem, minimè turpe putarunt in vicinorum abire mores. Adeò verò placuerunt, vt tametsi omnia obscœna erant, persona, res, oratio: tamen occæptæ sint sententiæ dicaces à ciuibus agi per ioca versibus incòditis iactata. Quod genus pocmatis, quia ei deerat multum ad iustam Atellanæ magnitudinem, tanquam pars toti conueniens insertum fuit postea in Atellanas, atque ex eo facta exodia. quæ causa fuit vt ii qui agerent Atellanas, neque histrionum numero ascriberentur, neque tribu amouerétur: quin etiam ius retinerent nomina dandi ad militiam. An verò hanc aut vnam è superioribus veteres Italicam appellarint, haud satis constat: neque sanè ita magni refert. In nono libro Diphnosophistæ meminere Sciræ cuiusdam poetæ natione Tarentini, qui Italicæ comœdiæ author fuerit. Donatus his quare addiderit Rhynthonicas, reddit rationem. quippe ab actore.

Rhynton.

Verùm actor comœdiæ genus mutare aut constituere qui possit, non video. Athenæus in tertio Rhyntonis meminit tanquam poetæ, nõ quasi actoris, atque eius fabulam Aphitryonem. Idem Donatus, quemadmodum & nos, Togatas à Tabernariis specie distinguit, alii non quos quidem errare puto. Atque hæc quidem sunt separata genera ex Personis: quas tamen Pacuuium miscuisse produnt, ita vt Prætextatæ argumentum Palliatæ nomine circumferret. Siquidem inscripsit Orestem atque Agamemnonem. Adeò placet nouitas rerum, etiam deprauatarû. Festiuè (vt solet) Plautus Amphitruonem suâ Tragicomœdiam appellauit: in qua personarum dignitas atque magnitudo Comœdiæ humilitati admixtæ essent. Ab argumentis etiam possumus agnoscere differentias. Amatoria toræ, vt Andria, Calumniatoriæ, vt Nubes, Romæ. Ciuilis fortunæ & morum, vt Thesaurus, Captiui, Aulularia. Euenta, vt Phasma, Arcturus. Fallaciæ, vt Miles, Pseudolus. Alia quoque ratione: Turbulentas, negotiosas agnoscimus, qualis Adelphi. Has motorias dixere. Alias sedatioris: statarias iccirco vocant: in quibus nõ ita discurretur. Talis Hecyra, Afinaria. Aliz hilares, & coniuiales, cuiusmodi Bacchides. Nunc ad Tragœdiarum species transeamus.

*Motoria.**Stataria.*

T R A G O E D I A R V M S P E C I E S

C A P V T V I I I .

TRagœdiarum species à loco duæ, Græca & Latina, quæ fuit prætextata: qualis extat Nero, Senecæ. Ab argumentorû verò generibus diuersæ sunt. Nã Calias Atheniësis, qui maior natu quàm Stratis fuit, Tragœdiã fecit, quã Grammaticam nominauit: propterea quòd è literis & sonû ducebat, & argumentum. Nam Chorus nihil aliud quàm saltatio fuit ex nominibus, & sonis, & tēporibus, & rythmis elementorum. Quod qui exactius nosse volet, ex Athenæo petat. Haud enim multum facit ad rē: & Latinis est prorsus inutilis, quarquam eius numeros adeò sunt veteres admirati, vt memoriæ proditum sit, eorum imitatione compositos esse versus aliquot in Medea Euripidæ, & Oedipo Sophoclis. Alia species continet Satyros mistos Heroibus, ita vt etiam seueris hilariora misceantur, cuiusmodi Polyphemus extat Euripidæ. Menedemus

nedemus philosophus hoc in genere poematis primas tribuit Sophocli & Achæo. Erant autem quatuor festiuitates, in quibus tragœdiæ agebantur. Proinde *τραγωδια σατυρικη* dicta fuit. In tribus tragœdiæ serie dabantur: Dionysiis, Lenæis, Panathenæis. Quarta satyricæ tragœdiæ, scilicet Chytris.

COMŒDIÆ ET TRAGŒDIÆ partes.

CAPVT IX.

PArs non vno modo intelligitur. Est enim quam Philosophi appellât Essentialem. Ea duplex est, aut in re, aut in intellectu. In re materia & forma: ab intellectu materiam referens genus: & differentia formam in definitione. Aliæ dicuntur partes vniuersales, sicuti species generis. Genus enim suas species tanquam partes continet. Ac de his quidem iam diximus. Sunt præterea partes quantitatis, aut quasi quantitatis, nihil enim diuisibile, nisi quantum. Cubitus igitur est pars tricubiti. Quasi quantitatis pars est, quum dicimus igneitate, quæ in flamma existit, partem esse eius quæ in maiore flamma sit, nõ enim est per se diuisibilis, sed ratione illius quantitatis, quæ ei substat. Has nunc partes in fabulis considerabimus. Sunt autem enarratæ sub communi fabulæ appellatione genera illa: Tragœdia & Comœdia. Comœdiarum species aliquot. Comœdiæ igitur partes aliæ primariæ, aliæ accessorix, aliæ attinentes. Veræ & primariæ sunt quatuor, protasis, epitasis, catastasis, catastrophe. Scio à nonnullis tres tantum enumeratas, nos autem ad subtiliora semper animum appulimus. Harum partium communes portiones maiores, Actus dicuntur. verum non penitus, neque semper. Actus enim quintus interdum non est pars catastrophes, sed æqualis ei, simul cum ea fortitur & initium & finem. Eodem modo & protasis actum primum tam totum comprehendit quàm ab eo tota complectitur. Præterea protasis non semper in primo, in secundo enim actu est apud Plautum in Milite glorioso. Actuum autem portiones minores sunt, quas Scenas vocant. Par ratio & in Tragœdiis. Hæ veræ & primariæ, & legitimæ. Accessoriæ autem, Argumentum, prologus, chorus, mimus, Attinentes verò, quas philosophi circij.

Actus.

Scena.

constantes nominant, Titulus, modi, cantus hymele siue saltatio, apparatus. Tragœdia neque argumentum habet, neque prologum separatum, sed in persona aliqua ad fabulâ pertinentem. Nam prologi comici persona, quum lubet, extra Fabulam tota est: non quia semel quum recitauit, nusquam præterea comparet: hoc enim etiam ad fabulam pertinens persona interdum patitur. quemadmodum Sosia in Andria: atque iccirco *προτακτικὴ*, vel ut alii *προσαπικὴ* dicitur: verum prologi personæ cum fabula nihil commune: nihilo magis inquam, cum fabulâ coniuncta negotiis, quàm choragi, quum inter actus ad epirrhemata introducitur, qualis in Curgulione Plauti. Habet autem Tragœdia chorû, quem nûquam amittit: & loco Mimi, Satyrum. Cantû quoque communem cum Comœdia partem habet, & Titulum, cum saltatione & apparatu. Has igitur omnes sigillatim recenscamus.

Protasis.

Partes legitimæ sunt, sine quibus nequit Fabula constare, quibûsque contentam esse oportet. Protasis est, in qua proponitur & narratur summa rei sine declaratione exitus. ita enim argutior est, animum semper auditoris suspensum habes ad expectationem. Si enim prædicitur exitus, frigidiuscula fit. Tametsi ex Argumêto omnem rem tenes, tamen ad eò expedita ac brevis est indicatio, ut non tam saturet animum, quàm incendat. E-

Epitasis.
Catastasis.

pitasis, in qua turbæ aut excitantur, aut intenduntur. Catastasis, est vigor, ac status Fabulæ, in qua res miscetur in ea fortunæ tempestate, in quam subducta est. Hanc partem multi non animaduertere. necessaria tamen est.

Catastro-
phæ. Prolo-
gus:

Catastrophe, conuersio negotii exagitati in tranquillitatem non expectatam. His partibus additus, ut dicebamus, Prologus: quem Latinis solis attribuunt quidã. Pars hæc monoprosopos est, quæ non potest explicari definitione, nisi colligantur ex diuisionibus. Vnus enim argumentû narrat, alius Poetæ consilia in Fabulis, ut in Aedelpis. Illum vocant *προδραματικὸς*: quia sit idem *ὑπόθεσις*, *ὑποκρίσειον*, *ἀρχή*. talis in Aulularia. Mirum verò, si Prologus tota res Latina est, quomodo inuenit nomen Græcum. Alterum genus cõmendatitium. Quare *ὑποσαπικὸν* nominat: quia exoret auditores pro Authore, & Fabula. quoniã stare dicitur, aut stetitisse Fabula quû perageretur.

quasi

quasi igitur confirmaret animos spectatorum. Huiusmodi habes in Hecyra. Tertium genus, quum refelluntur obiectiões aduersariorum : vt in Andria. Aut etiam regeruntur crimina: cuiusmodi versus ille,

Idem ille phasina nuper nunc dedit:

Quod propterea dixere ἀκροαμένον. Alii sunt misti, vt in Casina. Trinummo autem διαπόσειπτον fecit Plautus Prologum, quem sanè queas ἰσχυρόν appellare, accomodatis ad nequitiam adolescentis personis Luxuriæ, atque Inopiæ. Quemadmodum in Rudente Arcturi, in Aulularia Laris familiaris, pro quibus fiebant machinæ, quarum impulsione repentè apparerent. Arcturum enim è sublimiori deuectú, par est: quemadmodam ipse quoque ibi profiteretur. Sicuti in Tragædiarum sine, & in sine Amphitruonis earundem genere machinarum opus fuit ad producenda Numina, quorum opẽ summa pericula, summæ desperationes in meliorem spem reducerentur. Quales exitus in Sophoclis Philocteta, & apud Euripidem legimus. Quod autem suprã diximus, Prologi personam ad Fabulam non pertinere, id sanè verum fuit. At suo more Plautus nouas res molitus, Mercurium in Amphitruone fecit agere Prologum : qui tamen magnam deinde Fabulæ partem expedit.

Argumentum autem noua sanè res, neque necessaria, nisi ijs in Fabulis quarum Prologus aliud agit, neque in protasi continetur. Profectò neque in Prologo, neque in Protasi Andriæ ostenditur Fabulæ argumentum. Ita neque in Eunuchò, neque aliis quibusdam. Donatus Argumentationem vocat, malè. Est in Originibus nostris declaratum ex Ciceronis atque aliorum obseruatione: Argumentationem nunquam capi pro eo quod est ἰσχυρότης, sed aut pro inuento quopiam ad faciendam fidem: aut, quod frequentiore in vsu inuenitur, pro inuenti illius expolitione. Id quod etiam in Topicis Seuerini Boetius declarauit.

Titulus est inscriptio nominis, non à tutando, vt ^{Titulus.} aiebat Varro: sed προὐτοπίειν. Honor enim & Titulus, idem, nomen dico tam authoris quàm Fabulæ. Quod non pronuntiabatur tantùm ab eo qui modos faciebat: sed etiam proponebatur in proscenio. Aiunt, si esset vetus Græca fabula authoris noui opera cedita Lati-

nè, Fabulæ nomen præponi solitum. Sin esset aliter, authoris nomini Fabulæ nomen postponi, quo attentior esset populus ad audientiam ex vetere opinione. Argumentum autem ipsum sub titulo etiam proponi solitum descriptum grandibus literis arbitror. Quare illud quoque argumenti genus excogitarunt, ex cuius versuum capitibus Fabulæ nomen legeretur.

Actus.

Actus est dictus ab actionibus communibus, quia totum genus δραματικόν. est enim pars fabulæ continens diuersas actiones pro diuersitate, quas diximus, partium. Denominati autem sunt ab ordine, qui numero quinario complectitur. neque enim plures paucioresve quinis esse conuenit. Distinguebantur autem interuentu cuiuspiam personæ nouæ olim. Postea verò sæpe aliter factum inuenias. Personam eandem negat Donatus plus quinquies exire in proscenium, falsò. vel statim ipsa in Andria Dauus ostendit haud ita esse. tum alibi sæpe.

Scena est actus pars, in qua duæ pluresve personæ colloquuntur, eius initium est aliquando ab omnium ingresso, aliquando ab vnus tantum, qui deinde alium quempiam inuenit è Scena superiore: finitur autem abitu interdum omnium, nonnunquam vnus tantum. Ad eò vt si tres fuerint, duo reliqui sequentem constituent scenam. aliquando vnus solus relinquitur ad futuram scenam. Nomen inuenit ex eo, quòd alia atque alia facies subinde appareret ex ædiculis, quæ olim quum è ramis ac frondibus conficerentur, ita sunt ab umbris & tabernaculis appellatæ. Et sanè verbum militare οκλιωσιών. Et apud Timæum Locrum οκλιωσιών, haud longè abest ab ea significatione.

Chorus.

Chorus est pars inter actum & actum. In fine tamen Fabularum etiam Choros videmus. Quare tutior erit definitio quæ dicat: post actum, introducta cum concentu. Is tractus non fuit vnusmodi. Sanè aliquando totus cum cantu, & motu, & gestu, & saltationibus ad tibias. Miscebatur aliquando, & versuum, & tractuum varietate: nonnunquam etiam singularibus personis. Choro autem de Comœdia noua sublato, explebat officium Tibicen. Id quod in Pseudolo Plauti satis patet. Erant autem cum Choro ii, qui saltabát in Orchestra: vnde nomen χορευόντιών cuius dictum scri-

scribunt Grammatici quidam, malè. Erat enim χορῆιον
 Orchestræ pars. Cum quibus illi quoque aderant, qui
 modos faciebant, at quorum leges voces temperarent.
 Aiunt primos Choros ab Arcadibus institutos ex Dio-
 nyssiæ tibicinibus Timothei, ac Philoxeni legibus.
 Nobis tamen pro comperto est, Philoxeno Choros logè
 fuisse vetustiores. At iidem Arcadibus etiam totius Mu-
 sices attribuunt primordia. Chorus sanè res adèd vetusta
 fuit, vt olim actio Satyrice in Tragœdiis solo Choro
 constiterit. Primus autem Philammon Delphicus ad a-
 rram patriam Choros disposuit in Apollinis honorem.
 Romæ verò, sicuti à Polybio in x x x. scriptum est,
 L. Anilius deuictò ac triumphato Gentio Rege Illyrio-
 rum, in Circo Scenam extemporaneam excitandam
 curauit. Ludòsque edidit cum Thymelicis tum primùm,
 quos in Orchestra constituit. In Proscenio autem Ti-
 bicines cum Choro. Primus Archontes in Scenam du-
 xit comicum Chorum. Fuit autem per initia, Monopro-
 sos Chorus in Fabulis. Vnus enim quispiam prodibat.
 Ciuum vitia recensens, idque sine cantù. Talis est apud
 Plautum Choragus in Gurgulione. Deinde alter addi-
 tus, vt interrogationibus, atque responsionibus exple-
 rent animos varietate. Summa enim laus in Poetica,
 nouitas. Postea quaterni fuere, ita vt partirentur Cho-
 rum in paria duo, quæ iccirco Græci vocauerunt *ζυγά*.
 Qua in re ita euenit, quemadmodum in tribus Ro-
 manis. nam Romulus vniuersum populum tres in partes
 quum diuisisset, vnde & Tribus appellata, tametsi ma-
 ior deinde numerus additus est, mansit tamen nomen. Sic
 τὸ ζυγὸν vox non est mutata, quâquâ aucto numero. In Co-
 micis enim Chori viceni quaterni distincti erant in certa
 paria. Igitur ζυγὸν ex quaternis constitutum, nomine re-
 tento pristinam sefellit significationem. Alia quoque
 fuit partitio, siue cõplexio in versus, siue ordines: *σὺχουε*
 Græci vocant: quorum singuli senis constabat. Ad eum
 modum disponebantur in Orchestra quum staret Cho-
 rus: sicuti fit in acie. Id appellabatur *χορηγασία*. Idem or-
 do quum rectà ambularet, vel exiens, vel ingrediens, hi di-
 cebantur quadrati Chori. Quum accedebat, *παροδῆς*, vel *πα-
 ροδῆς* vocabatur: quo tempore canebant *προσῳδῶν*: quum
 ingrediebatur *εἰσοδῶν*, causam dicebatur cur adesset. Tum

Athenæus id

ζυγά.

Tribus un-
de dicta.

σὺχοι.

aut stantes caneant, quod & *σαπμον* nominarūt, & *σωόδιον*, tum narrabant rei euentum : aut statim reuertebantur & exhibant: quæ erat *ματάσσις*. Quod si rursus ingrediebantur, *ἑπιπαροδός*: in qua si saltarent prolixius, erat *κέρδις*: si præcisus, *κορμύπινον*, ibi lugebant. Quum verò abibant postremò, *ἀροδός*, & *ἐπιζοδός*. ibi caneatur *ἐξόδιον*. Vtebantur Græci vnica tibia in cæteris, in synodio tantum geminis: Timæus memoriæ prodidit Choros Læconicos tetragonos fuisse, Athenienses orbiculatos. Quos & *διονυσιαίους* appellarint illi. Siculi autem *ιαμβισαί*. Multum frequentemque eorum vsum vidimus in Illyrio, Græcia, Macedonia, Thracia: paucis locis olim in Italia, nunc in Galliis plurimum. Veteres autem non semper confertis manibus, sed aliquando solutis quoque in orbem disponebantur. Concinentes mouebantur in læuam primùm, quo motu aiebant sese primum cælorum orbem imitari. De hoc scriptum satis est in exotericis. Sanè etiam nunc qui tripudiare sese dicunt læuam pedem primùm mouent, quasi artem profitentes à naturæ separaram. Quippe natura dextrum mouet primùm. Daci, vt iactant sese in aliis quoque multis ab opinione consuetudinèque cæterorum diuersos, non sinistrum, sed dextrum promouent. Chorus igitur motum illum læuorsum *στροφῆ* nominabant: quam quum explerant, totidem numeris eadem vestigia paribus temporibus relegebant. qua reuersione subter labentium aduersum motum Planetarum referri profitebantur. *αἰτίστροφος* hæc. Eo spatio absoluto stâtes Terræ quietè repræsentabât. Quo in statu quum diuersa à superioribus accineret, *ἐποδόν* nominarūt. Nunc vulgares Chori nostri progressionem concisas, & regressionem minutam conficiunt, vt ego ridere soleo, quasi in Epicyclis. Hæ Chori partes tum à materia, tum à forma. Mutatas tamè leges inuenias aliter alibi. nam *στροφὴν* solam in Tragicis sæpe videmus. Alii suo arbitratu sic disposuere. *στροφὴν*, *ἐποδόν*, *αἰτίστροφον*, *ἐπωδόν*: vt essent mēbra quatuor. Alij ab Epodò incipere maluerunt: ita quinque facta sunt tribus Epodis, Strophe, Antistrophe. Nomine sunt abusi: namque *ἐπέδειν* & accinere. Illis autem erat *προπέδειν*. Quare nonnulli hæc, quæ præcinerentur *προπέδειν*. Sicuti quæ interea concinerent, *μεσοπέδειν*, quæ recinerent *παλιπέδειν*. vbi verò à proposita materia diuertebantur.

στροφῆ.

αἰτίστροφος.

ἐπωδός.

rebantur, stantes *ἀντιπροσώπῳ* alloquebantur spectatores. ea *παράλασις* dicebatur. *εράς*que Comicorum propria. *παράλασις* Damnato à Criticis Euripide, qui hoc frequētius: Sophocle non item, qui rarius. Habebat autem *παράλασις* partes septem. *κομμήσιον*, quæ erat constitutio breuioris partis: vnde & nomen à præcisione. Altera pars dicebatur Anapæstica: quia olim ex solis anapæstis conficiebatur: postea suppositis aliis pedibus nihilo secius nomen retinebat. Tertiam vocarunt *μακρόν*, non propter tractum productiorem. erat enim breuissima: sed quia vnico impetu sine respiratione absoluendum esset: luserunt in nomine Ludiones ad laborem potius respicientes. Post eam erat Strophe, cui Antistrophos respondebat. huic Epodos succedebat, aut Epirrhema: cui antepirrhema respondebat. Quod xvi. non amplius versibus constare, lex fuit. Aristophanes numerum auxit. Partiebantur autem vtrûque in Semichorum: interdum versu anapæstico, siue commatio & strophe: veluti in Ranis apud Aristophanem. Aliquando *παράλασις* quartæ personæ attribuebatur, quod tunc *παράχορήγισμα* dicebatur: propterea quòd esset diuersio à materia scenica. erat enim illa persona scenica. Quòd si non è scena, sed è choro vnus loquebatur, *παράσκιώιον* hoc: quia extra chori & propositum & numerum id fieret. Quemadmodum fecit Æschylus in Agamemnone. Ita apud antiquos legi: quum tamen è choro *παράχορήγισμα*, è scena *παράσκιώιον* esse ego & antea putarem, & nunc etiam censeo. Nomina enim ipsa hoc produunt. Semichorum voco, quod Græci *ἡμιχόρειον*, alterum chori dimidium. nam totus chorus ita dimidiatus *διχορεία* dicebatur. Quare chori responsus appellatus est *ἀπυχορεία*. Componebantur autem tunc pari habitu aduerfieri alteris alteri. Primus Tyrteus *πρυχορεία* constituit: verùm extra scenam, ex impuberibus, viris, senibus. Partienti autem chori à locorù proportionem alia fuit ratio. Qui ad dextram collocaretur, *δεξιόσάτης*: à *λαυα*, *ἀριστεροσάτης*: ab latere, *λαυροσάτης*: qui post hunc, *πίπτοςάτης*. Fortasse *λαυρόγεμμος* eadem ratione ea sit, quam Galenus *ἐπιγαστρογεμμο* lateralem *σιμον*. Consuebat chorus ex quavis ætate, officio, statu, sexu: pueris, puellis, viris, senibus, fœminis, aniculis, ciuibus, peregrinis, militibus, agrestibus, seruis, liberis, captiuis, nubes quoque, & rana, & vespa, &

alia quæ volueris, quemadmodum nos olim iusimus in comœdia nostra Vidulæ cuius chorus constabat Aliis, & Cepis, & Vlpicis, & Afcalonis, & Bulbis. Etiã duplicem fecit Aristophanes in eadem fabula: vnum ex Ranis, alterum ex initiatis. Anteibat chorum dux: qui inde nomen inuenit χορηγόν. Choragi apparatus χορηγίον: vnde χορηγίον suppeditare. Ille enim & omnia curabat faciēda, & seruabat ornamenta, & producebat, & reducebat. Itaque Plautus quærenti vestem, iubet à chorago vtendam sumi. Chori princeps κορυφαίος etiam apud Aristotelem. Actus dedita opera confusos ait Donatus interdum, vt ne liceret fastidioso spectatori exurgere, atque abire antequam tollerentur aulæ.

Chorag.
gna.

MIMVS.

CAPVT X.

Svblato choro, quemadmodum dicebamus, introducti qui modos facerent. Aliquando etiam actores extra argumentum, quorum vrbanitate adhuc magis animi laxarentur. quam introductionem etiam ἐπιπόδιον nominarunt, non solum in choris. Hoc idem in Atellana dicebatur exodion: quia penitus extra fabulam esset. Introducti igitur quod omnia gesticatione imitarentur, Mimi nominati: atque alii plenius πανμίμοι. Tantum potuit apertior, atque expressior actio: vt generis nomen, quod esset pœces vniuersæ, ipsi soli sibi vindicarent. Sic mortalis pro homine tantum, quum omnia nata intereant. Ita πομπή (vti diximus) opilio: quum tamen ποία omnibus pœcus communis haberetur. Et ποιητής qui carmina faceret: non cuiusque rei author. & sicut ostendimus, apud Latinos Factor, olei tantum. Hoc in lusu quum postea quædam impensius populo placuissent, ausi sunt seorsum suis auspiciis quam commouerant expectationem sustinere, atque in eo laudem quærere, & artificis præterea nomen vindicare. Hos Latini Mimos vocant ex Publio & Labe-
rio, qui eo in genere excellere, & Planipedes ob eam causam quod cothurno Tragici, socco autem Comœdi pedes induebant. ipsi autem nudis pedibus agebant. Huius definitio proportionem habet cum Comœdia, quæ ipsius parens extitit. Hoc enim est minus ex Comœdia, quod Fescenina carmina ex Atellana. Cui (sicuti dicebamus)

Pœta.

Planipede.
des.

bamus) inter actus apponi quæ essent solita: ex ea extra-
 cta atque asserta seruitute, iustum se sibi poema fecere.
 Sic Satyra prodit ex Tragœdia: sic è Rhapsodia, Paro-
 dia: de quibus suis est dictum locis. Est igitur Mimus, poe-
 ma quoduis generis actionis imitans ita, vt ridiculum fa-
 ciat. Cicero tamen Ethologos quum vocat à moribus,
 quos exprimerent: ridiculi rationem non admiscuit. Sun-
 to igitur duo genera, quæ etiam vicatim & oppidatim per
 vniuersam Galliam mirificis artificibus circumferuntur,
Morale & Ridiculum. Falluntur qui Planipedes dictos au-
 tumant: quia sine ædificiis humi agerent. Nã æquè in pro-
 scenio recitabant. Quinetiã Philadelphû & Antiochum
 reges saltasse mimos, author est Athenæus. Lucianus in
 libro *περὶ ὀρχήσεως, ὀρχηστῶν*, inquit, Itali Pantomimû vocât.
 Sanè de gestu, non de sermone loquutus est. Translata in
 Italiam argumenta ad eò salib. ac dicacitate aucta sunt, vt
 vnus Publius vniuersam Græciã ea laude spoliarit. Labe-
 rius autem elegantia & sermonis puritate etiã omne La-
 tiû prouocarit. Tametsi Gellius aliquot vocabula vt sor-
 dida notat: Horatius autè negat esse pulchra poemata, nã
 & veri Mimi propriû est quædam sordida vt affectet: & vt
 ex vngue leonem metiamur, legãtur carmina quæ recitat
 Macrobius. Illis enim meliores non sunt Horatii versus illi,
 quibus ipsum nõ vult mirari. Profectò & acriore iudicio, &
 puriore eloquẽtia Diuus Iulius quàm Horatius, ad eò p-
 bauit illius dictionem, vt & equestri donarit dignitate: &
 auditor eius fuerit, ac verò lubens: & ei præ cæteris cupi-
 dè, tû studuerit, tum etiã fauerit. deniq. iusserit iam equi-
 tẽ in scena prodire, acturû quæ scripsisset. Illos ad eò ver-
 sus, qui à Macrobio recitantur, semel atq. iterû legendos
 censeo: vt eorum suauitas atque puritas de authore suo
 iudicet, nõ maleuoli. Erat autè apud Lacedæmonios Mi-
 morum argumentum varium ac ridiculû. veluti imitatio
 furantium poma quædam. In alio medici peregrini. A-
 ctiores appellabantur *δεικλισταί* apud Plutarchum. In apo-
 phthegmate Agefilai *δεικλικτὰ* scriptum est sono Dori-
 co. Id verbum designat figulos, & imitatores. Alii voca-
 bant eos *αὐτοκατάδωλος*. vetus Græcia in Italia *φλύακες*, etiã
σφοισαί à quibusdã dicti. Thebani *ἑδελοντῆς*, Latine volo-
 nes Sicyonii *φαλλοφόροις* ab imitatione pompæ, qua Pria-
 po faciebat. *φαλλός* enim palum significat. vnde & Latine

Mimus.

phalanges ligna teretia, quæ subducendis nauibus, deducendisque subdebantur. Osiridis quoque pompæ his erant similes: itaque φαλλοφόροι Mimi non erant personati, sed fuligine oblitæ, & agnitis amicti pellibus, quæ Pescia dicta legimus in carmine saluari: vnde pascua & pascere, non à pecore, vt putarunt, deduximus in originibus. Ibant autem cum canistris, & herbis, Serpillo, Acantho, Violis, Hedera, Corollis, saltabantque innumerum: atque in honorem Bacchi, cuius more victores hedera coronabantur, quemadmodum Semus Delius author est, ita concinebant:

*Pascua
vnde.*

Τοὶ Βάκχε τὰν δὲ μούσαν ἀγλαΐζουσιν.

Ἀπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες ἀγλαὰ μέλει.

Καὶ μὲν ἀπαρτύνευστον. οὐπὶ τᾶς πάρος

Κεχρήματα καὶ ἴδουσιν. ἀλλ' ἀκήρατον

Κατάρχουσιν τὸ ὕμνον.

Inde procurrentes obuium quemque subsannabant. Hoc enim differebant ab Ityphallis. eundo enim canebant. Ityphalli stantes pronuntiabant, ebriorum persona, & coronati. Hoc enim ebriorum fuit: vt est tum alibi, tum in Menegchmis, & Symposio Platonis, & in vita Xenocratis, de Polemone. Manuum quoque tegumenta gerebant ex floribus confecta, & tunicas albo ad medium distinctas à cinctura, quam cogebat velum Tarentinum, ad talos demissas. Silentio per ostium ingressi vbi ad orchestræ medium euaserant, conuertebant sese ad theatrum, ac dicebant,

Ἄνείητε: εὐρυχωρίδω ποιεῖτε τῷ θεῷ. ὁ θεὸς εἶ

Γὰρ ὁ θεὸς ὄρωσος ἑστρωτοῦ λόγος διὰ μῶσιν

Βαδίζειν. &c.

Baccho verò dicatum poema est simul & celebritas: propterea quòd ex oppido Batiæ, cui nomen erat ἰλαθῆ-
ραι, Pegasus quidem mysteria detulit Athenas vnà cum Liberi patris signo. quod populus cum segnius accepisset: eius contempationis pœnas dedit. Corruptæ namque sunt morbo pudoris partes. Multis ergo frustra tentatis remediis, ex oraculo φαλλοίς, hoc est perticas, atque in earum fastigio coriaceum genitale tum publicè, tum priuatis in sedibus erexerunt. simile quiddam legimus in historia Palaestinarum. Habes cationem apud Aristophanem ἀχαρνεῦσι. sed de his pius satis. Aristoteles ait τὰ φαλλοῖα esse

Comæ-

Comœdiæ sobolem, puto quia Mimorum simillima sint. Hæ sunt Comœdiæ partes, de quibus hic agendum fuit. Modi autem & cantus, & saltationes, & apparatus declarabuntur post, quàm de Tragœdiæ partibus dictum fuerit. communes enim utrique sunt.

TRAGŒDIÆ PARTES.

De choro iterum.

CAPVT XI.

TRagœdiæ quoque distinguuntur per eadem penè membra, quibus & Comœdia. Protasin dico, & alias. item actus ac scenas. Protasis autem & Catastrophe non differunt genere, sed modo. Vtraque enim negotiosa. Catastrophe illis turbis addidit mortes aut exilia. Vtrique tamen commune, interdum exitum commistum habere mœrore ac lætitia. Nam in Afnaria, & Phormione, & Casina, & Persa, lætos simul ac mœstos inuenias. Quin ipsum militem malè mulctatum: de quo tamen Comœdia est inscripta. nam si Comœdiæ est lætus exitus, & Comœdia est miles: Miles exitu lætum habeat, oportet. Sic in Antigona interficitur Mater & Adulter: at exultat gaudio virgines. Sic & apud Euripidem solius Eurythæi mors lætitia multorum explet animos. In ea verò non semper actus noui à noua persona constituuntur: quemadmodum in multis videre est. Vnum Calliam Atheniensem aiunt Tragœdiæ prologum addidisse iisdem Grammatici, qui Prologum rem totam Latinam esse scribunt. Sanè Euripides cum protasi prologum ferè miscet eodem in multis filo: propter quod & à Criticis damnatus est. Aristoteles aliter partes digere. sex enim statuit, Fabulæ, mores, dictionem, sententiam, apparatus, melodiam. Principiò non est aqua diuisio. Námque Fabula totum ipsum est. Mores, qualitas fabulæ. Dictio, ornatus, et imitatio rei, aut species. Sententia, pars dictionis. **M E L O D I A**, extra rem penitus. Tantò longius etiam apparatus. Sanè cætera ad aures: apparatus ad oculos. Ille tamen quasi partem Tragœdiæ necessariam numeravit τὴν τῆς ἰδέσεως μέρος. At enim uerò ad Choragum pertinet id, non

ad Poetam. igitur cū quinque sint personæ, Poeta, Histrion, Saltator, Modulator, Choragus: Huius erit apparatus, Modulatoris sonus, Saltatoris gesticulatio. interdum cum cantu, Histrionis actio: Poetæ autem, inuentio materiæ, formæ, ornatus dictionis. Inuentionem dico rei: formam, modum repræsentandi: ornatum, versus ipsos cum suis figuris. Inuentio autem multiplex, de qua suo loco. ad ornatum aut ad formam pertinet digestio: quæ pro re variatur. exornatio quoque duplex, in re & oratione: vnde Schemata & Tropi. In re sunt ἦθη, & παῖθῃ, & δυνάμεις: id est mores, affectus, sententiæ. verūm hæc ad inuentionem atque exornationem potius pertinent. Ibi igitur de his amplius. nam hic, quantum esset satis ad partes cognoscendas, positum est. Partes igitur Tragediæ ad hunc modum. Membra statuit aliter Aristoteles: Prologum, Episodium, Exodium, Choricum: cuius duas partes facit: alteram mobilem, alteram stabilem. Prologum ante Chori ingressum definit. Alio igitur modo atque in magna parte nostratum Comædiarum. idem enim est, vt supra dicebamus, cū Protasi. Ἐπεσόδιον, Tragediæ iusta pars inter Chóricos perpetuos cantus. Exodus iusta pars, postquam nullus deinceps est chori cætus. Chori ingressus chori integri primus sermo. Stabilis est sine Anapæsto, & Trochæo. κόμμος autē siue planctus, & luctus chori communis cum iis qui in scena sunt. sic Aristoteles. De choro autem accuratius hæc. vetustiorum chorum ex quinquagenis constitisse. at postea quàm Æschylus Eumenides fabulâ dedit, turba illa ad quindenos reducta est: ita vt essent paria, id est ζυγὰ quina, externis versibus. vnde qui cantum incipiebat, καρυστικός, proximus παρὰς ἀτης, tertius τριτος ἀτης dicebatur. Legimus apud Lærtium: eum qui cantum inciperet, altiore sono vocis vsu: quo cæteri mediocri exciperent tono, atque subsequerentur. Cum fiebat πᾶροδος, id est accessio per paria, terni introducebantur: si autem fieret per versus, quini sese inferebant. Aliquando, sicuti in Comædia dicebamus, euenit, vt singulatim fieret ingressus. Aliter quoque quàm Aristoteles de versibus. suos enim quæque pars cum haberet modos, in Parodis post decem anapæstica acatalecta, catalecticum apponi solitum. Tamen si quidam citius, quidam serius, quidam nusquam interseruere eiusmodi

ἄφρονας: sic enim appellant. Veluti Sapphicis, nullo certo numero Adonium: Anapæsticis verò vel illum, vel Iambicum. Talis vsus ea quoque sunt, quæ *ἰσόμενα* vocitarunt: qualia sunt *ἰνίσι παρὰ*: & *ἄδύθυμους*, & Hymen ò Hymenæ. Ponebatur autem id post Strophem. Si autē Strophæ infereretur, *μεσόμενον* dicebatur. Similia *ἰσόμενοις ἄφρονας* πικρὰ. vt *ἰάμοι μοι*. & Nefas. & Heu. Aiunt tamen Critici Epiphthematica esse superuacua: *ἰσόμενα*, vel *μεσόμενα* non. Hæc de Tragœdiæ veris partibus. Non vera pars fuit ea, quæ ad eluendas allati mœroris maculas introducebatur cum risu, & iocis, & petulantia. Ac sicuti diximus de Fesceninis in Atellana: de Mimo in Comœdia ad augendam varietatem lusus: sic in Tragœdiam Satyri inducti ad atrocitatem leniendam. De quibus iam dicendum est.

S A T Y R A.

C A P V T X I I.

Satyri dicti sunt Bacchi comites, & Tytiri, & Sileni. Satyros Ælianus *ἀπό τῆς σατυρίας*, quia essent dicacissimi: sicuti *σάτυρος παρὰ τὸ σατῆρῆναι*: σάτῆρῆν enim *ἄλογον* interpretantur, *μὲν παθῆναι δυσσεβέσου*. cōtumeliam cum ioci acerbitate. Satyrorum id Etymon confutauimus in libris Originum. *σατῆρ* salacitatem dixere veteres. Nihil capra salacius. Capripedes Satyri: quos item Tityros dictos aiunt. Tityrus autem capellam significauit Priscis Æolensibus. Iccirco in Liberi patris festis, quibus Tragœdiæ recitantur, nimirum numinis illius socii ac ministri cæteris ludis adiungebantur. Iccirco falluntur, qui putant Satyram esse Latinam totam. A Græcis enim & inchoata, & perfecta primum.

A Latinis deinde accepta, atque extra scenam exculta. Quamobrem nō à Satyra vel lege, vel lance dicta est, vt frustra ac temerè fatagūt Grammatici. Quin has à Satyris dictas puto. cum lancib. enim prodibāt, & canistellis pomorū omni genere plenis, quib. Nymphas allicerēt. Trib. modis Satyrarū species agnoscūtur. A generib. carminū, à characteribus, à ratione poematis. Nā cū essent asperitatis tragicæ diuerticula, tragicorū quoq. versuum leges obtinuerunt. Iccirco Nicolaus in vicesimo septimo libro Historiarum ait, à Sylla Romano sermone

Satyricas fuisse comedias scriptas. Sic & Lucilium aliquot confecisse patet ex illis versibus Satyræ x x v i i,

Salutem fictis versibus Lucilius

Quibus potest, impertit studiosè, & sedulò.

Varronis quoque Satyræ ille Menippæ constabant Iambicis. Ex multis ergo ponam hos ex ea, quæ ab illo fuerat inscripta Hercules.

Tuam fidem:

Noctu Annibalù, qui fugati exercitum

Tutanius: hoc Tutanius nomen inuicupor.

Hæc propter omnes, qui laborant, inuocant.

Item ex eiusdem Marcipore.

Ventique ab axe frigido tum eruperant

Phrenetici Septentrionis filii,

Secum ferentes tegulas, ramos, syros.

Hos Lucilius numeros cum senariis dactylicis, catalecticis primus dicitur commutasse. Quò Latina tota excepto nomine facta est. Hæ à carminibus species. A ratione poematis tres sunt. simplex *διπληρικόν*, & *δραματικόν*, & *μικτόν*. Narratio simplex ex persona authoris, vt prima Iuuenalis. Actiua ex personis constituta duplex: aut enim personæ sunt sine nomine, vt prima Persii: aut nominatæ, vt Catii & Damasippi. Mistæ verò sunt, vt illa pulcherrima, ac plenissima munditiarum, *Ibam sorte via sacra*. A characteribus verò, vt alibi diximus, species duæ. Altera sedatior, qualis Horatiana, ac sermoni propior. Altera concitator, quæ magis placuit Iuuenali & Persio. Hi strictam habent cuspidem: illi veluti fronde contactum gerunt Thyrsum Satyrorum more, quo feriant imprudentes. Hedera namque obductus contus incautos vulnerabat. hederam, quam contemnerent, non metuebant: cuspidem, quam non viderent, transfigebatur. Est autem poema liberum, similèque satyricæ naturæ: omnia susque deque habens, modò aliquid dicat. Itaque nec proœmium instituit, nec init epilogi rationem. Iccirco iambus aptior. Hoc enim fuit *ιαμβίζειν*, quod nos maledicere: sicut ait Aristoteles, & repetit Strabo. Inde nostrum Iacere, *παρὰ τὸ ἰεῖν ἄχος*. vnde Iacere maledicta apud Liuium. Iacere contumeliam, atque etiam iniuriam apud Ciceronem. ex quo ad eandem notionem Obiicio compositum est.

Thyrsus.

ιαμβίζειν.

Iacere.

HAftenus partes cuiusque: nūc apparatus videamus. *Id* duplex est, aut in personis, aut in loco. Personæ tres, Agens, Saltans, Modulans. Locus est Theatrum. Atque Agens quidem potior quàm Saltans: est enim vice Poetæ scribentis loquens. Saltans est quasi tacita locutio. quippe officio rerū per corporis motus, status, figuras. Postrema persona, Modulans. Nec sanè persona: cum sonus aliūde quoque quàm ab ore proficisci queat: vt in Hydraulis olim, & nunc in iis quæ dicuntur organa. Est autem hæc canētis norma. Propterea verò quòd qui canit, verba canit: iccirco Agens duplex erit: loquens cum cantu, & sine cantu. De agentibus ergò primū dicendum est.

Persona non vno modo definita est: verū ad hunc locum haud magis pertinet, quàm ad librum de inuentione. Impresensia satis sic sit: Persona est res animata *Persona.* facta in scena, verè imitatrix. Veram suo loco descripsimus. Qualitas hominis posita in moribus & fortuna. Ita complectimur affectum, affectūque rationem omnium sexuum & conditionem. Imitatur autem omnine, corpore, moribus, dictis, factis, affectibus, habitu. Dico Rem animatam, vt à locis fictis distinguatur: qui vera loca nihilominus imitatur. Rem inquam animatam, voce vniuersali: vt etiam Ranas comprehendam. personæ enim inuit ratione. Sic Nubes, Aues, Vespe, alia. quare enim pro personis non accipiatur, quibus sermones, disputationes, consilia sint attributa? Idola tamen, siue formæ defunctorum pro ipsis corporibus introductæ sunt ab Euripide Polydori, ab Æschylo Darei. an Idola hæc alia sint ab animabus, videndum in Græcis nugis, & apud Luciani Diogenem, & in Platonis Phædone. Personarum distinctiones in Comædia sunt à conditione, à professione, ab officio, ab ætate, à sexu. Conditionem appello statum cuiusque fortunæ. est enim quasi quædam fabrica: faber autem Fortuna. Seruus, Libertus, Liber. Pater aut Filius familiars: Virgo, Cælebs, Maritus. Professio est habitudo, qua quis præ se fert aliquid actionis ad viuendi rationem. Miles, Cucula, Agricola, Leno, Trapezita, Meretrix, Mercator, Nauta. Officium in Comædia.

dia haud parum distat ab officio Philosophorum. Nam illi officium ab honesto non disiungunt: in Comœdia suum se officium facere clamat Leno cum iuuentutem perdit. Ad eundem modum scriptum est ab auctore Rhetoricorum ad Herennium: Canes fungi officio Luporum. Est igitur officium hic, ius actionis ad quencunque statum pertinens. Ætas est dimensio vitæ variata secundum concretionis mutationem. Infantia, pueritia, pubertas, iuuentus, stata ætas, quam Græci *αὐπλὴν* vocant: ambiciosi Medici recentiores reformidarunt Statum dicere, cum Latinum verbum scitissimum sit: ac propterea quod ii, quos vocant Barbaros, vsi fuerant, reiecere. Sequitur hanc Senectus: post hanc Senium, siue decrepita ætas, quam comici Capularem vocant. His nomen varium accommodatum, ex agris, aut ex oppidis sumptum. Dæuus, Sýrus, Sofia, serui communes: Cursores, Drómo. Delitiosum nomen, Storax, Pægniú. Lorarium, Sparax. Coqui, Anthrax, Congrio Machærio. Lenonis, Chrysofagus, Lycus. Trapezitæ, Chrysofocos. Meretricis, Thais, Lais, Glyceriú, Philænis. Sunt dein Chremetes, Simones, Critones, Pamphili, Charini, & alij. Corpus aliud militi, allud colono, cursori, vmbatili, parasito. Corpus nunc intelligo non solum corpulentiam & molem, sed etiam faciem, figuram, colorem. Mores dicta, facta plurimum pendent à nationibus & professionibus. Habitus est corporis tegumentum. Differentia in materia: pãni linei, lanei, serici: à forma, Arma, Clypeus, Machæra, Causia, Toga, Chlamys. Instrumenta, Corbes, Trullæ, Penniculus, Cantharus & eiusmodi. neque laboro si quis clypeum & machæram inter instrumenta, an instrumenta inter habitus appendices connumerarit. Sunt præterea ab euentu, Sarcinæ, Cunæ, Cistellæ, Situlæ, Tabellæ & eiusmodi. Duplex autem est tegumentum. aut cum ornatu: vt Spinther, Armilla, Annulus, Mitella, Stalagnus, Strophium, Capitium, Zona, Baltheus, Pinnulæ: aut simplex, quales Bardocuculli, Chlamydes, Pallia, Pilei. Quare non immeritò Persona dictus est habitus is fictus, qui veram imitaretur. Non quemadmodum refert Gellius, à personando: quia cætera tecta, ora tantum aperta essent, vnde vox exaudiretur: sed quod erat *πρόσωπον*. Primus autem, sicuti dictum est, Thespis,

*Statu aut
stata ætas.*

*Gellius no.
tasus.*

Thespis,

Thespis, quasi colorem induxit quendam ore fœcibus peruncto. Puto ego pastores pellibus opertos, personas induisse. Nihilò secius herbarum folia grandiora ob faciem obtenta: vnde à nobis Personata, quia à Græcis *ὑποκριτής* & *ὑποκριτής*. Mæsonem Megarensem aiunt primum personam excogitasse. quare Festus videtur in aliqua Comœdia legisse etiam aliquam personam eo nomine designatam. sic enim ait in xi, Mæsonem persona coqui aut nautæ, à Mæsone-Comœdo inuentore. traditque eiusce rei auctorem Aristophanem Grammaticum. idem Athenæus in quarto decimo. Apud Latinos exultam maximè personam ab Roscio Gallo histrione. Alii malunt Cincium & Faliscum longè illo antiquiores, personatos primos egisse Comœdiam. Tragœdiam verò, Minutium & Protonium. Additi postea Galericultum candidi, tum nigri. item virgæ in manus, non (vt aiunt) ex Homeris Poematibus, sed à baculis pastorum: a quibus vniuersam poësim effluxisse ostendimus. Consultum hominem grauioris habitus amictu tegebant. Seruum tunica angusta, curta, expeditior vt esset: non vti putarunt: ob paupertatem. nam diuitum quoque serui ad eundem modum adornabantur. Nuncium, aut viatorem cum penula. Nautam causia. Militem sago, aut chlamyde, eaque ferè purpurea, & machera. Populus tunicatus, pullatus. Parasito pallium obuolutum. Sanè parasitari & adulari, Græca res itaque Græcum nomen cum Latina voce nulla commutari potuit. Talem & amictum esse decuit. Sed & tunica pulla, aut nigra, aut alba à Latinis est introductus: alba sanè, si eius suafu aut technis nuptiæ tractabantur. Strigilem, & ampullam dat Plautus in Stichò. color ater ex Athenæo & Cicerone. Lenoni versicolore attribuit. Adolescentibus pro euentu & statu. lætis candidam, mœstis obsoletam, diuiti purpuream, pauperi puniceam. eo námque colore tinctas tunicas seruitiis Gallicis è vaccinio ait Plinius. Afro tunicam manicatâ, demissam: eidem inaures. Phrygibus mitellam, vittam cum redimiculis. Tunica huic, qualis & Afro. Quibusdam Exomides datur, quibus vnica tantum erat manica: Seruis interdum albæ Exomides, vel tunica, quam Græci *ἱματίδιον*, & *ἰμμάθιον*, aut *ἱμάθιον*. Pictæ, floréti adolescentiæ: atre,

senibus, interdum puniceæ genus quoddam, quã *καμπόλω* vocabant à flexu. Priscis senibus candidæ, de more antiquitatis. Coqui vestis duplex & rudis. rudem dico fulloniæ operæ expertem. Eunuchi vestem non posuere: sed variam intelligas ex fabula Terentiana. Differentiam faciūt inter *μαστροπὶς* & *πορνόσκοις*, illo nomine designari scortorū matres: *πορνόσκοις* esse cōciliatores. Ego Lenoneshac posteriore voce dictos scio: quid enim aliud est scortū alere? Fœminas ornāt vitta purpurea circū caput. Lenonibus Græcis versicolor, vt diximus, tunica & amiculum pictum desuper, non sine baculo, quem *ἀροσκοῦ* vocarūt. *παρῆπληγος* vestis muliebris: cuius manicæ ad cubitū vsque. Altera Talaris, quã dicebant *σύμμερον*. cuius ima ora erat *ἀλουρρός*. species hæc purpuræ, qua esset prætexta, non autē ceruleo colore sicuti putarunt recentiores: *μύλινον* colorē sæpe commemorant in vestibus. *Festucinum* vocant Veneti viridiusculum palearem. cum vetulis dabant, & cæsiū, i. cinereum. Puellis autem habitus ferè peregrinus, propterea quòd tametsi erāt aliquando ciues: maxima tamen ex parte pro exteris introductæ sunt vsque ad catastrophē. color illis byssinus, aut candidus. Meretrici luteus: auro enim, cuius maximè cupiens est, similis hic. Sacerdotibus albus: item iuueni hæredi, sed additæ fimbriæ. Donatus author est, Vlyssēm palliatum semper introductum. addit causam, propterea quòd, inquit, Pallium sit Locrorum, & Ithacensium proprium. duo errores: commune enim fuit Græcis omnibus: quare Græcis Comœdiis nomen Palliatarum. & Vlyssēs alio habitu sæpe fuit: cūm exercet mercaturam in Scyro: cūm interuertit sagittis Philoctetam: cūm insaniam simulat. Armatum quoque in Aiace fuisse par est, aut saltem Chlamydatum. Regibus & diadema & sceptrum: Regum filiis diadema sine sceptro. Erat Diadema, vitta capiti obuoluta. Sceptrum, virga ære ornata. Muliebris vestis Tragica Syrma, à cauda & tractu. item Peplū. inuenias etiā virorum amictum, peplum apud alios quàm apud Euripidem: quam ob causam malè reprehensum à Criticis videmus. Parasitū sicuti dicebamus, cum strigili, aut quod alii malunt, pectine: vel cum olei vasculo: sicut agrestes cum pera, pedo & pellibus. Calciamenta quoque vestitus veniunt appellatione: eius genera duo.

μαστροπὶς
πορνόσ-
κοις.

Vestium
colores.

Diadema.

duo Cothurnus in Tragædiis, qui vtriusque pedis æquè accommodari poterat, crassum aiunt adeò, vt eius accessione Heroum magnitudinem æquatam prodant. Heroas enim omnes mira fuisse proceritate apud Philostratum quoque legimus. Vnum Tydeum excipiunt. Si talis fuerit cothurnus, quo modo venatricè eo calciet Virgilius quàm decet esse expeditissimam? Soccus humilis est: Italas mulieres altissimis vsas vidimus: quamuis diminutiua dicant voce *Socceolos*. Patris mei perfacetum dictum memini. Eiusmodi vxorum dimidio tantum in lectis frui maritos, altero dimidio cum soccis deposito. *Ἐμπεδουκ* cothurnos appellatos, soccos autem *ἰμβάτους*. Nauticum vestitum pinxit Plautus in Milite his versibus, *causam Habeas ferrugineam, Palliolum ferrugineum*. Nam his color thalassicus. Idem & cum nexu in humero læuo expillato brachio, Præcinctus. Ludiorum nomen in Pastoralibus, & Græcum & peruetustum fuisse ostendimus. Quare autem dicti sint Histriones, nondum constat. non enim à gente barbara: quam equidem & domi & foris penè ad omnia exactiora munera ineptâ scio. Picardos & Fracos excellere præter cæteros arbitror. Athenis in Theatro saltare, aut agere fabulam peregrinis neuitquam licuit. qui contrâ fecisset, ei mille nummum dicta multa fuit. Si anicula, diuina virum eloquentia Theophrastum & agnouit & appellauit peregrinum, quare spe ageret Thrax Athenis, aut Romæ Illyricus?

Hæc personarum insignia. Agebant autem neque omnes, neque eadem vna semper lege. nã in scena cum actione temperata: in diuerbiis actiuosa, sine saltatione tamen. id enim erat Satyrorum, ac Mimorum. In canticis autem cum iis qui modos faciebant. Diuidebantur agendi munera pro captu & viribus. Qui plurimam recitabat, *ὑπερωδῶν*: qui proximi laboris munereungebatur, *δευτερωδῶν*. illi primæ partes attribui dicebantur: hic vocabatur secundarius, sicuti panis secundarius. similis denominatio, sed alia ratione illa, de qua supra: Protactica, siue prostatica: cum quæpiam persona introducitur primo actu, neque amplius vsquam compareret, qualis Sosia in Andria. nam quod aiunt à Terentio sæpe, à Plauto nunquam factum: hoc quidem verum, illa mera calumnia. Alia sunt præterea genera personarum.

Protactica
persona.

narum, quasi in ima cera: Puella enim cum parit, non prodit, sed intus clamat,

Iuno Lucina ser opem, serua me obsecro.

Alia, quæ neque apparet, neque loquitur: qualis Storax seruulus in Adelphis. exiens enim Mitio non exeuntem alloquitur. Sunt & quæ apparent, sed nihil loquuntur: cuiusmodi satellites in Millite, & Baiuli in Andria, atque alibi. Lorarii quoque raró. In Captiuis tamen eis attribuit orationem Plautus. In mutam personam ambiguelusit Martialis:

νοσην Paula νοσῶτωνν amat.

PERSONÆ CERTÆ.

CAPVT XIII.

HÆ personæ in communi appellatione, & earum officia, actiones, ornatus, quemadmodum ab antiquis obseruatæ sunt. Creuit autem postea licentia. vt acceptas è variorum libidine Grammatici pro legibus statuerint: quas recitabimus non tã vt probemus, quàm ne quid omissum esse videatur. neq. enim conueniunt Comœdiæ, quæ Comœdia est, omnes: sed vt quæque introducendas suadet res. Ac veteris quidẽ Comœdiæ personæ tales erant, quales ii qui incessabantur: sicuti etiam in Tragœdiis. In noua autem & media, ad hunc pleræque modum. Sennum genera multa. primum & secundum dixere *παιστων*. Prior, vt pro auo haberi posset, singebatur raso capite, leui supercilio, decora barba, maxillis modicis, subtristis, colore candido, facie nitida. Talis fortasse Crito Terentianus. Alter nõ absimilis, verum habitudine meliore, obtutu intentiore, tristis, subpallidus, barba composita, rufus, auribus flaccidis. Tertium quare appellarint *επιμῶνα*, non declarant: eum putassem adolescentum moderatorem, nisi ridicula facie finxissent, quippe sparsa, naso aquilino, dextro elato supercilio, capillo in coronæ modum. Quartò, promissa barba ac densa: quam etiam menti agitatione succutiat. Capillorum habitus idem, supercilia immota facies vieta. hunc *επιμῶνα* nominarunt. Hermonium quoque cur aliam personam vocent, non scripsere. videtur fuisse Arrilator, quem postea Coctionem appellarunt, Galli *Machinonem*, quasi Machinatorem: eius enim interuentu & tractatu merces

merces diftrahuntur. Italia quibusdam locis *Sensalem*. Eius facies ad hunc erat modum obtutus acer, protensa supercilia, barbatus, recaluaster. Alter eiusdem operæ, diuerfa facie, tonsus, cuneata barba, sic enim *σφιλωσιών*. At Galenus per *σφιλωσιον* vbique significat partium co hæsiōnem atque infarctiōnē. In terræ angustiis coactum spiritū Aristoteles secūdo Meteororū designauit hoc verbo *πλωσιών*. Plutarchus id declarans, *τὴν σφιλωσιον* dixit. Noua notio vocis apud Euthydemum Atheniensem, in libro de falsamentis: Mugilum genus, quod esset *τετραγώνιον, σφιλωία* vocat: quippe qui non esset passus, vt passer, sed coactus in quadratum: cuius latitudo altitudinem æquaret. Quod verò nomen fecere alii personæ, Licomædus, à cura & astu videtur ductum. multa enim attingit, quorum satagit negotia. huic barba crispa, mentum oblongum, alterum supercilium protensum. Haud absimilem fecere huius faciem lenoniam. diduxere tamen buccas, atque etiam distorsere: contraxere præterea supercilia. ademere capillum, ita vt aut caluus, aut recaluaster esset.

Alia ætas Adolescentum: quorum species item multæ, primo loco frugi ponendus est: qualis in Trinummo. sic enim interpretor *πρωγενεσιον*: corpore exercitato, colore viuidiore. quippe non in umbra, sed in aperto plurimum agitatur: ac rebus agendis præest. Itaque & rugas aliquot fronti addidere, quod indicium Physiognomonæ, optimi animi statuunt. nam distenta in fronte cutis, remissa vitæ ac vœcordis frequens indicium est. intenta quoque supercilia consideratum hominem designabant: quemadmodum corrugata diiudicantem. huic quoque cæsaries in orbem composita. Erat alter iunior, atque atrior, demissis superciliis, corpore nihilominus exercitato, & sciens literarum. Tertius crispus, capillorum cirris eleganti dispositione, rubore diluto, elatis superciliis, frontis tractus vnica distinctus ruga. Quarta facies, adolescentis mollioris, omnium natu minimi: coma qualis Frugi. Candor vitam umbratilem indicabat. quos Galenus vocat *σκιαιοφίαι*: hoc differunt à Gymnasticis. educationis indulgentiam arguit: cuiusmodi Æschinum in Adelpis potes intelligere.

Hæc ab ætatibus. nunc ab officio. Personis agre-

stibus. utpote insolatis, ater color attributus, effecti in his Labeones: rectè sanè, at Simi, non rectè. nasutiores enim ferè sunt. Attonsa in orbem coma. sic enim interpretor *σφαῖλον ἑρξῶν*. non pro corona (qualis ridicula est in monachis) sed pro figura capillamenti. Duo præterea militum genera, utrique cæsaries, quàm in incessu quateret. vnde & *Ἰσιόεις* nominati: sic enim sonat vox Græca potius, quàm si dicas, Effusam ventis comam, ut aliis placuit. Prior nigra, qui & asperior & gloriosior: alteri flava, qui lenior, Totidem ad hæc hominum monstra introducere Græci alterum *καλαξ*, adulatorem: alterum Parasitum, qui caret Latina appellatione. nos in Comædia Ceparum posuimus nomen nouum Cœnaturionis: in qua Centurionem gloriosum & gulosum irridebamus. Mensarum assecclam legimus ad eam significationem in oratione contra Salustium: quæ an sit Ciceronis, dubitavi diu. utranque tamen personam in vna inuenias: ita ut Parasitus idem sit Colax. Artes sanè, ac plusquam artes: non enim solum docent agere, sed etiam Pati. Parasitica sine assentatione profectò nulla. Gnathones quoque dicti à maxillarum officio. Atrum colorem dant, atque in Palæstris exercitant. sanè verò. Adolescentum enim cœnas cum captarent, eos sectabantur, non senes: quibus omnem operam præstant in ludo, in palæstra, in balnea, ad venandum. quò non? ossa enim, ut ille ait, monet. Itaque discursus opus erat, ad portum, in arcem, ad lenam, ad templa, in theatrum, vnde colorem adipiscerentur: cuiusmodi & Alexis scribit, nitidum tamen illum, tum ob lauitiam ciborum, tum ob exercitationem. Cùm autem aduncum designant nasum: minus bene faciunt. illustris enim animi est. Ita sentio, si *Ἰνυρπις*, id significat: nam alii incuruum malunt, duo tamen genera docet Aristoteles: alterum coruo, alterum aquilæ similem: illum sanè ignobilem qui statim à fronte curuatur. Addunt autem *συμπεδεις*, id est affectuosos. Aures verò scitissimè pendulas fecère: non ab ætate, aut inedia, aut morbo corporis habitu eas productas decuit: sed insolentia dominorum, quos etiam suos appellabát Reges. horum enim manibus sæpe sunt conuulsi. Supercilia quoque aptissime intendunt: sunt enim omnium rerum, omnium orationum,

omnium

Parasitum.

Gnathones.

omnium momentorum admiratores. Sermo, gestus, vultus, animus in aliorum vultu atque animo sita sunt. Horum genera tria animaduertimus. vnum commune, pro arbitrato Comædodidascalorum: alia duo distincta, quorum primum appellatur *εἰκονικόν*, alterum autem Siculum: quem arbitror nulla re alia à cæteris differre, quam vestitus. nam *εἰκονικός*; quoque erat peregrinus. Is sine barba erat, rufus, amictu nitido. Malas quoque ei pertusas faciebant: fuit autem nomen hoc, vt ait Polybius, apud veteres Gallos in honore. suos enim Poetas sic appellasse scribit, quemadmodum *ῥόαντος* & *σοσίπια* voces sunt minimè contumeliosæ. Prisci vero Græci eum ita vocabant, cui sacrarum epularum eligendarum cura publicè mandata erat. Quin ipsum quoque nomen sacrum fuisse ait Polemo Samius, *ἢ τῆς σωδοσίας* simile. Quòd si ita est, esto; quemadmodum apud Romanos collegium Epulonum. Sicut colligi potest ex columna quæ sita erat in Herculis fano, quod fuit in Cynosarge. In ea enim hæc legebantur, *τὰ δὲ ὀπιμίτια θυέτω ὁ ἱερεὺς μὲν ἢ παροσίτων*. & in Palenidæ donariis: *ἀρχοντες ἢ παροσίτοι ἐνδεσσαν*. Locum item in quem sacrarum frugum primitias componendas curabant, Parasition appellatum. Aristoteles in Methonen- sium repub. Principibus, inquit, bini erant Parasiti, ductoribus autè singuli. Illud quoque annotatum est: eos exigere solitos tum certas à quibusdà aliis portiones, tū à piscatoribus. opsonium. Primum ferūt Epicharmū tam nobile nomen ad hoc opprobriū Comicum transfuisse: quem secutus est Alexis. Homerus autè vocat *εἰλαππίσας*. Parasitorū genera duo quàm festiuè describat Alexis, *ἐν κυβερνήτῃ* videre operæ precium arbitror. ludens enim vera dicit.

Parasition

Δύ' ἐστὶ ταυσίνια παροσίτων γένη.
Ἐν ἄρ' τὸ κατὸν ἢ κεκρωσθὲν ἄρ' ὄν,
Οἱ μέλδεις ἢ μείεις. Δύτερον ζήτω γένος,
Σατραπίας, παροσίτις καὶ στρατηγὸς ὀπιθαίεις,
Σεμνοπαροσίτον ἐν μέσσω κηλίβρον.
 Et subdit elegantissimè,
Τύτῃ δὲ ἐκατέρω ἢ γένων, ὁ ἄρ' τύπος
Τῆς ἄρ' αἰτίας εἰς ἑστὶ, καλακίας ἐγγόν.

Seruatorum autem personæ septem. vnus per caniciem referebat diuturna seruitute ac frugalitate sese adeptum libertatem, talis Terentianus Sotia. Hunc quoque *πύσιπιν*

Serms.

appellabant, sicut alterum item *ἡγάμωνα*, quemadmodum & senes. eius officium arbitror fuisse, deducendorum ac reducendorum herilium liberorum in palæstram, in ludū, ad sacra: qualis fuit ille in Phormione Geta. Rufos huiusmodi pædagogos fingebant Græci capillis in coronæ modum attonsis. Rufum tamen ibi Poeta Dauum facit, non Getam, qui erat pædagogus. Facetè quoque protensis dabant superciliis, nihil enim ineptius aut fucatus pædagogo. Huius natura, ingenio senis ducis, de quo supra dictum est, respondet. Huic similem faciebant eum, quem *ἡμισιον* cognominabant, nisi quod huic erat cæsaries iusta & plena. Tertium vocant, *κρότω πυχίαν*, siue *κρότω τριπυχίαν*, quod aut nolo, aut nescio Latinè dicere, rufo capillo, recaluaster, elatis superciliis. Quartus, capillo, & cute rufus itè, sed crispus, qua caluitiū non occupat, & strabo. Addunt vnum, quem *μέσον* vocabant, caluum item ac rufum. Acceperunt etiam ex alicuius Poetæ fabula, quem *τίτληα* nominarunt, id est, cicadam, nigrum, peruersis oculis: eiusque in caluitio duo trësue capillorum tractus diduxere. Ad mentum barbæ ratio par. Puerum fortasse in Comædiis fecere Græci aduersitorem, quemadmodum verò eum appellarint, non prodidere.

*Feminarū
persona.*

Feminarum personæ ad XIII explent ordines. Duo matronarū genera. Primam dictā aiunt *λεπκλιω*, ab eloquentia, opinor, ne dicam ab ipsa loquacitate. nequaquā enim tales sunt fœminæ. Coma ei circūfusa, nō discriminata, leniter applanata ac pexa: recta supercilia, color cādidus. Cui fecere alteram similem, præterquā capillo, qui esset crispus. Totidē puellarū species. discriminata coma, recta supercilia, nigra, candor subpallidus. Eā quæ nō esset virgo, sed pro virgine sese gereret, *ψευδοκόπω* appellarunt. hæc summo in vertice necēbat comam: qualè modū, nodūmque, in Leda marmorea, Atauorū nostrorum domi meminimus pueri. Faciē mulieris semel nuptæ affingunt.

Meretricū.

Altera similis, sine nodo comata atq. discriminata. Duo genera meretricū, ab ætate, ab ornatu. ab ætate duc: Anus & iuenculæ. Anus duæ inter se similes: altera natu grandior, & ad quæstū iam inepta declarabatur ex capillo canicie asperso: vnde & *σαρποπόλιος* nominata: cui etiā eloquendi rationē attribuebant. Alterā vocabant *παλλακίω*, pleniore coma circūfusa. Iuniorū quæ maior erat, *τέλειω*

iccirco

iccirco *στραμινὸν* dicta : rubicundior fuit quàm altera quâ *λευδοκίπλω* appellabant, à cuius auribus pèdebant cincinnati. Scortillum verò iuenculum minus comptum est. tæniola tantùm astringit caput. hæ ab ætate. Ab ornatu autem tres. Prima *δίαχρυσος*, quæ multo luceret auro. Secundâ *δίαμυθος* quoniâ varia mitella redimeret caput. Tertiâ *λαμπάδιον*, à plexis crinib. in metę aut facule modum. Trialenarum genera, Aniculæ omnes. vnam Lycæniõn à Lupa vocant. proceriuscula, rugæ tenues, frequentes, candida, subpallida, straba. Altera pinguis, crassis rugis, vitta crines cohíbens. Tertia domestica, exuctis malis, vtrinque binos dentes aperit. Ancillarum personæ duæ. maturior ætate *ἀεικίνορος* dicta, tunicula cãdida succincta. Qui húc locũ sunt interpretati, *αἰόων*, Aurã Latinè fecerunt. at Græcis famulanti significat. Itē *ἀεικίνορον*, virginē : quasi *ἀεὶ τιμωρίπλω* agentem. non reprehendo. Cæterùm *ἀεικίνοροσπίλω* emptitiam dixerunt. Hoc autē idē est quod attósam : vt etiã *ἀεικίνορος* nomē inde fortasse. Alteri ancillulã discriminata coma: nasus simulus, tunicula coccina succincta, vt præstò esse queat meretriculis. *παράψυτος* à calculis, quasi *παράψυτον* transtulere. magis placet mēsa. *ψυτος* enim abacũ significat. sic ad abacũ & ad cyathum stare pueros dicimus. Obstetricem verò nutricēve nullam finxerūt isti spicileguli Græculi. Illã esse decet amictu vulgari, anum, vegetam, rubicũdam, bibulam, tecto capite linteolo, suffarcinatam, maniculis ad cubitum reductis, aut sine manicis. Nutricem pinguem, rubicundam, hilarem, loquacem, iurgiosam, ætate integra. Matronarũ nutrices iam emeritas, anus esse oportet: loquacissimas, quæque vel herarum interpellent orationes : exploratricem, suspiciosam, capite & pectore, & brachijs tectis.

MIMICÆ PERSONÆ.

C A P V T X V.

Mimicæ personæ è foro, & tabernis & angiportis, facies atq. habitus afferunt, Cauponis, Coqui, Productoris, Sycophatæ, Militis, Meretriculæ, Cõciliatricis, Curforis, Ebrii, Stolidi, Infani, Pistoris, Pædagogi, Surdi, Cæci, Fartoris, Circulatoris, Impostoris, Arrilatoris & eiusmodi. Nunc Galli monachos adulteros, aut elatrorum desertores tanta venere ostentant, vt meritò existiment omnes eis cedere nationes. In libro De inuentione,

Lene.

Ancilla.

60 POETICES LIBER I,
materias aliquot posuimus, vt ex earum filo alia quoque
texti possint.

TRAGICÆ PERSONÆ.

CAPVT XVI.

TRagicas autem regum, Ducum, Militum, Nuncio-
rum haud alia forma esse par est, quàm quæ à veris
sustinetur. Ponunt tamen aliquas Græci aded longè à tra-
gica grauitate, vt ridiculæ videantur. verùm ne quid desi-
deretur, ne has quidem omittēdas duxi. Communis om-
nibus grauitas & proceritas. Priuatim autem ab ætate, se-
nes sex. Primus rafa barba: iccirco *ξυρίας*. Omnium natu
maximus, canicie candida, capillos adiacētes habet sum-
mo frontis tumori, quem Græci *ὄμην* vocant. figura tri-
anguli sine basi, longis maxillis. Alter candidus canicie v-
niuersali. cincinni circum caput: Barba impexa, atque
iccirco compacta: propendulo supercilio, albido colore,
breui frōtis tumore. Tertius *σπαρτόπαιος*, vt suprà dictum
est, pallore fusco. Quartus, ater color, crispa barba & co-
ma, aspectu aspero, frontis prominētia magna. Quintus,
coma flaua cincinnata, minore frontis tumore, colore
nitido. Sextus, flauior priore, sed pallore ægrotos repræ-
sentante.

Senes.
Adolescentium personæ octo. Frugi primus natu ma-
ximus, imberbis, nitido colore, subfuscus, denso capillo
& nigro. Secundus flauus, fastuosus, capilli summum ad
frontem astricti. Supercilia passa, facies torua. Subcris-
pus huic similis, sed natu minor. Quartus mollis, flauis
cincinnis, candida cute, hilaris: cuiusmodi facies deceat
alicuius dei personam. Cui similis alter iunior, sed maci-
lentior. Deinde recensent duos: vnum pallidum, alterum
subpallidum. Prioris formam attribuebāt spectro in sce-
nam introducto: aut ei qui è vulnerē laboraret. cutis ic-
circo arida, color ægroti, coma subflaua. Subpallidus au-
tem eadem, qua Frugi, forma: sed ad effingendum aman-
tem, aut ægrotum.

*Adolescē-
tes.*
Seruorum personæ tres. *διδραχίας* primus quare dictus
sit, non ponunt, pellibus accinctos in scenis egisse certum
est. vnde & hoc nomen. Huius frons plana, sine tumore.
vitta aut mitella pexos crines candidos arcet. Facies pal-
lorem albo dilutum ostendit. Nasus animi præ se fert
asperitatem

asperitatem. subelatis superciliis oculorum tetricus obtutus. barba ætatem grandiore[m] ostendit. Duo præterea, quibus Nuncios exprimebant. vnus dictus, vt in Comicis, *Nuncijs*. *σφοισπύρον*. vegeta ætate, frontis summitate lata & tumida, ambitu depresso, flauus, asper, ruber. Alter resimus, fronte tumido, flauus. è medio vertice passî crines, imberbis, subruber.

Mulierum personæ vndecim. Prima, in qua maxima dignitas & ætas grandissima. cana coma, frontis tumor modicus, subpallida. itaque *παρὰ χρομῆς* dicebatur. Secundum hanc, anicula libera, qua calamitosam exprimebāt. cutis subrufa, sufflaur canicies, frons modicè extans, crines passî ad clauiculas vsque pectoris. Post hanc, famula anicula, quo loco cæteræ frontis tumorem expressum habent, ex agnispellibus vittam gerit. cutis rugosa fuit. Altera famula *μασκούρης*, quia in medio rasa erat. Frontis summitas tumore castigato, candor subpallidus, mediocris canicies. Hac iunior est ea, quam *διφθερίτω* vocant. frons tumore vacua. Duæ præterea, capillorum forma diuersa. Comatam *κατόκομῳ* nominant, coma nigra, pallidam, mœsto vultu. Altera, quæ non esset coma plenior, sed *μασκούρης*. Similis tonsura ei quam dicunt *ἀπόσφατον*: quidam recens violatam, alii recens tonsam malunt. nonnulli iuuenulam admodum intelligunt: sicuti mox *νεαρὸν ἀπόσφατον*. ab hoc significato esset nitida, succi plena. *νεαρὸν* autem *ἀπόσφατον* est in primo flore: qualis Danae fuit representata. Duæ adhuc: quarū vtraque *κούριμος*, virgo dicitur, caret ea frontis exporrectione quam toties in aliis expressimus. Sed eius loco capillum applanatum, bipartitum, modicè circum attonsum, & cincinnatum, vnde & nomen quidam attributum arbitrantur: námque alii *κόυριμον* potius iuuenulam interpretantur. color subpallidus. Altera eodem nomine & facie. Cæterum in capillo neque discriminatio, neque cincinnus.

Hæ personæ communes. seorsum autem pro stâtu cuique ac fortuna. Reges Latini cum trabea & lituo, Romani Imperatores paludati, cum purpura, & laurea, & stipatoribus, & igni, qui præferebatur. Reginæ cum palla & croceo velo. Pallæ facies tractitia: vnde & Syrmata, & *συρπὸς*: à Græcis, & *πίπλος* & *ποδῆρες*. omnes demissæ. cuiusmodi Iberas vtî solitas scribunt. nunc tota Asia & Eu-

Mulieres.

Reges Latini.
Imperatores Romani.
Reginæ.

ropa vniuersa. purpureus his fuit color: albo ad cubitum distinctus lætis: infelicibus atra palla. Tamen si exules quoque aliquando prodibāt albatī: quibus tamen certa Poetarum lege fuscæ vestes, & atræ, & subuirides, & cæruleæ erant attributæ. Præter velum etiam Palliolum gerebāt: quale etiam nunc Romanis, *Sberuiam* nonnulli vocant. Breuissimum est, cum fenestella, per quam brachium exerunt. Gallicis matronis manicatum, atque ad talos vsque demissum. Græci *ἑπίβλημα* dicunt. Multa verò nomina *ἑπίβλημα* τῶν ξυστῆς, βατραχίς, χλανίς, χλαμύς, διάχρυσος, χρυσόπατος, φοινικίς. Fuit & *καλπωμα* laxior amictus sinuatus, quo Reges utebantur. Hoc quoque pictum erat, sicut & alia pleraque. Militare autem indumentum puniceū aut purpureum: quod ad manum aduolebant tum bellatores, tum venatores: *ἐραπίς* dicebatur. Capitis ornamenta regia Diadema, & Tiara, & Galericali. Diadema erat fascia: qualis & nunc Ægyptiis & Mauris. nō quod vulgus somniat, vmbra culum. Muliebria, *καλύπτρα*, *κεκρύφαλον*. concisum vocabulum & transposita elementa: fuit enim *κρυπτοκάλυφαλον*. Faciem autem quo tegrent, *παρακαλύπτρα*. Penelopes velum ad eum vsus, *κρύδημον* vocat Homerus. Gerebāt etiam mitellas, cum redimiculis. Haud multum absimilis ornatus nunc fœminis Vasatensibus. Priuatus amictus *ἀγρῖνον*. Reticulū erat implexum è lana, quo totum corpus suum obtegebat Tirefia. Monachorum cohors quædam tale quid superinduit. Philoctetes & Telephus pennosi. Primus Æschylus, post (vt putant) Euripides in scenam tragicam ebriorum intulit spectaculum. in Cabiris enim introducit Iasonis comites ebrios: ipse fortasse haud multo minus cū illa scriberet. Liber pater cum thyrso & veste crocotula: ita Plautus *κροκοτόν*. & cum *μαχαλιστῆ* picto. Erat hoc, quod Latini Capitium in virginibus, quia pectus caperet: non capitis tegmen, vt scribunt recētiores. Eo verbo Philippides comicus in fabula *ἀδωνιαζούσαις* vsus est. Eodem nomine *μαχαλιστῆρ*, equi ornamentum aut munimentum, quod ab armis penderet. veteres ornatus traici, pelles hinnulorum, leonum, caprarum, pantherarū. Gladii, lanceæ, arcus, coryti, pharetræ, scepra, currus, clauæ, caducei, armaturæ.

Capitium.

Hæ personæ certæ, pro libidine Poetarum, quæ vt noui quippiam afferat, semper mutat, vertit, inuertit. Attributæ sunt

Sunt personæ etiam mutis rebus. Sic in Phaethôte loquitur Terra & Eridanus. in Argonautis, Nautis. in Prometheo, Vultur & Mons. & Mare in Ariadna. Et nos in Græca nostra, quam Delum inscripseramus, Insulam ipsam cum Latona colloquentem. Mors olim in Chirone & Hercule. in OEdip. Erynnyes. in Hecuba, Rabies. in Athamante, Insania. in Oreste, Pavor. in Io, Oestrus. Præterea Bellona, Contumelia, Obrectatio, Eloquentia, Tempus, Occasio, Fraus, Fides, Ignavia, Livor, Fas, Ne-fas, Pax, Iustitia. Quorum alia propria huius generis fabularum: alia cuius communia. Galli in Mimis vtuntur non raro: & appellant *Moralia*.

SATYRICÆ PERSONÆ.

CAPVT XVII.

IN Satyra Græca veteri Satyricæ personæ, Satyrus ca- *Satyrus.*
 nus, Satyrus barbatus, Satyriscus imberbis, Silenus, Pappus: & ex utroque compositus, tanquam mulus, Papposilenus sero aspectu, ac terribili. Eorū nomina, Autolycus, Burris, ætus obscæni, facies ridicula. Satyriscus ornatus, Hinnuli pellis, quam iccirco *ἰκκίλιον* nominabant: quia sine rugis tota assidebat corpori, atq. adhærescebat. Pellis itē capræ, quam propterea *αἰγίλιον* & *κρημνίλιον* appellabant. Compiores pantheram induebant. Apud Verrium Flaccum scriptum fuit, veteres *πίονες* pelles appellasse. Lucilii versum in libris Originū recitauimus, in quo *Pescia* significat tergus pecuinum, quo pro amiculo vsi essent. Eā vocē posuimus in Satyris nostris. idē enim est quod *αἰγίλιον*. pecus enim nostrum inde, & pascō, vnde & Græcis *πέκος*, lana. Quin aliquib. Italiæ locis, *pecam*, vocāt lanæ certum pondus. Satyri, quia putabantur cum contis & thyrsis in Liberi patris exercitu prælia iniisse, eius generis venabula gerebant. Icecirco *θύρσικα δονουσιακά* dicta sunt à Græcis. Eos quidam eadem de causa militari sago tectos introducere. alii tunica punicea. Sileno crassa tunica scæno cōtecta. & *ἀμφιμαλλοὶ χυτῶνες*, vtrinque villosæ.

SALTATIO.

CAPVT XVIII.

Cvm choro erant in Orchestra & Thimelici, i. can- *Modos facientes.*
 tores: quiq. modos faciebāt, & saltationes. Inter quæ *Orchestra.*

Saltatio primū historię locū debuit obtinere. Est enim *ve-*
tustior sermone motus. Pręterea ab his tātū Orchestra
 nomen inuenit. otiosi, cantus, mollis, inertis. Saltatio, *ve-*
 geti, acris, exercitati. maximo quoq. in honore fuit, pro-
 pterea quòd etiam ad militarem exercitationem pluri-
 mūm facere videretur. Quapropter, quemadmodum su-
 prā diximus, Phrynichū, quod in fabula Pyrrhicam aptē

ὄρχησις.

faltasset, Imperatorem sibi delegere Athenienses, ὄρχησιν
 Gręci dixerē Saltationem, παρὰ τὴν ὄρχησιν, ἢ τὸ ἔχειν, detra-
 cta aspiratione, aut ἄπὸ τῆ ὄρχησιν. est autem motus com-
 positus, numerosus, cū gestu effingens rem, aut personam,
 vel quam canit, vel quam tacet. Ita habes definitionem

cum diuisione & vocalis, & tacitę saltationis. Latini non
 habuere propriam vocem, sed communem huius legibus

Salire.

astrinxere. Nam salire est moueri in sublime, vel tāquam
 medium, vel tanquam metam. eius frequentatiuum salire.
 vnde concisum saltare. Gręca origo verbi ἄλλοι.

Eum motum rudem inter pastores primum fuisse crede-
 re par est. quem cum certis legibus & variassent & com-
 posuissent, ὄρχησιν priuato nomine vocauerē. Latini rudē
 illum veterem, Saltum: hunc, Saltationem cū appellas-
 sent: non habuere verbum separatum, sicut Gręci, ὄρχη-
 σιν, ab eo quod fuerat ἄλλοι. Quare apud Sallustiū au-
 diens, Psallere & saltare quā necesse est probę mulieri:
 nequeas tam distinctē intelligere, atque si Gręcē dicas
 ὄρχησιν. Saltationis meminere Plato, Homerus, Xeno-
 phon, Strabo, Herodotus, Plutarchus, Galenus, alii innum-
 meri. Quidam verò etiam eius genera descripsere: Luc-
 cianus, Pylades, Pollux, Athenęus.

Prima atque antiquissima videtur in pedibus fuisse.
 Nāque agrestes prisca multūm erant in venationibus. Ita-
 que amabant pedum exercitia. Et sanē ingressus, com-
 muniior motus quā manuū est. Quippe manus vnā
 homini data est à natura, pedes etiam aliis. quanquam
 manuū vsus nobis quā pedū prior: quia faciliior. Ne-
 que enim pedes ad motum tantūm, sed etiam ad onus:
 manus autem non ita: & gestantur à pedibus: ipsę nihil
 gestant corporis. Proxima fuit manuū motio, quam
 χειρνομίαι appellabant. Habes hanc vocem etiam apud
 Iuuenalem. Postea pro vitę genere ac modo, accessiones
 factę multę, Calathi, Abaci, Rotę, Gladii, Hastę, Thyrsi,
 Pila,

Pilæ, atque eiusmodi. Nam & apud Homerum duo genera sunt obseruata, vnum ἤδ' ἀποκρίστων, quod erat simplex: alterum διὰ σφάραξ, quod erat cum pila. Cuius inuentum Nausicæ Alcinoi filiz attribuit Agallis Corycensis fœmina, quæ etiam Grammaticam olim docuit: hoc suæ genti gratificata. At Dicæarchus Sicyonijs. Hippalus Lacedæmonios primos authores fuisse autumat. Ac de simplici quidem primùm ita, vt motus describamus communes prius: posterior, certa in genera partiamur. Motum in animali Aristoteles confieri ἐξ ἄσπης, & ἐλξως, diuinitus, vt omnia, docuit nos. neque enim ieiuna nobis, Grammaticorum more, historia texenda est: sed doctis apponenda quædam, quasi ἰμβάματα. Impulsu igitur, & tractu mouemur. Hæ sunt summæ differentiz. minores autem, flexus, procurfus, saltus, conquiniscentia, diuaticio, claudicatio, ingeniculatio, manuum connixio, consertio, compectinatio, agitatio, commutatio, complosio, elatio, iactatio: pedum permutatio, alternatio, supposio, atque alia talia, quorum non pauca nōmine carere arbitror. quis enim dicat, compernatio? atqui decuit, sicuti diuaticio. Aliquot meminit Galenus in secundo de conseruanda sanitate, ὀρχησῶν αἱ συνήθησι καίσις, ἢ αἱ ἀλλοτῆς κίνησις, ἢ ἀπειθουσίαν περιόριστοι τήχισα, ἢ ὀκλάσασαι ἐξ ἑσῆσαι καὶ προσέρυσσι, καὶ διακίλισσι ἐπιπλήσειν τὰ σκέλη. appellabant hosce modos corporis, χημισμοῦς: in quibus non solum motus, sed & quietes numerabantur, stantis, dormientis, cogitantis, sedentis, fessis, ignaui, merentis, admiratis. etiam à partibus quibusdam corporis. Nutus, nictus, oscitatio, risus, fletus, digitorum concrepatio. quæ omnia apud Græcos & Mauros etiam nunc vidimus: itémque eorum soboles Hispanos. Vascones crurum tantum iactationem retinuerunt, cum tintinabulis & erpitu digitorum. Itali saltem, procursum, recursum, & versationem. Primùm aiunt ab Æschylo χημισμοῦς in choros Tragicos translatos: veteribusque modis nōnos additos à Theleste illius saltatore, Chamæleo author est. Alios ab aliis: nominatque indita è re ipsa. χημισμοῦς cum ense. κωαδισμοῦς cum canistro. Quæ figura fuerit, quam κωαδισμοῦς vocant, non posuere. ita sunt puri δει. ac miseri recitatores nudique: quorum princeps Bol-

lux. Neque sanè multù laboro: haud enim magni refert, *οκλή* fuit facies speculatoris in digitos erecti summá manum ad vmbellæ vsum superciliis admouentis. eius meminit Æschylus in Theoris. Fuit & *θηραύρη*: quasi vellet vociferari ore aperto, elatis superciliis, ceruicibus inflatis. Et *θαυμάσις*, admirantis, contracto ore, & ceruice inflexa, passis manibus. Et *μυθοποδισμός*, pedú motus Medorú instituto. Et *χείρ καταπλήθε χερσὶ*, cum manui substernebatur manus. Et *ξύλου παρόληψις*, cum tollere quippiá volebát. Et *ερόβλος*, cum in modú turbinis versaretur: quod etiá nunc faciunt. Et *ἐπιπηγισμός*, quasi dicas, incubitatio: cogitabúdi fuit. Et *ἐγγήσις* ingeniculatio. Firmicus Ingeniculum *ἐγγήσιον* signum vocauit. Sic in historiis móstri, nó Imperatoris, quæ nolo nominare honoris causa. Et *πρωχλισμός*, Ceruicatio, Ceruicis iactatio. Ita & simplex, & compositæ aliquot dictæ sunt.

Alia vox.

Genera verò sic vestiganda. Asiam vocé veteres dixisse cantú sine tibia, aut cithara, aut lyra, Varro author est. Ita saltatio quædá sine cātu fuit, eaque vetustissima. Deinde cantus additus, quæ postea *χερσίων* appellarunt: *τῶ μοῦ ὡδῆς ἐρχισσι*. Ita Chorus apud Aristophanem agebat cum canebat, & *ὄλομαι χοροῦσασα* saltabat enim tūc, *τὸν κύκλον περιμύθευος*. Postremò adiuncta instrumenta. Saltationis autem differentiz summæ duæ, stataria & motoria, pro argumentis Fabularum. non quòd nõ vtraque moueatur, sed quòd hæc magis. A quibus species illæ deductæ: Contentæ, remissa, serix, molles, ridiculæ. Alia verò nomina vel ab regionibus, *ιωτικόν*: vel ab inuétoribus, *πυρρῆ*: vel ab arguménto subiecto, Achilles: vel à corporis partibus, *πρωχλισμός*: vel à modo motionis, *μυθοποδισμός*: vel ab imitatione, *γέγονος*: vel ab instrumentis, *πιαλίδης*: ab habitu, *ἐπιπληθισμική*, cum Thyrso, calatho, Hasta, Aratro, Abaco, olla. Súma auté genera ab ysu & loco, duo vulgares, quæ cõugiis ac sacrificiis adhibebatur: & Theatralis. Huius species tres pro modo, numero, genere Fabularum. Vna in Tragœdia, quã vocarunt *ἐμμέλιαι*: grauis ea & cõposita: quemadmodum vox ipsa quoque declarat. Altera in Comœdia, solutiore licetia, *μάρδαξ* dicta. Tertia lasciuia, incõstans, in Satyris appellata *στυγίς*, cuius etiam meminit Euripides. Emmelia igitur grauis, & modulata, oratorum gestu propior. Vnde Agamennonem agens Hylas,

Hylas, cum sese fecisset grandiore: correptus est à Pylam de præceptore: ἀλλὰ σὺ μὲν, inquit, μακρὸν, οὐ μίαν παῖς. Tum ipse expressit meditantem. Huius simile quod de Caphesia tibiae memoriae proditum est. Is enim discipulum cecidit, qui contentius inflasset tibias: addiditque elogium sanè diuinum, ἵνα ἐν τῷ μάλῳ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τῷ μίῳ. Tragicæ autè saltationis figuras nominibus ferè veteres prodidere. Quarum multas præter nomen eos equidem suspicor ignorasse. Ea verò sunt, σίμη, χειροκαλαδίσκες, χεῖρ κατὰ πρῶτον, tametsi supra scriptum erat, χεῖρ χεῖρ κατὰ πρῶτον, ξύλου παρὰ λήψις, διπλῆ, θυρμαύστρις, κλύστρις, παρὰ βλῶν τῆς τῆς, ἰκατρίδης. E quibus hanc, & θυρμαύστρην magnum ac laboriosum motum in manibus præ se tulisse scribunt. Quippe θυρμαύστρις alia ab superiore, inter furiosas recédebatur: simul cum duabus aliis Cernophoro, & Mōga: in illa τῷ κέρνῳ, ferebāt, quæ interpretatur ἰχαρίδης, hoc est foculos, quia κέρνας erat poculi quoque genus. Cordax Comica, sicuti dicebamus lasciuia: vnde πορδακίζεν de licetiosa saltatione. Species eius: ἡ ὕψιμος & ἡ δῖον, iucundæ ambæ, vnde & nomina. ὑπορχηματικὴ, quæ erat Cretensium propria, plena lusus. Ex Cordace Bathyllus Alexandræus confecit saltationē, quam Italicam nominavit. non enim frustra Iuuenalis posuit nomen hoc illo versu, *Chironomon Ledam molli saltantē Bathyllo.*

Quidam etiam Emmeliam huius inventum arbitrantur. Sicinnis autem dicta, vt aliqui voluere, à Sicinnio quodam Barbaro: alii Cretensem non barbarum prodidere. ea erat maximè motoria, gesticulatione creberrima & celerrima, potissimum Satyrorum, quare Scamon dictam putabat πρὸς τὸ σῆμα, adde τὴν κενεῖαν. Iccirco Satyros saltantes dixit diuinus poeta. *Saltantes Satyros imitabitur Alpheσίβωμ.* Apud Gellium in Latinis monumentis, Sicinnistrarum nomen legis eorum, qui ad tumultuosos modos facerent. Galenus τὸν μωλωρὸν vocat.

Theatrales hæc extra Theatrum haud ab similes multæ. Belli simulacra. Pax. Luctus. Nuptiæ. Venditiæ. Messes. Acres & fortes, atque contentæ multæ: aliz molles, vt dicebamus. Armatas ἰσχυρίους dicebant. Variatus habitus pro more nationum. Pilum, Phalanx, Gesta, Sarissa, Acinaces, Pelta, Parma, Scutum, &c. Armata fuit illa, quam vocabant Pyrrhicam: Non à Pyrrho Achilles

Pyrrhicha.

filio: tametsi ab eo saltatam aiunt victo Eurypylo filio Telephi. quippe eius pater Achilles ante ipsum dicitur ab Aristotele ad Patrocli rogum eam saltasse. Itaque *πυρραίν πυρραίν πυρραίν*: à Cypris autem *αφύλλιν*. Alii faciunt eius auctores Castorem & Pollucem: quibus saltantibus Pallada fecisse modos scripsit Epicharmus. Atque inde à Lacedæmoniis ad bellum cum tibia exire cœptum. Nonnulli originem quidam agnoscunt in eodem loco, sed inuentum aiunt Pyrrhichi Spartani fuisse: cuius sententia dicunt Aristoxenum exitisse. eamque salationem apud cæteras olim nationes vnâ cum reliquis belli artibus desitam, solis Lacedæmoniis perpetuam fuisse. Ad eam hancque laboriosa erat, vt spem gloriæ labor extingueret. Idcirco posteri aliis rationibus mitiorem fecere. quippe, pro lanceis Thyrsos, pro iaculis ferulas, atque etiam lampâdas gerebant: quamobrem Dionysiacam quodque appellarunt. In qua Liberi patris apud Indos gesta salebant. Accinebant simul & pulcherrima carmina: necnon ex tibiis *εὐδαιμονίας*. In prisca illa seuera atque aspera, etiam puelli Lacedæmones sese exercebant, tecti perfecta, integræque armatura, quam propterea *παρρηλική* alij, ipsi *παντευχική* nominabân. Hanc nos & sæpe & diu corâ Diuâ Maximiliano iussu Bonifacii patruj, non sine stupore cõtius Germanicæ representauimus. Quo tempore aliquando vox illa Imperatoris, Hic puer aut Thoracem pro pelle, aut pro cunis habuit. Huius similem aliam ab inuentore Thelesta dicitur, membris prodidero. *καρὰ* vero vt in Comædiis iocosa, atque hilaris: ita extra Theatrum cum pugna & ictibus. *ἐπιθρόος*, cû gladio. Talis est nostra Sciamachia. Et *ποδισμός*, à pedum motu. *τετρακίμος* militaris, Herculi sacra. Sicuti Phallæa Bæcho: atque Icthymbi. Sic & Barillica ab inuentore in Apollinis honorem ac Dianæ. à viris saltabatur & mulieribus simul mistis. *καρθηικός* quoque Herculi sacra fuit. hoc enim Herculis cognomen ex Pindaro & Euripide. Tetracomon autem Atheniensibus peculiarem putant, ab eorum vicis, qui per initia quatuor numero iuncti sunt. Eorum nomina, Pyrcæses, Phaleræses, Oxypeteones, Thymatadæ. Thracæses quoque & Cares armati saltabant: eumque modum *καλαυρομένων* nominabant. Apud Lacedæmones vero etiâ *ἐμβα*

τῆρια μάλα erant εὐόπλα: quemadmodú prisci Lacedæmo-
 nii Tyrtei, carmina cōcinuerant. Primos Curetas εὐόπλα-
 ον saltasse autumant: vt eo strepitu Iouis obtegerent va-
 gitú: Curetes autem iidem, qui & Corybantes. Eos He-
 siodus non Cretenfes, sed Phrygas agnoscit, neque abest
 ab ea sententia Callimachus. Alij Bactrianos affirmant,
 atque in Idam Phrygiæ eius officij, ergò, accitos. Non-
 nulli è Colcho euocatos. Armata similibus δὲ κλαμῶ. Per-
 sarum propria cum magna contentione. Itcirco à
 motionis crebritate & flexu corporis ὑγραὶ vocabantur.
 Talis etiam μέθοδος: admodum laboriosa, & nautica E-
 iusdém modi Laconicæ pleræque iacres, aut terribiles. Inter
 quas, quæ dicebatur Leo, aspectu & impetu fero. Erat &
 δὲ ἰπποδία, in qua iunctis pedibus labore plurimo & cona-
 tu Picas imitabantur. Præter cæteras immanis erat illa,
 quam κόσμου ἐκπύρωσιν appellabant. Nemo potuit ἰσχυρῶς
 ἐκπύρωσιν saltare: dignus cuius ἐκπύρωσιν saltaret mūdus.
 Huius item generis & illa, quam Theseum instituisse
 aiunt deuictò Minotaurò, ad Labyrinthi imitationem.
 Ac de Labyrintho quidem nulla fabula, extat enim
 etiam nunc in Creta, & uisitur. Eam Saltationem The-
 seus cum sociis rediit in patria Iulit circum aram De-
 liam. Plures erant simul, verùm certis ordinibus: ex-
 trinque à capitibus lecti, duces versus certos, inter se
 subeuntes implicabant. Qualem ludum Troiam diui-
 nus descripsit Poeta: non sine summa, eruditione ap-
 posita Labyrinthi comparatione. Alludit enim ad hanc
 Thesei saltationem, fatali illo pudore, sine fuce atque
 ostentatione. Pueri olim uideamus, hanc saltari cum
 Thyrsis fornicatis, non sine arte atque uenustate. Eam
 Theseus γυμνασίων appellauit, tum ob aciem, tum propter
 commutationem certis legibus seruata. Neque e-
 nim satis sapiunt, qui stoliditatem Græuis attribunt
 prouerbio communi. Est sanè animal hilaritate ciuili,
 prudentia atque animo militari. Nam & seruat castra,
 & cauet pericula, & disponit acie, & pugnat. Sine armis
 verò etiam aliquot è grauibus. Quin ipsam quoque ἐμ-
 μέλειον exarmarunt, retinebat tamè prælii simulacrum.
 Nam tamen nudi puelli, vnde γυμνασίων dicta fuit, sese
 numerosis motibus inferebant: tamen corporis flexioni-
 bus, brachiortimque iactationibus Palæstræ facies erat.

Eiusdem rationis duæ quoque in Liberi patris honorem *ἰεροθεϊκός*, & *καυχμός*. Emmelia igitur caput quasi quoddam ac matrix. Proxima ei *γυμνοπαϊδική*: per quam ait Aristoxenus, contra quam supra scriptum est, veteres sibi gradum ad Pyrricham fecisse. vtriusque autem comes *αναπάλη*. Emmeliz similis, quam Arcades Cidarion nominabant. similis & apud Sicyonios *ἀλητήρ*. Quo nomine vnam exercebant Ithacenses: quam non sine Vlyssis fortuna, atque ærumnis constituisse arbitror. *ἀλητήρ*, enim mendicum significat, & erroneam ex Homeri versibus Hippocratis vsu, atq. Galeni interpretatione.

Diuersa hisce genera leuium, & mollium, & muliebrium, & fractarum, & ridicularum, & sædarum. Muliebris erat *ἐλαθέσιμα*. In ea oportebat calce humerum superare: vnde & nomen. Ergo *ὑπεκλήπτομα* dixissem. Huic similis apud Læonas *εἰβασι*: in qua cum pueris, tū virginibus præmia proponebatur. Saltu opus erat, sed eo vt attingerent calce nates. saltuum numerus recensēbatur. Quare inscriptum aiunt in quadam saltatione: *χίλια πόη εἰβασις*. Mollium vna *βαυσιμοῦς*, ab auctore mollis valde, & corporis inclinationibus multis varia. Hanc quoque *καίμων* nominarunt. Non fuisse has sædas argumentum est, quod τὸ πινυμέν Dianæ virginis saltabant Siculi. Et Syracusani priuatim Dianæ *χρῆσιν* propriam ad tibiam. Item *κρυάπιδας*, de quibus supra in Bucolicis. Anthema quoque molliuscula, à floribus dicta, quos hisce numeris accinebant. *ποῦ μοι τὰ ῥόδια, ποῦ μοι τὰ λια, ποῦ μοι τὰ χεῖλά σάλια*. Ridiculæ autem Mimis, & Satyris peculiæres. quarum nomina Igdis, Mastrismus. In hac cum aluocolo prodibant, & libis, ac poleatis. interdum etiam farinam effundebant, & dicebatur *ἀλφίταιν ἔκχυσις*. Sic in alia cum Abaco, in quo carnes concidebant, *κρεῖων ὑποκμή*. Mastrismi autē duæ habebantur, noua, & vetus. veterem *ἀπόκρινον* vocabant. eius meminerat Cratinus. Hanc multas sæminas exercuisse, quas Martypias cognominarūt. Erat etiam Sobas ab impetu dicta. hoc enim *σβείν*. Item *μαρφασμοῦς* cum plurimis subinde figuris Protei mutationes referebat. Sic alia omnium literarum facies representabat: quodbrē *σολοχία* vocarunt. tanta sanè solertia, vt etiam cōponerent dictiones. Morphasmi species fuit, *σολοχ*: alia ab ea quæ supra describebamur: quæ etiam

etiam *σκωπία* dicta est. At hic auis est *σκωψ*, quem Afionem Latini: ridicula & mirabunda circūactu capitis, & colli flexu. Imitabantur autem in hac etiam ætates. itaque senes exprimebant cū scipionibus, ii tū saltatores *ὑπὸ γυμνῶν* nominabantur. Siquidē *γυμνῶν* significarunt ligna tertia. quo nomine dicebantur ii qui in grillatoris phallicis saltabant amicti pellucida Tarétina veste. Similis *σκωψ* est *γαυῆ*, quæ admodum afioni noctua. Leonem quoque inter has connumerant. Cæterum aliã esse oportet hanc ab ea quas inter graues recensebant. sicut & Pyrraichicam inter ridiculas imprudēter nimis transtulerūt.

Ex fœdis erat *ῥιπτωμα*. nam *ῥιπνῶ* est lumbis & femoribus fluctuare. Crissare Latini dicunt. Apud Hispanos adhuc exercetur abominando spectaculo. Eiusdē modi Bactriasmus à regione. & *ὑπὸ κινήσει* à motu: quod nomen, vt dicebamus, erat etiam veteris Mactrisini. *ὑπόσεισις* à quassatione ac vibratione. *ὑπόσεισις* à versatione. Nihilo pudcius *κισμῶς*. par aut maior impudicitia in ea quam *λαμῶσις* vocabāt. nudi enim cum fœdo ac spurco cantu prodibāt. Talia Fescenina tripudia apud Romanos: & Lupecalia proxima fœditate.

Loiorum autē vel temporum ratione aliz atque aliz extitee. Loca appello, vt ad nuptias in Hymenæis. Ad Cyathum in Tricliniis: quæ erat species Ionicarum, & *παγίλιον* dicebatur: cuius modus quidã fuit illa quam nominabant Angelicam. Erat ea extra triclinia, qua nuncium agebant, prospectâtes primū tum autem suspenso gradu circūspectantes. In funeribus autem Gingra, quam edebant ad cognominem tibiam, de qua suo loco. Ad tibias namque saltasse suprâ diximus aliquot: Sicut & *πυρρίδις*, & aliam nomine *καλυδόν*, & *τυρρασίω*, quæ componebatur numeris dithyrambicis. Tempora verò alias alia exigebant: n melle, peracta melle, vindemiis, ad focos noctes hybernas cū excubarent. item festis diebus, vt non vnam cantionem, ita diuersas agitabant saltationes, quas arbitratusuo nominabant.

A regionibus non pauca. Italicam suprâ memorauimus, & Tetracomon Atheniensium, & Embateriam Lacorum. Legimus præterea Persicas, Lydias, Ponticas, Thracias, Bactrias, Molossicas, Thessalicas, Arcadicas. Quarum quæ in manibus plurimūm exercerent motum e. iijj.

ab Aristoxeno Musico cæteris antelata. Laconicæ, Troæ-
 zeniæ, Ionicæ. Cretenses, Mantiniacæ, Epizephyriæ.
 Memphis autem, cuius (si diis placet) etiam Socratem
 studiosum fuisse autumant, an fuerit à cognomine vrbe
 dicta, non scribunt. erant Cretensium *χορηγία* & *χο-
 ροειστικὴ* propriæ. *χορηγία* πᾶσι multum conueniebat
 Choris concinentibus. Numerant duo præterea Cretē-
 sium genera: Orsiten & Epicredion: Laconicarū memi-
 nit etiam Pindarus, in qua erant hæc verba: *λακωνικὴ
 πᾶσι θεοῖσι ἀγέλα*. Virginum enim fuit ea primū, poste-
 viri quoque additi. Canebant in ea Liberum patrem,
 & Venerem, & Pzanas: verū frugalissimis modis
 qui ex eo *παρθένοι* appellati sunt. Distinguebatur in duos,
αἰσθητικὸς & *δοσολογικὸς*. Thesaliæ autem mulieres nuda
 saltabāt, verenda modò tectæ, quæ subligacula *δασύφασ*
 nominabant. Quò miror apud Euripidē Peleus quara-
 tione potuērit. Lacænarum virginum nudationes officē
 re. Mira dexteritas Arcadum: quippe inermes prodian-
 ita salientes, vt mox innumerum sumptis armis pefice-
 rent saltationem. Macedones armati eā quam supradixi-
 mus, Telesiaden, à cognomine inuētoire. Tota hæc fuit
 militaris. eam Ptolemæi milites saltātes, Alexandri Phi-
 lippi fratrem interfecere: quem admodum memorię prodit-
 tum est à Mārtya. Omnium corruptissima Gaditana: vt
 hinc etiam intelligas epigrāma Valerii Martialis. Eius
 modos produnt tres. Chitonomiam à manuum agita-
 tionis: Palma à saltu: Lactifima à calcitracione. Nunc
 quoque Hispani calce oeciput aliāsque cortingunt
 partes. item vestigio terrā feriunt: id quod appellant *Cal-
 ceationem*. manus cōplodunt: earum alterutra autvtraque
 in soni numerum pectus, femora, frontem, calcem, os,
 terram pulsant: digitorum crepita, tibiaram aut tym-
 paniorū momenta assequuntur. Xenophon in cōuiuio
 Seuthæ Thracis multa huiuscemodi genera explicat.
 Thrates, inquit, ad tibiā saltabant armati: & in subli-
 me faceli ac leui saltu corpora subiiciebant: ac gladiis ita
 vtebantur, vt laterum alter iceret. Nemo erat quin verum
 putaret vulnus, adeo compositē is qui percussus fuerat,
 cecidit. Tum clamor ab omnibus sublatus est. Ille igitur
 lectis spoliis egressus est canens Sitalcan. Is est illis cantus
 qui Græcis *παιάν*. Iacentem comites defuncti modo

extulerunt. Post hos, inquit, Ænians & Magnetes eam saltarunt armati saltationem, quam *καρπῆαν* vocant. Argumentum tale: Quidam positis armis arat & ferit, crebro respectans metuentis modo. Superuenit latro, quo viso raptim resumptis armis pugnat pro bobus: idque in numerum & ad tibiam. Latro aratore victo vincit & que boues abigit. Interdum latrone arator vincit. Percutit autem saltationis genus, cum increpuissent peltis, conuiescebant per vices, perque vices surgebant, æque verò numerosè.

Quinetiam præter hæc tot rãtmque varia, ad pilam saltabant: quemadmodum Corcynei. vnum pilæ genus Harpastum, ludum ipsum Phæninda dixere maximè laboriosum. eam Antiphanes sic descripsit:

-σφαίρει λαβών

τῷ μὲν δίδους ἔχειρε, τὸν δὲ ἔφειν ἄμει:

τοὺς δὲ ἐξέκρουσε, τὸν δὲ ἀπὸ σπονῶν πάλιν

κλαυκτάσθαι φωναίς.

φῶν *πῶσα* dixere ab inuente Phænestio: vt scribit Iuba. itaque idem Antiphanes sic:

φῶνινδα πῶσων ἦες ἐν φωνασίς.

Non enim ludebant inconditè, vt nunc: sed numerosè ac compositis interuallis: quemadmodum scripsit Demoxenus de quodam adolescente,

τὸ τ' ἦσος, ἢ τε ἀρχῆς, αἰς δὸ πο δεινὸν ὄση

ἐν τῷ λέγειν π, ἢ ἀρχῆς ἐν ὀφείλειτο.

Non enim deducunt Grammatici *παιὰ* τὸ φῶνον *μα* verbum, sed ab ea elegantia & efficacia illius saltationis. Aristonicus Caristius lusit optimè Sphæricá, id est pilarem saltationem. fuit enim Alexandri Magni *ουσφαίρειν*: id est à pila qua sese Rex ille exercebat.

Hæ sunt origines, genera, modi saltationum: Non vulgare studium, non obscœnum: quippe quod à sua dignitate neutiquam alienum Heroes arbitrati sunt. sanè saltarunt, vt diximus, & Theseus, & Achilles, & Pyrrhus, & Socrates ipse. Quinetiam Duris Samius in septimo historiarum scriptum reliquit: Persarum regem semel in anno saltare consueuisse, idque temulentum: quo die sacra deo suo, quem Mithrum vocabant, faceret. Rectè sanè & saltatio & ebrietas conueniebat Regi illi, eo potissimum die. Vascones enim *nostrum Mitrium* asinú appellat. Ea die tota præterea Asia nulli omnium idè facere fas erat.

Sequitur vt Thymelicam aggrediamur. cuius est forma & materia quasi nánque materia tibia est. Nam tametsi & nomen & naturam obtinet instrumenti: tamé cum gerit modos ipsos atque sustinet, pro materia capi potest. nam vera materia aer est. De tibia igitur postea, de modis nunc. Duæ fuere Græciæ primariæ nationes. Græcum, nomen aded priscum est, vt etiam Græcis ipsis iam desitum sit. Apud Aristotelem & Lycophronem, & Athenæum atque alios extat. Recétior vox Ἰώνες ab Helene: cuius fuere liberi duo Ἰων & Ἰωνή. Accepto hi à patre imperio suam vterque partem ac nationem ab sese denominauit. Æolenses inde Doriensium coloni, quemadmodum diximus in rebus Græcis: Ionum autem Attici. Cæterùm Athenienses Ionum appellationem abiicere: siue ob rerum gestarú gloriam, siue quòd Iones, qui in Asiam migrarant, atque ibi Panionium instituerát, in barbaros mores abiissent. At Æolenses in Siciliam atque Italiam delati, ita sunt à Doriensibus segregati, vt nihil de veterú morum grauitate remitterent. Integerrimi Doriensium Lacones. Æolensium Thessali nánque à Doriensibus, Æoli, auspiciis & ducti & dicti sunt. inde vt ingeniorum & morum, ita vestium & festiuitatum & exercitiorum & artium non vnus modus. Quare per initia tibiaram ac modorum duplex ratio: Dorica & Ionica. Dorica vetus, magnífica, sublimis, grauis, contenta, nihil habuit fufum, nihil solutum, nihil hilare, nihil molle: sed plenum, vehementens, paucis modicisque flexibus, bellicis conueniens numeris & motibus. Pannonum & Getarum Scytharúmque nostris etiam temporibus talem audiuius in Dalmatiá ac Transyluania & Mysia superiore. Exultationem addiderunt Æoles, tumidámque fecerunt atque audacem: quanquam veterem simplicitatem retinere, neque fregere sicut Iones. Talis est Germanorum, & bello apta, nec inepta conuiuuiis neque ab amoribus aliena. Itaque Lasus poeta vocauit eam ἀμειλίχου. vtriusq; affinis, & quasi media efficta ab ambitiosis, dictaque iccirco ἰσχυρὸς: quam falsò quidam cum Æolica eandem existimarunt. Iones autem suis moribus similem effecere, mollem fluxámq; numerorum creberrimis concisunculis.

cifiunculis. Iones intelligo posteriores: qui molliffimè at-
 que, vt iocemur, nepotiffimè vixerút. Nam veteris Ioniz̄
 mores haurias ex illis verbis, ἤδ' ἑσπερίων ἐπιζήτας βρενθυό-
 μοι, θυμὸν πλήρεις, δυσχεστάλλακτοι, φιλόνομοι, ἔδην φιλαίδηρον,
 ἔδην ἰλαρὸν ἐσιδόντες, ἀγοργίαι ἐν τοῖς ἤθεσι καὶ σκληρότητα
 ἐμφανίζοντες. Aiunt Pithermum Teium Ioniz̄ in genere
 harmoniz̄ inueniffe *σαμὰ μάλα*. vt & hinc vestiges sinistra-
 rum tibiarum appellationem, quarum Ionica sit harmo-
 nia: quia Ionicus inuentor. Quartum genus extra Græ-
 ciam, Phrygum, cuius meminit in Bacchis Euripides. Et
 sanè hi quum dicantur tibiarum authores primi, rē ipsam
 quoque instituisse videntur. Aiunt tamen *σειρήτιον* è Libiz̄
 tibiis canendi primum authorem extitisse. Quare frustra
 simul ac temerè Græca garrulitas, atque superbia eam
 laudem sibi arrogat. quippe Heraclides, tamen si ille Pon-
 ticus, haud Græcus fuit, in tertio de Musica negauit har-
 moniam vllam vel Phrygiam vel Lydiam debere appel-
 lari, cum tamè etiam *ὑπερρύγιον*, etiam *μυζολύδιον*, & *ὑπερ-
 μυζολύδιον* inuenta mus. Mixolydion tragœdiæ profentur
 aptiorem: affectus enim plurimum mouere solitam. Do-
 rica grauitas & incitatio simul in ea erat, quā admiscuisse
 primam Sappho, Aristoxenus author est. alii Pithoclidè
 malunt. Damon Atheniensis eius offensus grauitate, flexit
 adè, vt illi contrariam fecerit: quam iccirco Lydiam re-
 missam dici voluit. Tanto verò attentius historia ipsa cō-
 sideranda est: cum Dores ipsi Lydorum fuerint coloni.
 E Phrygia nāque Pelopis focii in eam quæ postea Pelo-
 ponesus appellata est, transtulere. E Syplō enim Lydiæ
 Lydi Phrygem Pelopem sunt sequuti. Itaque tum alibi in
 Pelopōneso, tum Lacedæmonio in agro extabant sepul-
 chra sociorum Pelopis, quos magnos tumulos nomina-
 bant. Lydū verò fuisse Pelopé etiā Pindarus docuit. tam-
 etsi Paphlagoné putauit Istrus. Anthesion autè etiā nuga-
 tur, cum scribere ausus est, eum Olenium fuisse: Olenus
 enim Achaiz̄ oppidum. Aiunt Lydios modos à Cario Ly-
 do inuētos, qui Iouis habitus est filius & Torebiz̄. Quare
 Torebum quoq. legas horū modorum authorē. quanquā
 alii ad Anuppū referunt. Cariū igitur illum siue Torebū
 nactū puellas quasdā prope paludē, quā de matris nomi-
 ne dixit postea, ab illis cantionum modos didicisse, quos
 & coleret & doceret. Quinta igitur hæc erit harmonia,

haud multum à Phrygia distans. minus enim incitata. Nam in Phrygiis excitabatur impetus ad insaniam vsque. Quod etiã Philosophus docet in octauo Politicorũ, τὴν μὲν οὐδὲν ἀφαιρῆσαι τὸν οὐρανὸν, ἢ τὸν αἰθέρα, ἢ τὸν ἕρως, ἢ τὸν αἰθέρα, ἢ τὸν αἰθέρα, ἢ τὸν αἰθέρα. In quinto sententiarũ Hippocratis & Platonis scripsit Galenus verba Possidonii philosophi, Δαμόν, inquit, Milesius cũm ad tibicinã accessisset, quã Phrygiis modis adolescentes quosdam temulentos ad furorẽm vsque incenderat: iussit ad Doricas leges tonum demittere: quo illi demulsi quieuerẽ. Extant Telestæ Selinuntii versus super harmonia Phrygia lepidissimi, quos iccirco adscripsi:

ἄρσενος παρὰ κρητῆρας ἠλλώων ἐν αἰσίοις

εὐμοδὸν πελοποῦ μετὰ δὲ δρεΐας

φρύγιον ἄειται νέμον.

τοὶ δὲ οὐρανὸν πεκτιδὸν φάλμας

κρέων λυδίων ἕμνον.

Erat igitur Dorica animis componendis, iccirco idem Philosophus in eodem ita sancit, Pueros docendos esse τὴν δὲ μέσην, quia media, ἢ ἄρσενος τὴν αἰσίοις μετὰ δὲ δρεΐας. Æolica exultationibus: Ionica vetus aspera, noua mollis. Phrygia & Lydia proximæ, vtraque acuta, iccirco iustis adhibebant. Primum ferunt Olympum cecinisse Lydiis modis Epicedia. alii id ascribunt Melanippidæ. Contra Niobes nuptiis accommodauit Lydios modos Pindarus. negantque ab eo id primum institutum, sed aliorum more factum.

Sunt autem Legum partes omnibus modis communes hæ, δις in bisyllabis, ἄρσενος in trisyllabis. διποδία in bisyllabis τρισημίαι, id est trium temporum. συζυγία tam in his quàm in polysyllabis, ἄρσενος in prœonibus. Nam qui aliter tradidere, vsum rationemque simul ignorarunt. συζυγία namque & διποδία reipsa idem. Sed in longis pedibus διποδία non dicitur. breues enim bini vnico tantum metro comprehenduntur. συζυγία autem commune nomen ad vtranque coniunctionem & logorum & breuiorum. Erat autem δις soni demissio. ἄρσενος elatio. βῆσις æquabilitas eodem tenore procedens. Quare prœonibus & proceleumatis adhibebatur. Ex quibus satis patet Thy melicos neutiquam fuisse accentuum sequutos rationem. neque enim caret ἄρσενος vox hæc λῶρος, tametsi & bisyllaba &

laba & *δισσημος*, i. dūm temporum tantū, quemadmodum in causis linguæ Latinæ declaratū est. In tertio Rhetoricorum Aristoteles appellat *προαιώνιον*, quod barbari præludium in tibiis.

TIBIÆ.

CAPVT XX.

ANtiquissima tibia est: ac statim post fistulam inter pastores: non autem cithara, vt aiunt. Quippe Apollinis inuentum tibia. alii malunt Palladis, à qua ille sit edoctus. Maiores hi natu quàm Mercurius, qui citharam primus cōmentus est ex testudine. Quin alii putant Hyagnidem ante Apollinē tibia cecinisse: deinde eius filium Marſyan: tertium Olympum. Olympi & famulus & discipulus Hierax. qui etiam ab sese leges & dedit & nominarit. Post hos Terpander. à quo Clonas, hūc Tegeatē Arcades, Thebani suum prædicabant. Post illum Archilocus. alii præponunt Ardalum Trœzenium Clonæ. Qui hæc temperent discordias, dixerint Olympum in tibiis primū leges instituisse, idque in Apollinis honorem. quam legem à numerorum frequentia nominauit *πολυκέφαλον*. alii Crateti eius discipulo ascribunt hoc. Olympi autem eam extitisse legē quam dixit *αρχαίων*. vnde & alia *καταδάκτυλος* nominata, frequēs Stesichoro Himeræo. Alii primum aiunt Pronomum Thebanum tibia ad harmoniam cecinisse. Omnino verò in Phrygia primas tibus agnoscunt. Adducunt pro se Mysorum gētem, quæ fuerit tibiæ peritissima. & Alcmana poetam, qui tibicines barbaro, nec alio nomine designarit. Sambas, Adon, Telus. Item Hipponactem, apud quem nomina eiusdem notæ, Cion, Codalus, Babus. vnde prouerbiū, *κίον, ἢ βάβυς αἰλιεῖ*.

Tibiarum genera multa. ab inuentoribus, à sono à regionibus, à materia, à numero, à figura, ab vsu. Inuentores iam diximus: nomina verò ab illis nulla. solus Sirites quidam, qui in Libya primus, vt suprā dicebamus, tibiæ fuit, Libyū cognomen fecit tibiæ. Nescio an Palladis ea fuerit quam *αθλιαν* vocabant. certē nomen conuenit. Illa vsū scribunt Nicophelan.

A regionibus historia locupletior est. Syriacas audaciā atque impetum spirare prōdiderūt. quare si vsū spectes,

ad leges Entheas & Orthias referantur. Syris similes Bōbyces, & aptæ ὀρθίας νόμοις. Lacones, sicut & saltationes, ὀρθιατικὰς appellabant suas, quibus ad pugnas utebantur. Sonum autem illum Castorium à Castore Ledæ filio. Gingras, siue Gingris, Gingros etiam dicitur, Phœnicum inuentum: Phrygiæ similis, qua & Cares vsos prōdidere, imprimis apta funeribus. Nam Phœnices Adonim vocabant Gingram: in cuius luctu illam ad cantum accommodabant. sicut affini voce apud affines Ægyptios Ginglyarus habita est, pusilla tibiola sono acuto, ad monodias. Eisdem quoque Cares lugubrem illam quam Phryges inuenerant, funeribus adhibuisse. Tyrrheni non vno genere contenti. Singulari quidem canebant in sacris eaque ænea. tanto apud eos in honore: vt quemadmodum scripsit Aristoteles, non solum ad eius sonum pugiles certarent: verum etiam quum in nexos flagris animaduertentur, tibiæ sonum adiungerent. Quinetiam, quod mirere magis, coqui ipsi ad eius sonum epulas appararent. Altera fuit non singularis, sed composita ex duobus tubulis quasi inuersa syrinx. Namque infernè tubus minor inflabatur bucca: vnde spiritus in maiorem subibat, mouebatque aquam quæ intus erat: atque ex ea multifonā edebat harmoniā. Id quod de Ctesibii quoque Hydraulo cōiicere possumus. Cornu tamen pro tibia Tyrrhenos vsos, & Cretas legimus. Etiā Romani olim ad prælia: etiā Heluetii. Nūc Germani cornua è buxo efficta multis foraminibus inflant magno spiritu, non sine gratia ac decore, præsertim nocturnis festiuitatibus. vocem namque humanam imprimis imitantur, eamque vehementer contentam. Ad prælia verò tibias cum tympanis. Scythæ anthropophagi & Melanchlæni, item Arimaspi ex aquilarum ac vulturum ossibus. Eburneas memorat Trypho & Cicero atque Virgilius. Ex afininis ossibus Theatrales, atque argento. Arundineas ex Theophrasto & Plinio. Internodiū radicis proximum excidebant ad læuam tibiam, quod subesset cacumini, ad dextrā. Quò læuarum sonum grauem agnoscas, dextrarum acutum. Sic apud veteres scriptum est. at Latini aiunt sinistras acutiores, aptasque rebus ludicris: itē Serranas: quib. aiunt foramina fuisse æqualia, veluti Spōdiacis. Non igitur constant sibi. Spondiacæ enim rerum grauiū affines fuere. Hac de causa Phrygiis foramina erāt inæqualia,

inæqualia, sicuti dactylicis, quæ ludicris adhibebantur. Dextras autem apud Romanos funeribus dicatas, quia essent graues, quum tamen in funeribus Barbari acutissimis vterentur. Dextras autem & sinistras appellarunt ab lateribus vnde inflarentur. Antiquissima è sambuco emedullata. Mox è crurum ossibus hinnuleorum & capreolorum, author est Iubas: vnde & tibiæ nomen apud Latinos. Hoc inuentum Thebanis assignant quidam, quam *Θηβίων αὐλὸν* dixerint à ferarum ossibus, atq. ære tlexerint. Alii Palladis agnoscunt: inter quos & Callimachus: alii Pana ferunt authorem. E buxo primi Phryges excavarunt eam, quæ Berecynthia cognominata fuit: quum antea Elymos diceretur. Alexandrini è loto exenterata: cuius meminit Euripides tum alibi tum in Bacchis,

*ἐν φρυγίᾳς βοῶνς ἐνοπήσθη τε
λατὸς ὁ τῶν εὐκλάδου
ἰσθῆς ἰσθῆς
παίσματα βρέμν.*

Hanc illi patria voce *μοναύλα* nominarunt. Græci, vt est natio sibi arrogans omnia, non Alexandrinis, sed Thebanis attribuunt. Afri Scenitæ ex lauro, soni acutissimi in pascuis, vti diximus, equarum, Osfridem excogitasse tibiã ex hederaceis internodiis multiforè: quum ante id temporis quaterna tantum haberet foramina. Nonnulli cætera à Diodoro Thebano addita prodidere. Hæc omnes ab summo inflabantur digesto flatu. Afri primi inuenerunt eã cui Plagion & Plagialon fecere nomen. nõ quæ esset curua, vt quidam sunt arbitrati: sed quia ab latere inflabatur, quemadmodum & Germanica. Alii aiunt in Phrygia à Mida primùm excogitatam. Sic habeseius discrimina ex gentibus. Item materias. Numerum quoque, Geminas enim diximus apud Tyrrhenos: quem numerum à Marsya institutum prodidere, quum antea essent singulares. Quare Monaulò cur Mercurii quidã alii Ægyptiorum inuentum fuisse dixerint, videndum est. Monaulos enim singulis tibia. Singulares autem dictæ sunt imparès: geminæ autem pares. Habes & figurã in magnitudine. nõ Marsæ tibias æquales fuisse puto: in Tyrrhenis altera maior: præterea vitæ addito Ascaulon factam longè diuersa figura. apud Myfos ac Pânonas tanta acritate, vt penè tubã superet. apud Gallos plenior, raucior, grauior, mollior, adeò

vt in cubiculis quoque sine aurium offensione audiatur.

Tibia dextra ac sinistra. A sonis quoque vidimus differentias, dextrarum, finistrarum & aliarum. sicut & eius quæ Magadis appellabatur; quanquam nomen hoc alius quoque sit tabella instrumenti. Palæomagadis autem eodem foramine tum grauem tum acutum sonum edere poterat. tales etiã nostrates sunt. Sic Dactylicæ dictæ, quibus vrebatur ad *χωροχρηματα*: Spōdiaciis verò ad hymnos deorum. His æqui distantia erant foramina, vt suprâ diximus: Dactylicis autē inæqualia interualla: qualia sunt in temporibus pedis dactyli. Scytalia verò pusilla fuit tibia, & exigui surculi similis, sono prætenui, ac rei ipsi respondentis. Iduthum autem nomine tenus, vt pleraque alia sine vlla declaratione inter tiliarum species recensuere.

Choraulus.

Tibiarum vsus multiplex, atque ab eo nomina. Choricæ in choris, quorū gratia hæc omnia sunt à nobis enarrata. Primus Sacadas Arguius docuit choros canere tribus modis, Dorio, Phrygio, Lydio, ita vt ne miscerentur. Iccirco ea lex *τριμαρής*, siue *τριμαλής* dicta. alii Clonæ tribuunt inuentum hoc. Dicebantur autem leges, quia nefas esset aliter facere. Horum tonorum quilibet habebat communes tonos veteres *διάτονον* & *χρωματικόν*, quibus Olympus addidit *εναρμονικόν*. Ab ætatibus & sexib. tres. Virginales, quibus virgines: pueriles, quib. pueri: *ὑπερτάτους*, quibus perfectæ ætatis viri canerent. Qui modos faceret, Choraulus: cui etiam fabularum artifices succinuisse legimus. A seculis sic partiuntur. Apud Lacedæmonios primum sub Terpandro factos modos in choris: in quibus saltata fuit *γυμνοπαῖδια*. Alterum seculum sub Thaletâ Gortynio, quo tempore duos floruisse, Polymnestum Colophonium, & Sacadam Argium, qui ad Terpandri æmulationē non *γυμνοπαῖδιαι*, sed contraria canerent, quippe *ἐνδυμένα* non nudi, sed induti, sub Thaletâ Prænas, sub Polymnesto Orthia, sub Sacada Elegias exercebant. Alię dictæ Nuptiales. has monaulos fuisse scribunt: ad quas canerent *Ἑμμενῶος*: alii binas aiunt, iunctas, impares: ac placent nomen cōiugii specie. Artulere ad Monodias Græci eas quas *παιστήριου*, dicebant, acutum & infractum spirantes. Erant Funerales: erant Coniuuiales. Quinetiam quasdam ad citharam quas compararunt, excogitarunt: atque iccirco *κιδάρησις* cognominarunt. Coniuuiales erant

erant pares & æquales, eaque pusillæ, ad significandum æqualitatem conuiuiorum. Idcirco rotûda olim mensa. ne quem sibi prælatû quispiam conquereretur. Ita δαῖς ἕσις ab Homero à partiendo. Et Ceres idcirco non solum spicifera, sed etiam legifera appellata, cui ob eam rē agerent δεισμοφόρια: vt eadem sit & ciborû & iustitiæ inuētrix. Has epulonû tibias πατριούς appellabât. propterea quòd vinum esset anima conuiuiorum. Philoxenus autem in tibiis certos constituit modos Primus: quos legem Loricam nominauit, à nouo Harmoniæ genere, quod recepitum Pindari, ac Simonidæ tempore legimus inter leges Lyricorum. Idque dicebatur ἀγὶ λικρῆσι. cecinerunt autem Tibicines etiam Elegiaca, quemadmodum supra diximus. Fuit enim vna ex legibus ea, quâ Elegon appellabât, sicuti ἀπόθετος, quæ remitteret. sunt & alia nomina καμίσρηχος, δ' εἶος, χοινίαν, κηπίαν ab authoribus modorum vetustiorum addita posterioribus quæ πολυμῦσια dicebantur. In castris quoque Romanis tibiæ vltus vel cû ad concionem vocarent, vel cû silentium indicerent. Argolici æstiuo tempore in Anthesmophoriis faciebant tibiis eum modum, quem vocarunt θηράκιον: suum habere Pastores βουκολιασμόν: in Bacchanalibus ἑπιθαλλόν: in choris χορεῖον: in Panibus κελλίνικον: in Orthiis πολεμικόν: in dicacitatibus & lusibus ἢ δ' ὑκαμον: in ridiculis σκηννοσύρβλιω. Amatores ante ostium moram cûm deprecarentur, θυροσκοπικόν. hic Elegiis conueniebat. Idem concitator quum desperata omnia: tum fores inuadebant, & κρουσθῆναι nominabatur.

THEATRVM.

CAPVT XXI.

Restat locus & apparatus, sine quibus multa quæ in fabularum narratione sunt, intelligi nequeunt. Maiores nostri facere, quàm dicere præclarior semper existimant. Quare operum gestarûmque rerum exercitationes prælatæ generibus meditationum. Idcirco roboris atque celeritatis quum ederent spectacula, locum in quo ea fieret, Theatrum potius à spectando, quàm ἀρεσάτιον ab audiendo nominarunt. Olim in diæ ac locum indictum conuenientes, qui specimé firmitatis, aut dexteritatis, aut pernicitatis edituri essent, in medio datis nomini-

f. j.

bus profitebantur. Circunfusa turba cum iudicibus ad spectandum, mox alia item affluente commodè spectare non poterant: quòd aliis alii obiectu corporum conspectum adimebant. Iccirco aggestis cespitibus editiorem locum sibi puluils auctis faciebant. Eam ob causam medius locus depressior fuit, ac propterea *Cauca dictus*. Habes hoc ex diuino Poeta, *Proximus ut viridantoro confulerat herba.* igitur per initia stantes spectabant. Postea subsellia sibi quisque quum ferret, his etiam protelo, dum pugnant de loco, rem agebant. M. Messala atque Cassio Coss. id primùm videtur creuisse. Mox P. Scipione Nasica Censore sublatus est apparatus, & mos. S. C. cautum ne cui in vrbe propiusve mille passuum subsellia posuisset, sed aut iudos spectare licitum esset. Primus omnium Thespis tanquam ambulatorium Theatrum commentus est. Tectis enim vehiculis in ædiularum modum, in iis fabulas egit, atque agendas circumuexit. Postea est Athenis structum è lapide, quum antea sublicium fuisset: quo tempore inter eos quoque pro loco ad manus ventum est. Quare lex lata scitatur, vt de publico ærario viritum binos acciperent obolos, quibus locum sibi quisque compararet. Primùm descripta cauea, circumque designati confessus per simplices gradus. Postea Poetarum delitiarum quum sese insinuassent, tam commoda, & species separatarum partium, & projectorum, & recessuum, aut umbraculorum, aut ambulacrorum excogitata sunt. Itaque commentorum suorum imagines exhibuerunt architectis Poetæ, vt illi quid esset faciendum docerent, hi quo essent modo fabricandum expedirent. Romæ M. Scaurus Ædilis M. Scauri, qui princeps Senatus fuit, & Metellæ, quæ postea Syllæ nupsit, filius, augustissimum Theatrum faciendum curauit, scena triplici alii alia imminente. Columnarum numerus C C C L X. Scenæ pars è marmore vitro medio translucens. Signa aenea in inter columniis M M M. Cauea cepit hominum millia octoginta. Theatri figura fuit semicirculi in cornua producti. Pompeii iussu & cura amphitheatrum, cuius vacuû expleretur hominum quadraginta millibus. C. Curio, is qui Cæsaris partes fouit, ligneum amphitheatrum excitauit: quod subditis rotis pensile ex iisdem cardinibus diduceretur medium:

um: atque vitandi Solis causa etiam auerteretur: coiretque rursus in circulum, ubi res posceret. Habes Amphitheatri laudes apud Martialem, quod ab Augusto destinatum Vespasianus extruxit, Titus filius dedicauit: Duo in vrbe nostra: quorum alterum admirabile. vnum Polæ vidimus non contemnendum. Nemausi vnum structura & mole nulli secundum. Theatri partes veteres, vti dicebamus, cauea, & sedilia. Mox additis aliis sedilibus altioribus, scalarum quoque vsus quæsitus, & additus. Inter sedilia ad apicem scalarum, aditus ad sedentium pedes spatium, in quo inambularent locum capturi. Sediliû ordines cunei à figura. Cùm enim excurrerēt ab angusto spatio ad ambitum extimû: strictiores erant necessario quò propius accederent ad caueam. Porticus per quas essent inambulationes ad cuneorum aditus. Hæ partes necessariæ. Nam ornamenta & multa & varia, Prolocis Actorum, & Thymelicorum excitata sunt per initia, vmbacula pro casis, Scenas Græci, quemadmodum supra dictum est, vocant. Mansit nihilosecius nomen postea marmoreis quoque. Hæ erant personarum habitacula. Locus ante scenam, proscenium: in quo erant agentium discursiones. Pulpita dicta, quia fuerant ab imo solo primùm cespitibus elatiora. Ita puluilli in hortis. & pulpita in castris. Orchestra, sicuti diximus, saltantium chori, Thymelicorum. Nunc in Gallia ita agunt fabulas, vt omnia in conspectu sint. vniuersus apparatus dispositis sublimibus sedibus. Personæ ipsæ nunquam discedunt. qui silent, pro absentibus habentur. At enim uerò perridiculum ibi spectatorem videre te audire, & te videre te ipsum non audire, quæ alius coram te de te loquatur: quasi ibi non sis, vbi es. Cùm tamen maxima Poetæ vis sit, suspendere animos, atque eos facere semper expectantes. At hic tibi nouum fit nihil: vt prius satietas subrepat, quàm obrepat fames. Itaque rectè obiecit Æschylo Euripides apud Aristophanem in Ranis: quod Niobem & Achillem in scenam introduxisset capite cooperto: neque vnquam vllum verbum qui sint loquuti. Quatuordecim primi ordines erant scenæ propiores: vnde clarius, atque expressius actores exaudiebantur. In primo ordine sedes erant Iudicum.

Proscenium

is locus *ἁποσιδία* fuit appellatus: in qua qui sederat primus eum appellavit Epicrates antiquus Comicus *ἁποσιδίαθρον*. In omnibus sedilibus sedendi Spartanis aequale ius fuit. Solis Regibus certa loca spectaculis proxima, & commodissima: secundum ea Ephoris. Athenis principii civitatis, qui annuus erat Magistratus eodem modo præcipua sedes. Cæteri sine discrimine spectarunt diu, quoad senatoribus suis est attributus locus: quem *βουλευτικόν* appellarunt. Sic alia pars quæ adolescentibus designabatur *ἑπιβητικόν*. Romæ quoque edicto cautum ab Augusto, ut prætextatis, & pedagogis certorum cuneorum vsus esset. seuerius Massilientes, qui vniuersæ iuuentuti suæ theatro interdixere, ne eorum animi otiosis aditionibus remollescerent. Primum igitur Ædiles curules qui indignum plebi aequale cum melioribus esse ius sedium arbitrantur ludis Romanis P. Corn. Scipione, T. Sempronio Longo Coss. eam à Senatoribus separarunt. Cæterum priuata siue libertas, siue licentia plus valuit. Abolito nouo imperio nihilo secius confusi spectare. Quæ peruiciam Sex. Ælius Petus, quem catū Ennius poeta dicit, & L. Cornelius Cethegus, quem idem cecinit eloquentissimum, Cæsares castigare instituerunt, veteri edicto instaurato. Paulatim verò per negligentiam magistratum, ac plebis pertinaciam in veterem consuetudinem cum rediissent: Attilius Seranus, & L. Scribonius Libo Ædiles Curules ludis Scenicis, & Romanis fecere diuisa vt essent loca. Hoc quoque plebis insolentia, & indulgentia patrum corruptum in tegrauit lex Iulia, Theatralis, & Roscia. Primique ordines xiiii. Senatoribus, atque Equitibus restituti. C. autem Gracchus etiam ferocius exercuit potentiam, quem, cum obseruasset contra morem maiorum temere patritiis, ac plebeiis sedes occupari, accitis fabris eas demolitum esse memoriæ prodiderunt. Nec minus Syllæ dominatu populari superbia confasis per loca sexibus, ordinibus, ætatibus, renouata etiam Tribunitia potestate, sedendi ratio pro censu ac dignitate, repetita. verum sub C. Cæsare alia sedendi fortuna fuit. Nam quum ille non tam ex opibus, aut natalibus, quam ex virtute, ac meritis, & in Senatum, & in equestrem ordinem multos legisset, tantum multitudinis nequiuuit xiiii. ordinibus capi.

capi. Contrà Otho Trib. pleb. potior em censum, quàm virtutem duxit. pro censu enim loca civibus designavit: non honori, non dignitati, non ordini quicquam tribuit. exclusit nanque à primis x i i i, ordinibus eum, cui ipsi, patrique auoque quadragies Sestertiùm non fuisset. Item qui artē ludicrā exercuisset. Ridiculum sanè, si quibus in scena esse licuisset, propius scenam esse nō liceret, & qui alios fecisset spectatores, esse spectator non posset ipse. Certa quoque loca Tribunitiis attribuit Viatoribus: Certa iis, qui non sua culpa decoxissent. Voluntarios decoctores, qui ganea, quive alea, aut scorto, aut luxu rem fecissent deteriorem, quique sese ære obligassent, Athenieniensium sequutus morem toto Theatro abstinere iussit. Idque vt servaretur, per cuneos disposuit, quos præfectos ordinum appellabat, qui excitarent, de sede, quam quis contra legem occupasset, quemadmodum ad seditiones atque rixas cohibendas statio cohortis erat in Theatro à principibus posita: quā Nero ad speciem libertatis sustulit. Ante principum imperia, ei muneri propositi fuerant Lictores, atque viatores: quos in eodem officio apud Græcos *παρόδους*, nominatos legimus. Locus inter senatores sociarū gentium legatis datus. quo more Germanorum Legati cūm arcessiti non essent, vltro sese ad Senatorias sedes cōuellere, atque recepti confedere. Barbari fuit non arcessere: Germanum vti etiam inferiorum gentium prærogatiua: Romanum agnoscere, quod & suum esset, & aliorum quoque esse vellent. Augustus verò etiam milites à plebe discretos habuit Othonis lege temperata. Qui bello civili attrito patrimonio equestrem censum amisissent, si eum à parentibus accepissent: vti ii xiiii, ordinum ius ne amitterent. Alexandri exemplo: qui emeritis veteranis primas sedes assignavit: eisque vt spectarent coronati, licere voluit. Idem Augustus etiam fœminas segregavit: quibus superiora loca sunt designata omnibus in ludis, atque spectaculis præter Athletica certamina. Vestalibus contrà Prætoris tribunal locum dedit. verùm ea paruo quoque tum tempore servata est: ita vt Claudius princeps illam restituere coactus sit. Etiam à Nerone plebi Equites antepositi: sed eo euentu vt pari cura Domitianus intermissum edictum illud renouarit. Tanti fuere po-

puli illius spiritus, vt æquali cum patribus animo, quam maiore vel labore, vel periculo peperissent, libertatem vindicarent. Quæ plebs secessionem facere non auderet in montem sacrum, in theatro communi, atque æquali iure ciuitatis, non successione, sed coitione per honestam atque civilem vim frueretur. Post Cæsaris dictaturam, podium Imperatori & Coss. proscenia & pulpitum oratoribus prouinciarum atque sociorum. Quibus in locis principes interdum cum illis, quàm è podio spectare maluerunt. Neronem etiam in proscenio sedisse legimus: Legatos in Ochestra aliquando. Quæ morem sustulit Augustus, quum eum locum à Libertini generis hominibus occupatum' deprehendisset. Atque hæc quidem loca (vt solebat Plato & Aristoteles dicere) *ὡς τύπω* ad hunc modum enumerata sunt. Exactius verò etiam sic persequamur. Scenarum modus priscus sanè atque etiam militaris: quemadmodum est apud Xenophontem & Thucydidem, atque in oratione Demosthenis contra Midiam. eæ causæ dictæ sunt olim in Romano exercitu: vnde castra: non quemadmodum nugantur Grammatici, sed sicut à nobis dictum fuit in Originibus. Additæ postea partes aliquæ: eæque aut ab officio, aut à figura nominatæ. *ουλις* fuit ostiolum, per quod quasi è longinquo repente apparerent peregrini. Fuit & locus quam *φαλίστα* vocarunt. Verùm is cuiusmodi esset, neutiquam describunt. more suo sanè. Sic alia pars *κεριδης*: & alia à præcisione certi spatii *κατατομή*. Cæterùm hæc omnia potius vt ne nesciamus, quàm vt necessaria sciamus. & puto non omnibus argumentis conuenisse, sicuti ne Aram quidem illam quæ appellaretur *αλιύς*. nam propriæ ac veræ aræ, Dextra Baccho in Tragœdia, Apollini in Comœdia: Sinistra ei vel deo, vel diuo, vel heroi, vel ciui, cui fiebant ludi, aut iusta, aut parentalia. Vnde etiam *κυμαίς* Appollinis faciunt mentionem quem celebrabant Panegyri Naucriatæ omnes Prytaneum ingredientes candidis induti vestibus, quas iccirco Pritanicas appellabant. In iis aris verbenæ imponebantur Apollini, vt est in Andr. Terentiana, Baccho hederæ. Apud Græcos etiam *πήματα*, etiam *δυωρίδα* nominant à sacrificiis: alii *δυωρίδα* legunt. ea erat in Proscenii

nii postremo cornu. Ludis funebribus ara illa ita inscri-
 bebatur, D.M. Abaci quoque cuiusdam faciunt mentio-
 nem. εἰλεὼν appellabant. quem in locum ascendens è
 thoro aliquis respondebat: vbi canebatur, ἀδείων. Ea
 vox apud Ciceronem & in historiis frequens: In Odeo
 Attici theatri Ægyptiorum regum statuas fuisse, Pau-
 sanias scripsit. Extra theatrum quoque loca dicata Mu-
 sis eodem dicta nomine. Quale Athetis à Pericle desti-
 natum Musicis certaminibus. Alexi quoque, & Plutar-
 chus, Demosthenes & Aristoteles in quarto diuinæ Phi-
 losophiæ ἀδείου faciunt mentionem. Pausanias in A-
 caicis memoriæ prodidit, Herodæ Attici iussu atque
 impensis constructum pulcherrimum ἀδείων defunctæ
 vioris monumentum. ἀδείου columnarum mentio fit
 in libro De formis dicendi, qui Theophrasto at-
 tribuitur. Scenarum quoque facies auctæ. nam cum
 priçæ è ramis ac frondibus constitutæ fuissent cum
 racemis & corymbis: ac postea casæ cum cel-
 lis postremò ad magnificentiam auctæ sunt projectis
 & mœnians in Comœdia, in Tragœdia verò etiam
 pratoria, & palatia, regiæ, turres. In regiis διαρχίας, &
 δῆμος δαμῶνων: quanquam priuatis quoque in ædibus
 inuenimus διαρχίας: è quibus πορνιῶσσαι: & aniculæ
 mulieres prospectabant captantes negotiorum suo-
 rum occasiones. In Satyrica scena fontes, speluncæ,
 ambulacra viridaria, syluæ, recessus, topiaria. C. Antonius
 & Murena scenam argenteam fecêre. Scenæ partes alijs
 aliæ. In comœdia tres. Media, potentiorū ædes insignio-
 res. In Satyra medius locus erat speluncæ. In mediâ
 scena habebat ἡ παρατηρησις. In dextro diuersorio ἡ δευ-
 τεραρησις. Sinistra humillimam quaque personâ capie-
 bat: aut fanū desertum: aut omnino vacua. In Tragœ-
 dia extra porta peregrinum aut hospitem emittebat:
 in sinistra Carcer: media Regia. Factum verò aliquan-
 do fuit, vt in Comœdia Græci tentorium quoque po-
 nerent, κλισίον appellabant. Ibi nōnulli Poetæ iumentor-
 um stationem designarunt. iccirco aditus ostio latior:
 quæ ostia propterea dicta κλισίαις. per ea transmittē-
 bant carros & iumenta, alij eiusmodi partem ad officinę
 vsu trāstulêre: sicut Antipho in Accestriis. Media vtrin-
 que habebat alias interdum portas, quarum postibus

essent affixæ machinæ. Eæ quia pro re ac tempore circumagebantur, *δελιακτοι* sunt appellatæ. nam personarum aspectus quum esset tectus à spectatoribus, repente ex occasione comparebant nuncii, & peregrini, aut ciues peregrè, exulésve postliminio reuertentes. Itaque dextra machina afferebantur ea quæ extra urbem acta factæve essent, aut agenda intus forent ex præscripto propter iura suburbiorum, oppidorum, ciuitatum, municipiorum, coloniarum, sociatarum, peregrinarum, pacatarum, hosticarum. A laua machina, recedebantur quæ in vrbe iussu permissiue populi aut Principum: eorû, iisve inuitis, gesta, acta, transacta fuissent, aut ex consilio futura viderentur. Id quod factum est ab Euripide in Oreste. Atque inter hæc eodem iure censebantur, si qua è portu afferretur. cuiusmodi est in Plautina Amphitryone, in Mercatore: in Hecyra. Prisci Tragicæ etiam deos aquaticos per eam introducere, Acheloum, Thetin, Proteum, Arethusam. Si quæ personæ machinis non circumagebantur, sed pedibus accedebant, per alteram introducebantur. Duo hæc machinarum genera. Tertium *εγκλιμα* nominabant: alii *εξοτρα*. Erat hæc sedes sublicis elata, strata longuriis, super quibus sella. Detinabatur locus ad ea recitanda, quæ secretò patrata essent in adibus, qualia in OEdipode Sophoclis, Plauti Amphitryone, & Casina, & aliis. Quartum genus quod in summa trepidatione remedia arcessebat humanis maiora. Demissa nanque deos ostendebat ex improviso, id quod etiam ad prouerbium rerû desperatarû traxere, *θεος ἀπὸ μηχανῆς* plurima exempla Tragicis omnibus, & in Plauti Amphitryone. Alterû eiusdem machinæ officium, quum veheret per aerem Heroes: veluti Telepolemû, Medeam, Perseum, Bellerophontem. Idem officium in Comædia nomen diuersum, *κείδην* dicebatur. qualis Cantharus siue Scarabæus Aristophanis. Est præterea machinæ genus quintum quo rapiiebantur personæ *γίγαντες* dictum. Hoc in fabulis Aurora Memnonè rapuit: Boreas Orithyam. Restes quibus per aerem ferebantur, *εἰσῶραι*. Proxima huic alia versatilis, vnde nomen *σφοδραῖον*: cuius opera Heroes in deos transformabantur. Eius vsus in Hercule OEtæo, & in ea quâ olim feceramus, Indigete.

Fuit

Fuit & alia circumductulis, quam *καθωσοσκαπέϊον* vocabant Græci. Ea valde celsa post scenam, in qua vtres calculorum pleni cum æneis vasis, vnde fulgura exibant, tonitrus exaudiebantur, fulmina mittebantur. vt in Aiace Olleo. quare etiam *βροντήϊον* dicta Machinæ similis, quæ non esset machina, Charoniæ scalæ: vnde simulachra emittebantur, quemadmodum in Hecuba Euripidis. Priuatim, quibus è locis exiliebant Erinnyes *αἰαβάθμοι*, gradus imi: quales in Oedipo & Oreste, & Athamante, & Amata nostra. In scena speculæ quoque de turri aut de muro affingebatur: nec absimili specie locus, quem *φρυκτάειον* nominabant: ex quo facibus dabatur signum præsidii, vt aduentantibus hostibus expedirent arma: vnde & nomen cum alibi, tum in Rheso. Propterea verò quòd multarum facies regionum explicabantur, neque locus aptus erat ad capiendum, disponebant vela quædam cum abacis & picturis, non sine nominibus: quæ certis pensilia machinis statuebantur. In iis montium, marium, fluminum, oppidorum species, natura, situs, status efficta erant. Si quod numen introducebatur, erat locus extraordinarius, quem *θεοτοπέϊον* nominabant: qualis in Aiace Sophoclis, & in Hippolyto Euripidis. erat autem sublimis sine machina. Ante scenam quibusdam in Theatris ambrosioribus additæ porticus ornatus gratiâ cum columnis, & peristylis ac fastigiis. Ante quas proscenium apertum videbatur, in quo agebant (vti diximus) è scena egressi. Itè in magnificis Theatris sub proscenio, hyposcenion aliquanto depressius, in quod per gradus descendebant. Sic Græci: nostri verò Podiū inter pulpitem & proscenium,

Pulpitum

Orchestra partes.

depressius proscenio, altius pulpito. Erat autem pulpitem altum ad pedes quinque: Vitruuius ædes vocat Hospitalia præter Regiam. Atenim non omnes præter familiam regiam hospites sunt. Orchestræ partes erant tres: planities, in qua chorus caneret ac saltaret: pulpitem in quo nihil aliud quàm canebant aut pronuntiabant. Hemicyclium non in omnibus fabulis, sed in quibus ad eum locum agebantur enantes è mari: vt in Rudente Plautina. Tametsi ibidem quoque fingebatur vrbs longinqua pro rei argumento. Sic paruo momento traduxit exercitum Atheniensium Theseus sub vrbs Thebas: quæ sanè ibi in còspectu statuebantur. Id quàm rectè scriptū est in sexto.

Græca orchestra fuit amplior, & scenarum recessus profundiores. Pulpitum verò haud ita latum, quod appellabant *ρογείον*, propterea quòd in eo *ρήματα* & alia actuum interualla recitabantur. Eum locum ab Odeo distinguit Vitruuius, vt sit pulpiti pars in qua canerent *ὀδείον*: altera autem in qua aut risum mouerent, aut censuram exercerent, aut vitæ nostræ putarét rationes. Theatri partes præterea nullæ: nisi cellas connumeret subterraneas in quibus vasa ænea disponebantur ad reddendum acceptas voces pleniores. De iudicum sedibus dictum est. hæc tamen animi gratia apponentur. Histriones qui exciderant, aut ineptè agerent, aut perperam pronuntiarent, à populo nò expectata iudicum sententia exhibebantur. Hoc quoque est legere de Æschine apud Demosthenem: benè agentibus manuum plausu fauebant. Olim quum esset ligneum Theatrum, calcibus pluteos tundebrat: à qua pedum sup-
 plusione, explodere nostrum, Græci *πτερυκοπέιν*. Idem significatus alio verbo *κλάζειν*. item *συρίτιεν*, quod sibilum notat. Alterum verbù à Gracculorum voce deductù est.

Qui rectè agebrat, dicti sunt *διστάροδοι*, qui malè *μισούφοι*.

Partes autem accessorix atque extra ordinem hæ: Parapetasmata, quæ à Latinis vela ea carbasina posuit Q. Catulus: byssina Lentulus Spinther: Nero stellata. Hic luxus. Primùm excogitata defendendi æstus causa. Quod officium auxit Pompeius etiam aqua deducta per sedilia. Aulæis quoque ornauerunt. Græcum inuentum puto, quia vox item Græca est. ea vititur Hyperides in oratione contra Patroclum. Præterea statuebantur signa, & tabulæ in funeribus, & imagines. Primus Clodius Pulcher scenam signis ac tabulis ornauit, auro Trebatius, ebore Pompeius, arenam auri scobe sparfit Nero. Pegmata autem erant compacta ædificia editiora ad aliquid ostendendum. C. Princeps in scenam produxit pegma ex argento. Claudius obiecit bestiis aliquot, qui parum diligenter pegma in scenam produxissent. Etiam extra Theatrum excitabantur, vt est apud Valerium Martialem. A palis *Paleos*, Itali claustra, & pegmata: nunc *Catasalcos*, addita aspiratione: sicuti sinum maris *Golfo* pro *κόλπω*. Theatri amphitheatrique facies atque ichnographias subiecissim: verùm eas petes ab optimo ciue nostro Saraina, & Vitruuii codicibus.

HAftenus fabularum ortus, genera, partes, apparatus. Ludi autem ipsi tametsi videntur ab illis separati, tamen ad apparatusum ipsum maximè pertinent. Sanè Ludi sunt tacitæ fabulæ: fabulæ verò Ludi loquentes. Omnino ludorum pars fabula est: quare ipsi quoque actores Ludiones dicti. De Ludis igitur quam breuissimè fieri poterit, dicendum est. Ludi nomen à Græcis priscis, & Ludionum suprà ductū docuimus. Multa Ludorum genera ad summa duo reducuntur. Vtrunque positum est in motu naturali addita postea arte. verùm alterum simplex est, alterum cum æmulatione. Nam per initia vbi coissent temerè pastores, aliquid agebant saltu, aut cursu. Tandem verò rediit res ad obrectationem, atque inde ad certamen, quum alius alii præstare videretur. Vetusissimi Ludi apud Romanos Consualia in honorem Neptuni: quæ Consum vocabant sanè minus consideratè. Quis enim paret Neptunum esse numen consiliorum? Festus auctor est in Consualibus Quirites sese cernuos iactasse. fuit & ille peruetus, quum per vtres vncti saliebant. Haud parua quæstio poterit oriri: quodnam primum inter pastores fuerit certamen. Quinque enim sunt, cursus, lucta, saltus, iactus, pugilatus, in eo versu:

ἀλμα, ποδοκείλω, δισκον, ἄκοντα, πάλω.

Ac pro motus quidem ratione statuendum est. Itaque luctam puto fuisse postremum omnium inuentum. est enim compositus: quippe situs in duobus, motus. Composita verò simplicibus posteriora. cursum autem primum: mox saltum. Pedum initio iactū arbitror. mox lapidem crassum ac grauem. Qui motus fit quasi introrsum. contrarius autem huic iactus extrorsum, quem in disco iaciendo exercebant. Nam ad iaculi aut pili missionè brachium pandimus, mox prorsum impellimus. contra fit in disco, manu ad pectus adducta atque extrorsum disclusa. Pugillatus ratio eadem quæ in lucta: non enim sine antagonista fieri quit. videtur autè subtilius contèplanti, proportio quadã inter hæc quatuor. Nã cursus motus est aliquo modo continuus: saltus discretus. Sic lucta motus quasi continuus: cohærescunt enim. pugillatus autem discretus: sūt enim inter ictus ipsos interualla. Vter igitur vetustior,

lucta an pugillatus? pugnis prius quàm complexu certasse par est. Is enim primus congressus solutus. Mox lucta iunctis compositisque atque etiam insertis brachiis ac manibus mutuó. Ex temeraria aut hostili contentione res acta est ad exercitationem atque æmulationem. Sic ergo digerenda sunt. Certamen tametsi est plurimum: tamen aliquod videtur quodammodo vnus corporis, vt cursus: aliquod duorum, vt lucta. Ratio est, propterea quòd currere solus quis potest, pugnare nõ potest. Vtrunque erat aut nudorum, aut tectorum. A nudis dicta *Gymnasia*: quod nomen haudquaquam conuenit literariis ludis, nusquam enim minus quàm in tam sanctis sodalitatibus nudos agere conuenit. Ita certarunt Athletæ, oleo vncti, & puluere aut arena conspersi. Quapropter Augustus veruit eiusmodi spectaculis foeminas interesse. Thucydides in primo historiarum Athletas olim fibulatis cæpestribus certasse memoriæ prodidit: nudos autem sua tempestate. Quo tamen tempore à barbaris in Asia veterem modestiam seruata[m] scribit. Tecti verò aut veste (vt est apud Hippocratem) vel etiam armis, quemadmodum dicebamus in saltationibus. vnde *ἡ πλείστη δρόμος*, quum in armis current. Aucta etiam exercitatio adiuncto instrumento, eoque multiplici, præter discum ac iaculum, de quibus supra, etiam equo, aut curru, aut cestu, illis quasi focis, hoc quasi telo. Nam pugnis nudis primùm factum est: itaque *πύξ* Græci, & *πύγξις* pugil: nostra pugna inde, atque etiam pugnus: quoniam manus quæ erat antea passa, & *μανὴ*, vnde vox nostra, contracta clausis digitis effecta est *πικνὴ*, densa. Quemadmodum in Originibus dictum fuit. Pugnis, addita lora ad munimentum: propterea quòd nudi quum ferirent, sæpe plus damni acciperent quàm facerent. Ea lora Græco vocabulo *Cestus* dicti, *κεσὸν* enim cingulum. breuia initid: mox ne excussa exuerentur in ictibus, tum cubito tum humero alligabantur. Postremò ferrum plumbumque assutum est sæuissimo spectaculo. Cerebrum enim ac guttur facillimè elidebant. Idcirco aurium munimenta induebant, *ἀμφοτέρωθεν*. Tota ars ictum vitare non fuga, sed corporis inclinationibus & flexionibus. Tum autem excipere ictum ictu si sit fortior. Postremò ne inferre ictum frustra: concidebant enim plumbi onere præcipites acti, si impensius niterentur

terentur verberare. Id quod Cataphracticis præceptis docebamur iuuenes, cum claua ferrea pugnandum esset. Me puero Grammatici nugabantur, Cestus lora ligno tereti alligata fuisse, quorum in summo appensæ essent pilæ plumbeæ. Cestu Erycem Siculum excelluisse, atque ab Hercule victum. Præter ceteros artem calluisse Pollucem, qua fortissimum virum Amycum superauit: Bebrycum Amycum, ut ait Theocritus & Argonautæ, atque innuit doctissimus Poeta in quinto Diuini operis. Luctâ autem Græci *πάλη* à concussione, Latini à motu, unde luxare. Haud vno modo luctamur: aliquando amplexu mutuo ab illis & humeris, interdum confertis brachiis manu apprehensis. In pugna solis pugnis pugili uti licebat: in luctâ impulsu tantum, & tractu, & pressione, & supplantatione, ut non cæderetur concertator, sed prosterneretur. Pugilatui propior *πάροχνας*: nam pugnorum & omnium aliorum membrorum vi experiebantur: etiam calcibus, etiam genibus, etiam dentibus abutebantur. Hinc nomen quod & à Propertio positum est: cursus à quantitate variatus. Minimus fuit stadii vnius, quod c c x x v. passus capiebat. Duplex stadium erat in longum *δολιχος*: id quod vox ipsa declarat. Quum verò de cursum relegerent stadium sine intermissione recurrêdo, *διαιλον* nominabant. Apud Platonem in octauo de Legib. *δολικον* maioris esse laboris, quâ *διαιλον* scriptum est. Quum igitur præter quinque certamina supradicta, esset Cestus, esset Pancratium, tamen quinque tantum illis constabat *πένταθλον*: quod qui vicissent, à Latinis sunt Quinquertiones appellati: quoniâ vox hæc Ars prima sua origine robur ac fortitudinē designauit. Græca enim omnia, *ἀρης*, *ἀρετή, ἐνάρετος*. Sic Virtus à viribus apud maiores nostros, pro fortitudine tantum accipiebatur. Aristoteles in primo Rhetoricorum ita disponit. Quæ corporis virtus attributa est certaminib. cõstat magnitudine, robore, celeritate. Qui iactare certo modo crura, porròque mouere potest, cursor est, quippe celeritate valens. Qui tum premere, tum continere, is est luctator. qui percutiendò pellere, pugil, qui horum vtroque modo, pancratio idoneus. qui ad hæc cuncta aptus, quinquertio.

Hæc per se viri certamina agitabant. Opibus deinde obtinuit luxus: ut etiam equos alerent cursores. Qui pri-

uis equis currerent κάλητες vocati : vnde & priscum Cele-
ris nomē. Sic enim Equites sub Romulo dicti : qui postea
Troßuli ab oppidi nomine, quod sua ipsi opera sine pedi-
tatu expugnassent. Romæ nunc & in patria olim nostra
etiam aßellorum certamen cōmittitur, non sine risu. Iun-
cti deinde etiam bini ad currū, & bi iugii dicti : quaterni,
quadrigæ, ne fallantur adolescentes à priscis præceptoribus
nostris: qui nobis dicere soliti erāt, quadrigas & cur-
rū esse idē. à Græcis illi, δύωροι: hi τετραώροι, & τεδρίπποι.
Iunctæ etiā mulæ carrucis, quas ἀπίννας Græci nominant.

Erant præter has priuatæ quædam aliæ exercitationes
in publicis Gymnasis: inter quas aliquot recenset Gale-
nus in secundo ὑμεινῶν. Harum nomina ἀλτήρων ἀροσι: de
quibus & Aristoteles, & Martialis: ἀκροχειρίζειν, πυπλιζειν.
vnde πυπίλισμα apud Iuvenalem exclusis iactabundis nug-
gis. Est autem ἀκροχειρίζειν luctæ pars, cum primoribus
tantum digitis insertis roboris faciunt periculum.

LVDI GRÆCI. PYTHIA.

C A P V T X X I I I.

LVdi igitur alii celebres, & quasi Panegyrici, ad quos
penè vniuersum nomen Græcum confluebat. Alii
certorum oppidorum quasi priuati, celeberrimi quatuor.
veteres censuerunt eos omnes funebres, sanè Olympici in
Iouis honorem ob mortem Pelopis. Nemei Neptuno
propter Archemorum. Eidem Isthmia in honorem Me-
licertæ. Satis rectè hactenus fortasse, nō enim Pelops mo-
ritur, sed OEnomaus vincitur: vincit Pelops, qui statuit
ludos. Etiam miror hosce quoque Olympicos Ioui, non
Neptuno à Pelope nuncupatos fuisse: quem victorem fe-
cissent equi Neptuni, non Iouis. Præterea Pythia Apollini
dicata, quis dicat in honorem cæsi Draconis? profectò
scelerato Draconi cum eius interfectore, eoque deo no-
bilissimo communem gloriam facere nefas arbitror. Ac
tamen Olympia præferebantur, propterea quòd supre-
mo deorum numini essent attributa: Pythia tamen vetu-
state anteibant, quippe ab Hercule Olympia instituta.
Alii verius tradunt: Pelopem, à quo Oenomaus curru vi-
ctus fuerit anniuersarios ludos indixisse: eosque intermis-
sos, postea ab Hercule instauratos Augea malè mulctato.
Hercule igitur & Pelope quum fuerit antiquior Apollo,
quos ipse ludos dicarit, illorum æquè Ludis vetustiores
arbitrari

arbitrari par est. nam Nemea & Isthmia longo pōst tempore inchoata: quare à Pythiis incipiendum. eorum originem ad hunc modum prodidit Clearchus Solensis Aristotelis discipulus in primo libro Prouerbiorum. Latona ex Eubœæ Chalcide Apollinem Dianamque reportabat Dēlphos. Ad Pythonis spēhicam admotis vestigiis, ab eo improuiso penē oppressi, nisi puello Mater animos addidisset, vt sagittis quas habebat, pestem illam occuparet. Acclamatio fuit, ἦε παῖ, ἦε παῖ. vnde nomen ei factum aiunt certis syllabis additis, παῖν, παῖν, παῖν. Narrant etiam lapidem à Latona intentatum: alii dicunt Apollini porrectum antè quàm animaduertisset illum cum telis esse. Eum postea lapidem in Delphis repositum sub ænei Latonæ signi pedibus. Strabo ex Ephori historia Pythonem latronem fuisse tetrum ac cruentum, qui infestis itineribus infestam faceret prouinciam. quapropter Draconis cognomen inditum à maleficio. Tanta peste soluti Delphi pro recepta libertate ludos quasi beneficiarios celebrandos curauēre. Quos ludos auctis postea rebus, auctos ab Amphictyonibus sub Eurylocho, addito equestri simulatque gymnico certamine, victori præmium corona. Introducti quoque tibicines cum citharœdis. item citharistæ sine cantu: quorum modos appellarunt πυθικὸν νόμον. Argumenti ratio ac tractus totus in Apollinis pugna quinque partibus constabat. In prima fuit αἰάκεθυσσις: erat hoc proœmium. Secūda ἀμπειρα, in qua certaminis periculum Apollo faciebat, expediens ad præliū sese, attentans telorum aciem, suspensio gradu circumspēctans, captānsque pugnæ locum. In tertia seipsum ad prælium hortabatur: quare pars illa dicta κατακλεισμός. postrema erat δάκτυλος, à temporū numero appellata. Quā ab imitatione sibilantis inter moriendum serpentis Syringa cognominarunt. hæc ab Cithara. At verò seorsum saltatio haud illi absimilis edebatur, in totidem actus æquè distributa. Primus erat πείρα: in qua deus cati militis præ se fert prudentiam omnia tum circumspiciens, tum designans. In secundo κατακλεισμός, quum hostem prouocat. Tertius est iambicus in pugna: longè id sanè cōmodius quàm apud Citharœdum. Iambus enim præliator pes est ac sanguinarius, quemadmodum alibi dictum est. Eo in actū tibia saltandi numeros edit bellicæ

tubæ: & dentibus freudentem Pythona qui sagitta iam ictus est, exprimit. Quartus *απειθεύς* capiebat victoriæ celebrationem. quippe victis hostibus victimas cædebant, ac diis libabant. hoc autem est *λειθεν*, & *απόδειν*. Postremus exultantis Dei, in quo tripudii certis legibus terram quatiebat: iccirco dictus *καταχόρευσις*. Quoniam verò Græca tractamus, hoc est mendacia, & poetica, id est fabulas, festiuitatis huius origo ex aliorum quoque auctorum fide narranda est. In faciem versus cothurnicis Iupiter Latonæ vitium obtulit, in ea terræ Atticæ parte quæ *Ζωσύχη* nominabant. Parturiens Latona vndique ab Iunone exacta in Delum insulam recepta est, quam prisca Ortygiam vocabant. Ibi editis gemellis Apolline ac Diana substitit mater, Diana in Cretam transmisit, Dictynnūque montem coluit. In Lyciam sese contulit Apollo. Inde à Pane diuinationem quum didicisset, in eum oraculi ingressus est locum, vbi Nox olim, deinde Themis responsa dederant. Quo tempore occiso Pythone tripodis custode, oraculum suum fecit. Cuius corio obductus eiusdē opera tripos inde etiam Cortina fuit appellatus. de hoc tripode quān̄ agrē nobis satisfaciāt Diodorus Siculus, a libi scripsimus. Ex eo certamen septimo quoque die constitutum, ille Pythicum appellauit. Mirum sanē quum rē sagittis confecisset, non & sagittādi certamen, sed Cithara canendi posuisse. Quanquam non eodem modo ab omnibus describitur. sic enim alii digessere. Vt primum vocent *πειθον*, in quo tentet pugnam. Secundus *ιαμβος*, conuicio eliciens serpentem: *ιαμβίζειν* enim *λειδορπειν*. Tertius *δάκτυλος* in honorē Bacchi, cui pes ille sacer sit. Quique eo in loco ante Apollinem respōsa dedisse ferebatur. Quartus Creticus ab Iouis incunabulis, cuius ipse erat filius. Nomen eadē ratione qua Dactylus: pede enim Amphimacro conficiebatur. Quintum appellarunt *μικτῆρων*: quoniam Telluris auix suæ ius oraculi priscum fuit, sextus *σύεσμα*. hæc certaminis causa, atque instituta. haud paruo post tempore ad viarū angustias, quæ in Delphos agunt Crissæi quum infestum iter facerent, iis qui oraculum peterēt: sociorum copiis adiuti Amphictyones Crissam aggressi expugnarunt: alterūque certamen addiderunt, in quo tibicines canerent. Crissæorum exitus quominus facinora sequerētur, neutiquā deterruit Cirrhæos.

neque

neque enim minora latrocinia exercere. Quare victi ab Eurylocho Theffalo, qui ob roboris præstantiam novus Achilles dictus fuit, ad montem qui Cirphis nomine contra Parnasum iacet, confugere. Eurylochus ad belli reliquias persequendas relicta exercitus ibi parte sub prætore Hippiâ, abiit ipse, constituitque Gymnica certamina. Hoc factum est Athenis præturam agente Simone, Delphis autem Gylida. Victori pecunia præmium, Annis autem sex postea debellatis reliquiis Cirrhæorum prætore Athenis Damasio, Delphis Diodoro, redintegris ludis coronam victori tum primùm propositam quidam prodidit. verùm equidem alios, ab Apolline datam coronam, melius sentire arbitror, eamque è lauro, cuius ille vel termites, vel taleas è Theffalia tulisset. Etenim è Creta ad Tempe sese contulerat, quò de Draconis cæde à Chrysotomide expiaretur. Neque verò iis assentior, qui coronæ usum apud veteres nullum fuisse autumant, imbecilli sanè argumento: propterea quòd, inquit, eius nullam mentionem fecerit Homerus: cui ne *ερασιον* quidem vox nota fuerit. At enimvero à Promethei usque temporibus coronæ usum deducunt doctiores: quippe ab Ioue solutum vinculis, quem ille imminenti ex Thetidis concubitu periculo soluisset: Supplicii tamen vestigiis manere iussis: quippe ad pristinae catenæ memoriam anulum ferreum gestare, in quo lapis impactus rupem illam Caucaii representaret. At illum tam triste monumentum non solum sapientia temperasse, verum etiam corona capiti imposita hilarasse. vnde simul & coronarum & annulorum origo ducta videatur. Ego verò etiam ante Prometheus puto eos qui extiterint mortales ad æstiva umbracula coronas excogitasse: victorūque in certaminibus ablatas, atque impositas victori, vt ea ignominia cæli incommoda pateretur. De celebrationis quoque tempore minus conuenit: minus enim per initia frequentatos legimus: quippe nono quoque anno. Argonautarum tempestate vicit stadium Castor: pugilatu Pollux: Callais dolichon: armatum cursu Zetus, discum Peleus, luctam Telamon, Hercules pancratium: laurea corona victori data.

O L Y M P I A.

C A P V T X X I I I.

PRoxima Olympiorum origo si Pelopis tempora putes. Is Hippodamiæ OEnomai filia fama & amore captus, in Elide apud patrem ausus est proci nomen profiteri. Oraculo monitus ille exitium suum pendere ex filia nuptiis, quibus artibus interitum effugere quaerit, sibi molitus est. Virginē petentibus proposuit in bigarū certamine victori filia nuptias, victo mortē. Quae lege tredecim iuvenes interfecit: quemadmodū canit Pindarus, cuius interpretes etiam eorum nomina recensuere. Pelops à Neptuneo impetratis equis victum OEnomaum in mare præcipitavit: Hippodamiam vxorem duxit: certamen victoriae monumentum instituit. Hæc ita gesta sunt ad Pisan Elidis: quæ à cognomine Endymionis filia sic fuit appellata. Victor Cotino, quæ est agrestis olea coronabatur. Hercules intermissum in Olympii Iouis honorem, victo Augæa Elidis principe de præda atque manubiis instauravit. Is enim sterquilinia immania quum haberet, neque haberet quo pacto iniret purgandi rationem, cum Hercule de certa mercede egit, eiusmodi commodum pollicente. At postea mira sapientia fluminis appulsu firmum faciliè deductum vbi vidisset, preciumque maius opera illa ratus negasset, exutus est vita simul cum imperio. hæc sanè vulgatiore. Pausanias autem longè diligentius, nam & duos tradit Herculis appellatione, & altius repetit, & post Pelopem recenset alios. Saturno aurei seculi mortales decorum tum principi erexisse sanum. Editum Iouem ab Rheæ alendum datum viris, quos è Creta accitos Idæos Dactylos, alii Curetas nominarunt. Eorum nomina, Hercules, Pæonæus, Epimedes, Iasius, Idas. Herculem natu maximum commississe fratres ad cursus certamen, victoremque oleastro coronasse, cuius ibi sylua frequens adeo, vt & virentes frondes substernerent ad somnum capiendum. Ramum ex Hyperboreis allatum ab eodem Hercule ad eam magnitudinem multitudinemque adoleuisse. Adeo more suo malæ fides author est Græculus. Nam quo tempore Hercules Idæus ad Hyperboreos sese contulit, qui è Creta tum primùm in Elidem nauigauit?

uigauit? Aut vbi gentium inuenias olcastri arborem hyperborei gelu patientem. Primùm igitur hunc Idæum Herculem Olympia posuisse, quinto quoque anno celebranda: quot ipsi fratres exiitissent. Quin Iouem tum adolescentem lucta certasse cum Saturno de imperio, atque vicisse. Cursu ab Apolline victum Mercuriũ, Martem verò pugilatu. Quinquagesimo autem post Deucalionis diluuium anno, Clymenum Cardis filium, vnum ex Herculis Idæi nepotibus è Creta venisse, atque Olympicam certamen quasi familiæ suæ prærogatiua instaurasse: aramque tum Curetibus, tum suæ gentis auctori Herculi statuisse, quem *μαροσώτην* cognominari iussit. Hunc postea Clymenum Æthlio satus Endymion exactum regno priuauit, liberisque suis in cursus certamine regnum proposuit victori. Altero ab hoc seculo Pelopem quàm magnificentissimo apparatu eos ludos illustrasse. Pelopis filiis ex Elide per vniuersam dispersis Peloponesum, Amythaon Cretheo genitus, nepos Endymionis Olympia indixit. Post eum Pelias, & Neleus communi tum gloria tum autoritate. Postea Hercules Amphitryonis capta Elide. Iolau curru vicit: Iasus Arcas *κάλων*, id est equo solo: Castor cursu: Pollux pugnis: Hercules lucta & pancratio. Secundum hosce Oxylyus, qui in Elide regnum obtinuit, renouauit. Intermissum deinde vsque ad Iphiti tempora. Sub quo certaminum inita ratione, multa omissa fuisse propter incitiam atque obliuionem. Cuius rei argumentum afferunt, quòd tum primùm solius cursus præmia posita fuerint: aiunæque victorem Eliacum Coræbum. Aliquot annis post in mentem venisse *δραύλου*: itaque additum pristino cursui, quem vicit Hypenus Pisæus, sequenti Olympiade Acanthus. Anno inde quintodecimo Pentathli, ac luctæ memoriã renouatam. Illo Lampidem, hac Eurybatum victores declaratos. Quinta post eam Olympiade quæ tertia & vicesima numerabatur, pugilatus redditus, quo vicit Onomastus Smyrnæus. Quinta & vicesima equorum cursus additus. Pagondas. Thebanus curru cæteros anteiuit. Octaua ab hinc Olympiade, excitatũ deintegro pãcratiũ, & equus singularis. Hoc polluit Crauxidas Cranonius, illo Syracusanus Lygdamis. Cuius corporis magnitudinem Hercules parem memo-

riazprodidère. quare & celebratum est eius sepulchrum
 ad Latomias. Néque verò solùm viris, sed pueris quoque
 certamina indicta sunt. Cursus quidem ac lucta septi-
 ma ac tricesima Olympiade. Lucta vicit Hippothenes
 Lacedæmonius : Polynices Elæus cursu. Pugilatum
 prima & quadragesima. Superavit Philetas Sybaritanus.
 Quinta & sexagesima, cursus in armis cœptus
 simul cum scutis. Excelluit Demaratus Hereensis. Ter-
 tia & nonagesima bigis: quibus Eleus Euagoras victor
 fuit, idque equis perfectis: nam etiam pullos introduce-
 bant, quemadmodum vndecentesima Olympiade: qui-
 bus coronam tulit Sybariades Lacedemonius. atque
 ibi quidem vnicus pullus currum trahebat. Postea ve-
 rò etiam iuncti bini, Item ductus vnus sine curru κάλης.
 Bigis palmam tulit mulier è Macedonia Belistiche no-
 mine: singulari equo Lycius Tlepolemus. Centesima
 quadragesima quinta pueris constituto pancratio: victor
 fuit Phædimus Æolensis ex vrbe Troade. Quinetiam
 quibusdam aliquando institutis alio tempore abstinuê-
 re. Tricesima enim octaua pueris Pentathlum propo-
 situm, postea desitum est. Quâ tempestate Eutelidas
 Lacedæmonius precium operæ tulit. Quemadmodum
 ἀπίνης & κέλης cursum illum septuagesima, hunc se-
 quenti Olympiade institutos abrogauerunt quintode-
 cimo post anno. Victor ἀπίνης Therfius Thessalus fuit
 κέλης Achæus Dymensis. Erat autem ἀπίνης, quemad-
 modum diximus, iunctis mulabus. Equa verò Calpe
 fuit, de qua successor sub ipsas metas desiliens apprehen-
 sis frænis simul cum illa decurrebat. Quemadmodum
 qui αιαβάται dicebantur à Græcis, qui à Calpe hoc dif-
 ferébant quòd equo masculino, non fœmina utebantur.
 Alio more quàm desultores nostri, qui equo insidentes
 alterum ad manum habent, in quem è priore insiliant.
 κέλης etiam Plutarchus meminit: quòd simul cum gla-
 diatorio antiquatù scribit. Qui certamina ipsa ponerent
 ἀγωνοδότης dicti. Ac primùm quidè vnus erat author Her-
 cules, Iphitus, Oxylus. Verùm quinquagesima Olympi-
 adè duobus ex Elyde ciuibus datus sortitò iis fuit magi-
 stratus. Iudices autè electi nouem Olympiade quinta &
 vicésima, quos ἐκωνοδίκης nominarunt. Tres equorum
 curabânt cursum. totidem curæ erat Pentathlú. Reliquis

certaminibus præerant reliqui. Altera deinde Olympiade additus & decimus. Quum autem essent Eleensibus tribus duodecim, ceterisima tertia è singulis tribubus singuli Iudices electi sunt. Ab Arcadibus deinde bello petiti victi, agrorum parte mulctati, quatuor ex eo numero detraxerunt. tot enim tribus in hostium venerant potestatem quarta supra centesimam Olympiade. vicesimo tandem post anno ad decem res rediit. Hi verò Iudices etiam ἐθλοφόροι etiam ἀγυμνήται. A nonnullis verò παλαιοῦς quoque dictos inuenias.

NEMEA. CAPVT XXV.

ARgiuorum Nemea regio est, à cognomine Iouis & Lunæ filia Nympha. Alij à pascuis armentorū agri, quæ Iunoni sacra essent. Nonnulli à Danaï liberis. Ea in terra, Thebas Argiui quum peterent, siti fatigatus exercitus Hypsipylen habuit obuiam Lemni reginam gestantē Ophelthē puellum Eurydice & Lycurgo satū, qui flamē Dialis erat. quanquam Ophelten alij Creusæ & Eupheti, prodidēre. Hypsipyles ductu, atq. indicio inuentis aquis, dum soluunt ad fontē sitim, relictum ab ea in pratis infantē Draco necat. Illi reuersi belluā interficiunt: & certamen indicunt funebre triennale. Primū soli certarūt milites: deinde etiam populus admittus. Quidam falsò negarunt vel curru, vel equo singulari celebratos eos ludos: curru inquam ἵππων. nam altero currus genere quod appellant ἄρμα non negant: in illo sella erat, in hoc non erat. Pindarus meminit in Nemeis etiā pancratiū, & luctū & quinquertii, & stadii, & ἄρματος. Ophelten autē fatali nomine appellauit Archemorō vates Amphiaraus: concepto ac designato tā infelicibus auspiciis exitio futuro. Alii euenisse hoc Talao Adraasti regis, qui exercitū dūctabat, fratri prodidēre. Æschylus putauit Archemorum fuisse Nemeæ filiū: qui hūc ad modū vita functus sit. Certamenque illud Thebano bello fuisse longè vetustius. Certamini præsidebāt Corinthii, Argiui & Cleonzi. Alij nō Cleonxos, sed Decleonxos primos præfuisse scribūt: atq. post illos, Corinthios. Per initia ex olea coronā factā, datamque ad Medici belli vsque tempora. Deinde oleam cum apio commutatam: quem fruticem infelicem

putarent funeribus conuenire. Iccirco Iudices pullati sedebant. Postremò Hercules Nemæo Leone debellato & instaurauit, & correxit, Iouique Nemæo dicauit.

I S T H M I A. C A -

P V T X X V I.

INo & Athamas duos liberos habuere, Learchum ac Melicertam. Learchum Athamas Iunonis opera in furorè actus interfecit. Què eadè authore pari morbo affecta mater in lebetè feruētis aquę plenū immersit. Tam atroci exēplo monitus Melicerta cū per Geranæā Megara montem regionis aufugiens ad rupem quę Moluris dicebatur, peruenisset: de ea sese in mare præcipitem dedit. què secuta mater simili fato perfuncta est. Alii tradunt matrè surrepto ex illo periculo Melicerta, cū eo sese præcipitasse. Exceptos Nereides matrè fecere Diuā, Leucotheam Græci, Latini Matutam vocant: Melicertam diuum, Palæmonem illi, nos Portumnus. Eadē Nereides Sisyphum monuere, vt in honorem Melicertæ ludi statuerentur. Alii etiam fabulosius à Delphino delatum cadauer aiunt: atque ab Sisypho, qui tū Corinthi regnum obtinebat, inuentū, tum propter affinitatē datum sepulturæ. quippe Sisyphus, & Athamas Æolo geniti. Cæterum verò propiora tradūt, qui Melicertæ cadauer fluctibus appulsum, scribunt ad Isthmi locū, cui ab iuncis nomen erat *χονοῦμα*. Peste ex eo correptam Corinthum, oraculo monitam haud prius cessaturum malum, quàm Melicertæ iusta persoluerētur: ac præterea ludi fierēt. Igitur Amphimachi, & Donacini opera cadauere translato cum celebritatis initiū pestilentię fuisset finis, paucis annis festiuitate celebrata ac desita: rursus ab numine cessationis postulati, ac pestilentia oppressi, ex oraculi præceptis morem intermissum redintegrarunt. Pinu autem Isthmionicas fuisse narrant coronatos, propterea quòd Melicertæ cadauer pineis obuolutum furculis inuentum est. Alii dicunt Neptuno sacram pinum: vnde Phyalmiū cognomen attributum autumant: iccirco quia pinus, picea, abies maritimæ rei plurimū conueniant. Timæus scriptum reliquit: Apio antea coronari solitos victores: idque Corinthiorum iudicio. Eadē historię ratio ex Procle, Callimacho, Euphorione.

QVI ET HISTORICVS. 103.
LVDI ALII MINVS NOBILES.

CAPVT XXVII.

Alios quoque ludos minus illustres in Græcia factos Aegas: in quibus lebetes erant præmia, in aliis Arnacides, id est agnine pelles. Certorum quoque populorum festiuitates, vt Panonia, & panathenaica: in quibus vtriusque sexus flos per mutua nexis manibus saltabant Pyrrhichicam. Quædam verò præter hos, potius festiuitates, & sacra, sine ludis, cum pompa: qualia Adonia Atheniensibus, & Thesmophoria, atque alia, quæ inter gentium ritus à nobis narrata sunt.

LVDI ROMANI.

CAPVT XXVIII.

LVdi Romæ qui fierent, haud continuò Romani omnes vocabantur. quemadmodum ne sacra quidem. Eorum quidem ante urbem conditam in Latium, atque inde postea Romam aduecti: vt Troia, & Compitalitii: partim post: inter quos antiquissimi Consualia, de quibus supra. Genera diuersa à sine. quippe alii in honorè deorù: nonnulli exercitationis gratia, quibus belli simulacra cicerentur: vt Troia, & Castrèses. Quidam funebres. Aliqui votiui, vel pro victoriis, vel pro bona valetudine. Quare euenit vt summæ essent eorum differentiæ duæ. Statorum, & non Statorum: quemadmodum de feriis quoque legimus. Nam Compitalia, & Paganalia non erant statæ: sed conceptis verbis indicebantur. Idcirco tamen erant omnes publici, non tamen ære omnes publico fiebant: sed quidam priuata pecunia. Ex voto quoque publicæ personæ aliquando sua pecunia edidere: quemadmodum de M. Anilio proditum est. Aliqui etiam iussu librorum Sibyllinorum: aut responsis Aruspicum: vatimve monitis, cuiusmodi versus Cn. Martii fuerunt. in quibus numerati sunt ii, qui expiationis ergò indicebantur. Hi comprehendebantur illorum classè, qui diis essent attributi, veluti Theatrales quoque. Nam licet animi gratia conuenirent: nequaquam tamen sine deorum titulo fiebant. Nomina igitur interdum à diis: alia aliunde: vt Iuuenales, Seculares. Ante urbem designatam, à vicorum compitis, in quibus agitabant agrestes, ludi & facti & dicti Compitalitii. intermissi deinde ad Seruium vsque Rëgem, ac per vicorum magi-

g. iiii.

stros inſtaurati. quemadmodum à L. Piſone iterum curatum eſt, vt per eodem magiſtros, qui tum præfecti nominati ſunt, reſtituerentur. Tandem ſublatis collegiis ipſi pariter aboliti. Troia verò quo primùm edita tempore, habes ex Virgilio in quinto diuini operis. Ex quo Tranquilli errorem animaduertas, qui Troiam ait pyrrhichicam fuiſſe ſaltationem. Designata verò vrbe Conſualia Romulus indixit: quo tempore Sabinæ raptæ ſunt. Inuenimus in veuſtis monumentis inter cætera ludicra Cõſualibus paſtores inuerſo ac vibrato corpore cernuos ſalire ſolitos, quemadmodum alibi dictum eſt. Coronatos quoque ea die ferunt equos: Neptuno enim ſacrum id animal, quem Conſum, vti ſuprà diximus, nominabant. Referri ad maris mobilitatem equi naturam. vnde *inno*; oculi ægritudo, cum ſeſe continere nequit, apud Hippocratem. Alii etiam aſellis eundem honorem habitum ſcribunt. Aliis quoque diis hi. Megalenses, Apollinares, Circenses, Saturnalia, diis inferis, Cereales, Liberalia, Martiales, Quirinales qui & Romani dicti, ſicut & alii ſub Regibus editi, qui nihil haberent peregrini. Item Auguſtales à Tiberio inſtituti. Hæc nomina à diis, & diuis. Alia à locis, in quibus numina colerentur. quales Capitolini in honorem Iouis, Iunonis Reginae, ac Mineruæ. Poſtea priuis numinibus priui ludi, ſicut & ſacra ſeparata. ne ſiquid erroris accidiſſet: cui deo expiandum foret, ignorarent. Quibusdam tamen fiebant ſimul, vt Cereri & Liberæ. Item geminis fratribus Græco ritu. Quos ædiles darent, in iis nõ licebat vti vel tuba, vel fiſtula, vel cātu, ſed tibia tantum. videntur auté funebres ab ipſis ſolis edi ſolitos: ſicut & Circenses, & Apollinares. Nam Megalẽſes quoque edebāt, ſed non ſoli. præerant enim Prætores prætextati: vnde purpura Megalẽſis. Prætor mappam candidã mittebat in eum qui aurigaret. In ludis primariæ partes quatuor. Pompa cum thenſis pro deo cui fierent. Certamina curruũ. fabulæ. pugne in arena. Naumachia quoq. aliquãdo edita. Beſtiarũ genera multa ad ſpectacula tãtũ nonnulla, vt Camelopardalis, & Phœnix: alia etiã ad pugnandum, Elephantũ, Pantherã, Leones, Vrſi Rhinoceros. Scæuola primus leonum pugnas dedit. Pompeius CCCV. diuus Iulius CCCC. Cautum S.C. ne Africanos

in urbem portarent. Contra quod S. Consul. Cn. Aufidius fecit Circensiu apparatu. Augustus tigrum dedit. Cn. Domitius centum vrsos Numidicos cum totidem venatoribus ex Æthiopia. alii negant vllum vrsu in Numidia.

MEGALENSES.

CAPVT XXIX.

MEgalenses magnæ matris deum M. Iunius Brutus dicauit: vnde & Græca vox Romano flexu. Ei ex Pessinunte auctæ is honos habitus. Iuuenibus datum vt ætatum atque ordinum omnium mores, gestu atque oratione effingerent. Ab umbraculis, in quibus hæc agerentur, Scenicorum nomé communicatum. Nam certo nomine Scenici Libere patri peculiæ erant. Antedæ signum matronis spectatæ pudicitæ p̄llere mos fuit. Seruis interesse nefas. quippe pro publica libertate Roma exuta Regum seruitio primum instituti. Præsidebant, vt diximus, Prætores. Institutæ etiam, quas Idææ matris vocabant familias: quibus stirpem cogere mos fuit. Id quod Prætoris edicto constabat his verbis. Idææ matris familias, easque iustis diebus: nequis præterea stipem cogito. Neque verum est quod ait Cato apud Ciceronem: Sodalitates ab se inuentas primum. peruetus enim res fuit: quum in Megalensibus per sodalitates conuiuia sunt agitata.

APOLLINARES, LIBERALES, scenici.

CAPVT XXX.

APollinares autem, & Liberales, qui verè Scenici dicti sunt à fabulis, quæ in frondeis tabernaculis edebantur, cuiusmodi fuerint, Prætoris verba docent: Ludis publicis quod sine curriculo, & sine corporis certamine fiat popularem lætitiæ cantu, & fidibus, & tibiis moderato. eaque cum diuino honore iungunt. Hos actos à nudis Ludionibus aliquando constat. Quare & Martialis iocus de fibula, & aluta, & subligaribus. Itaque P. Nasica Censor Ludiones amouit tribu propter sordidioris operæ contemptum. Fortasse hoc rectè factum sit. Ne censeantur esse ciues Martii, qui famuli essent auræ gesticatoriæ. at ærarios eosdem ab illo item factos, potentæ fuit nõ pru-

dentiz. Exigenda enim ex vrbe ars fuerat, cuius artifices damnaret. *Ærarium* faceret vniuersum Popul. Roman. cuius cum assensu, tum iussu atque etiam fauore id admittebatur. Authør potius, quàm actor improbandus. verùm belluz multorum capitum id semper fuit peculiare, vt caput haberet nullum. Fuere autem primum editi T. Sulpitio Pœno, C. Licinio Coss. accitis ex *Hetruria Ludionibus*, qui ad tibiæ sonos motus ederent compositos. Hos imitati è Romanis quidam *Histriones* *Thusco* vocabulo dicti sunt. Sic enim appellabant, quos *Æolenses Ludiaſtas*, nos suprà diximus *Ludiones*. *Ludias* quoque *fœminas* legimus. Addita deinde carmina *Satyrice*, quæ *Liuius Andronicus* primus comico argumento interpolata, non solùm excoluerit, verumetiam recitavit ipse. Quem morem *Græcorum* fuisse ait *Aristoteles* in 3. *Rhetoricorum*. Postremò oblæsa frequentioribus operis voce, puerum, qui ad tibiæ caneret præ se statuisse aiunt. Hi quum fuissent per incuriam intermissi, ac graui cælo *Ciuitas* laboraret, ex *Sibyllinis* versibus *Punico* bello secundo redintegrati cum iocis, & salutationibus, ac missilibus. *Olei* quoque *congios* singulos vicatim distributos prodidere. *Peculiarem* suffitu *Syracem* incensum hisce ludis memorant. Quærebat nos inter hæc, iidemne essent *Scenici*, & *Theatrales*. Ac sanè differunt: quòd tamenſi *Græcorum* imitatione, qui *Athenis* *Dionysia* celebrarent, in honorem *Liberi* patris, sicut & *scenici*, conditi sunt: alius tamen erat habitus, alia facies. Propterea priuatis sumptibus fiebant in *populi* gratiam ab iis, qui illius fauore *Magistratum* adepti essent. In his *fabulæ* nullæ: sed *lusus* tantum *Heroum*, ac *Nympharum* habitu ad tibiæ modulos. *Saltantes* *Mænadas*, & *Sillones*, *Satyróque* ac *Tityros* effingebant, cum vanno, vino, o-uo, & bellariis discurrentes more *Lupercalium*, *ferulis* obuium quemque incessentes.

CIRCENSES.

CAPVT XXXI.

Circenses autem cum *curriculis* in *Circo*, & *equus* ad certandum: vnde *Prasini*, & *Veneti* à colore viridi & cæruleo. Edebantur præterea *venationes*. quemad-

quemadmodum & castrensibus ludis in castris Prætorii. Sicut quietiora omnia Saturno. quippe pro venabulis, & apris, cereoli, missilia, placentulæ, crustula, & alia.

CEREALES.

CAPVT XXXII.

Cereales cum Circensibus quidam temerè confudère. Nam tametsi fiebant in Circo: tamen hi Cereri, illi Neptuno designabantur. Ex Eleusine ducto à Græcis more, ut est apud Theocritum. Pompa producebatur cum deorum signis, & ovo. Isidis quoque sacra nocturnis vigiliis imitabantur, expressa Cereris peregrinatione Liberam cum face quæritantis. Nocturni verò ignis usus multis in ludis extitit. quippe in Vulcanilibus ob ignis numen. In Promethæis ob surreptum ignem. Ab solis matronis fiebant Cereales candidatis: qui color vetus in luctu matronis fuit, quemadmodum alibi diximus. Ante noctem in sacris epulari nefas: propterea quòd, ut ait Callimachus, extrema affectam fame, ac nihilofecius pertinacius ieiunium perpetuantem, solus vesper flexit, persuasitque uti cibum caperet. Quum Thensa procederet, si auriga equi lorum læua manu apprehendisset, pro pollutis ceremoniæ habebantur. Fuit autem, ut ait Seruius, Thensa currus, quo deorum simulachra portabantur, *ἄπο τῆς θεῆς*. Ad eundem usum Thensarum meminit Cicero.

TAVRII.

CAPVT XXXIII.

Dis inferis consecrati Taurii nominati sunt sub Tarquinio Superbo haud multò ante Megalenses. Cognominis causam referunt ad taurinæ carnis esum: quo gravidas morbis affectas, ac ludis factis liberatas aiunt. In his nihilo fecius atque in Circensibus obibant cursum metas.

Domitianus Ioui Capitolino triplex ludicrum posuit: musicum, equestre, gymnicum. Item in Albanano Minerarum, in quo certabant hymnis. In eo Pappinus Staius ter victor. Falsò igitur produnt Publium Mimographum in eo certasse. quippe sub Cæsare dictatore iam grandis natu floruerat æmulus Laberii. At L. Mummius deuicta Corintho eidem Ioui Capitolino quinquennales à Græcia ludos portauerat. quos omisso restituit Nero. Horum similes Caligula Lugduni, quos Missessos nominauit. Victus victoris laudes scribere cogebatur. sunt qui addant: coactum eum scripta sua delere lingua.

FVNEBRES.

CAPVT XXXV.

Proxima deorum honoribus, funerum atque exequiarum cum ludis celebritas. Funerium origo longè vetustissima. quippe Æneas ad Pallantis, Achilles ante eum ad Patrocli rogum mactat inferias cum ludis. vnde etiam gladiatorum morem ortum iudicamus. Nam quum primum captos ex hostibus iugularent, vitantes fœdi spectaculi crudelitatem, captiuos inter se commiserunt: ut penes eosdem esset, & facinus & supplicium. Quibusque fors & virtus dedisset, superessent: alii placarent manes puris manibus parentantium. Scio gladiatorum originem à fratribus Hispanis, de quibus Liuius, sub Scipione, alios duxisse: verum sanè apud Græcos longè vetustiore esse comperimus. quippe retiarium & mirmillonem Pittaci Mitylenæi tradunt inuentum: quod petes ex historiis. Mirum igitur si gladiatoria res Græca est: quare nomen Græcum signatum non habeat. Quid enim est *μονομαχος*? Nam *μονομαχία* est inter Romulum & Cossam, inter Hectorem & Achillem: gladiatoria nequaquam. Primus Romanorum Iunius Bræus dicitur in defunctis patris honorem dedisse Romæ gladiatores. Alii Appium Claudium, & M. Fuluium Coss. an id verum sit, ambigo. Tunc enim primum fuere fontes oblecti feris in Arena, tanta immanitate, ut ab eo horrore matronæ publico edicto summotæ sint. Contrà, Cretenses gladiatorum muneris

ſpectando primarias ſœminas intereſſe voluère. Dabantur & à publicis magiſtratibus, & à priuatis perſonis, & cum certaminibus, & cum fabulis. In patrii funeris apparatu arenam inſperſiſſe aiunt C. Cæſarem quum ædilis eſſet: qui poſtea dictator fuit. Claudius princeps ex arbitriis ſtatos fecit ludos funebres, quos ædiles ederēt: ex pecunia publica de Quæſtoribus, quos Gladiatorios appellauit. Verùm poſtea illorum pertæſus immanitatem, ſuſtulit. Priuatis tamen conſuetudinis manſit ius. Cæterùm cum ea profuſione ad inopiam multi redacti eſſent: iam antea ſub Tiberio S. C. factum fuerat, vt nemini id liceret qui minus quadringentis millibus in cenſu haberet. nam & emptis opus erat, & educatis: productis quoque in arenam alii cadebant, alii petente populo manumittebantur. Gladiatorum quoque magiſtri non ſine magno precio, qui docerent eos, conducebantur. hos Laniftas appellabant. Tandem à Theodorico Gothorum rege vniuerſus uſus ſublatus eſt. Quid enim immanius quàm vitâ dare hominibus, vt eam ipſi mutuis cædibus ab ſeſe auferant? Neſas erat cum gemitu vulnus accipere: iuſſos ferum iugulo non accipere. ſanguinem ſuum eodem, quo hoſtilem, animo inſpectare. Propoſita paria Lanifta indicabat quanti iugulatorum præcia accipiebat. Cum haſtis ac rudibus prodibant. erat Rudis baculus gladiatorius, quo prima pugnæ rudimenta meditabantur: vnde & nomen. Ea manuſſi propter fortitudinē ſimul cum libertate donabantur: propterea quòd ſine cruore deinceps eſſent acturi vitam. Certaminis initio poſtquam inter ſe rudibus batuiffent, ferro nudi tranſigebant. Feſſis aut victis alia manus ſubſtituebatur: vt intelligas locum apud Quintilianum. declarat hoc Martialis eo verſu, *Hermes ſuppoſuit ius ſibi ipſi.* Cùm indefeſſus eſſet, atque inuictus ſibi ipſe ſuccedebat. Ludibrium infelicitatis humanæ Nero c c c c. Senatores, n c. Equites ad eam operam exhibuit. Alterum orbis monſtrum Domitianus etiam ſœminarum pugnas noctu edidit. Qui funebres curarēt ludos, Deſignatores dictos autumant. Apud Horatium pro eo qui præſt funeri interpretatur.

Gladiatorij ludi.

Rudis gladiatorius.

Deſignatores.

VOTIVI. CAPVT XXXVI.

VOtiui aut Sybillinis, quemadmodum dicebamus, verſibus, aut Augurum præceptionibus, aut promiſſis

Imperatorū introducebātur : vel ante bellum, vel cōfecto bello, atq. hostib. deuictis. Ex iis illi fuere quos magnos cognominarūt. M. Acilius in apparatu aduersus Antiochum eos celebrauit, diebus x. missis munerib. per puluinaria. Nō tū tamē primūm votos, sed postquā ad Thrasymenū pugnatū est. Facti sunt æris cccxxiii. millib. bobus albis quadringētis, aliisq. hostiis multis procurati. Sic etiam bello Sānitico debellato. eos populū spectasse coronatū. M. Crassus sua edilitate coronas frōdeas aureis bracteolis imitatus populo dono dedit. Ludis magnis Græco ritu victoribus palmæ datæ: itémque populo epulū ab ædilib.

SCENICI PLEBEII.

CAPVT XXXVII.

His similes Scenici, de quib. diximus, pro bona populū valetudine, Sibyllæ iussu instaurati. Itē Plebeii conditi post secessionē factā in montē Sacrum, redintegrata cū Patribus concordia. eos intermissos L. Sylla deuictis hostib. restituit. In his quoq. Ædiles epulum populo dabant.

SECVLARES.

CAPVT XXXVIII.

Seculares quoque pro incolumitate populi Romani à Sp. Valerio Publicola primūm cōstituti. Trinostio bobus atris Plutoni, & Liberæ indicta lectisternia, peruigilia, supplicationes. Fiebant enim ad instar Cereris initiorum, cum carmine & hymnis à pueris puellisq. patrinis, & matrinis in Apollinis ac Dianæ laudem. quales extat hymnus Horatianus : & ille Catulli longē lepidissimus. Centesimo quoque anno edebantur : quod temporis spatium seculi nomine comprehendebatur : quo etiā hominis vitam constare putabant. Horatius cētum decem annorum circuitum attribuit. Augustus arbitrato suo, non suo tempore edidit. Claudius princeps non tam ludos ab Augusti tēporibus quā Augusti errorem iterauit. neque enim amplius lxxiii. annos interfuisse constat. Quare præconis vocem irrisam Tranquillus scribit, inuitantis populum ad eos ludos, quos nemo vidisset, neque visurus esset. quum multi adhuc viuerent eorum qui priores spectarant. aliquot etiam Histriones, qui in illis egerant, in his producerentur. Domitianus, inita melius temporis ratione seculū quod erat ab Vrbe condita septimum celebrauit. Philippus Imperator suum seculū ludis magnificentissimis

centissimis adornauit. Elefantos xxx, dedit: leones, tigres, alces, hyænas: gladiatorum paria mille: hippopotammum, & rhinocerotem.

IUVENALES.

CAPVT XXXIX.

NEquè solùm huiusmodi votis amissæ valetudinis habitata ratio: verum etiam præuentæ morborum causæ. Quippe Iuuenes castè pudicèque sub moderatorum custodia quum haberentur: datum est eis petentibus, ut per lusum ac iocum liceret animum recreare. Postea natu grandiores admissi, etiam vtriusque sexus. Mansit tamen nomen à priorum ætate, Iuuenales. Neque enim verum est quod aiunt, eosdè hosce fuisse cum iis, quos Troiam superius appellabamus.

SATYRA LATINA.

CAPVT XL.

Hactenus fabularum origines, genera vsus, apparatus. Nunc quod reliquum est extra Scenam expediamus. Ac Satyræ quidem Latinæ locus hic esse videbatur: propterea quòd desumpta esset à Græca Satyra, quæ Tragediæ soboles erat. Cæterum de ea quum sit satis dictum supra, ad alia transeamus.

RHAPSODIA. EPOS.

CAPVT XLI.

RHapsodia officii nomen fuit, atque operæ. Epos autem carminis. Nam quemadmodum oratio tametsi competit omni hominum dictioni, tamen vni eloquentia attributa est: cuius author solus Orator appelletur. Ita dictio quanquam est communis omnium loquutionis quia est *ἰκτὴν*, & *ἔπος*, tamen solis dactylicis senariis magniloquis attributa fuit. Vnde ab Horatio dictum est, forte Epos. & Epicus poeta nobilissimus Varius, illis *Epicus*.
verfibus:

Diceris Vario fortis, & hostium

Victor Mæoni carminis alite:

Quam rem cuiusque serox nauibus, aut equis

Miles te duce gesserit.

Epicorum materia declaratur, dux, miles, classis, equus, victoria. Verbum signatissimum, *Diceris*, quo ipsum

ἴπος exprimitur. Idem alibi:

Prima dicte mihi, summa dicendi carmina: & Virgilius, *quis non dictus Hylas?* etiam ad alia genera carminum. At Homerus, *ἄνδρα μοι ἔγνεπε μοῦσας:* & *ἔπειτα νῆω μοι μοῦσας.* Rhapsodiarum autem cognomentum Pisistrati opera inuentum putant, qui quum Homeri carmina sparsa ac diuisa offendisset, atque digessisset: à cantu &itura fecit vt *ῥαψωδία* diceretur. Verum si ante Pisistrati tempora & nomē hoc extitit, & opera diuersa fuit: neque illud ille inuenit: neque hoc aut primū, aut solū significauit. Hesiodi profectò carmen extat,

Μέλπωδον ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥαψωδίας ἀείδῃν.

Quo apertè videmus *ῥαψωδία* esse versuum ipsam commentationem. Atque ita & Philochorus est interpretatus: & Nicocles ait primum omnium Hesiodum etiam ante Homerum *ῥαψωδῆσαι*. Ælianus in x i i i, variæ historiæ, Homeri carmina dissita ac penè discerpta fuisse scribit: quæ particulatim canerent prisca. Pugnam ad naues *δολωνείων*, vbi Vlysses & Diomedes abeunt speculatum, ex qua Rhesi tragœdiam fecit Euripides, siue vt ego puto, Sophocles. *ἀρετῆων* Diomedis. Nauium catalogum *πατροκλείων*, in qua Patrocli gloria, & mars, *λύτρα*, qua Priamus redimit Hectoris cadauer. Parentalia ad Patrocli tumulum. Fœderis ic̄ti violationem, quam *ὀρκίων ἀφάνιστον* vocant. Hæc in Iliade. Illa in Odyssæa. *τὰ ἐν πύλω*, id est, Telemachi peregrinatio: sicut *τὰ ἐν λακεδαίμονι κελυφοῦς* antrum. Vlyssis nauigatio in rate. Alcinoi *δοπόλορι*. *κυκλοπῆα*. *νεκῆα*. *κέρκως* *νίπλεα*. Procorum cædes. *τὰ ἐν ἀργῆ*: & alia, vt suprâ diximus. Lycurgum Lacedæmonium vniuersa Homeri opera ex Ionia primum omnium in Græciam portasse. Quæ in duo corpora Iliadem atque Vlyssæam composuerit Pisistratus. Hæc Ælianus in eo quo diximus libro, sui sanè oblitus, quippe in octauo iam scripserat non Pisistratum, sed Pisistrati filium Hipparchum primū Homeri versus Athenas importasse: & Rhapsodos Panathenæicis festiuitatibus eos canere instituisse. Sanè virum illum equidem arbitror optimum, atque sapientissimum fuisse Atheniensem: ita de eo Plato & bene sentit, & magnificè scribit. Quare libentius accedam huic historiæ: præsertim quum lego illum Anacreontem *πεντηκόντρον* misisse, qua & arcesseretur, & veheretur. Simonidem

Simonidem verò apud se maximo in honore habuisse. Quod verò pertinet ad sententiã superiorem, satis constat, non solum eos qui Homericos versus, verumetiam qui & Sophoclis & aliorum recitarent: nominatos *ῥαψοδῶν*. At illi neque dispersi fuerant, neque diffiti, quos conseruerent. Quare Homeri carmina ob excellentiam poetæ ita esse dicta existimaui: propterea quòd & aliis præferrentur, & frequentius recitarentur ab iis qui sunt *ἑμπεδῶν* appellati, siue ab officio, siue vt aliqui voluere, quod ex eius familia illius cantum tanquam hæredes circumferrent. Cinæthum verò appellatum produnt eum, qui primus Homeri carmina publicis conuentibus recitauit. Neque enim verum est quod aiunt, Demetrium Phalereum primum dedisse eos, quos Homeristas cognominarunt. Nam Homeridarum appellationem etiam apud Pindarum legimus. Plato in Ione, *ῥαψοδῶν* non solos cantores, aut recitatores *ῥῥοδῶν*, sed & interpretes agnoscit. Hinc habes & illum Grammaticorum errorem, qui *ῥοδῶν* senarium Iambicum in Epigrâmate Martialis interpretantur. Eosdem verò nõ modò *ῥαψοδῶν*, sed *ῥαψοδῶν* quoque dictos legere est: itémque *ῥαψοδῶν*, & *ῥαψοδῶν*: quippe cum scipionibus prodibant rubris, qui Iliadem profitebantur. Signum illud cædium & cruoris. Croceis qui Vlyssæam: quòd eiusmodi colore exules designarentur. Nam Menæchmi sententia ne digna quidem est quæ refellatur: quum ait *ῥαψοδῶν* iccirco dictos, quia versus ipsi à quibusdam *ῥαψοδῶν* sint appellati. Illustrium autem Rhapsodorum nomina hæc, Mnasion, Cleomenes, Hegesias, Hermophantus: quorum aliqui non Homeri solius, sed Hesiodi quoque, atque Empedoclis pronuntiarent. Neque heroica tantum, sed & Simonidæ, & Archilochi. Illud quoque memoria dignum, quod ex vndecimo libro Valerii Martialis colligi potest. Heroicos poetas Romæ quærna corona donari solitos. Eos baculos fuisse è lauro factos memoriæ prodidère.

PARODIA.

CAPVT XLII.

Quemadmodum Satyra ex Tragœdia, Mimus è Comœdia: sic Parodia de Rhapsodia nata est. Quum enim Rhapsodi intermitterent recitationẽ, lusur

h. j.

ῥαψοδῶν
Rubri baculi.
Crocei.

gratia prodibant qui ad animi remissionem omnia illa priora inuerterent. Hos iccirco παραδῶς nominarūt: quia præter rem seriam propositam alia ridicula subinferrent. Est igitur Parodia Rhapsodia inuerſa mutatis vocibus ad ridicula sensum retrahens. Erat enim veluti Epirrhema aut Parabasis, quasi auctarium actus: vt sit παρὰ τῶν γνησίων ἰδὲν, & παροῦρρον, ipsa παράρροσ. Sic Alexander Ætolicus & scripsit & scripsit:

ἔγραψε δὲ ἠρεῦς

ὅν παρὶ ὁμηρείων ἀγλαίῳ ἔπειον.

Suidas autem more suo, id est triuialiter (vt aiunt) interpretatur. Parodia, inquit, quum ex Tragœdia exit cantus in Comœdiam. At hoc expressit certo verbo Plautus in Pseudulo: vt paratragœdiat carmifex. Matron poeta Græcus multa millia Homericorum versuum ad culinam & macellum inuertit iusto poemate. Eubœus quoq. Parius quatuor edidit libros Parodiarum, qui floruit sub Philippo. Primus autem Hegemon apud Athenienses certauit hoc genere carminis, & vicit tum aliis, tum eo quod vocauit Gigantomachiam. Aristoteles Hegemonem Thasium primum Parodias scripsisse prodidit. Alii Hipponactem inuentorem autumant: cuius reliquias, quas inueni, apponam:

μοῦσε μοι ἀρρυμάδοντ' ἄδεις, τῶν ποτοχάρυδον,

τῶν, ἔγνωσμι κέχαμεαν, ἔ, τ' ἰδίει οὐ χ' κόσμον.

ἔνεθ' ὅπως ἤφι δι κρεκῆ κρεκῶν εἶπον ἄλκται

κουλῆ δημοσίη παρὰ τῶν ἀλὸς ἀτρυγίτοι.

Vbi vides quemadmodum Homerica omnia ad hostis insectationem detorta: sicut & illa Eubœi in pugna balnearum:

βάλλοντ' ἀλλήλους χαλκήρεσσι ἐσχείοισι.

Qui & pari filo, atque arte designauit tonforem conuittia figulo facientem propter vxorem.

μηδὲ σὺ τόνδ' ἀγαθὸς παρ' εἶν δοσάρεο κούρην.

μηδὲ σὺ πηλείδην.

Quia perpauci sunt qui hosce agnoscant sales, accipias interpretationem. Nam κούρη apud Homerum pro Briseide posita est. at hic tonforem describit. Et πηλείδην Homero Achilles est: at hic figulus παρὰ τὸν πηλόν. Sic etiam ex Vlyſſea Cratinus in Eunœdis: quæ quia nimis multa sunt, non descripsi. Talem fecimus olim nos inter sodales no-

Stros Carnalium diebus, ex diuinitate Maroniana.

Præla merumque cano: Cretæ quod nectar ab oris

Italiam cyathus profugum, potiora venit

Littora. & quæ sequuntur.

Similis est & illa Virgilij inuerso Catulli Epigrammate contra Aufidium Bassum:

Sabinus ille quem videtis, hospites,

Ait fuisse Mulio celerrimus, &c. Catullianum enim illud:

Phasellus ille, quem videtis, hospites,

Ait fuisse nauium celerrimus.

Cuius æmulatione nostrum quoque extat. tanto difficilius quòd neque Catulli *ἐμπεριον*, neque Virgilio de prompta mihi ponere licuit: sed alia longè diuersa, quæ tamen ad rem facerent, quærenda.

Boletus ille qui necavit hospites

Ait fuisse carnifex sacerrimus.

Neque ullius furentis impetum manus

Nequiuisset præterire: siue scula

Opus foret necare, siue linteo.

Et hoc negat minaciore Druentia

Negare ripa, vel pigra tumens Arar.

Vel vrbs negotiosa, vel lutosæ, vel

Petita liberalis aula principis.

Vbi iste fur Dolerus antea fuit,

Rapaxque leno. Nam Genabio in iugo

Silente nocte sibilum edidit suis.

Tolosa diues, & superba Euxia

Tibi hæc fuisse, & esse perditissima

Ait Boletus impia ex origine.

Tuo stetit iste dicit in statumine:

Tuum excacasse clamat ille carcerem.

Et inde tot per insequentium manus

Se hero abdidisse: læua siue dextra

Fugaret aura: siue utrunque carnifex.

Simul se inanis ac dedisset in pedem.

Neque vlla vota carceralibus diis

Sibi esse facta, quum veniret ad mare

Tolosa absque: nam nihil putat deos.

Sed hæc prius fuere: nunc recondita

Bibit quiete: seque deuouet tibi

Megara Alastor, & Megara Alastoris.

Fuisse autem Parodiam in honore apud Siculos, con-
iici potest ex eiusdem Alexandri Ætoli elegiaco eodem:

τῶτα συχκοσισιπιν ἔχα: χᾶρον. οἱ δὲ βοιωτοῦς
ἐκλυεν, ὁ βῶϊα τέρπετα ἐκ ολίγον.

Personæ in Parodiis amantes fœminæ aut temulentæ.

Item Ganeones, qui bona sua abligurierunt. Patres corū-
dem Nepotū & Gurgitū Alcumistarum imposturæ. Lu-
sus in malos poetas ex persona cauponis, aut pistoris. Ir-
risio mali medici ex recitatione podagrici. Omne genus
Bacelorum, & Bauciarum, & Batalorum, quos Galli *Ba-
dinos*, Itali *Balullos* vocant. Introducuntur hi cum magi-
stris qui præeunt aut prælegunt versum aliquem serium: at
illi detorquent ridiculè ad cuiuspiam ignominiam. ve-
rùm hæc postea exactius.

CENTONES.

CAPVT XLIII.

HAud absimiles Parodiis, quos Centones vocant. De-
ducitur enim sensus alius ab sensu pristino versuum:
hoc parodiam refert. quorum versuum membra hinc
inde collecta quum assuantur, Rapsodiæ nomen repræ-
sentant. atque iccirco Centones appellati sunt à centoni-
bus, quibus fiunt stragula. Tale apud Aufonium poema
valde ingeniosum & lepidum, ex frustis Virgilianis co-
agmentatum. Tale etiam Probæ poetriæ Christianæ: cui
ab opere Centone cōgnomen factum est.

LYRICA.

CAPVT XLIIII.

Proxima Heroicæ maiestati Lyrica nobilitas. vt illa à
cantu Rapsodia, & Epos: ita hæc Ode, & μέλος, & μολ-
πῆ. Neque enim ea sine cantu atque Lyra pronuntiabant.
vnde & Lyricorum appellatio. Odas quoque à canendo
titulum suorum librorum fecit Horatius. Grammatici
Pindaricas inscripsere cantiones, μέλη. alii verò maluerūt
οἶδν. vnde diminutiū Idyllion. quia poemata essent rerū
quasi species quædā. Meliābos citat in vita Diogenis Cy-
nici Laertius, qui sint à Cercida Megalopolita scripti.
Quinque ibi leguntur versiculi, in quibus ne vnus quidē
iambicus. Quanquam autem μέλος Lyricorum tantūm
fuit: Melodia tamen est omnib. cantionum sonis attributa.
Sic Chamæleon in libro quem de Stesichoro scripsit,

μολοδῶναι nō solūm ait Lyrica, verumetiam & Archi-
 logi, & Hesiodi, & Mimermni, & Phocylidæ, & Homeri.
 Quare harmoniam etiam inuenias Melodiā appellatam.
 Lyricorum genera multa. Melos, siue Ode, quibus curas
 amatorias decantant. Primum hoc excogitasse Alcmana
 tradunt: primūque aiunt dedisse μέτρον ἀκόλασον, id est,
 lasciuum. Alii dicunt Ametorem Eleutherneum primum
 apud suos ciues amatorias cecinisse cantilenas: cuius pro-
 pterea posteri Ametores item dicti sunt. In hoc genere
 plurima fuit Sappho. Anacreon autem non solūm dedit
 hæc μέλη, sed etiam in ipsis mella. Alia genera in laudibus
 Heroum, locorum laudationibus, rerum gestarum narra-
 tionibus. Hilaritates, conuiuia. His numeris etiam prænes
 solis diis dicti: & hymni eodem argumento, sed stilo de-
 missiore. Item ea quæ σκολιὰ μέλη vocata sunt: in quibus
 virorum fortium laudationes continebantur, nihil a præ-
 nibus differentia, nisi materia siue argumento. Caneban-
 tur Scolia in conuiujs, sicut alibi diximus, in quibus po-
 culum circumlatum αὐδῆς appellabatur. quod non liceret
 absq. cātu vel propinare vel excipere: eius meminit Try-
 phon grammaticus, ἐν ὀνόμασι κοῖς. Præterea Dithyrambi-
 ca, & quæ ab authore Sotadica, & Ithyphallica, & Cho-
 riambica in Cybelé, Bacchum, Silenum, Pæana, Faunum,
 Priapum. quale est Catulli venustissimum. Et Epipóeu-
 tica quæ in pompis accinebantur. cuiusmodi seculare
 carmen Horatianum, & Epinicia, haud absimilia Pæani-
 bus. A membris quoque variata. nam quædam erant sim-
 plicia μονόκολα iccirco dicta, & μονόστροφα, aut εἰσῆσιμα. quip-
 pe in choris Bacchicis circularibus aut semper ad eundē
 modum couertebantur, neq. reuertebantur. hæc erant
 μονόστροφα. Aut stabant immobiles: ea εἰσῆσιμα. talis prima
 Ode Horatiana. in alijs erant duo membra, aut tria, aut
 plura. Habes apud Pindarū δωδεκάκολον, quæ etiam δω-
 δηκῆς dicebatur. Quinetiam in Scolijs, Pæanibus, Dithy-
 rambicis, numerus incertus pro libidine authoris. quam-
 obrem eos lege solutos vocat Horatius. nulla enim fie-
 bat conuersio. Quemadmodum Adonio post tres Sap-
 phicos posito, ad Sapphicos reditur. de quibus conuersio-
 nibus satis in Choris dictum est. Memorix quoque pro-
 ditum fuit, Alcmanem quum quatuordecim stropharum
 canticum fecisset, harum septem certo metro composuif-

Scolia.

Epipome-
pentica.

se: alteras septē alio. Sine discrimine verò & ἀδύ, & ἀδύ aliquando scriptum inuenias. ἀδύ verò pro eo quod est αἰδύ, neq. solum prò Poeta, sed etiam pro vate, sicuti vsus fuit Dīno in Persarū historia, cuius verba fuerunt hæc:

ἦν δὲ γού κέρυ πῦ ἀνίου ἀδρείαι, κὶ τον μέλλοντα πόλεμον
ὄσας ἀδύς Ἀσυάργω ἀρῆδοντο οἱ ἀδύ. Erant hi Persis pecu-
liarē, sic & subdit, ὁ ἀρχαῖου οὐδ' Ἀσυάργω μὲ ἦδ' εἰλάν, τοτῶ
ἀδύς ὄσας (ἔστ' δὲ λῶ ἦδ' ἀδύ ὄσας ὁ ἐδύ ὁ τῶτος) ἦδ'.

Heraclides quoque scribit, apud Lacedæmonios Les-
biūm ἀδύ in honore habitum: ipsòque ab oraculo ius-
sos vt eum audirent. Ad Cleomenis quoque statuam, eius
qui Thebanus poeta fuit, ita scriptum legebatur: atque
pro ἀδύ ab historicis interpretatum. Horatianæ autem
Ode omnes sunt sine Epodo. Neq. verò verum est quod
Grammatici profitentur, quoties carmini carmen acci-
nitur, Epodon esse, sic enim Elegia Epodos esset, item
Dicola omnia, quod tamen ridiculum est. Neque minus
fallum illud, quum altero versu finitur sententia, Epodon
appellari: Ouidiana enim poemata pleraque Epodica es-
sent. Quid, quod in Horatianis Epodis id minimè obser-
uatur, in his enim patet illorum error.

Epodi.

Nox erat, & celo fulgebat Luna sereno

Inter minora sidera:

Quum tu minorum numen te supra deorum,

In verba iurabas mea

Arctius, &c.

Neque dissimilia propterea dicerentur alia Dicola, vt
illa,

Non ebur neque aureum

Mea redimet in domo lacunar, & alia multa.

Ac de Epodi ratione in Choris satis dictum est, de Ho-
ratii autem inscriptione haud satis constat. Nāque duo
postrema poemata de Canidia monocola sunt: quibus
accinitur nihil. Quare animi gratia nobis aliquid est cō-
mentandum. Post cantiones aliquas ad aras deorum ex-
pletas, accedebat aliquis sacra certis versiculis clausurus.
Hunc appellarunt Epodon: propterea quòd post alias
cantiones & Hymnos pronuntiabant. Id ita scriptum est
in decimo septimo libro De officio partium humanarum
apud Galenum. Itaque Horatius quum Odas scripsisset:
quem illis librum addidit, rectè Epodon inscripsit, quem-
admodum

R I,
& αὐτὸν, & αὐτὸν
o eo quod est
ate, sicuti vltis
erunt hæc:
Περὶ τῆς πόλεως
Περὶ τῆς πόλεως, π
δὲ.
monios Les-
oraculo sub-
latuam, eius
atur: atque
ianæ autem
um est quod
rmen acci-
esset. item
que minus
n, Epodon
podica est
mè obler-

QVI ET HISTORICVS. 119

admodum Plato quoque eum quem post leges statuebat, *ἑπινομία*. Cuius exemplum secuti, hisce in Commentariis nos quoque fecimus. Nāque in secundo libro simplici narratione quædam quasi designata, in illo accuratiora opera, exactiore iudicio ita perpendimus, ut etiam causas afferamus. Quare librum illum vltimum Epinomidem quoque inscribi placuit. Epinicia erant quæ in certaminibus victori canebantur. Pænes, quibus gratulabantur diis immortalibus pro victoria in præliis, non in certaminibus. Hymni, qui ad aras diis dicebantur. Quamobrem omnia Pindarica, quæ extant, Epinicia sunt: id quod etiam tituli declarant, Olympionicæ, Nemeonicæ, Pythionicæ, Epipompeutica, ad pompas, cuiusmodi carmen seculare. Non differebant Pænes à Scolis, nisi acclamatione, quæ Pæanibus erat peculiaris: *ὦ Πæαν*, quod Græci Epiphthegma vocabant, & *ἑπιθήματα*. tamen hoc quoque postea desitum est. Quò miror duo, primum quòd Athenienses iudicio persecuti sunt Aristotelem: quoniam in Hermiam qui esset mortalis, tanquam in deum Pæana condidisset: quum tamen etiam viris fortibus daretur id. Deinde quòd defendunt Aristotelem: quia non fuerit Pæan, quippe in eo acclamationem nullam: sed potius *σκολιὸν μέλος*. At profectò in Pæanibus plerisque & confessis & receptis, nullam inueniamus acclamationem. Ponam igitur Ariphronis Sicyonii Pæana, quem fecit in honorem bonæ valetudinis, iucundissimum & plenissimum gratiarum:

*Epinicia
Pænes.*

Hymni.

Dicola, π

de Ho
ue duo
quibus
est cō-
m ex-
surus.
alias
n est
rum
ffet:
em-
um

Ἦ γίγνεται πρεσβύσα μακάρων
μὲν σοδ γέοιμι
τὸ λεπτόφρον βιωτᾶς.
σύ δ' ἄ μοι κροφρον σιώματος εἶης.
εἰ γάρ τις ἢ πλάτου χεῖρες, ἢ τελέων,
τᾶς εὐδαίμωνος τ' ἀνδρῶσις
βασίλειδος ἀρχαῖς, ἢ πόδων
οὐς κρυφίους ἀφροδίτης ἀρκυσι θηρεύων:
ἢ εἰ τις ἀλλὰ θύοθεν ἀνδρῶσις τέρψις
ἢ πό: μιν ἀμπνοῦ πέριττα:
μὲν σίου μακάρων ἡγία
τέθληκε πάντα, καὶ λάμπει χεῖρῶν ἑαφ.
σέδε δὲ χεῖρὶς εἶς εὐδαίμων.

Vbi vides Pæana sine acclamatione. Tum autē dūtiꝝ generū agnoscas. Alterū, quo in victoriis gratulabatur cū acclamatione: alterū, quo laudes celebrabāt sine acclamatione. cuiusmodi & hic, & ille Aristotelis in Hermian Artarnensem.

Ἀρετὰ πολὺμοχθῶ
 γῆραι βροτῶν:
 θῆραμα κείλιτον βίῃ.
 σᾶς πέρι παρθένη μορφαῖ
 κ' ἄνευ Ζηλατῶν, ἑλλαδι πότμος:
 κ' πόνους τλίμην μελεθῶς
 ἀκάναντας. τοῖον
 ὅτι φρένα βάλλεις
 καρπὸν τ' ἀθάνατον
 χρυσῷ τε κρέπῃ, κ' γρίστον
 μαλακουργῆ, πύθ' ὕπνου.
 στυδὴ ἔνεκεν ὁ δαῖος ἠέρελλῆς
 λήδας τε κούρηι πῶλ' αἰέτλασαν.
 ἔρρης σὺν ἀγρεύοντες διώαμην.
 σοῖς δὲ ποδῶς ἀχιλλεύς,
 ἄρας τ' αἰδέω δόμους ἠλθον.
 σᾶς δ' ἔνεκε φίλιου μορφαῖ
 κ' ἀταρνεὸς ἐντρυφῶς
 ἠελίου χήρασαν αἰγᾶς.
 τοῖ γδ' αἰοῖδιμον ἔρρης
 ἀθάνατὸν τε μιν αἰζούσῃ μοῦσῃ
 μνημοσύνης θυγατέρες
 διος ξενίου σέβας αἰζούσῃ
 φιλίας τε γῆρας βεβῆρας.

Vt etiam perpendas quantus vir ille fuerit in poesi: neque ipso Pindaro minor. Scripsit autem & in Lyfandrum Lacedæmonium vnum: qui ob dignitatem in Samo olim publicè canebatur. quemadmodum Delphis Pæan alter in Craterum Macedonem, admodulante Lyra pucllo impubere. Scolion autem etiã aliis adaptabatur argumentis. Quo genere carminis qui vicissent, poculo donabantur: quod poculum ob eam causam à cantu illo abdit, vt suprâ scripsimus, dicebatur. quã cæteris in certaminibus acciperent Lyrici iuuenecam, quam & immolabant. & hircum Tragici, quemadmodū suprâ dicebamus. taurum Epici. Bucolici vel vini vel lactis libatione contenti

um autē dicitur
reulabatur
t sine acclam
i Hermianā

tenti erant: idque Apollini, Musis, Baccho, Iuno & Gra-
tiis. nā cætera præmia à victo auferebant, non ea ab iu-
dice donabantur: sicuti suo loco scriptum est. De Scolii *Scolii no-
men vnde*
nomine inter Grammaticos non conuenit, nugantur de
Scolio pede: sic enim cognominant Amphimacrum,
quem tamen nihilo frequentius in illis inuenias. Confes-
sum enim est quod dicebamus: neutiquam pedibus aut
numeris à Præane differre. Alii ab obliquis tibiis, de qui-
bus tamen apud idoneos authores nulla mentio. Non-
nulli putarunt carmen esse conuiuiale, quod à primo
cœptum, nequaquam à proximo, sed ordine flexuoso
vltro citroque exciperetur. Neque hoc displicet: conue-
nit enim cum poculo, quod canenti præmium proposi-
tum dicebamus. Nam qui κατ' ἀπέρροσιν nominatum
aiunt, ludunt nos. In nuptiis cani solitum à discumben-
tibus lauro aut myrto coronatis, nemo dubitat. Quine-
tiam Timocreon Rhodius Scolium scripsit in vituperati-
onem Pluti.

ἄφελος ἄ τυφλὸ πλουῦτε

μήτ' ἐν γῆ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ
φανήσθεαι.

ἀλλὰ τάρταρον τεναίειν κερχίροντα.

διὰ σὺ γδ πικρὸ ἐν ἀνδράποισι κερκό.

Erat ergo Scoliorum recitatio in conuiuuis. tres enim
modi vnus, quum plures concinebant, vt in choris &
nuptiis: alter, quum in conuiuuis aut festis sodalitatibus
singuli per ordinem canebant: tertius, quum in conui-
uiis non succedebant seriatim, sed vt cuique visum fuif-
set, à cantu myrti laurive ramus dabatur ei qui magis i-
doneus iudicaretur: alii malunt à primo lecto cœptum,
altrinsecus primo lecto datum ramum simul cum can-
tionis iure. inde ab illo ei qui secundus erat in aduerso
lecto: ab hoc ei qui ex aduersum in altero secundo dis-
cumbebat: ita erat σκελίον, sicuti reptatio serpentum, &
quasi ferræ dentes. Carminis verò materia non solum
erat in laudibus virorum fortium, vt putarunt quidam:
sed etiam in communibus sententiis, & adagijs, & quo-
cumque genere adhortationis ad bene beatèque viuend-
um. quare præter illud Timocreontis, alia quædam ad-
scribemus. in Vespi Aristophaneis vnus initium est,

χεῖμα ταὶ κῆ βίαν κλειταγέρε τε κέρμοι.

oesfi: ne
andrum
Samoo-
s Præn
yra pu-
tabatur
poculo
ntu illo
certa-
mola-
amus.
e con-
tenti

Plato in Gorgia scribit, Scolio cani solitum: ὑγίανεν ἄφ' ἄριστον. τὸ δὲ δευτέρον, καλὸν ἡμεῖς θάπειτον δὲ, τὸ πλουτεῖν ἀδελίας. quam sententiam & expressit alia ratione Phocylides, & Aristoteles retulit è Delphico templo in Ethicorum suorum propylæa. Illud autem est de Aiakis vir tute:

παῖ τελαμώνιος ἀνὶ ἀρχμητῆ,
λέγουσι σ' εἰς προῖκα ἄριστον
ἐλθεῖν ἀχαμῶν, μὲτ' ἀχιλλεία.

Aliud de Admeto,

ἀδμήτου λόγον ὃ ἐπαῖρα μεθεῖον,
τοὺς ἀχαθοὺς εἰλεῖ.
ἦψ' δειλῶν δὲ ἀπέχου
δειλῶν ὀλίγα χάρεις.

Etiam ab Eustathio refertur vnum super Iliados quarto, relatum ad eorum fortitudinem, qui in oppidi Lipfidrii fuerant obsidione.

αἴ μ' αἰ λειψύδρον ποροδοδέταρον,
οἷος αἰδρας ἀπόλειπας,
μάχεσθαι τε ἀχαθοὺς, καὶ ὄπατρίδας.
εἴ ποτ' ἐδίδξιν, οἷαν πατέρων ἔταν.

Quod autem alia quoque argumenta detexta sint eo poetam genere: satis patet ex illo quod recitatur à Plutarcho in Amatorio: id quoniam Græcas olet fœditates, indignum putavi tam puris Commentariis. Lyricorum tamen vsus plurimus in Amoribus, & Lusibus, & Potationibus: in quibus exercuit sese imprimis Sappho. Quin Pindarus quoque scripsit ἐρωτικῶς. Anacreon verò excelluit adeò, vt eius dictio quouis Indicæ arundinis succo dulcior mihi videatur. Alcman autem amatoriarum cantionum inuentor creditus est: quem admodum suprâ memorauimus. cuius perpauxillæ reliquæ hic ponentur, quouis nectare suauiores:

ἔρωτος ἐμὲ δὲ αὐτὴ κύπελλος μέλιτι γλυκὺς
καθεύεισαν καρδίαν ἰάρει.

Iccirco Architus, vt Chamæleon scribit, appellauit eum Principem ἐρωτικῶν μελίων. Habes suauissimum apud Horatium illud, *Donec gratius eram tibi*, & alia. Erat & Ode species apud Laconas, qua si quis in flagitio deprehensus fuisset, aram quandam obiens, canebat probra sua. Aliæ fuerunt, quas λοκείας ᾠδῆς nominabant: quæ nihil aliud quàm adulteria & stupra continerent.

Hymni Præanibus simillimi : tamenſi etiam alio carminis genere cõfici cõſueuerint. quales ab Orpheo, Muſæo, Theocrito, Homero. nos quoque non parum laborauimus vt penes Latinos ea gloria minus obſcura eſſet. Quidam negarunt Iambico verſu conſieri licere. Primus Anthes Anthedonius dicitur Hymnos condidiſſe. quod ſi ita eſſet, oportet eum Orpheo fuiſſe antiquiorem. Extat memoria tituli tantùm à Teleſilla factõ poemate in Apollinem: quod inter Hymnos referre par eſt. *Φηλίας* inſcriptum fuiſſe aiunt.

D I T H Y R A M B I.

Dithyramborum quoque facies eadem, modi tãtùm diuerſi. In Liberi patris honorem Dithyrambum factitari ſolitum : quippe bis natus, bis exiuit è naturæ principiis, tanquam binas fores trãſmiſerit. *δις θύρας ἀμείβων.* aut *ἀμειβών.* Quare Archilochus ſic:

*Διούσου ἄνακτος καλὸν ἔξαρξαι μέλος
διθύραμον οἶνω συκκοσσωθεὶς φρένας.*

Vbi etiam *ἔξαρξαι* verbum notes animaduerſum à veteribus apud Homerum & alios in verſibus & cantionibus: quem admodum amplius in Originibus ſcriptum eſt. Idem Archilochus alibi Dithyrambum Liberi patris famulum vocat. Alij curioſius, à Nymphis excogitatam acclamationem parturienti coxæ Iouis, *λύθι ῥάμμα:* mutata ſcilicet liquida, ſicut *μελιτᾶν*, meditari. Erat ſtilus tumidus, atque, vt ille ait, plenus deo, plenus numerorum, plenus compoſitarum vocum: quas ampullas & ſeſquipedalia Satyri noſtri appellarunt. Horatius iccirco Dithyrambos audaces vocat. Libet ponere Epigramma quod ſcripſit in octauo Commentariorum Hegeſander, reſertum iocis & licentia aduerſus non tam veteres ſuos Philoſophos, quàm noſtros nouos Philoſophos:

*ὄφρα νασσασιδάμει, ῥίνε γματα πύξου χυμοί,
στακκοχυμοί τε ὄφοι, καὶ λοπαδορραγιάδαι,
ἰμυταῖοι πεῖβαλλοί, νηλεῖποι καὶ εὐπέλαοι,
νυκτιλαδραμοράηροι, νυκτιπαταγπλάηροι,
μμοχμειζαπάται, καὶ συναβοπευσιαβήται,*

δοξομακρόσφοι, ζηταρεττισάδαμ.

iccirco Æschylus appellauit *μυξόβου* Dithyrambum eo versu:

*μυξόβου ἀρέπει διθύραμβον ὄμαρτιν
σύκοινον διονύσου.*

Exultans igitur, & inconstans, & tumidum: atque vt vno verbo abfoluam, totus Bacchus. Multum operæ in hoc genere poematis posuit Ion Chius: cuius nomine scripsit dialogum Plato. Eius versus vt ambitiosos lancinat Aristophanes. inter quos illos, *ἀόϊον ἰεεφοίταν ἀσέφα.* & *ἀελίου λευκοπλήρυγα ἀρόεθμον.* quemadmodum & Philoxeni irridet *σρεπάρλαμ. Σωθετα &*

HYPORCHEMATA.

CAPVT XLVII.

Affinia his poematum genera duo. vnum cuius author fuit Andreas Lindius Cleobuli necessarius. (apud alios Antheas scriptum est.) Dicebatur hoc poema *διὰ σωθεταν ὀνομάτων:* iccirco Dithyrambo proximum. Quod imitatum aiunt postea Afopodorum Phliasum. Alterum fuit Hyporchema. laxius hoc atque remissius: gestuosum tamen, & affectuum plenum. vnum ponam Pratinæ poetæ Phliasij pyrrhichiis refertum ob celeritatem:

*Θίς ὁ θύραμβος ὄδε;
τίνα τὰτὲ τὰ χορεύ-
ματα; τίς ὕβρις ἔμολον
ὅπῃ διονυσίαδα
πολυπαταγαθυμέλας;
ἔμὸς ἔμὸς ὁ βεθμός. ἄμὲ δὲ
πελαδίην:
ἔμὲ δὲ
παταγῆν,
ἀν' ὄρεα ἐσύμβρον
ἔν' νάιδων:
εἶα τε κύκνοι ἀγροντα
ποικιλοπίθερον μέλοε
τῶν ἀνιδῶν.
ἔπ' αὐλὸς ὕσερον χορευέτω.
ὃ γὰρ ἐδὲ ὑπερέτης κάμων μόνων.*

πνευμάχοις τε πύμαχμοι
 πάρονον ἐμφρα στρατηλάταις.
 πᾶσι τὸν φρυγῆσι ποικίλον ποραῖχοντα.
 φλόγῃ τὸν ὀλεστικὸν ἄλαμον
 λαλῶ βαρυπνοσμελορὺ θροβάταν,
 θυπατρὺ παυσδέμας πεπλασμένον νηιδόνα.
 οὐ δὲ δεξιοπόλο
 θρηαμβοδιθύραμβε κισόχαμτ αἰαξ
 ἄκουε τὰν ἐμῶν δόρπον χορείαν.

LYRICORVM HARMONIÆ
& instrumenta.

CAPVT XLVIII.

ERrant autem suæ quoque Lyricis saltationes atque
 harmoniæ, numero tres. Pyrrhichica cum pyrchichi
 is & trochæis Satyricæ similis, velox, mobilis, gestuosa.
 cuiusmodi Melos nostrû in Cybelen & Silenum, totum
 solis pyrrhichiis constans. cuius initium,

Modo citius ego pede celere magis ago numeros:

Abœque Venere duce super altâ loca volans.

Altera harmonia Gymnopædica dicta, Emmeliæ pro-
 prior, plus habens Spondæorum & Anapæstorum, cum
 interpositis choriâbis: qualis Ode prima Horatii. Ter-
 tia Hyporchematica, mista ex vtraque: veluti in supe-
 riore cantione. quam non sine thyrso aut facæ saltatam
 puto. Canebantur autem & ad Lyræ, & ad Citharam,
 & ad Barbiton: vnde Pindaro dicti αἰαξίφορμιγες ὕμνοι. Ly-
 ræ inuentum Mercurio attribuunt: quum ad aridam te-
 studinē offendisset pedem. Animaduersò enim quem ex
 intentis neruis ediderat sono; lineas chordas intendis-
 se. deinde quum fratris Apollinis furto boues abegis-
 set, iram atque supplicium nouo Chelys inuento re-
 demisse: vicissimque ab Apolline caduceum accepisse.
 Acceptam Apollo Lyræ ad fistulæ, cuius esset author
 Pan, modulos lineis exemptis chordis, atque nerueis in-
 tentis adaptasse. Neruos septem numero esse instituit:
 quot ipse menses in vtero fuisset genitricis. Quam ob
 causam ἑπτάχορον vocat Lyræ Pindarus: eius interpre-
 τῶν ἑπτάχορον. Nam eadem chorda septem alioqui sonos e-
 dimus. Argiui multam dixere iis qui pluribus septenis
 vterentur. Additam octauam scribit Aristoteles. neque

propterea tamen eã, quæ media vocabatur antè, nomen amiffisse. Alii ab Apolline nouichordam Lyrã scribunt editã, à Musarum numero, vt ait interpres Arati. Tamen si cum decachordo etiã pingebatur: quippe qui cum Musis effet ipse decimus. Nonnulli vt Lyrã Mercurio attribuit inuentori: ita citharam Apollini. Quòd si ita est: quærendũ præterea quare Apollinis signũ arcum dextra, læua Charitas habuerit: quarũ vna lyram gereret, non citharam: altera tibias: tertia fistulam ori admoueret. Citharæ figura fuit apud Græcos primũ concinnata Cæpionis tempore, qui Terpandri fuit discipulus: & appellata Afias, propterea quòd à Lesbiiis fuisset importata. Modos certos ante Archilochum primus Terpander inuenit, & leges, quas ab se & à discipulo vocauit *κρητὸνα* & *τερπανδριον*. A regionibus Doricis duos *βοιωτιον* & *αιόλιον*: iccirco quia in Bœotia extitisse creditus est primus citharædus Amphion, Iouis & Antiopes filius. A temporum autem celeritate duos *περχαρον* & *οζυω*, qui multis constabat pyrihichiis. & septimum *περαιοιδον*, qui erat ex horum quatuor compositus, Æolio, Terpandrio, Cæpione, Bœotio. Idem Terpander primus adiecit ad Heroicos versus Lyricos modulos. Proxima his generibus instrumentorum alia. *σκίνδαφος*, qui erat *περχαρδης*, numerus Lyræ inferior: vsus idem. vnde epitheton additum à Theopõro: *σκίνδαφον λυρῆεντα μίγαν χείρασι πάντων*. Apud Laertium pro vilissimo instrumento. *έλικων* alterum instrumentum à Musarum monte nomen ducens, chordarum numerum à numero earundem: quemadmodũ scriptum reliquit Ptolemæus in libro de Musica. Barbitos tribus tendebatur chordis: quo est vsa multũ Sappho & Alcæus: quapropter Lesbou appellat Horatius. Grauis ei sonus extitit, & aptus Doriis: quocirca Pollux etiam *βασίμυτον* dictum prodit. Erat & *πηκτις* duobus tantum nervis. Pulsabant autem radiolo altera manu, quod plestrũ à percussione appellantur: altera premebant nervos certis interuallis. Primus Demopæetus Sicyonius plestri officium ad solam manum transtulit. Sic vnguibus & digitorum summitate etiam hunc citharæ nervos temperant. Cuius autem chordæ ferreæ, aut ex orichalco sunt, penna modulantur. Etiam digitalia argentea induerunt, quorum extrema pennarum cuspidibus muniantur.

riantur. Lyram non pleçtri percussione, sed setarum intentarum attritu tangunt. Auctus & chordarum numerus, pro cuiusque libidine. Nam citharæ Thimotheus Milesius addidit. Alexander quoque Citherius Psalterium referfit chordis. Aristoteles trigoni Psalterii meminit, cuius chordæ essent æquè intentæ omnes. Epigonus autē, quem Ambraciorum produunt à Sicyoniis donatum ciuitate, construxit instrumentum, in quo essent chordæ quadraginta: quod Epigoneum ab se appellauit. Ab hoc quidem scribunt omissum pleçtri vsus, non à Demopœeto, sicuti dicebamus. fuit & Simi commentum illud, quod ab eo Simicum appellatum, quinque & triginta constabat chordis: à quibus eorum origo, quos nunc monochordos vulgus vocat. in quibus ordine digesta pleçtra subsilentia reddunt sonos. Additæ deinde pleçtris coruinarum pennarum cuspides: ex areis filis expressiorem eliciunt harmoniam. me puero Clauicymbalum & Harpichordum nunc ab illis mucronibus *Spinetam* nominant. Vetus Monochordos vnico neruo contentus erat: Arabum inuentum. Trichordos autem Assyriorum, quod Panduram appellabant. Pentachordos Scytharum fuit: ex crusta pelle bubula confectas chordas pulsabant pleçtro, quod ex vngula caprina optimum habebatur. Durat etiam nunc pleçtri vsus in Hispania, & Psalterii: cuius sonum miscent cum sono tibiarum, loco tympani: quod iccirco Tympanum chordatum vocant: Itali me puero *Tabassum*. Fuit & aliud ad psallendum instrumentum, quod *πῦλον* dicebatur.

C H O R I. CAPVT XLIX.

Quemadmodum è Tragœdia Satyræ, è Comœdia Mimum è Rapsodia Parodiâ enatas, atq. e ductas ostendimus: ita non tam è iustis fabulis exceptos Choros dicamus, ac seorsum apparatus, quæ è festiuitatibus translatos atq. inde in fabularum intersitos interuallis. vetustissimum namque poema fuit ad aras deorum, simul cum ipsa natum religione. vbi confertis manibus saturi victimarum carnibus, sacros obibant focos, precati numen, vt sibi litare liceret. cuiusmodi in *ἑομερικῶν* Aristophanis. Itaque aliis quoque seculis instituti chori sine fabulis, veluti qui dicerent Hymenæos, qui carmen secularare: qui ob reditum Principum vota soluerent. Et

in ipsis Romanis supplicationibus frequentes. *ἁποστόλιον* igitur eodem modo ac lege, qua in theatro, genus carminis iusto poemate, quo ibant obviam Imperatoribus aut Regibus ingredientibus vel oppida vel castra. Cuiusmodi Duris Samius scripsit in vicessimo secundo historiarum, dictum fuisse Demetrio ab Atheniensibus è Corcyra & Leucade reuertenti.

THRENI, ET HYMENÆI,

& Elegiæ, alia.

CAPVT I.

THreni duo diuersa genera, & Hymenæi. quippe Hymenæi carmina nuptialia: ea quo dicerentur verfu, nihil referebat. Duos habes apud Catullum: alterum senariis dactylicis statariis: alterum pentastrophis choriambicis: tanta suavitate & puritate, vt quantum alliciat ad legendum, tantum deterreat ad imitandum. Totidem apud Claudianum aq̄e diuerso genere carminum. Ausonius pulcherrimum atque operosissimum, ex portuiculis Virgilianis. Est Hymen in natura muliebri membranula, quæ scinditur virginibus primo quoque veneris tentamento atque aditu. Inde factum nomen numini ab stultis Græcis. Latini Talassum siue Talassionē quare vocēt, in ambiguo est. Illud cōstat in raptu Sabinarū nomen inuentum. Herfiliam forma præstantissimam quum Romulo regi ferret vnus è pastoribus, ne ab obuiis interciperetur, interpellantibus respondisse dicitur, eam sese ferre Talassioni. Alii militem sic vocatum, qui primus raptum inceperit. eumque vbi seipsum acclamasset, alios eadem quasi tessera sequutos. vnde mos deinceps ductus fuerit in nuptiarum festiuitatibus, peruulgatum hoc, ne quid decisset, nolimus omissum. Modus Hymenæi, vt fiat acclamatio carmine intercalari, quod sæpenumerò eo solo constat nomine. tamen si alia quoque interponuntur: cuiusmodi illa, *Concubinae nucea da.* & *Currite ducentes subtegmina, currite fusi.* Duo Hymenæorum genera: alterum purius, alterum cum Fescenina licentia, impudicis vocibus infertis. Threni autem sonant Latine luctus. qualis ille in libris diuinis, quo deflet vates sanctam ciuitatem. Aiunt primum Linum poetam Threnos fecisse. alij verò propius

Hymen.

pius accedere videntur. Eum Herculi succēſentē quōd
 eſſet ineptior ad diſcendum, ab irato ingratoque diſcipu-
 lō interemptum: ab reliquis diſcipulis deſletum carmine,
 quod ab eius nomine & nota eiulationis Ælinum appel-
 larunt. cuius vocis etiam in luſtu meminit Theocritus.
 Nos quoque virum tam fortem quàm infelicem patrem
 noſtrum in agreſtibus poematis Ælinum appellauimus,
 ab eo Threno quem diuinæ genitrici noſtræ fecimus.
 Primum & poſtremum omnium Euripidem aiunt abu-
 ſum Lino: à triſtibus enim ad læta tranſtuliffe, tum
 ſine vlla imitatione, tum ſine vllō imitatore. Idem
 carmen etiam *νῶτον* vocarunt, id eſt extremum, &
νῶτιον eadem ratione. Quare non rectè per diphthon-
 gum ſcribunt penè omnes: quemadmodum in Origini-
 bus animaduerſum eſt. Sic tibiam quæ in funeribus ad-
 hibebatur, vocauit Pratinas Phliaſius *νῶτιον*, vt ſuprà
 vidimus. Iouianus Pontanus Nenix vocem traduxit ad
 Nutricias cantilenas: propterea quōd vulgus noſtras *Bel-
 las*, aliis locis in Italia nutrices *Nenas* dicunt: vt opinor,
 à cantiunculis, quæ ſint ſimiles cantibus præficarum.
 Cuius carminis anguſtius diuinus ille vir ita clauſit laſci-
 uiam immenſi ſui ingenii, vt aliorum excluſerit auda-
 ciam. At veteres nutricum cantiones *καταλευκίσεις* no-
 minarunt. Baucis enim nomen in re futili. Neniam ve-
 rò inuentum aiunt Phrygum: cuius rei meminerit Hip-
 ponax. Olophrynum quoque numerant inter poema-
 tu, quæ à lugentibus aut alia qua fortuna mœſtis caneren-
 tur. Quæ ad rogam dicerentur, erant Nenix: quæ ad
 tumulum, Epitaphia: quæ in exequiis, quum iuſta per-
 ſoluerentur, Epicedia. *κνῆδος* enim fuit curare inferias.
 Etiam Monodia dictus cantus lugubris, vſu potius quàm
 ratione. Nánque vox ſanè latius patere debuit. In Mo-
 nodiis ſolum affectum poſuere, *ἰδοπιον* verò nullam,
 proſopopœiam nullam. Elegiam quoque in funeribus
 primùm dictam par eſt. id quod innuit Ouidius in funere
 Tibulli. Eius inuentorem neſcire ſeſe conſeſſus eſt Ho-
 ratius. Theoclen tamen quendam, ſive Naxius ille, ſive
 Eretriensis fuerit, tradunt furentem effuſiſſe primum E-
 legos. Neutiquam igitur quaſi *ἀλέγμαι, πικρὰ τὸ εὖ λέγειν
 τοῦς πεθῶντας*, vt ridiculè aurumant Grammatici: ſed à
 miſeratione, *ἐλεῶν λέγειν*. Iccirco miſerabiles appellauit

Elegos Horatius. *ἠλεός* quoque ea est nocturna atis apud Aristotelem, quam nos Vlulam dicimus. Simplicius quoque etymon, *ἠλέγειν*. idem enim quod *αἰά* in *Ælino*. nam vtrique interiectio frequens omnibus Tragicis. Didymus definiuit Elegiam *ἑπιών ἐσθυρόν παρὸς αἰλόν*. esse enim tibiae lugubre instrumentum. *ἠλέον* etiam aliud significare ostēdimus in Originibus, ex Equitibus Aristophanis. Translatus vsus postea ad longē diuersissima: scilicet ad amores, non tamen sine ratione. Nam & frequēs conquestio in amoribus & verissima mors, quæ à nobis amentissimis amentissimo atque ingratiissimo sexui viuitur. Diffusa deinde significatio ad eum quoque qui potitus esset. veluti apud Ouidium,

Itē triumphales circum mea tempora lauri, &c.

Funerarium autem carminum rationes atque inscriptiones simul cum argumentis eductæ fuerunt ex historiis ac fabulis, ab Adoni, Daphni, Lino, Hyla. Trypho poeta carmen fecit, quod Erigonem vocauit: à virgine quæ se ipsa suspenderat. Quo in poemate restis frequens mentio. Ita Ialemos lugubre. item Idyllion ab Ialemi Calliopes filii infelicitate. Tale & Calyca Stesychori, à puella quæ Euathlum deperibat adolescentem: pro cuius coniugio vota facit Veneri. tandem despecta, de Leucadia rupe præcipitem sese dat. Virginis oratio pudica. nuptias optat, si liceat: si non liceat, mortem.

POEMATA IONICA.

CAPVT LI.

SVNT & alia poemata minus seuera: quedam etiam impudica, vt Ionica & Sotadica, & quæ Fescenina dicebamus, socia Hymenæorum. Ionicus cantus in poemate quidā turpis, omnes molles. iccirco ille etiam Cinædicus appellatus à nefanda turpitudine: & Sotadicus, propterea quod Sotades Maronites in eo plurimum excelluit: mox etiam eius filius Apollonius. Verùm ante eos Alexander Ætolus, & Pyres Milesius, & Alexis. Apud Latinos Terentianus felicissimè vsus est. Sotadæ illud est in Ptolemæum Philadelphum, cui impiis auspiciis incesta nupsit soror.

εἰς κ'χ' ὅστις περιελίω το κέντρον ὠδῆς.

Quare iratum atque ab sorore irritatū Regem fugit.
Fugien-

Fugientem in Cauno insula Patroclus Prolemæi Prætor deprehensum, atque in vas plumbeum conclusum, mari submersit. sunt & illa Sotadæ ridicula eodem genere carminis:

ὁ δὲ δόποσεγάσας τρέμα τῆς ὀπίθε λαύρης
ἐκ δένδροφόρου φάραγγος ἐξέασε βροστίω
ἠλέματον, ἐκοίλω ἀροτήρ γόρον κελῶ βῆς.

Extat de poematibus Ionicis vetus verbum *χοινίξειδι*, quod interpretantur *πάντα ποιῆν ἐξοκόσμου*. agebant enim adulteros, meretrices, productores, lenones, ebrios: ac de his quidem scribere suppudebat. Cæterum verecundiam vicit operis autoritas: nequid enim quod in me esset, desideraretur, cautio fuit.

HILARODI.

CAPVT LII.

MInus his fœdi Hilarodi. Inter quos Simus quū fuisset præstâtissimus, Simodi sunt postea cognominati Prodigant in veste cãdida, virili, auro coronati. Calcei primùm vsi, deinde crepidis. Similes his Aulodi, Magodi, Lysiodi. Erat Aulodus Hilarodo per omnia similis & par. Sed Hilarodus puero puellave psallente canebat: Aulodus tibicine modos faciente. Aulodo & Hilarodo præmium corona, tibicini & psaltæ nulla. Ac quemadmodum hi duo similes: ita Magodo & Lysiodo argumentum idem, modus diuersus. Ille muliebribus personis virilia negotia: Lysiodus muliebria virilibus agere. Ille ad tympanum: hic ad cymbalum. Introducta hæc quoque inter fabulas à quibusdam: sicut & Mimi & Satyri. Hilarodus à Tragædo, Magodus à Comico. Aiunt Magodos dictos ab argumento, quod primum propositum fuit, Mago producto. Mutata postea materia, nihilo secius mansit nomen.

DIRÆ.

CAPVT LIII.

Longè his diuersum carmen quod inscripserunt Diræ. Latini veteres, Erinnyas, ita appellabant, tamen si Erinnyas Græci tres, geminas faciunt Latini Diras. eę putabantur vltices deæ: quarum numina precibus euocabantur in hostium perniciem. Hac de causa quod poematis

genus imprecationes explicaret, eo nomine nuncupatum est. Itali vocant *Desperatum carmen*. cuiusmodi permulta grauius legimus atque illustria. Tale apud Virgilium ad Battarum. cuius votum omne in malis, monstris, morbis, suppliciis, exiliis, interitu. Duum generum est. aut quum nobis, aut quum aliis imprecamur. Exornantur sententiis non vulgaribus, & inexpectatis: accumulatis fabulis atque historiis. qualia scripsit Ouidius in Ibin. In Horatii Epodo aliquid imaginis est. Expressior apud Catullum in Ariadnae conuestione. etiam in quarto Aeneidos: & quae fundit Statianus Oedipus, sumpta de Graecis Tragicis. Item Senecae Theseus ex Euripide. Hypsipyle Iasoni in Medeam.

PALINODIA, Ἐγκληματικὴ,

Ἰαμβικὴ, Iambi, Silli.

CAPVT LIIII.

VBi fieret conuicium sine imprecationibus cum vituperatione, attinebat ad Iambicam, de quibus supra diximus. quod quis quum scripsisset, atque eum scriptiois poenituisset, recatabat, appellatum id nomine Palinodiae. Certum poema, atque aliud à Choris. Argumentum totum in laude pro congestis probris. Eius ferunt Stesichorum inuentorem: qui quum Helenam verbis lacerasset, captus iccirco oculis, reuocauit sententiam, editis contrario carmine laudibus. quapropter oculorum usum ei aiunt restitutum. Negat in eo poematio verum esse quod & ipse & alii scripserint: Helenam cum Paride Troiam adnauigasse. Talis Horatiana Ode, *O matre pulchra filia pulchrior*. Reducuntur ad genus Ἰαμβικόν. sub quo etiam Hymni recensentur & Praenes & Scolia. cuiusmodi est Heroicum Tibulli ad Messalam: Ouidii ad Pisonem: & nostra Sidera, tam per me clara quam per se ingrata. Laudatoria poemata non solis Graecis nota fuere. namque Possidonius in xxiii. memoriae prodidit, Gallos olim summo in honore secum habuisse Poetas conuictores, à quibus laudarentur, quorum poemata *Bardoi* appellata scribit, atque ab illis cum cattu pronuntiata, ut ex Lucani versu. Contra, prisci Opici vocabant eos *Grassatores*: ut ex Catonis libro de Moribus. Sub eodem genere

vitu-

vituperationes, vt Silli Timonis. Varium ad id genus carminum : sed Iambicum potissimum, vt alibi diximus, *ιαμβίζειν*, impetere : *ωρεθ' τὸ ἰεν*, & *αἰαλάειν*, quum infurgetur iaculationi. Non autem ab Iambe muliercula, à qua versus vsus sibi sumpserit Hipponax, & nominari: vt ait Hephæstio. quia lauanti lanam sibi quum faceret negotium Poeta, illo cum versiculo amouerit, quo postea delectatus est. *ὠνθρονω' ἀπελθε τιῷ σκέρδι αἰαταρ' ὄπις*. nam ab Apollinis vsque cum Pythone pugna deduximus Iambum alibi. Contrà, mulier illa fortasse à mordacitate dicta: & quod faciliè funderet versus eiusmodi.

CANTIONES.

CAPVT LV.

FVere præterea multæ cantiones, aliæ aliis artibus, temporibus, nationibus. Nam pistores habebant quod canerent ad molam: *ιμάιον* vocabant. vt est apud Aristophanem in Atticis, & Callimachum in Hecale. nam *ιμάλος* Dorienfisbus fuit mensuræ genus: *ιμά* quoque significabat trahere, & haurire apud Athenæum & Aristotelem. In Æliani septimo De varia historia scriptum est, Pittacû admodum laudasse *Μύλων*. addidit & rationem, Propterea quòd, inquit, paruo in loco diuersis effret potestas ad exercitandum. Laertius in eius vita scribit, ipsum ad molas sese exercere solitum: nec mirum, sordidus enim fuit. Inde & Cantilena, *ἑπιμύλιος*. Nautæ quoque habebant suas. Itaque in Commentariis Aristophaniorum Acharnensium, *νίγλαρον* legimus esse μέρος quoddam musicum & nauticum *πασσακλευσικόν*. In Thesmophoriis quoque eiusdem est, quod fœminæ quum pinserent, cantillarent. Alia texentium telas cantilena, *ἄλινος* à lino, vt arbitror, appellata. *ἴουλος* autem ad lanificia. cõmuni nomine cum messorum cantu. nãnque *ἴουλος* quum tenuem ac frequentem rem significet, tum spicam, tum lanam potuit designare: quemadmodum ad barbam quoque & ad centipedam eadem significandi proportione accommodari potuit. *Ἀμάλας* igitur hordeaceos manipulos diuulsos, collectos autem *ἴουλους* nominabât. Itaque Cereris quoque cognomentum fuit, in segete viridi *Χλοῦ*, in matura *ἴουλοῦ*. Teleclides etiam

in Amphictyonibus ponit poematum, quo laborem canendo fallerent, mercenaria opera in agro, quum opus facerent. Balneariis suum item erat: ut prodidit Crates in Tolmis. Quemadmodum nunc etiam *Dulcarii crustularii*. Præterea fullones & lignatores. Præcis quoque peculiare fuisse carmen commune omnibus funeribus, quod priuatū facerent mutatis nominibus defunctorum atque familiarū. id tamen inter Threnos conuenit numerare. Festus in lib. xi, In vindemia, cū primū mustū gustabant, ita canere mos fuit:

Omnis gratia vetus, nouum vinum bibo.

Veteri nouo morbo medeor. vnde & *Meditrina* dea cui libarent tunc, & *Meditrinalia* sacra, à medendo. Horum naturæ proxima, quæ à *Scoliorum* vsu, non loco aut tempore diuersa erant: in conuiujs enim canebantur. Iccirco à Græcis *παρρησια*, id est ad cyathum. poema integrum ex his à *Praxilla* Sicyonia: cuius extant versiculi duo:

ὦν ἔστιν ἀλωπικίζεν:

ἢ δὲ ἀμφοτέρως γινώσκεις φάον.

MANIPVLVS POEMATVM.

CAPVT LVI.

ALia quoque multa extitere olim, & postea exorta sunt genera poematum. Epigrammatis nomen valde amplum, ad quauis inscriptionem. vnde & *Lemmata* dicta, scilicet indicaturæ. *Elogia* in his. quoties adderetur laudatio aut vituperatio, aut vtriusus ratio apponeretur. Præterea *Triumphalia*, & alia votiuæ, quæ Græci *δωρικῆ*. Et in festiuitatibus, *Daphnophorica*, *Canephorica*, *Tripodiphoria*, *Parthenia*. Item *Proœmia* pro Muscis aut Poetis. sicut & *προαιλία*. In quibus plurimus fuit *Claudianus*, separato carmine à iusto poemate. Diuinus autem Poeta vnum corpus fecit. Illa enim fuerant *Proœmium*, *Ille ego qui quondam*, & cætera, ut pessima temeritate prætulerint arbitrium suum ii qui exemerunt ea de iudicio tanti viri. Et nugacissimi literatores desinant rixari super eo Scæzonte qui prælegitur

*Cantilena
Dulcario-
rum apud
Gallos.*

*Proœmia
& Προαι-
λία.*

legitur Satyris Persianis: quasi Persii non sit. Tales sunt operum clausiones, quos Epilogos Græci nominant. ut apud Horatium,

Exegi monumentum ære perennius.

Et Ovidium,

Jamque opus exegi.

quæ sunt ab iusto opere separatata. At non separavit idem Virgilius à Georgicis:

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat

Parthenope.

Nuda nomina præterea multa ponam fasceatim. nihilo enim clarius ab authoribus tradita sunt. Quorum plurima eatenus tantum nota illis fuisse puto. In Dianam Ἐπιμήτειος: siue, ut alibi legitur, Ἐπιμήτειος. Item Ἰμαθός, ad hæc ἰαχίφορος, & βάρχοι, & ἄστυα generis appellatione. Phrynichus quoque vnum vocat πλισικόν, ut Nicophron ἀπομὸν: opinor, erat pistorum. Aliæque etiam ignobiliora: quæ nullum operæ precium faciunt.

ÆNI, GRIPHI, Æ-
nigmata, Apologi.

CAPVT LVII.

EPigrammatū species multæ. Summa genera digesta sunt: certis præceptionibus in tertio. inter ea sunt Æni, quos aliqui Fabulas nominant, propter fictiones. nempe quasi picturæ quædã sunt atq. imagines rerū. Itaque rectè quidã nominarunt Allegorias: aliud enim aperte dicunt, aliud ex eo innuunt ac profitentur. Ergo etiam Apologos appellare nonnulli ausi sunt: quasi ἀπὸ λόγου λόγος. Antiquissimus omnium Hesiòdus, ἄπρον vocauit: Ἄσπος, μύρον. habes apud Horatium, & Liuium, & Diodorum. horum duæ species: vna simplex, sumpta à rebus naturalibus, quasi ab historiis: introducunt enim perinde atque in Scenam non animalia solum, sed muta quoque, veluti gladios, limas, ferras, malleos, incudes loquentes. Altera species operosior. quippe operi sensus apertis notis. Harum duæ materiæ circumferuntur: partim enim in vocibus nudis versatur: quemad-


mōdum quum excogitamus in eodem nomine multa significata: siue illud retrō legimus, siue dissipamus in syllabas, siue alio quo mōdo interpolamus. Ex his libellum factum inscripsimus Logographi: propterea quōd ambages ex Griphi dictæ sunt ab antiquis. Alia materia est in rebus, Ænigmatis appellatione, ab innuendo. Multa refert Athenæus, plurima fecimus nos. In quinto Conuiuialium Plutarchus vnum ponit: quod videndum est Scolionne appellatum sit ab obliquitate sen-

Scolion ab obliquitate liij, de quo suprà satis.

PRIMI LIBRI, QVI HISTO
RICVS INSCRIBITVR,
FINIS.

IVLII




I V L I I C Æ S A R I S S C A -
L I G E R I P O E T I C E S L I B E R
S E C V N D V S, Q V I
E T H Y L E.

M A T E R I A P O E S E O S.

C A P V T I.



H A C T E N V S Poeseos origo, genera, modi. Quæ ex antiquis eruta narrationibus, in ordinem redacta, ad iudicium reuocata sunt. Nunc quum Poesis duabus constet partibus substantialibus, materia & forma: de vtraque nobis dicendum est. Igitur quod ab omnibus vulgò iactatum est, fortasse verum videatur: Rem ipsam quæ scribitur, Poematis ipsius esse materiam. Sic enim argumenta, & *ἡρώασι*, & *ἰστορίαις*, & materias vocant, neque sine causa. quippe etiam *ἰστορία* à Græcis dicta sunt. cæterùm à veritate longè absunt. nam quemadmodum statua Cæsaris, est Cæsaris imago: ita & poema quod ipsum describet. at statuæ materia æs est, aut marmor, non autem Cæsar. Cæsar autem obiectum, vt vocant Philosophi, & finis. Quin potius, si Platonem sequamur, è contrario iudicemus. Plato enim rerum ordinem ita digessit. Ideam incorruptibilem separatam. Rem ab ea depromptam corruptibilem, quæ ipsius Ideæ imago existat. tertio loco picturam aut orationem: eodem enim modo referuntur: & sunt imagines specierum. Quare sicuti Idea erit forma rei nostratis, ita res debuerit haberi pro forma picturæ, & statuæ, & orationis. à qua sententia neutiquam discedendum censeo. Est enim consentanea eo ipso Aristotelicæ demonstrationi: qua intelligimus balnei speciem esse in animo architecti, antequam balneum ædificet. vbi idem sit & forma & finis. Forma enim introducta in materiam cessat apud naturam motus generationis: apud artificem motus fabricationis. Itcirco non rectè

materiam dedisse nobis aiebant præceptores, propositis rebus quæ a nobis essent poemate designandæ. Erunt igitur res ipsæ finis noster: quatenus earum species imponitur in materiam Poeticæ orationis. Orationis autem materia quid aliud sit quàm litera, syllaba & dictio? id est aer, aut membrana, aut mens, in quibus ea sint tanquam in subiecto. Quare in Cæsaris statua æs erit materia: in Poesi, dictio. In statua forma exprimens vigorem, aut motum, aut statum, aut sessionem, aut eiusmodi: in Poesi eadem omnia in lineamentis ac dispositionibus dictionum. In statua, toga aut arma pro ornamentis atque accessionibus: in Poesi rhythmici, siue numeri, figuræ, pigmenta dictionum. Quocirca de Poeseos materia in hoc libro scribendum erit, in tertio de forma, in quarto de ornamentis. Ac quanquam à Grammaticis partes illæ sunt tractatæ, haud tamen exactè quod ad nostram operam pertinere possit, nam syllabarum quidem quantitates & obseruare & docere decuit: pedes verò, & numeros, & veruum genera quum tractant, egressi fines suos professionis mutare nomen debuerunt. Nos igitur de his exactius.

DE PEDE, METRO,

Rhythmico.

CAPVT II.

PES officii nomen est, dictioni attributum. non tamen omni: non enim monosyllabæ. quippe syllaba pedis articulus: articulus pedis pars, vt totius. Pars verò & totum nusquam idem. igitur officium pedis motus est, vt laxè dicam. Nā videtur vox in dictione quadam celerius absolui, in alia tardius. quare ab Horatio quoque tum *sententiam* tum *versum currere* dictum est. Ac quemadmodum non cuius voci competit, ita non cuius toti. Sunt enim voces quædam excedentes pedum præscriptiones, vt Iure consultissimus. Quinetiam tamen non excedit, tamen non semper totus pes ex tota fit voce, sed ex parte, scinduntur enim plerumque voces ad pedes conficiendos, quare non rectè definiere pedem per dictionem, tãquam per genus. Cùm neque omni, neque toti, neque semper compe-

competat. Sic autem definitur : Pes syllabarum dispositio certo numero numerosa. Cogimur enim æquiuocis verbis uti, quæ à veteribus accepimus : ne aut monstra fingere, aut recepta repudiare temerè videamur. Sanè numeri nomen de Mathematicis ita sumptum est : vt ab Arithmetiis quantitatem significet : & à Musicis earundem quantitatum mutuum responsum ex proportione. Opu-^{NUMERUM}lētius Græci, qui Arithmeticum ἀριθμῶν, Musicum, ῥυθμῶν nominant. Est autem Rhythmus duplex: tum in syllabis, tanquam in partibus propter pedes : tum in pedibus propter versus. Quem sic definitio : Commensus pedum inter se pro rei designatæ modo. alia nāque symmetria est, si ita sit : *Musa mihi causas memora* : & alia, si ita : *Musa mihi memora causas*. sic in pedibus, alius aliis est responsum syllabarum. vt in exemplis, pecus, pecu. Iccirco nonnullis visum est idem esse Metrum & Rhythmum. verūm equidē aliter censeo. Metron enim sine mensura laxior est: quippe est quantitatis in materia. Rhythmus autem compositior & astrictior : nempe qualitatis in dispositione. translatis enim verbis, mensura versus non mutata, Rhythmus mutabitur. Itaque nobis Latine Rhythmum concinitatem appellare cum venia liceat : quam non à Cinno, vt vulgò omnes vtuntur : sed à concinendo. Quare quem admodum Varro audiendus sit, perspicendum est : qui μέτρον & ῥυθμῶν hoc distare scripsit : quo regulam & materiam. Neutrum enim materia est, sed in materia. & μέτρον quidem regula est : ῥυθμός autem etiam modus regulæ. Sicuti apud Geometram regulam rectam lineam ducemus : at eam sumptam architectus præponet, apponet, transponet, eriget, deprimet, circulo, semicirculo, ovali accommodabit. Erit igitur Mensura præscriptio tractus. Rhythmus autem præscriptionis temperamentum. Verbi gratia, Spondæi quatuor in re graui leni, eodem sunt tractu circumscripsi : quo alteri totidem in re graui aspera. Rhythmi autem, id est præscriptionis, temperamenta diuersa. veluti si dicas, *Lenes adducentes leges* : mollis est versus. at ille, *Vltrices leges crudeles* : asperior. de vtroque igitur numero, scilicet quantitate & dispositione, quæ in pedibus est, impræsentia dicemus. De altero, qui est in versu, exactissime scriptum est in quarto

libro. Secamus ergo dictionem interdum, vt posterior pars succedentis pedis initium sit: prior autem antecedentis finis. Ea iccirco Cæsura quasi sectio dicitur. cui addere cognomina secundum loca, vt si post duos pedes integros secaretur dictio, diceretur quintus semipes: sanè rectè pro eo quòd quilibet pes duos semipedes continet. Itaque eo versu, *Arma virumque cano*: cæsuram agnoscimus in posteriore verbi syllaba. est enim ibi semipes $\sigma\delta\alpha\upsilon\varsigma$. Græci non $\eta\mu\pi\omicron\delta\iota\alpha\varsigma$, sed, $\eta\mu\mu\epsilon\lambda\epsilon\iota\nu$ dixere. atque à loco $\pi\epsilon\upsilon\theta\eta\mu\epsilon\iota\nu$. Eadem lege si post tres pedes esset, $\iota\phi\theta\eta\mu\mu\epsilon\iota\nu$. quia septimus semipes voce clauderetur: vt eo versu, *Italiam fato profugus*. Erit igitur Penthimimeris quasi festertium: continet enim duos pedes, & præterea tertio loco semipedem. quare autem non introduxerint obseruationem $\pi\epsilon\iota\tau\eta\mu\mu\epsilon\lambda\epsilon\iota\delta\epsilon$ considerandum est. quippe nihilo fecius eodem versu secatur post duos semipedes secunda dictio. *Arma virum*. Quam quæstionem etiam deducas ad eam cæsuram quæ in nono quoque semipede statuetur. At quamobrem hæc per semipedes metiti sunt: nò autem per integros pedes? Quia sanè si pedibus singulis singulæ claudantur dictiones, nulla structura peior esse videatur. verùm de his suo loco. In quarto nanque causas reddidimus.

PEDVM GENERA.

CAPVT III.

Res igitur cùm sit syllabarum dispositio, pro syllabarum numero pedes erunt. quos hîc tractaturis alia via ac ratione agendum fuit, quàm quemadmodum Græmatici consuevere. Ratio enim à nobis rebus ipsiis nudis addenda fuit. quamobrem igitur syllabas aliis atque aliis temporibus habemus? quid enim coegit nos non omnes eadem mensura pronuntiare? huiusce inæqualitatis quænam extitit causa? Sanè in aliquibus haud ita obscura causa est. res enim ipse suapte natura in syllabarum quantitate nos induxerunt. veluti quum dico, Celer, Citus: breuitate ac celeritate nos vti par est. At enim uerò iidem quare lenta voce fuit significatum? quippe Velox neutiquam currit, sed bis tot temporibus subsistit. Profectò tandem eò confugiendum fuerit, quò sese recepit Aristotelis diuinum iudicium aduersus Platonem: Loquentis arbitratu

Cæsura.

Penthimeris.

Inæqualitatem causam in pedibus.

tratu facta pleraque: multa etiam temere orta. Alia quoque ratio adduci potest: Animi notæ voces sunt, igitur iratus quum primum erupit in verba, inæqualiter pronuntiauit. Impetus enim non semper impellit: sed hoc ipso quod vrget, remoratur interdum linguam. Præterea quis nescit à pueris sermonem ortum, sui vsum agrestib. præbuisse? quem ad eum modum acceptum in alias distorquere leges etiam sapientibus religio fuit. Quare his ita positis, ad pedum naturam & genera accedendum est. Concurrunt syllabæ aut duæ aut plures à minore numero incipiendum: Duæ aut breues aut longæ, aut altera breuis altera longa: idque vel prior vel posterior. Breues ambæ, vt Deus. hunc Pyrrhichium vocant: vt ego arbitror, ab ignea celeritate. quanquam aliter postea scriptum sit aucto elementorum numero. Ambæ longæ, cui Spondæo nomen est, vt aiunt, à sacrificiis, in quibus canentes eo pede utebantur. *ambæ est* enim est porricere libamenta. Ac ille quidem hoc esse videtur prior natura. simplicior nânque. Itaque is etiam cuius prima syllaba breuis, altera longa: prior extitit quàm qui è contrario primam longam breuem habet subeuntem. Ille dicitur Iambus: de cuius nomine satis superiore libro dictum est: Exemplum, Ferrus. Alter Trochæus à volubilitate appellatur: quem iccirco Rotatilem aliquando nominauimus: vt Cæsar. Exemplum Spondæi, Velox. Quæro præterea, Quum in vtroque tam Iambo quàm Trochæo eadem sit quantitas temporum, quamobrem solum Trochæum volubilem agnouerunt: æquè enim citò euadit è faucibus Iambus. Id euenit è syllabarû dispositione. Iambus enim initio celeriter impetum capit, mox subsistit. contra stat primum Trochæus, deinde vrget hoc ipso quasi pondere syllabæ syllabam in quam incumbit: atque ea videtur subterlabi sua celeritate. Itaque est rotæ motus compositus ex violenta & naturali. nânque vbi primo quoque impulsu semel mota est: ab se ipsa motus tenorem perpetuat, propterea quòd semper partem inferiorem superioris orbis moles premit. Is etiam Choreus dicitur, quòd esset in choris frequens. Sic bisyllabi quatuor. Trisyllabi autem octo eadem ratione. nam aut omnes breues, aut omnes longæ, aut duæ breues vna longa, aut vna longa duæ breues, aut vna breuis duæ longæ, aut duæ longæ vna breuis, aut vna lon-

Pyrrhichium.

Iambus.

Trochæus.

ga inter duas breues, aut vna breuis inter duas longas. Collectio est ita, vt à præpositionibus dependeat: inter, cum, ante, post. Vbi sunt omnes breues, appellatur Tribra-
Tribra-
chus. quod nomen præ se fert pedis simplicissimam
 quantitatem. Pyrrhichium continet, ac præterea semif-
Molossus. sem, vt *Tabula.* Qui omnes longas continet, Molossium
 nominarunt, à natione quæ eo oblectabatur: non qui-
 dem, vt reor, solo, sed inter alios frequenti. alioqui itera-
 to Spondæo idem ius debebatur. Exemplum, *Venatrix.*
 Is est qui sesquispondæus. Vnam breuem duas longas qui
Bacchius. obtinet, Bacchius Dactylo contrarius, qui vnam longam
 duas breues. quibus enim in sedibus vnus longam, alter
 breuem habet. quibus ille breues, hic longas. Exem-
 plum Bacchii, *Renidens:* Dactyli, *Scaliger.* Alio modo An-
 apæstus Dactylo contrarius, quippe situ syllabarû. Duas
 enim breues longa sequitur: vt *Pietas.* Cui contrarius na-
 tura Antibacchius siue Palimbacchius: sicuti erat Dacty-
 lo Bacchius. quippe duas longas vna breuis subit. vt *Sa-*
turnus. Reliqui sunt duo inter se eodem modo contrarii.
 vnus, in quo breuis vtrinque à duabus longis obsidetur, vt
Amphi-
macrus. *Diuites.* Is Amphimacrus dicitur, & Creticus. alter, in
 quo media longa, prima & vltima breues: iccirco Am-
 phibrachus, vt *Corinna.* Ratio nominum vulgaris. Dactyli
 ab articulis digitorum. primus enim maximus. quanquã
 cæteri duo non respondent. neque enim æquales sunt in
Anapaestus digito: sicut dactyli syllabæ. Anapæstus *παεξ τὸ πᾶν*. quia
 contrã quã in Dactylo pede terrã feriebant. Igitur nomi-
 na aut à quantitativibus, vt Tribraachus. Aut ab vsu, vt Spõ-
 dæus. aut à motu, vt Trochæus. aut à natura, vt Iambus. à si-
 tu, Amphimacrus. à regione, Molossus, Creticus. à simi-
 litudine, Dactylus. à gestu, Anapæstus. Bacchius quoque
 ab vsu: quia in Bacchi saltationibus. & Chorus à choris,
 in quibus eius esset vsus multus.

AN ALII SINT PEDES.

CAPVT IIII.

AN verò præter hosce alii sint pedes? Rerum naturam
 si spectes, sanè neges. Nulla quippe dictio inueniri po-
 test, quæ non horum coniunctione aut mitione compre-
 hendatur. Quare igitur quadrissyllabos pedes commentii
 sunt? quia nonnulla verba ex contrariis constant pedibus:
 veluti

veluti Choriambus ex Trochæo & Iambo. iccirco ne hinc inde mendicaremus, sub vnius nomine naturam illam concipere libuit. *Choriam-
bus.* Quam hûc ad modum vestigabimus, quo & superiores. Omnes syllabæ breues, omnes longæ. tres breues vna longa. duæ breues, duæ longæ. vna breuis tres longæ. vna longa tres breues. duæ longæ duæ breues. tres longæ vna breuis. duæ longæ in medio duarum breuium. duæ breues in medio duarum longarum. alternatim breues duæ & longæ duæ. alternatim longæ duæ breues duæ. Ergo non tanquam diuersæ res à superioribus bisyllabis recensendi, sed tanquam recensiti non omittendi. Duo igitur Pyrrhichii conficiunt Proceleumaticum. *Proceleu-
maticus.* qui ab hortatu dictus est, siue militari, siue nautico: vt *Pelagius*. Duplex Spondæus, iccirco à Græcis Dispondæus: *Venatores*. Duo Trochæi eadem ratione Ditrochæus & Dichoreus: *Imperator*. duo Iambi, *Cassidulas*. iccirco Græci ταυτοπόδιον nominarunt: id est iteratos pedes: *ταυτοπόδιον, τετραίχιον*. sic potes & Pyrrhichicâ & Spondiacam dicere. Pyrrhichius & Spondæus Ionicum à minori faciunt: *Metuentes*. à minori nânque incipit, id est à breuibus. Pyrrhichius & Trochæus, idem est quod Pæon tertius, *Sceleratus*. Pyrrhichius & Iâbus, quod Pæon, quartus, *Celeritas*. E contrario Spondæus & Pyrrhichius, quod Ionicus à maiori, *Venaticus*. Trochæus & Pyrrhichius, Pæon primus, *Continuus*. Iâbus & Pyrrhichius, Pæon secundus, *Iuueniculus*. Alii hosce ab ordine digessere, non quæ admodum nos à natura. Ionicus à maiore. quum duas breues totidè antecedunt longæ. à minore, quum longæ subsequuntur. Ad hæc quatuor Pæonas, quorum vnusquisq. à sede vnius longæ syllabæ sortitur appellatione, cum qua tres breues totum corpus conficiunt. Primus, in quo prima longa: secundus, in quo secunda. Atque eodem modo alii duo, tertius & quartus. His contrarii sunt natura Epitriti. quippe vnâ breuè, tres longas habet: appellantur ab illius breuis sede, sicut illi à longæ. Epitritus primus ex Iâbo & Spondæo, *Senatores*. secundus ex Trochæo & Spondæo, *Conditores*. Qui cognominatus est à Caria regione, Caricus: tametsi *βαρβαρογόνης*; eos Homerus vocat. Tertius ex Spondæo & Iambo, *Prudentia*. hunc Rhodiû etiam appellarunt. Quartus ex Spondæo & Trochæo, *Oratoris*. is à quibusdâ dictus *μονοχῆυς*. quare verò Epitriti sint vocati, dicèdum est. *Pæonæ
quatuor.* *Epitritus.*

Si vocem hanc, *Senatores*, in sua tempora partiaris, septem inuenientur. quorum duabus syllabis prioribus tria quum attribueris, in duabus sequentibus præter tria item vnum reperietur. Est enim proportio Spondæi ad Iambum Epitritos. Causa autem proportionis est syllaba breuis, quæ deficit vno tempore. Iccirco ab eius sede cognomen à proportionem nomen nacti sunt. Eadem ratio Trochæi & Spondæi, quare etiam secundo Epitrito eadem conuenit appellatio. At verò de tertio & quarto quid dicemus? In quibus priores syllabæ duæ superant duas posteriores, non ab ipsis superantur. Itaque non erunt *ἰσόμετροι*, sed *ὑπέρμετροι*. Antecedit enim proportio, non subsequitur. Veteres autem nihil tale veriti, sequuti sunt temerè vniuersitatis rationem, propterea quòd æquè conueniret omnibus idè modus syllabarù. Quod autem Epitriti ea, qua diximus, de causa nomè hoc adepti fuerint, ex alio quoque cognomine manifestum est. Quippe à nonnullis *ἑπτάσημοι* dicti: quasi *ἑπτάχρονοι*, quoniam tempus in Musicis esset, quod apud Geometras *σημαίον*, & Arithmeticis Vnitas. Duæ præterea supersunt coniugationes Iambi & Trochæi: ac Trochæi cum Iambo. Priore constituitur ille qui Antipastus vocatur. Amphibracho similis situ, non numero. Iccirco quia breues duæ in medio duarum longarum obfessæ sunt: vt, Senatoris. Ratio nominis, quum à breui ad longam processit, retrahitur inde per lógam ad breuem. Altera huic contraria coniugatio nobilissimum constituit pedem Choriambicum. Exemplum, Scaligeri.

Ex his quæ suprà diximus, satis constat superflua Grammaticorum satagentia: qui sex atque etiam octo syllabarum pedes confluere, quum ipsi quoque quadrissyllabi nihil aliud sint quàm bisyllaborum iuga, ac quemadmodum ostendebamus, nulla dictio dari queat, quæ bisyllabis aut trissyllabis vel solis iunctis expleri nequeat.

V E R S V S.

C A P V T V.

Versus primùm nomen declarandum est: deinde definitio, tum genera: quarto loco generum enumeratio: quinto leges communes: sexto leges propriæ: postremo vitia. De nomine igitur sic: Verrere est idem quod sulcare aut scalpere: tollere aliquid è superficie, ita vt depressi

pressio relinquatur. In ceris igitur stilo quum ducerent notas, frequentatiuo vsi sunt, sicut & agricolæ. Vertunt enim terram, quia quod subtus erat, supra vt sit faciunt. sic Cicero dicit, Literas exarare. Ad eum modum Versus dicti sunt lineæ illæ siue sulci, quibus verba scribebantur: quemadmodum in Originibus exactius dictum est. Itaq. in omni scriptura tractus singuli orationis Versus sunt appellati. Postea quum redegressent cantum ad numerum castigatiorem, antiquum Versus nomen sibi fecere peculiare. Ex his colligitur definitio: Versus est dispositorum pedum certo numero castigata connexio. Grammatici nugatus: Versus est partium legitima dispositio, & pedum culta copulatio consonanti specie metricam exhibens regulam. Principiò, vox hæc, Partium, superflua est. satis fuerat dicere, Pedum. Item illa verba, Culta copulatio, comprehenduntur illis, Legitima dispositio: neque enim lex sine cultu, neque cultus sine lege. Quæ si non sint idè, ergo Enniani versus nequiquam versus sint: qui sunt inculti. Nihilo meliora illa, Consonanti specie. Ridicula verò illa, Metricam exhibens regulam. non enim regulam versus exhibet, sed versusum regula: neque mensuram dat versus, sed mensura versusum.

VERSVVM GENERA.

CAPVT VI.

Versus à numero, aut pedum, vt Senarii: aut mensurarum, vt Dimetri: qui tamen quaternos habent pedes, sed sub binis mensuris: aut syllabarum, vt Hendecasyllabi: aut à pedibus, vt Dactylici, Iambici: aut à quantitate continua, vt Longi: aut à qualitate, vt Quadrati: aut ab authore, vt Sapphici: aut à gente, vt Ionici: aut ab vsu, vt Elegiaci: aut à societate, vt Lyrici. Sic habes quatuor causas: A fine Elegiaci. finis enim conquestio. Ab efficiente, Asclepiadæi. A materia, Iambici. A forma non deducas, nisi quæ cognoscatur in situ ac dispositione pedum, & in quantitate continua aut discreta. Dispositio pedum de-

*Dispositio
pedum.*

Græci vocant. Hanc certa lege sic præscribere, vt *μῆτρον* ne minus esset quatuor temporibus. Breuiores pedes, vt Iambus, Trochæus, Tribraachus, pro semimetris haberentur. tanto aptior huic calumniæ Pyrrhichius. Itaque motum vnum ex duobus breuibus pedibus statuere, atque

*Monomet-
ter Dime-
ter Tern-
meter.*

διμῆτρον appellauere: eumque versum Monometron dixerere: quæ quaternis constarent, dimetra: quæ senis, trimetra: tetrametra ex octonis. Quare coacti fuere cōminifici certas appellationes, quibus signarent harum variationem quantitatum. Etenim dimetrū Iambicū sit hoc: *Ιακτάτιο φορτίς, nihil*. quia decit verbū, si addas sic: *Ιακτάτιο φορτίς nihil fit*: extat è natura Dimetri. Eodē modo si altera adhuc addatur syllaba: vt, *Ιακτάτιο φορτίς nihil mihi*. Itē si tertia sic: *Ιακτάτιο φορτίς nihil mihi fit*. Desit enim syllaba, quominus exeat in trimetrū. Iccirco quatuor excogitarunt appellationes. vnam, quæ integrum præscriberet carmen: quam vocarunt *ἀκραιτέληκτον*, quia nihil adiaceret. Cui vna deesset, *καταλήκτον*, haud satis signatē. Cū duæ desiderarentur, *βραχυκατέληκτον*. vbi vna superesset, *ὑπερκατέληκτον*. has autē nominarūt Græci *δοθῆσις*, i. depositiones, siue terminationes. Quod autē abusi sint vocibus, videamus. omnis enim finitus tractus *καταλήξι*. nullus igitur *ἀκραιτέληκτος*. Vteres autē *τὸν ὑπερκατέληκτον* etiā *ὑπερμέτρον* dixerere. Illud sanè tueri nequeā. nā quod excedit perfectū non *ὑπερκατέληκτον*, sed *ὑπερκατέληκτον* dictū oportuit. Est enim *τὸ ἀκραιτέληκτον τὸ αὐτοτέλες*. hoc illud vna superat syllaba. Latine Acatalectū, perfectū dicas: Hypercatalectum, exuberans. Brachycatalectū, mutilū: Catalectū, semimutilū. Prisci autem nostri simplicissimè atque commodissimè. Binarium, ternarium, quaternarium, quinarium, senarium, septenarium, octonarium. Quibus designationibus Brachycatalecti appellationem sustulere. Quod si vna syllaba deesset, idem putarunt atq. si alteri superesset. Exempli gratia, si senarium carmen vna. syllaba deficeret: quinarium hypermetrum agnouerunt.

*A genere
part. sum.*

Hæc à partibus differentia specierū, quæ illarū numero cōstarent. Alia partitio est à partium genere. versus enim aut puri sunt, aut misti. Puri, qui suū tātum admittunt pedē. Misti autē non vno modo. Etenim vel similit recipiūt siue parē. vel dissimilē. Similē, vtī suprà dicebamus, intelligo vel situ, vel quantitate. similis est siue par temporum
quanti-

quantitate spondæus dactylo: iccirco eū recipit dacty-
 licus. An verò admittat dactylum spondiacus? & puto nō
 admittere. segregatum enim arbitror id genus carminis
 ad diuina ministeria. Anapæstus non solū temporibus,
 sed etiam syllabis dactylo par est, situ verò contrarius. ni-
 hilominus tamen dactylus in Anapæsticos subit. An verò
 in dactylicos Anapæstus? Rarò quidē: vt apud Homerū,
 Βορῆς, ζεφυρός τε. & diuinum Poetam, *Fluuiorum rex Eri-*
danus. Et Ennium, de quo citat M. Tullius, *Auium prape-*
tibus sese pulchrisque locis dant. Neque sanē ius esse videtur:
 vt contraria contrariorum in senem admittātur. Iccirco
 in Iambichum trochæus nunquam surrepit: neq. in hunc
 ille. Tametſi Choriabus pes ex vtroq. conflatus sit, verūm
 hoc ad mistorū naturā reducitur. In quib. nō solum diuer-
 si, verum etiā aduersi pedes cōmittuntur. Grāmatici sim-
 plices versus ἀπλοῦς, mistos ἀμειβομένους, quasi impræ-
 scriptos nominarunt. Item simplices κατὰ κράτος, quasi cō-
 stantes: quorū partes legitimæ neutiquā spuris cederent:
 neq. ciues peregrinis. Hos bifariam veteres agnouēre. Pri-
 marios, qui verè puri essent, veluti Iābici, Dactylici, Tro-
 chaici, & alii. Alteros appellāt deriuatos, παρεργούς: qua-
 le Pherecratiū: in quo tametſi non omnes dactyli, tamen
 haud multò diuersus ab iis spondæus. Quū enim dactyli-
 cus sit, vnico tamen dactylo cōstat singulis vtrinque spō-
 dæis obfesso. Quū igitur nequaquam verè puri sint, Græci
 eā cōpositionē mollissima voce tēperarūt: μονοειδή enim
 vocauēre: alii κατ' ἀντιπάθειαν μίξιν. Cōpositos iidē ἁμιπ-
 λους nominant: quasi fuerint prius μονόγεμμοι. Postea
 verò figurā quampiā alijs additis lineis adepti sint. Horum
 quoque ratio duplex. In quibusdā enim certa est propor-
 tio, quos vocant συναρξυμένους, quasi coniugatos. qualis so-
 cietas est in Ithyphallicis. Horū duo genera. vnum quo-
 ties cuiuscunque modi pedes concurrunt: quibus receptis
 nullam versus obtinet faciem, cui nomen vnum attribua-
 tur. veluti in Melicis, Dithyrambicis, Hyporchematibus,
 Scoliis, Pæanibus. Modò enim respondeant Strophis
 Antistrophis, nihil præterea curant. Hos iccirco appella-
 runt συλλαβίους. Aliud genus: vbi versus partes versibus
 diuersis partibus annectuntur. Quemadmodum ternari-
 um Trochaicum vbi assuitur quaternario dactylico. e-
 xemplum ex Horatio:

Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

ἀσωπῆτις, vocant. Scio à Grammaticis imprudenter multa : inter quæ & illud , vbi digesta sunt ab ipsis versuum genera pro poematum ratione ac nomine. Neque enim Comicum à Tragico distat carmen, neque à Satyrico Heroicum: vtrouque enim mensuræ eadem. Aggrediamur deinceps singulas species: quibus animi atque exercitationis gratia tam Latina quàm Græca apponemus exempla de nostris.

GENERVM ENVMERATIO.

Pyrrhichici.

CAPVT VII.

PYrrhichius pes quū sit simplicissimus, primo loco est à nobis positus. Quare qui ex eo solo puri constarent versus ante alios fuere statuedi. Verū tamen in hyporchematibus aliquot versiculi inserti leguntur: tamen rei difficultate olim deterriti abistere maluere. ac siquid, vt dicebamus, in scoliis atque eiusmodi molirentur, perpusillum fuit id: ac versus ipsi minuti, curtique: vt postrema syllabæ indifferenti quantitate liceret eis laxare leges tot breuium syllabarum. Nos primi ausi sumus longissimis versibus, quippe nouenariis canere Silenum: cuius poemati initium posuimus superiore libro. Hic etiam animi gratia descripsimus epigramma iisdem factum legibus:

Animula vagula misera loca subige fuga.

Quid aliud aueo? lacryma pia vocat.

Periit, et abiit animus: vt is obeat illi

Latet vbi lapide gelida mea Rosa.

Laertius in vita Diogenis Cynici recitat distichon eiusmodi:

Διόχμης ἀγῆ λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος;

Ἐς αἰῶδος ἔλαβέ με κενός ἀγῆρον ὀδῆξ.

IAMBICI.

CAPVT VIII.

Quemadmodum in cæteris, sic in Iambicis minimū fuit Monometron Brachycalecticum: vt *ἰώ*. Mox catalecticum, vt *ἰώ μοι*. Tertium Acatalecticum, vt *ἰού, ἰού*. Quartum Hypercatalecticum cognomento Aristophaniū. Io Triumphæ. Dubitabimus Quonā modo dabitur

dabitur ille primus pro versu, ἰώ. Idem erit pars & totum: si vnica vox versum integrú cōprehendet. Sanè haud quam versus est: sed quia inter veros versus inferitur: aefas fuit aliter appellare. Itaque Demetrius Phalereus in libro de Phrasi vocauit ἡμίμετρον. Etiam syllaba eadem licentia vsa est, φεδ. ponemus deinde species quasi per gradus.

Euripideú dimetrum brachycatalecticum. ὦ ζεῦ θεῶν πατήρ. *Da nobiles opes.*

Anacreonticum dimetrum catalecticum. ἐν βότρυσι κν-
θήρη. *Vino Vetus calescit.*

Archilochium. φυγὴ κακοῖσι καὶ φόβος. *Malis metus, tremor, fuga.*

Alcaicum, siue vt alii Alcmanium. ὦ τίς γε τίς γε πνεύμον
οἴνω. *Refunde cymbio falerna.*

Alcmanium alterum. ὦ χυσομοίρου παρθένη χεῖρα. *O vir-
go, da quod non perit datum.*

Hipponacteum. κέκιστε φεῦγε καὶ κέκισσα πίπτε. *Cruenta
vatum nemo dicta vitat.*

Archilochium alterum. κακοῖς ἱαμβος ἔει μάργον, θυμὸν κα-
λοῖς. *Malos iambus enecat, beat bonos.*

Hipponacteum alterum. ἄρης ἐν οἴνω φλογεῖς, ἐν λόγῳ
ἐριμύς. *Peior Megara lesilingua sit poeta.*

Aristophanium alterum. γέλωσ ποτιουῶπι φάρμακον μέγ-
στον ἐν βίῳ. *Pauci sunt quid mane, quid vesper vehat sibi.*

Anacreonticum. τῆ χυσοπέπλε μοῖσα χυσοῶ ὕμνον φεδ
καίρα. *Amor medullis insitus subasperascit acer.*

Aristophanium tertium. ἔλεγγε μηδὲν λοιδορῶν. τί γδ πλέον
ἀρτοπαίδες; *Audi, et vicissim dic. relinque sordidis conuitia.*

Anacreonticú alterú. ἔρωσ ἰάνει γαργαλίζων σπλάγγνα, δ φεδ
ἔχων γαλλῶσω. *Lenis procaci pernicace me manu quatit Cupido.*

Is poeta ausus est etiam excedere modum octonarii. Verum neque priscis, neque nobis placuit. Quare de his satis. è quibus intelligas ab inuentoribus, aut ab iis qui frequentius vterentur à Grammaticis attributa nomina. Anacreon catalecto dimetro quum sæpe scripssisset, hoc est consequutus, vt ab ipso cognomen adipisceretur. Ex-
tāt apud Gellium suauissima, & sparsa per aliorum libros quædam plenissima mellitæ simplicitatis:

ὁ κῆρ θέλων μέχεσθαι,

στάρεις γδ μέχεσθαι. *Et acatalecta non minoris venustatis:*

ἔρω πεδ ἢ τῶ καὶ κ ἔρω.

καὶ μαίνομαι, καὶ μαίνομαι.

Trimetrum autem Archilochus reddidit illustrem. Cuius extat ille tam suavis, quàm operosus, quadratus:

δέξαμε καμάζοντα δέξαι, λίσσομαι σε λίσσομαι.

Hipponactis autem vna syllaba minor: qui frequens est Comicis nostris, qualis apud Terentium:

Si quippiam remisereint Philumena dolores.

Hipponactis verò,

εἴ μοι γένοιτο πάθδινος κακλήτε καὶ τέρενα. Nihil enim concin-
nuius hoc genere carminis.

IAMBICI SCAZONTES.

CAPVT IX.

Atque hi quidem Iambi recti: qui scilicet suis sedi-
bus pares atque æquales habent pedes. Primus Hip-
ponax senarium addito vno tempore sexto pedi claudum
fecit. Spondaeo nanque pro Iambo posito productiorem
dedit, atque Scazonta nominavit. Iccirco de Hipponacte
diximus in nostra Nemefi:

Qui claudicante fortius currit pede.

Alii eadem ratione *χοιλιαμων* appellant. Nonnulli A-
naniæ inuenum aiunt, non Hipponactis. In his illud ani-
maduertendum. Quosdam relicta quinta sedi Spondaei
pristina libertate, lentiolem atque adhaerentem reddi-
diffe versum. Nos id nobis neutiquam licere volumus.
quem admodum neque Catullus, neque Martialis: at Boe-
tius admisit. In quo viro diuino illud miratus sæpe sum.
quum enim plus posset, minus voluit. Contra Catullus in
his laxissimæ licentia. Boetii illa:

Quisquis profunda mente vestigat verum,
In se reuoluat intus lucem visus.

Nec magis diligens Theocritus, qui in Hipponactis
ipsius epitaphio sic scripsit:

ὁ μουσποιοῦς ἀδάει' ἰππὸν ἀναξ κείτη
εἰ γὰρ πονηρὸς, μὴ ποτ' ὄρξει τῷ τάφῳ.

Nos qui plus tria millia dedimus, experti sumus quid
in his fieri possit. Nullum enim carminis genus, quod fa-
cilis expeditiūsq; sese quærenti offerret, inuenimus.

TROCHAICA.

CAPVT X.

Similis modus & ratio Trochaicorum. Minimus eorum
 sverfus fuit apud antiquos monometrum hypercatale-
 cticum, quod Pancratium nominarunt. *οὐδὲ λοιδορῶν.*
Nulla iam fides. Syllabatim cæteri crescunt ad hunc mo-
 dum:

Ithyphallicum. *βαάκχε, βαάκχε, βαάκχε. Hinc ades Iyæe.*

Euripidium. *σὺ τύχη πάντων κερταίς. Fors dat, & tollis datum.*

Alcmanium. *οἱ καλῶν βίοι βίβαιοι. Impius spernit parentes.*

Bacchylidium. *οἱ καλῶν βίοι κατὰσχοι. Vita non est vita, si mala est.*

Sapphicum. *λέσβιδες κῶραι δέχθη μαλπῶν. Tende Barbiton puella Lesbis.*

Sotadicum. *πάντ' ἀρέσκειν καλὰ βούλομαι κύπρι. Nil mihi tecum impudica nil Venus.*

Archilochium. *ὦ ἰαμβος, ἀλλὰ σὶ προχῆμος ἄρδεις. Ira forti forte telum mens quieta.*

Sapphicum. *ἄλλος ελέγει πόσιν, ἔπος δὲ καρδίαν. Vrit æstus prata: cor Cupido lancinat.*

Sotadicum. *οὐχ' ἄλλος πονηρίας λῶ: τῶν δὲ αὐ σταντόν. Di-
 ra concitata fata literas trucidant.*

Archilochium. *δυστυχῶσιν οἱ σοφοὶ ποικυῶτες. Διτυχεῖς κα
 κῶι. Nulla fortuna fides: solet fouere pessimos.*

Hipponactium. *πῶς μέλει μοι τὸ κελοδ. τὰ κελ' ἔχουσιν οἱ
 κάμισοι. Esse primum præstat, his homi locis saepe necantur.*

Anacreonticum. *σὺ γέλωπι, καὶ ἔρωτι γῆρας ὄλθων ἄζον ἀ-
 τέχων. Vltimos dies venustulis Cupido condidat iocis.*

Quemadmodum igitur in Iambicis, ita in Trochaicis
 quoque authores sibi placuerunt. Quare dimetrum cata-
 lecticum Euripidion cognominatum est. Alij *λακύνιον* ap-
 pellarunt. Euripidæ illud est:

νῦν δέ μοι τῶν τεύχεων τὸ δύσμοις μολῶν ἄρης.

Ab Archilocho autem trimetrum catalecticum, cuius
 illud est:

Ζεὺ πάτερ γάμον ἴδου ἐδάπμιω.

Tetrametron integram Anacreon nobilitavit. extat
 eius illud nectarum:

κλῦθι μου γέροντος ἀέθειος χρυσόπεπλε κούρη.

Callimacho aut familiare tetrametru hypercatalecticu.

quale illud eiusdem:

ἔρχεται πολὺς μὲν ἀγαθὸν διενεῖ ἀπ' εὐνοίας χροῦ.

Dimetrum verò catalecticum, quod suprà Euripidum dicebamus, etiam Glyconium nonnulli appellarunt. Cuiusmodi Horatianum illud:

Non ebur, neque aurum.

SPONDIACA, MOLOSSICA, Dactylica.

CAPVT XI.

Spondiacis, quemadmodum suprà memoratum est, ad Saras vtebantur. Quia tamen æquabili sono adhærescunt, habiti sunt tum insuaves, tum rudes, atque sine artificio. non igitur admissi fuere ad poemata, quasi principes versuum, sed quasi substituti aut Iambis, aut Trochæis, aut Dactylis, aut Anapæstis. Itaque versus ille, tamen à Diomede recensitus est pro puro spondiaco:

Et leuēi ocrēas lentō ducunt argentō.

Tamen loco dactylici positus est. Eadem quoque ratio fuerit Molossicorum. Restat igitur vt Dactylica videamus. Ac primū quidem idēque minimum iam demensum in Trochaicis. Quippe Dimeter catalecticis Dactylum constituit. In *Lystrata* Arist.

Alterum monometrum hypercatalecticum: vt, οὐ πά-
ραν οἶ. *Vine, vale.* totus Choriambo cōstans vnico. quæ est vltima pars Pentametri Elegiaci.

Sequitur vsitatus dimetrum catalecticum, Adonium cognominatum. ὄλιθος οὐδ' εἰς. *Hec fugite lites.*

Post hunc Hymeniacum. καλλιόνητα νόξ. *Alme Talasio.*

Hinc Archilochium. τόξον ἡμεῖος ἔχει. *Omnia victor habet.*

Alcmanium. ἀμπέλινάταρος ὄζων. *Vina acium Venenis vini.*

Simonidium. ζῶα μεγακροσπῆ ἀδιδῶν. *Ira tyrannica sustinetur est.*

Alcmanium alterum. ἡδ' ὁ τέλος αἰτίας ἀρετῆς. *Nequitiam meditantur opes.*

Archilochium alterum. ζῆδ' πάτερ οὐ συγχεῖς νεμεσίσεις; *Virgo tuis oculis furit ignis.*

Alcmanium tertium. δὲν τόκος πάρθενη χῆμα, δίδου βίον.

Nul-

Nulla quies hominis sapientia.

Alcmanium quartum. ἄρμασι μὴ με φύγῃς περὶ φέγγος φίλα.
Ex oculis animus dabit indicium.

Stesichorium. ἄστρα, τύχη, μόρος, αὐτόματον βασιλεύει: Παρ-
ce prius scelerare manus fate diuis.

Simonidium alterum. πᾶν τοῦθεν ἐκ νεφέλης κρέμαται βίος.
Fide Deo sapiens bone, non tibi: tu nihil.

Simonidium tertium. χαῖρε πάτερ βιότοιο κέρου πάϊς ὑβό-
εου. Cuncta procax temere male numina iurat amans. Quod
genus est suauissimum. habet enim exitum Elegiacum.

Heroicum. ἐκ ἐγὼ ἀπίος εἰμι, θεός γα μοι ἀπίος ἐστίν. Quem
quare pyrrhichicum appellarint, equidem nescio. nulla
enim subest ratio. Non tua vita mihi, tibi sed mea vita
parata est.

Ibicum. οὔτε θέλων θανάειν σφοδρὸς ἴασεαι, οὔτε θέλων βιωῶ.
Aspice quàm miseros homines male sanus Amor quatit.

Alcmaniū quintum. φείδεο σπῆ χαρίτων ἄτερ αἰδῶος ἔρχο-
μεθῶν γλυκερῆς. Nulla decet rigidos reuerentia, nulla truces
pietas.

Stesichorium alterum. μήτε ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλισσα βάρυς
βίος ὃς θανατάδης. Prælia dira placent stolidis, quibus effera
mens stimulos dat.

Ibicum alterum. μοῖρα δὲ δὴ δὴ τῆρ κραινασφῆμονος αἰδρὸς
ἐστί βίος ἀπίστα. Parca ferox Iouis imperiis homini mala plu-
rima condidit.

Ibicum tertium. μελποῦσιν χαρίεσσα δέχου ρυθμῶν ἀφρι-
του οὐρανίων μελών. Nullus honor trepidis, gelidisque: patet po-
luis acribus ingeniis.

ANAPÆSTICA.

CAPVT XII.

QVi metiuntur Anapæstica, sicut Iambica, per μονομε-
τρῶν, binos pedes comprehendendo, vehementer
falluntur: errarunt enim errorem non ferendum.
Idem nanque modus qui & in Dactylo.

Stesichorium primum faciunt monometron hyper-
catalecticum: vt, Anapæstus.

Hunc sequitur Simonidium dimetro catalectico. σφοδρὸς
ἀτυχεῖ. Sapiens, bonus.

Post eum Itimium, quem vocant, statuunt. cuius duo
pedes integri. βίος ἐστὶ σκιά. Ades alma salus.

Choricum huic vnam addit syllabam. θεὸς αἰδρὸς αἰὴρ
πῶς. *Pietas male habetur.*

Aristophanium. σίεε πᾶν καὶ παρ' εἶδω. *Quate stulticiam
ioco.*

Aristophanium alterum. ἀγέ δειῦ ἐγὼ θεὰ σὺ μέλλω. *Domat
omnia fors rigida.*

Pindaricum. πόντα κηλίσπιν εἰς' αἰοίδα. *Animus cupidus
malesonus.*

Alcmanium. κρεῖα κινδύνα πόντος, ἔχει κηλός. *Stolidos qua-
tit ambitio.*

Archilocium. ὁ σαρὸς βίουτου κηλ' ἀνὶ μελετᾶ. *Venerem
pelagus fuge, bella fuge.*

Partheniacum. ἀστός διὸς ἀφ' ἑστίου εἶλε χάρη. *Periit bona
gloria Scaligerorum. Hoc & à quibusdam σιμμίειον appel-
latum à Simmia Rhodio poeta.*

Pindaricum alterum. θαμὰ βοτρύιεντα δίουσιν ἄδου. *Hedera
redmite virente veni Pater.*

Alcmanium alterum. γλυκῆς θαμῆτων ερυστὸς ὄλος
ἄπ' ἀοειτᾶς. *Nequit inter atrocía crimina stare fides.*

Stefichorium alterum. αἰάπαρτε χορῶν τέκος ἔλβω δὲ
κτύπον ἰδύω. *Cytherea parens venit: adde modos: rosa spiret.*

Simonideum. δότι πιερίδες λυγρῶν μελέων μαλεθρὶ ψόφον.
Iyra sissaviloquentibus ede sonos tenero: modi s.

Alcmanicum tertium. παταγεῖτε πόδες: λυγρία λάλη
διὸς ὁ θυγατρο. *Mavis induci, tenerique malacia veris adest.*

Aristophanium alterum, quo ille plurimum vsus est
ob commoditatem. Nos item multa lusimus. πολύμοχθ'
υἱέτα εἶλα ἀπαλοδονέες ἀμπυχε γᾶρας. *Veneranda, hilarisque,
nec orba vni, vir idisque senectus.*

CHORIAMBICA, ET

Præonica.

CAPVT XIII.

CHoriambica pura perquàm pauca inueni, iccirco inter
composita reposui, sicut & Præonica. Antispastico-
rum quoque ratio illis non adsimilis. Lusimus tamen
nos puris Antispasticis quædam non sine sale & aceto.

IONICA MAIORI.

CAPVT XIII.

Ionicum à maiori monometrum hypercatalecticum
I primo loco à veteribus recensitum est. ζῶν ἀρετή.
Virtus

Virtus mea lux.

Hipponactium dimetrum brachycatalecticum Καλὸν θεὸς ἄκρον. *O respice finem.*

Post hunc dimetrum catalecticum. τήρει σοφίην κελί.

Virtus melior regno.

Sequitur illud dimetrum acatalecticum. κελὸς βασιλευς ἄπυχεῖ. *Miles quate telum ferox.*

Hinc hypercatalecticum. ὑψιμεμέτης ζεύς ὀλοός. *Regina ome me pietas.*

Trimetrum brachycatalecticum οὐδὰς θανάτου σφυρὸν ἀνδῆς. *Frustra est fuga, si fata trahunt te.*

Hoc Praxileum etiam vocat Seruius.

Trimetrum catalecticum. πολλοὶ ἰψὶ αἰοίας θεράποντές τοι, *Author generis Brenne veius salve.*

Trimetrum acatalecticum. οὐπὲς σφοδαίσει πνὰ δούλων ευγάς. *Quenam timidis premia, si ille hac fugit?*

Trimetrum hypercatalecticum. μᾶτερ τερένων χαίρε μελῶν, κελίοπνη. *Fortiuma tyrannis adimit, quod dederat.*

Soradeum hoc vna syllaba maius. ὁ σκληρὸς αἶους σκαῖοὺς εἰ δὲ σύμωρος ἀπὴρ. *Tito maris iras videt è litore Nauta.*

Tetrametrum catalecticum. παῖ φράζω πῶς δῶρα βίου ζεύς ἐδίδω λάβου. *O conditor alti Æthens, atque incola placare.*

Tetrametrum acatalecticum. ζημία μῶρος ἦδ' ἀχαλίνων σωματων ἀκριβῆς. *Fecit satis, egram rabiem qui domuit fœmine.*

IONICA A MINORI.

C A P V T X V.

MONOMÉTRUM hypercatalecticum. Ἐξατὸς δέυρο. *Ades o Clio.*

Dimetrum brachycatalecticum. μέλος οἴνου τέκνον. *Tibi ridet rosa.*

Quòd hoc vna superat syllaba Timocratium vocant. γλυκερὸν λευθερότης. *Cane Musis milique.*

Anacreontium. ὄχλος ἄκρον κακὸν ὄζει. *Timor addit pedibus vim.*

Dimetrum hypercatalecticum. θανάτου σου αἰαμένάδωπι. *Memor esto benefactorum.*

Trimetrum brachycatalecticum. κύφρι μᾶτερ μετερόων φρογίδων. *Penitus me trahе tecum Venus.*

Trimetrum catalecticum, quod & Anacreonticum. *χρῆς μοι νύκταρ αἴουδρον μαλ' κών. Aganippes so boles Virgilius.*

Trimetrum acatalecticū, quod & Sapphicum. *γλυκυφόρου γὰς ὕμνοι λεοβίδος αἴρας. Miserrorum est mala vitæ dare ludo.*

Trimetrum hypercatalecticum. *παρὰ φείδεο δάκρυονα γερωνίης. Venus abiecta iacet, decrepito vati.*

Tetrametrum brachycatalecticū. *πὶ λέγεις θομέζ' ἔγωγ' ἔεῦρεν ἀλιτῆρὸν θεός. Lachesis eruda mea parce triumphis lura.*

Tetrametrum catalecticū, quod & Phalecium vocant. *θερχπέων φυχὰς αἰδω, φυχὰς ἐστὶ δαχμας. Mala mens magnanimos odit, & horret dominos.*

Alcmanium tetrametrum acatalecticum. *κακοδάμων, κακοπαράμων, κακοπίσμων. Sator autiste deorum pietatem pater auge.*

COMPOSITA ÆOLICA.

CAPVT XVI.

HActenus de puris, nunc Cōposita aggrediamur. Ac primum quidē intelligendum est, quemadmodum à Cōpositorum appellatione, monometrorū nomē excludatur: quippe μέτρον vñ tantum comprehendit vel dactylum vel spōdæum, vel choriambum, vel alios eiusmodi. Iambos verò binos, aut trochæos, aut pyrrhichios. quare si vnus Iambus coniungatur cum dactylo, aut choriambo, aut eiusmodi, non erit Monometria. nisi inter se illi coeant, ita vt Iambus cum Trochæo aut Pyrrhichio. Qua in re parum consideratè Grammatici loquuti sunt. Incipiamus igitur ab iis, quæ Æolica dicta inuenio fortasse à varietate. tamen si alibi scriptum est Eulogica. Dactylum vnum, pluresve in medio collocant. vtrinque statuunt è bisyllabis vnum pro arbitrio. Talem habes Pherecratium, in quo dactylus vnus duobus spondæis obsidetur.

Mentem spes alit ægram.

Sic etiam plures interpones, si velis, circumpositis pyrrhichio, trochæoue, aut Iambo, aut etiam spondæo. quorum exempla in his.

Phæbum constituentem mihi carmina,

M: si docta caret dulcisonis Calliope modis.

Nec est qui valeat doctiloquum scandere verticem,

Nisi

Nisi illi fauceat deus.

Item trochæum, aut alium ante duos dactylos, aut vnum dactylum, & vnum spondæum.

Hymen, o Hymenæe, Hymen

Hymen, o Hymenæe.

Suauissimum Sapphicum, in quo dactylus vnus singulis vtrinque dipodiis trochaicis clauditur. quemadmodum vsus est Catullus:

Seu Sacas sagittiferosque Parthos.

Quam qui licentiam vocarunt Grammatici paucæ fuerunt aut memoriæ, aut lectionis. Nam vetustus Sapphicus talis fuit, non autem è spondæo secunda sede. sic etiam vsus est Seneca: *An ferax variis lapidis Carystos.* neque enim dactylus est, sed trochæus. duæ nanque vocales in vnam coaluere. Sic priscum illud:

ἢ πίνος θεοῦ πίνος αἰσρός ἔσση;

Eam celeritatem spondæi mora castigarunt. quemadmodum penè omnes vtuntur.

Iam satis terris nixis, atque diræ

Grandinis misit pater, &c.

Perquàm concinnum & illud: quum antecedit duos dactylos Iambus, aut trochæus, aut spondæus, aut pyrrhichius. latæ enim licentiæ est.

κράτος ἢ νίχ' ὁ μαριόλης

ὁ δόντι σκυλεκτόνω

κύπριδος δάλος ὄλισεν.

Sappho verò etiam plures. cuius ille extat versus:

ἤρασαν ἠψὶ ἐγὼ σέθεν ἄτε πάλαι πόκι.

Scio aliter ab aliis secari per diuerfos pedes. Verùm hoc tibi præ oculis habeas, facillimum quenque pedem proponendum, vt promptior sese offerat oratio. Iccirco etiam cæsura inuentæ sunt, vt dactylis contenti essemus: neque cogermur abire ad choriambos. Pedes enim quadrisyllabi lentius subeunt animum scribentis. Itaque Asclepiadeum illud,

Mæneas atavis edite Regibus. nequaquam in secunda sede metiti sunt choriambo: sed dactylo & cæsura. Tum autem duobus dactylis: non autem choriambo, & iambo. Quare & versum illū priscum, quæ adducit,

ἢ κίσα πνᾶ θυμῆσας.

illi secarunt per epitritum, iampos, & cæsuram: quæ

dimensio quum sit diformis, neque hæret memoriæ, neque facile sese dat meditati. Nihil autem infelicius quàm animus poetæ distrahitur à sententiæ numerorum difficultate. Quare nos commodissimè eum versum metiti sumus, σπόδαο, dactylo, dipodia trochaica.

Λ Ο Γ Α Ο Ι Δ Ι Κ Α DACTYLICA,

& Anapæstica.

C A P V T X V I I .

HAud dissimilia hisce ea quæ λογαοιδικῶν nominarunt. In quibus post dactylos aliquot, aliquot item statuunt trochæos. Binis vtrisque Alcaicum constat, quo frequentissimè vsus est Horatius:

Prome sales sapos Thalìa.

Maius est vno dactylo illud, quod Praxilleum vocant à Praxilla poetria: cuius habemus versus illos:

ὦ δὴά τῆς θυρίδος κελόν ἐρκελί ποισσά
παρθένη τὰν κεφαλαὶ τὰν δὴ ἐνεργε νόμωα.

Quo genere aiunt vsum fuisse plurimum Anacreontem. Nos duos ex nostris satis operosos ponamus.

Pande sinus Cytherea, venit Cupido.

Pande Cupido sinus, Cytherea venit.

Cæsuram autem interposuit Alcæus longè lepidissimis numeris. cuius hi versus:

ἦρ ἔπιν διννοῦσῖν τῶ τυρέννο
τ' ἀριφρα λαμπακὰ κλάτ' ἐν μερῶα.

Quem modum ἐγκομῆ λοζικόν nominarunt, potes & aliter secare. Post duos dactylos, spondæo, & bacchio: vel dactylo choriambo, dipodia trochaica.

Anacreonticum autem illud ita inuerterunt, vt secti partes transponerent pusilla mutatione. atque lambelegum appellarunt. sic:

Tempus docebit quæ faciendatibi.

Plato autem comicus non vnam vt Alcæus, sed plures interposuit cæsuras: duas dactylicas primam, & postremam: iambicamque vnam in medio.

ἡμερὶ παλαμορόων ἀνδρῶν δεκατῆς σὺλλογι παρτοσῶων. Quisane numerus valde est aptus auribus, & facetus.

Sine cæsuris verò etiam post quatuor dactylos tres trochæos. vt,

Threicius quondam vates fide creditur canora.

Quo in versu recentiores barbari quidam in quarta sede spondæum posuere mala fide. nihilò sanè meliore, quàm quum Iambicos suos carcinomatum plenos edidère. Ponam vnum versum Archilochi, propterea quòd vetustissimum est:

ἴκτιθ' ὁμῶς θάλλεις ἀπαλὸν χεῖρα. κέρρεται γὰρ ἴδθ.

Alii pro dactylis quatuor, iambos sex posuere.

Fortuna flatu ventilat sortem truci Syluii parentem. Eadem proportio & in illo Boetii:

Si quis arcturi sidera nescit.

Anapæsticorum autem λεγαδικῶν ratio penitus eadem si vbi erant dactyli, anapæsti supponantur. Inter quæ etiam illud numerarunt, quod Archebuleum dictum fuit à Thebano cognomine poeta. Cuius postremus pes esset bacchius. ἀγάτω θῖος. οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῆσ' ἀείδεν. Archebuleum etiam Asclepiadeum illud de quo supra diximus, cognominarunt. Aiunt autem Alcmanem in medio spondæos immiscuisse.

Elegiacum quoque hisce iisdem legibus metiuntur. vt spondaicam trimetriam sequatur dimetria anapæstica: quam expressimus hic totidem vocibus, quo res esset magis perspicua.

Scribas pure versus, numeri subeant.

Elegiacum enim integrum est. iccirco accuratiores Grammatici me puero negabant cæsuram elegiacam esse posse breuem. quia sit prior spondæi syllaba. Verùm omnis cæsuræ indifferens est: neque caret ratione. sistitur enim in ea dimerisio. Et in saltationibus ad cæsuras pede terram feriebant.

COMPOSITA CHORIAMBICA.

CAPVT XVIII.

CHoriambica bacchio clauduntur suauissimè: vt
 ἄμνια τυράννη. *Ira necat superbos.* Aristophanium dixerunt hoc. quòd si duos ponas choriabos, Anacreonticum efficies.

Μουσαρχὴς μουσπαίτωρ Ὀμηρος. *Si thalamum virgo fugi, senesces.*

Et post tres, sic:

Οὐρανία σπιῦδε μέλο: πυκνὸν ἐπαγέλευσα.

Claude meos Parca dies dulcisona quiete.

Et post quatuor: quod vocant Callimachium.

τετραμερὲς μὲ εὔρε πόδος καλλιμάχου διοχρεῦς ποιητῆ.

Omnipotens fulminis auctor pietatis gentum tuere.

Dactylus verò etiam Bacchii loco elegantissimè ponitur.

φοῖβε πάτερ χαῖρε διδύς ἀγλαόφρονος βίον.

Flos Cytherea nitida lumina spiratrose.

Martianus Capella iambicam dipodiam addidit, sic:

Celsus equo Phænicea veste nitens ibat Arcas.

Idem post dichoriambiam statuit trochaicam dipodiam catalecticam. Id quod nos quoque fecimus in lufibus nostris.

Sidera quæ nocturnæ vertitis polum rotis.

Anacreon autem, & tribrachum dedit primo loco, & iambum secundo, bacchium vltimo. interpositis duobus choriambis. Cuius ille versus, quem Horatius imitatus, vbi sese ait in Olorem transformatum.

αἰαπέτομα δ' ἠ ἀπὸς ὄλυμπον πτερύγεσσι κοῦφαις.

Asclepiadeo autem quod supra posuimus, Martianus in prima sede attribuit dactylum: sapit autem Heroicum, veluti sic dicas,

Si tibi pro merit is sunt bona, bene est.

Nam sanè facillè efficias Elegiacum, sic:

Si tibi pro merit is sunt bona, diues eris.

In Glyconio vnicus tantum est choriambus: quod etiam Anacreonticum appellarunt quidam:

Acris mactat hyems rosam.

Quod si tres interpositos capiat choriambos, Archilochium nominant:

Fronti nulla fides sceptrigeri lupo.

Omnium autem suauissimum Anacreonticum alterum. Ex choriambo, duobus iambis, altero choriambo, & bacchio.

ἐν ποταμῷ πατέρεχομα πέντε φέρονται λαμπρά.

Quo Claudianus cōdiuit suum epithalamium, sine iambis interpositis, sed eorum loco choriambo.

Et Padus Electri feris admoduletur alnis. Addas iambos sic,

Scaligerorum inanium fata ruent superba.

Alii verò ab iambo cæpere, aut trochæo, aut spondæo & choriambos continuarunt:

Ades fatidico Dia viro Calliope.

Callimachus autem integrum poema conscripsit eo versu, quo Claudianus epithalamium. Ipsumque poema Bacchum inscripsit: ex quo versus ille:

δάμνονος ὁ στυμότατος φοῖβος τε καὶ ζεὺς διδύμων ἔχοντορ.

At Philicus Corcyrensis sexto loco posuit bacchium: cuius ille versus,

τῆ χθονίη μουσικῆ δὴ μακρῆτε καὶ περισφοῖνη κικλυμένη τὰ δῶρα.

Quem morem tanquam & nouum, & suum iactat illo versu,

κατορχεφούς σωδέσσης τῆς φιλικου γρομμιατικῆ δῶσε φέρεται
πρὸς ὑμῶς.

Tametsi aiunt Simmiam Rhodium poetam ante illum suis in poematis vsu esse. quippe ita obseruarunt in eo quod inscripsit, *πικικω*: & in altero quod dixit, *πταρυγας*. Neque enim Theocriti esse patet eo versu,

εὔρε ῥόδου γαλαῖς πολυπρεπταμόνοιο μέτρα μολπῆς.

ANTISPASTICA.

CA P V T X I X.

Idem legibus poteris tibi condere genera, & totidem, & plura in Antispasticis. Quomodo erat eadem proportio in Anapasticis & Dactylicis. Ac veluti trochaicos demta syllaba poteris efficere iambicos, & contraria antispasticos choriambis metiri. Multo vero pauciores inuenias puros antispasticos, quam puros choriambicos. Miscentur autem tum iambis, tum trochæis, tum cæsuris. sicut in eo quod Dochmaicum vocant, cæsuræ est in medio, & in fine. Extat autem Phocyllidæ vnus versus,

ελευθε μάλιστα τὸν ἐγχώριον.

Quem tamen longè facilius metiare, iambo & dactylo iteratis: ne ambages ambiamus. talis erit Latine, si voles,

Peregrine patere, atque abstinere.

Constituunt Præanicum Epirrito quarto, Antispasto, & iambo:

Arctum tende citus: spicula da.

Quem tamen commodius metiare spondaeo, & duobus choriambis. sic Græcum fecimus: *παρὰ παρὰ ἰη, ἰε παρὰ.*

Ad eundem quoque modum secabitur Pherecratium eo in exemplo, quod veteres adduxere. spondæis, & dactylis, & anapaëstis. neque differt à dactylo nouenario:

αἴθρες πρόχεται τὸν νοῦν ἰζηυρήματι κενῶ συμπίκτοις αἰα-
πάστοις.

Miris etiam modis partiuntur Asclepiadeum choriambicum, quale dicebamus. statuunt enim geminas dipodias: in principio trochaicam, in fine Iambicam: in medio antispastum vnum:

ἦλθεσ ἐν ἀσπαστῶν γὰρ ἰλασπαστῶν.

Horatius autem Epitritum quartū primo loco maluit. Quòd si ex primò trochæo facias iambum, fient duo antispasti primi, vt pro eo quod est:

Sublimi feriam vertice sidera: facias sic:

Acuto feriam vertice sidera:

Sic Phalecium ex Antispasto fuit primū, non ex Epitrito quarto. Non igitur abusus est Catullus, vt nugantur Grammatici: sed antiquam seruauit legem, quum dixit,

Meas esse aliquid putare mugas.

Alcaicum autem post spondæum Antispastos habet duos, sic:

ἀλκαῖον ἃ μούσα φίλα φίλε.

Viuunt bono lilia sub Rege.

Fuit idem poeta aliis quoque modis vsus Antispasto. Claudit enim iambo, qui est semiantispastos antispastos tres. Ita fit tetrametrum brachycatalecticum,

φίρω δὴ ὀρχήσων δὶδ' ὄμοις ἄσμε φίλον.

Fero dulcisonam Scaligero Phæbe lyram.

In quo si iambum transferas vltimum ad primam sedem: coniungas antispasti partes duas secti. sequentes erunt choriambi.

Catalecticum autem bacchio claudetur: cuius exemplum posuere:

πῆθικεν κυδέρει ἀλεξέ ἀδωνίς, τί κε θεῖον, Nostrum sic:

Himni fusus Adonis Veneris corda fatigat.

Hoc autem multis modis variarunt. Priapeum namque constituerunt alii aliter. Agnoscunt autem pro vero illud, in quo post Epitritum quartum, aut Antispastum, duo ponuntur iambi loco vnius antispasti. Postea antispastum

antispastum integrum. Ultimo loco antispastum mutilum, qui est bacchius. qua lege fit catalecticus. Heroicæ caudæ speciem præ se ferens. Quare aliter sic metiare. Iambo, choriambo, duobus iambis, dactylo, spondæo.

ἀσπον λυγρὸν δέχου περιερίττις ἄσπιντε.

Virentis decus hortuli fosse poma Priape.

Catullus aliter formavit. Trochæo, choriambo, antispasto, dactylo, spondæo:

Ὁ κολοῖα κῆρ ποντε λυδερ λογο.

Non defuere qui angelicum cognominarint à nunciorum celeritate. Facilius partiare ad hunc modum. Trochæo, dactylo, altero trochæo & cæsura. post quam eandem penitus repetas mensuram sine cæsura. vel dipodia trochaica, dipodia iambica, trochæo, dactylo, spondæo.

Euphorion Cherrhonesius dactyli sedem etiam trochæo impleuit eo versu:

οὐ βίβλος ἄ τελευτὰ τῷ νέου διονύσου. Item aliis aliter idem poeta.

κῆρ ἄ δὲ ἐξ ἀλεργασίας ἀργασίας ἦκο.

ὁ δὲ ἄν πηλοσπὸν κνεραῖος ἦτὶ τέλμα.

Alii ex Glyconio, & Pherecratio. ita tamen vt etiam spondæum recipere liceat in primam sedem. Quale nostrum,

Λατα φρονδε τεγας tibi tenta tela Priape.

Sapphūs autem recitant duo carmina huius generis, alia tamen forma. habent enim duos iampos, antispastum, iampos duos, bacchium:

γλυκίᾳ μᾶτερ ἦτις δ' ὠάμαρ κρέειν τὸν ἴσον

πόθω δαμῆστα παιδὸς βραδυαῖα δ' ἀρεθῆταν.

Ab eadem poetria modum alterum valde nobilitatum integro poemate. Alcæo quoque multum in vsu fuisse. Cuius structura sit ex tribus antispastis: verum ita, vt solita licentiā pro primo esse queat Epitritus quartus, & quarto loco τῷ ποδῖα iambica:

μῶσα πταί χαρμῶσιν μελίαν κηθεύουσι ἀμαί.

O Muse immitemum que choreas ducitis carentes.

Eiusdem fabricæ alterius modi, quo vsus fuit Alcman. Anapaistico simillimum admisso ad primam sedem Epitrito quarto,

ἀλλκῶνος γλυκίστη μοῖσα μέλος βάρηε δρόσις σεις.

Si me fata trahunt, quò retraham? velle malum, vi sit.

Huic etiam syllabam additam à Simmia. Ab Alcæo verò vsque ad quinque productum pedes. Cæterum infuauia sunt hæc, potiùsque recitanda, quàm imitanda.

IONICA A MAIORI.

CAPVT XX.

Ionica à maiori trochæo apposito miscuere. Cuiusmodi Telephilla vsa est cum cæsura.

ἀ δὲ ἄρτεμις ὠκὸρα
θεύρουσα τὸν ἀλφειὸν.

Sunt & pares attributi loci molossis, atque choriambis in eo, quod Cleonarchium nominarunt: quorum vnum recitant:

πὲς μὲν ὑδρίων ἠμῶν ἐφόρησ' ἰγὰ πίπτον.

Et quæ dicta sunt praxillea post vnum Ionicum capiunt trochæos ternos:

πλήρης μὲν ἐφάμεν ἀσπλάγνα.

Aeolæsum quoque modi duo. vnus duobus ionicis, & totidem trochæis,

Ensem date: da mi clypeum furenti.

Alter modus, cum quaternos apponunt trochæos vnico ionico:

Urge, ruge, pellec, ade, tunde, funde.

Et quo Sotades vsus fuit ex ionicis tribus, & trochæo.

Quemadmodum tribus ionicis trochaicam coniugationem, id est trochæos duos: quod Æolicum item nominarunt. propterea quòd Sappho id valde frequentauit:

Interitus euincam animi robore pertinaces:

Quibus tamen licentia allatum vitium aiunt prima syllaba correpta. Quemadmodum è contrario Ionicos trochaicis subdidere:

O triumphe lauro viridi tempora circumdato:

Sapphus afferunt versus, in quibus cōiugatio trochaica sequitur ionicum vnum. cuius tamen primæ demit vnum tempus, vbi libet.

Ἰδούμῃ δὲ ἀσπλάγνα
ἢ πλῆιάδες, μέσση δὲ
νύκτις. πάρα δὲ ἑρχοῦ ἄρα
ἰγὰ δὲ μὲν καὶ θύσθω.

IQNICA A MINORI

mista.

CAPVT XXI.

Videntur iure cōsanguinitatis trochæi misceri potuisse cū ionicis à maiori. quippe eadē vtrisque proportio: vt semissem posteriorē duplicet anterior. Ionicis autem a minore admiscuerunt & Pæonē, & Moloſſium sedibus imparibus. Ac præterea Epitritum, cum trochaicis coniugationibus puris tamen Ionici eiusmodi à Sappho & Alcmane produnt integra poemata scripta. Horatius semel tantum ausus. neque enim satis est numeros aut sententias fundere: iucunda sint oportet. Non solum igitur semel ille, sed etiam præparcè. Phrynichi ferunt tetrametrum catalecticum.

τό γε μέλι ζείναι δούται, λόγος ὡσαύτ' ἐλάτται.

Et alter Phrynichus comicus, cuius etiam meminit Aristophanes:

ἀ δὲ ἀνάγκη δ' ἱερῶσιν κερδερῶσιν φασίσομεν.

Inuertunt autem subditis aliis pedibus multis, atque Galliambicum appellantur: propterea quod Gallis Cybeles sacerdotibus multa scripserint eo versu posteri: inter quos Catullus pulcherrimum edidit, ita vt & castigandi, & imitandi sustulerit occasionem. cuius initium est,

Super alta vectus Atys celeri rate maria.

Quod carmen stulti Choliambicum Grammatici è triuio quidam, alii nihilo consultius Choriambicum somniarunt. Veteres autem & μητρικὸν à matre deum, & ἀνακλιώμενον à recitantis gestuositate, & Gallos imitantis appellantur. Pedes autem quos ingessere, fuerunt Pæones & Palimbacchius. Statuunt enim in prima fede, tertia, & quarta pæonem tertium. in secunda Epitritum secundum. Recitant autem prisca aliam Ideam iucundam admodum:

γαλαίμητρος ὀρενῆς φιλοῦρεσι δρομέσσι

ἄς ἔντα παταγέται, χάλμα κέρταλα.

Anacreon integras cantuunculas hoc construxit, cuius xetát vestigia in brachy catalecticis, quod circumfertur:

Μεγάλη δὲ αὐτὴ μὲ ἔσθ' ἔνοσην ἄστει χιλκλῆς πάλλαι.

Trimetri autem acatalecticis exemplum est apud Sappho:

Προσαλιζαυρ' ονερ κυπροχίμα.

Apud Anacreontem aliter formatum est, numeris longè omnium suauissimis:

δπό μοι θαπειν χήμουτ'· ε γδ αι' αλλη

λυσις· ει πόνων χήμουτ', εδ'· αμζ· τώνδε. Vbi solus Ionicus vltima in sede: cætera vt voles.

Alias quoque non tam leges, quàm licentias inueniamus. Veluti quum trimetrum catalecticum vocant illud,

Διονύσος αύραι βασιραίδες.

Et apud Anacreontem alternis ionico & anapesto, nõ sine fatali viro illi venustate:

Σικελός κομφός αύρ ποπ τών μέτερ' έφα.

PÆONICI MISTI.

C A P V T X X I I.

Pæonica miris modis mista sunt. In ipsis enim Pæonem rarum inuenias: sed Bacchium, Palimbacchiũ, Creticum. Secundum quos pedes varia genera fecere. Atque ea quidem quæ è duobus constarent prioribus nonnulli à lyricis legibus amouere. Mihi non placet eorum consiliũ, quippe Prisci Pæonicos modos etiam Rhythmi cos appellarunt, præterea subest ratio, nam si ea quæ construuntur è Cretico in Lyricorum censum relata sunt: etiam quæ Bacchio componuntur eandem rationem cõsequi decet. quippe Creticis dispositis necessariò Palimbacchiũ deprehendas: veluti hoc exemplo,

O Cretici frater acris byram redde Bacchie.

Creticorum autem exempla petes è Cratini fabula, quam Trophonium inscripsit. vbi iambos exhortatur ad excitandos Creticos.

έχαιρε δ' η γυω μουσαι κρητικον μέλος. ita subdit,

χαιρε μουσαι: χρονία εφ' ημεις ήμους.

Per initia tamen Pæonica qui scriberent, Pæonas omnium sedum fecère possessores, præter quàm vltimæ, cui Creticum peculiarum assignarunt, vsus fuit eo genere Aristophanes sæpe. Tetrametrum afferút è fabula quam dedit nomine χαωρηί:

έ πόλι φίλη κλέροπος αύ τοφουδ' αίτικιά,

ἄλλοι λιπαρὸν δάπνον, οὐδ' αὖ ἀγαθὸς χθονός.

Tametsi quartum Pæonem primi loco positum animaduertis ab eodem in eadem comœdia, non tamen sine primis totidem, altero catalectico:

ἔν' ἀγορᾷ δὲ πλατάνῳ εὖ διαφύτευσσιν,

& ἐν ποσσὶν δὲ τετραμετρίας, Creticum posuit in prima sede,

μήτε μούσας ἀνακλῆν' ἑλικοβοσφύχους. Mox autem in secunda,

μήτε χέριτας βοᾶν ἐς χερσὶν ὀλυμπίας.

Alii verò etiam tres Pæonas continuarunt, & in quarta fede semipæonem. vt sit tetrametrū brachycatalecticū

θυμολικὰ ἴδη μάχαρ φιλοφρόνης ἔχειν.

Pentametrum verò catalecticum edidit Theopompus comicus: quem iccirco Grammatici putarunt habere Creticum in vltima. Is versus Theopompeus ab eo dictus, quorum vnus ille,

πάντ' ἀγαθὰ δὲ γέροντι ἀδράπι ἐμᾶς δόξω σιωούσας.

Alcmana verò aiunt Grammatici exametrum fecisse è solis creticis. quod iccirco fuerit catalecticum necessario: ne, inquit, excederet tempora triginta. Hoc enim esse pro firma lege receptum à poetis. Versum adducunt,

Ἄφροδιτα ἄφρα ἔστι μέγρος δ' ἔως οἴα πάρος δέ.

Vbi quem errorem primùm castigem, nescio. Principio non est verum quod aiunt XXX. temporibus cohiberi longissimi versus tractum. Iam enim tum alios tum Pherecratium suprâ recitauimus, qui numerū illum, multis excedit temporibus: ἀδρες, πορχετε τὸν νοῦν ἐξευρήματι χραῖ σμπήκτοις ἀναπάσσοις. Deinde nego exametrum creticum acatalecticū excedere tricena tempora. Quina enim singulis si attribuas, cum numerum præcisè expleas. Tum autem quis non videt esse pentametrum hypermetrum: non autem exametrum catalecticum. Bacchyllidæ quoque vnum afferunt, sed nihil ad augendum eruditionem.

Nostrum est Pæonicū tetrametrum, ex duobus pæonibus quartis in prima sede, ac tertia, totidem subeuntibus alternis bacchiis. aded compositum ad saltationem vt nihil suauius. Eo sanè multum vsi sumus, duo ponam,

Rigida quid minaris muliebres furores?

μαχηρίου σοφίας ποθινὸν ἔς' ἄστρον.

Nostrum quoque inuentum ex tribus Pæonibus, & choriambo,

Misericorditer agenda capitis causa rei.

Item ex tribus trochæ & cæsura, pæone quarto, dipodia iambica.

Bacche Bacche Bacche. mi deus eris modo bibam.

Præterea ex pæone primo, iambo, pæone quarto, hypermetrum,

Lumina Venus ignea coru sciat.

EPICHO RIAM BICVM, ET EPI-
onicum, & alia.

CAPVT XXIII.

ITa vides confusas mixtiones. neque hanc ab ea, quam vocant *αιτιαθεω*, ad eò diuersam esse: quin inter ionicam quoque insertam videamus. Quare hîc contra Grammaticorum superstitionem, alia continuabimus potius tanquam similia, quàm addemus quasi diuersa.

Repetenda quædam accuratius. Inter quæ Sapphicum Hendecasyllabum, bina dipodia trochaica obfesso utrinque dactylo: quemadmodum à Catullo factum dicebamus,

Otium Catulle tibi molestum est.

Quod non licentia, sed eruditione factum videmus exemplo inuentricis. Sapphus enim ille,

ποικιλῆσπον ἀδάσκατ' ἀφεσδίτα.

Quinetiam doctiores aiunt ab Eupolide vitiatum superposito spondeo. verum falluntur hi. Authorem nanque habemus eandem Sappho multis in locis. Qui autem Choriambicum ipsum vocant, ita metiuntur: ut addant tertii trochæi syllabam priorem dactylo præcedenti. & dant *αι* præpositionem: quia bacchius additus sit præter leges choriambi. ut sit Epichoriambicum, sicut Epionicum.

Est autem Epionicum ionico à maiore constitutum, cui additus sit dactylus, tanquam impositus, sicuti bacchius choriambo in Sapphico. præcedunt autem ionicum

cum duo iambi, sic:

Io triumphum duc age Scaliger.

Is est versus ille, quo tam frequenter vsus est Horatius ab Alcæo mutuatus: à quo etiam cognominatum est. scicare etiam potes aliter. Post penthemimerim iâbicam si statuas choriâbum & iambum mox: aut duos dactylos. Iccirco nonnulli πολυχμέτισον appellarunt. admisit enim varios pedes, & cæsuras Eupolidis arbitrato: cuius illum adducunt.

κεκλήσθη πόλι πασῶν ὄσας κλέων ἐφορᾷ.

Mihi non videtur cum hoc nostro conuenire, vehementerque deceptos esse eos qui eundem putarunt.

Fuit & Alcaicum alterum, quod in vltima sede habet coniugationem trochorum. ex eplum ab Horatio habes nullum. neque apud Boetium, neque Serenum, neque Terentianum. vnum è nostris ponam,

Polum obsequendo frange puer superbium.

Primam verò syllabam in hisce productam dare potes veluti si ponas *Fatum*, vbi *Polum* dicebas.

Efficies autè Alcanicū si loco maioris ionici statuas minorem: & serues iambis sedes suas. Exempli gratia,

Io triumphe veni: da te mihi. quod est plenum venustatis.

Sappho autem more suo promiscuū dedit, pro iambis duobus ionicum statuens à maiore. Tum autem pæonas, & epitritos adiunxit. Illius versus hi,

ἔχει ἰσὸ ἀδρομέδα κεκλή ἀμφιβαν.

σαπφῶϊ τὰν πολύολλον ἀφροδίτῃ

Euripides ex iambicis & trochaicis, vt aiunt. Reclamat tamen πανήγυρις,

δήμητρος αἰῆς ἢ κέρως πλεῖ πανήγυριν σίβων.

Et alterum vna syllaba minus.

εἴως ἄνυχ' ἰππότας ἐξέλαμιν αἰήρ.

Nostrum autem inuersum. Antecedunt trochæi tres quatuor iambs.

Nox micat serena, sublustris Æthra fulgida.

Sic Alcanis habes suavissima carmina, quemadmodum & nostrum.

ἔστι μοι κεκλή πάϊς χρυσίστην αἰθέροισι

ἔμφερῆ ἔχουσι μορφαὶ κλείς τελευταπηπτα,

αἰπὶ πῶς ἐγὼ ἔλυθην πάσαν, οὐδ' ἐρδηνλῶ

κρυφαίαι λάβει μοι γάσον κρηῖς ἔδος κυθήρης.

Quorū primi tres mutuli circumferebantur : nos quartum edidimus. Anacreon autem iambicis coniugationibus addidit bacchium : vt aiunt Grammatici.

τὸν λυρῶπιόν ἢ ἑρμῆν σπαῖνον εἰ κομίζεις.

Mihi videtur iambicus simplex septenarius hypermeter. Cratinus autem choriambum : quale illud nostrum,

Placat tyrannos ciuium fufus humi cædo cruor.

A L I A.

C A P V T X X I I I I.

Quōd inter Anapæstica recensuimus Elegiacum, rectius à nobis quàm à Grammaticis factum est, qui post Epionica posuere. Ne quid prætereamus quod faciat ad eruditionem, illud monebimus præter ea quæ suprâ dicta sunt : Elegiacum veteres non cæsurâ semper, sed perpetuò tractu duxisse ad anapæstos. Ita apud Callullum habes vnum, & alterum :

Troia virum, et virtutum omnium acerba cinis.

Quam modo qui me vnus atque vnicum amicum habuit.

Et nos in Heroibus, quum Fabricium loquentem faceremus, imitati sumus oratione hispida antiquitatem,

Hu dominariæ ausim auri etiam dominis.

Talem habes apud Callimachum,

ἰσὸς τῷ διοσκρίδῳ χυρῖν.

Ithyphallicum alterum mistum ex dactylis quatuor & iambo: quemadmodum lausimus nos in ortis Ingratæ ex tempore inter sodales. quorum vnum illud,

Carmina Terpsichore malè casta fugiet.

Saturnici.

Fecimus tunc & SATURNICVM, sic enim vocant: ex dimetro iambico, & Ithyphallico,

Matuta quum vehis diem, tum stupescis agmen.

Cuiusmodi in Vespis Aristophanis. Sed & subiratæ tunc Amicæ ludens simul & scribens alterum poematum effudi simili genere carminis vno minus trochæo: cuius vltimus versus fuit,

Si Ippiter fastidiat, restat Orcus. haud diuersum est ab Alcmænico, de quo iam Archilochus huic pro iambico posuit, quod Partheniacum nominant. Ad hunc modum tu poteris,

Quate tympana tenta Cybeles ære tinniente.

ÆNTITOLOGIVM appellat, quod capit dacty- *Aemulo-*
 los duos, trochæos tres, *39.*

Prælia dira placent truci inuenta.

Illud quoque nostrum, dactylus, trochæus, dactylus,
 bacchius.

Si potes, in sinu dea quiescam.

Suauissimum & Alcæi illud, penthemimeri dactylica,
 & trochaica coniugatione,

Sæua puer Veneris conde tela.

Archilochus maluit iambicas coniugationes: veluti si
 dicas,

Astra micant facibus: sed me sopor liquit fugax.

Tale illud Horatii,

Scribere versiculos amore percussum gravi.

Inuersum autem sic facies: vt iābos dactyli sequantur,

Tranquilla blanditur quies, sidera dum vigilant.

Sic Horatius,

Nimisque deducunt Iouem. nunc mare, nunc sylua.

Est & illud ab Archilocho. Dactylus choriambos duos
 antecedens, sequentibus trochaicis coniugationibus ad
 hunc modum,

Sealiger accipe versus Lyricos missione molliores.

Quod inter Antispastica etiam connumerare potuisti.

Est & alter Saturnius, quem & *μείουρον* vocarunt. Quo
 vsus fuit Liuius Andronicus in Hymno Dianæ, solo iam-
 bó distans ab Heroico, qui in sexta sede spondæum habet.
 Tale nostrum poematum, cuius initium:

Proditor, atque rebellis arat sabulum Anglomedulus:

Vixque vmbra metit, atque famem spuit ore rabido. quan-
 quam Saturnium Pedianus vocat senarium hypercatale-
 cticum, qualis ille,

Malum dabunt Metelli Næuio Poeta. etiam fatidi-
 cos ex eo genere Faunos fuisse scribit Festus, atque
 Saturnium versum dictum à numinis vetustate. formam
 non explicat.

Et illud ex Epitrito quarto, choriambis duobus, bac-
 chio:

Te deos oro Sybarin cur properes amando.

Quem versum si acrius consideres, inuenias eundem
 cū sapphico, quem Epichoriambum dicebamus, gradio-

rem tamen interposito altero choriambo. sic enim facias.

Te deos oro Sybarin amando. Exempto altero choriambo.

Haud abfimilis apud Boetium. loco enim choriambi ponit ionicum à maiori.

Siquis Arcturi sidera nescit.

Eiusdem Archilochi alia quoque ponunt. Anapæstica cæfura, & trochaica coniugatione setquialtera. Quem tamen adducunt, is Iambum initio habet. *εξαμυιδη χρεϊ-*
λας χριμα τοι χαλιον.

Dramatica igitur licentia factum est acephalum: vbi pro anapæsto iambus positus est. Quale nostrum olim sine cæfura suauissimum:

Comes tenera Veneris non tener Cupido.

Alii non cæfuram, sed integrum spondæum interposuerunt: inter quos Cratinus, & nostrum illud:

Relinque tubæ strepitum vates: sic iubet Lyæus.

Alcmanicum. Dactylica vel spondiaca indifferens cæfura, & dimiter dactylicus catalecticus. Qualis apud Boetium,

Hæc quam præcipiti mersa profundo.

Quem potes dimetiri etiam spondæo primo & vltimo, inter quos duo sint choriambi. variatur autem ita, vt etiã pro choriambo Molossus ponatur apud eundem & pro spondæo dactylus:

Tendit in externis ire tenebras.

Venustissimus apud eundem Seuerinum, vbi tribus dactylis subditur iambus:

Falce rubos, filicemque refecat.

Iambico etiam quanto quanto libuerit, præpones Anapæstum: vt apud eundem,

Ferit icla corda morsu.

Nec minoris suauitatis idem author fecit carmen ex trochæo, dactylis duobus,

Et nihil manet integrum. Quod etiam vides ex aduersis constare dipodiis.

Aliæ quoque plurimæ non solùm sunt, verum etiã possunt esse connexiones: quas vbi moliri ausus fueris, attende imprimis concinnitatem. Sic Terentianus vir sane doctus cum inter se versuum membra committit, ponit operam paulò accuratiorem. Simplicitas autem latissima, planissimaque est disciplinarum via.

QVI ET HYLE. 173
COMPOSITA PER
cohortes.

CAPVT XXV.

VLtimus compositionis modus erat versuum diuersorum copulatio. Sunt autem diuersi aut genere, aut quantitate: Genere, quemadmodum in Elegia dactylico assuitur anapæsticus. Quantitate, veluti quum dimeter tetrametro subditur generis eiusdem. Nulla verò certa lex est. Tuo arbitrato poësin opulentiorem potes efficere hoc scribendi modo, iudicio tamen adhibito, nec venere neglecta. Quibus artibus temperamenta non vulgaria quæsiuere & Horatius, & Seuerinus. Hic etiam multò plura cooptauit. Audendum tibi quoque est, quemadmodum nos quoque fecimus: qui integro Ithyphallico, elegiaco ithyphallicum nostrum subdidimus:

O calumnia turbidis expetita tyrannis,

Cur seruilia barbari pectoris arma rogas?

Sic Capella solo Elegiaco monocolo quum sit vsus: contra Virgilius vnicò dactylo senario subdidit Elegiacos quatuor, diuino illo commento:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.

Sic vos non vobis mellificatis apes:

Sic vos non vobis vellera fertis oues:

Sic vos non vobis nidificatis aues:

Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quæ verò subduntur non vniufmodi sunt, nam aut eadem multa, aut non multa: aut diuersa inter se. Horatius nunquam subdidit plura tribus. Catullus etiam quatuor. vides & apud Claudianum. Seuerinus non nisi vnum. Pindarus immanem numerum. De his in choris satis diximus primo libro. Nunc etiam sic possumus.

Recurrunt aut per certa interualla: vnde Distropha, Tristropha, Tetraastropha, Polyastropha aut per incerta. Quibus certa interualla præscripta sunt, ea dicta sunt ἀπὶ τροφαῖς: & ἡ ἀπὶ τριῶν ἀκλαστων, quæ sunt liberiora, vocarunt ἡ ἀπὸ κροτῆων, quemadmodum Sapphiscis multis cum subnectitur Adonium, aut iambicis anapæstisve Sapphicum, quem ordinis contemptum præ se tulit Plautus per initia suæ Amphitruonis. Quæ verò penitus non recurrunt, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, ab aliis ἀπὸ κροτῆων dicta sunt. Cuiusmodi aiunt ab

Homero factam Margiten: in qua miscuerit iambicis *He* roica. Vbi verò diuifio per æqualia fieret, communi voce *ἑτερόσπορα* appellata. Cùm verò in plura scinderentur, *ἀλλοίόσπορα*. Grammaticis etiam suo more fatagere licuit. Monocola enim vocarunt *χ' ἑίχον*. quæ verò è diuersis constarent, *συσηματικά*. quæ ex hisce missa essent *χ' ἑίσι*: comprehendunt enim genus *χ' ἑίχον*, & addunt varietatem. iccirco etiam capiunt τὸ *συσηματικόν*. quæ diximus *δοπλελυόρα* tum *μονόσπορα*, tum etiam *ἄσπορα* vocata sunt ab illis. Simonides in Epigramate tria diuersa coniunxit.

*ἰδῆμα δις, γέμεα δις ὀλύμπια ἔστειραι ὠδῶν
ἢ πλατεῖ νικῶν σώματος, ἀλλὰ τέχνη
ἀρεσὸς ἦμος θρασυὺς ἀλείος πάλα.*

Theocritus autem etiam cum reuerfione:

*Ἀρχίλοχον χ' ἑἴσι καὶ εἴσιδε τὸν πάλα ποιητῶν
τὸν ἦδ' ἰάμβειαν ἢ τὸ μέρλον κλέος
διήλθε κηπὶ νύκτα καὶ ἄρος ἀῶ.
ἦεχ' μιν αἰ μούσαι καὶ ὁ δαίλιος ἦραπειν δόπονδρον
ὡς ἑμμελῆς τ' ἔχλυτο, καὶ πιδέξιος
ἔπια τε ποιεῖν, ἄρος λύσαν τ' αἰεθεῖν.*

Neque verò cogeris ad primum redire versum, aut sequentibus, si nolis respondere. Nam Simmias Rhodius in Securi, secundo versu primum retulit, quarto tertium, sexto quintum, semper mutata rhythmī ratione. In Ailis autem etiam aliter instituit. quippe primo vltimum consonare fecit, secundo penultimum, tertio tertium à fine: ac sic alios deinceps. Ouum quoque eiusdem memorant poema. Quòd quia non extabat, nos duo dedimus animi gratia: alterum minusculum, quasi Philomelæ: alterum grandius, vt fit Cycni.

O V V M

O V V M

O V V M

pusillum.

grandium.

στ-
 μίας
 ρόδιος
 μι εποίη-
 σιν ου-
 τας

ερανοῦ
 παντοδίκου
 πλησιόμορφος
 ἀργυρέην ὕδωρ
 εἰκατέχων μισόπυρ
 ὑπάτων ἀρχοῦδος
 ἰδέ τε ἄρχων διφυλῆς
 ὅς τὸ πλάγσιμμία
 γηστογυεῖ κύδος
 δῶκε τὸ δὲ αἰνῶν
 σκαλεφύρε
 πανδρασεῖ.

Hoc igitur genus scribendi à vetustioribus αἰτιότατον dictum fuit. quo modo integram cantionem certis intervallis iuvenes edidimus Thufco sermone. Ac quamquam ad agnoscendas carminum, & Stropharum, & Epodon, & Epirrhematum, & παρὰβάσεων, & ἀπικαπῶν distinctiones antiqui Græci multas excogitarunt notas: tamen Grammaticis suas triuiales superstitiones relinquamus. quas si quis avidius appetat, ex Aristophanicis fabulis consequi poterit. Vnum id in more positum apud Latinos fuit: vt in Strophis apices versuum plus marginis occuparent. Quæ accinerentur, aut succinerentur, subductiore linea coercerentur. Exempli gratia:

Ibis Liburnis inter alta nauium

Amice propu: macula. Et;

Vides, vt altum stet niue candidum

Seraçte: nec iam sustineant onus

Syluæ laborantes: geluque

Flumina constiterint acuto?

Quare audaculi recentiores, pauci iudicii homines, in prima Horatij ode carmina ita pinxere, vt alia exfarent, alia non: secundum apparatus sententiarum. Id in Heroicis, & Satyris, & Iambicis licet: in Lyricis non licebit.

CAPVT XVI.

Eorum quæ dicta sunt, partim non sine rationib. præscribentur: partim dum sequeremur antiquorum vestigia, æqui bonique consulimus. Antequam igitur accedimus ad ea, quæ reliqua sunt: quod suprâ leuiter attingimus, paulò accuratius retractem^r. Quærebamus quare ἡμιμερον dixerint potius, quàm ἡμιποδιν. Nûc verò venit in mentem alterius quæstionis. An verè sit, vt appellant, ἡμιμερίς. Nam syllaba, quæ duobus supereft dactylis, vna est: quonám modo fuerit semidactylus? Ternarius quippe numerus secari nequit. Quòd si dicas bina tempora illa syllaba contineri, quibus possit esse par duabus breuibus: acquiescam. At iambica penthemimeris qua ratione totidem tempora continebit? Quare non iisdem legibus ἡμιμερίς erit cæsura iambica, quibus dactylica. Præterea considerandum: secundi pedis simul cum cæsura tractus, si priori pedi comparetur: an dici mereatur ea proportio sesquialtera. Continet enim sic secundus quantum primus, ac præterea cæsuram, quod est dimidiú. Nam si numerum spectes syllabarum: verum sit in iambis, falsum in dactylis. si tempora perpendas: verum sit in dactylis, in iambis falsum. Ac viri quidem docti, quid esset, Sesequi, diligentissimè declararunt: vnde esset, non dixerere. Nobis in Originibus ita visum fuit. Sesequi, fuisse per initia, semis æquum. Idem enim est, quod ἡμιόλιον, Semistorum. Postea vsu extorquente coaluisse ad breuitatem. Inde Terentianus nouam posuit vocem, Sesequata. Quam vocem, Augustinus in libro de Musica malè fuit interpretatus. Quasi, inquit, se absque. Veluti dicas: præter se, id est suam quantitatem, etiam dimidio superat. Quod autem aiunt, rectè dici sesquitercium, quia Cicero ita loquutus sit: autoritate pugnât illi quidem: at eos ratio expugnat. Loquar equidem cum Cicerone, quemadmodum ille cû populo est loquutus: At cum illo sentiam, sicut ipsi sibi (sic enim dicit) rectè sentiendi rationè reseruauit. Quis enim dicat ἑπὶ τρεῖσιν idem esse, & ἡμιολιόν τρεῖσιν. Atqui sesquitercium, istud ipsum monstrum est, personatum vsus autoritate apud Latinos, cuius faciem apertam deprehendis
 in Græca

in Græca voce. Si est, Sefqui, idem, quod *ἴσιον*, semis supra æquum: quonam erit loco tertium?

AFFECTVS VERSVVM COMMUNES.

CAPVT XVII.

HÆ sunt leges versuum, in quibus etiam affectus nonnunquam designauimus. Veluti cum dicebamus, admitti pedes peregrinos. Vel vbi Acephalos quoque notauimus. Quare deinceps tum hosce, tum alios prosequamur, sunt autem affectus partim vitia, partim virtutes. Iique aut probati lege, aut permissi vsu, aut vsurpati licetia, sunt verò vel communes, vel proprij. Constituunturque aut in partibus, aut in qualitibus, aut in ordine siue dispositione. In partibus, vel tanquam in dictionibus, vel tanquam in pedibus. Non enim semper æquales sunt pedibus, dictiones. Itaque in quantitate versabitur res, vel continua, veluti cum dictiones tractu metimur, vel discreta, veluti cum eas numeramus. In qualitibus contemplantur rhythmum, siue cōcinnitatem. In ordine, cum disponentur aliter, atque aliter vel dictiones, vel pedes. Quæ à Grammaticis confusè omnia, multa curiosè potius quàm doctè, quædam etiam supersticiosè tradita sunt. Appositæ falsæ definitiones. Nomina inepta indita. Quæ essent multis communia facta quibusdam propria. Quibus pro ferula sæpe Philosophiæ regulam adhibuimus.

AFFECTVS A QUANTITATE.

CAPVT XXVIII.

A Virtutibus incipiendū. Rectum enim est sui iudex, & obliqui. Perfectū igitur versum dixere Græci *τέλειον*, cui nihil deesset, neque oratio, neque concinnitas. qui non sit coactus, & numerosus, tamen. sunt autem rarissimi cæteris, vni Maroni familiares: inter quos ille absolutissimus,

Infandum Regina iubet renouare dolorem.

Ineptè garruli Grammatici illibatos vocāt. Quin exemplum non bonum afferunt,

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro.

Principiò, non claudit sententiam. Item patitur collisionē. Tum duo pedes totidem verba terminant. Præterea si qualitatem, aut ordinem intueare, Bucolicum reperies.

cuius rhythmus non ita conuenit perfectioni heroicæ. Atque illi nominare hunc ausi sunt, illibatum. quum tamen ita definiant: Illibatus, qui nulla aucta, aut minuta, aut amputata syllaba formatur. Et vox ipsa Illibati, hoc loco sanè triuialis est. Nihilo verò felicius, qui perfectum putarunt eum quo omnes partes orationis comprehenderentur. nam & ineptum esse oportet versum eiusmodi, & inutilem. Multas quoque Epistolas diuinas M. Tullii legimus, in quibus non omnes sunt partes orationis: non enim Interiectio. quas qui dixerit imperfectas, verè erit Grammaticus. Eiusmodi versui nomen nos posuimus, *παμμερής*. Exemplum hoc habe,

πρὸς δὲ με τὸν δ' ὕσνον ἔτι φρονέοντ' ἐλάαιρο.

Ad me continuo, licet, ab fera verte precantem.

Simili fastidio afficere nos & altero, quod vocant *παί-
ζεμαίον*: quippe omnes literas tãquam tomentũ inculcarunt. etiã nos ineptiuimus:

Vix Phlegethon Zephyri quæres molo flabra Mycillo.

Extremam verò dementia professi sunt: quum etiam ad Dialecticam accedere ausi sunt. *ἰμωδικοδοδς*, inquit, versus ille est, qui vnum aut plura continet prædicamenta. Quisnam versus integrum comprehendit prædicamentum? aut quis non continet vnum? Quidnam dicas, non versu, sed verbo vnico, quod vnum prædicamentum non referat? Omitto nomen, quod non intelligo: nisi si tanquam sepem quampiam, aut baltheum prædicamentis circundare voluerunt.

Sentimeris Quare etiam *πεντημυρής* quosdam prodidere? neque enim potest aliquis versus capere pedes quinos, nisi quinaris. Sed fortasse fuerit is qui vocibus quinis pedes suos explet: sex in Heroico, in aliis alium numerum. Plurimum exempla hic animi gratia posita sunt:

Iupiter omnipotens: ori fluctendus auarus?

Parebit eius nutibus & atum piis

Mentem agram spes falsa seremat.

Ad partes id quoque pertinet: quum ab vna crescunt syllabatim voces. Homeri exemplum in promptu est:

ἃ μάλιστα ἀπείδην μοι κρηναὶς ὀλκιδ' ἄμμον.

Tale Virgilianum illud esse carmen potuisset, ad hunc modum:

Ex quibus insignis pulcherrima Deiopeia.

Hosce κλημενάς, quasi scalares appellantur: quòd per gradus ascenderent. Alii συεσφραειδείς, hoc est fistulares, à pastorali musico instrumento: de quo satis suprâ. Ita enim à minima canna ad maximam usque subibat. Non desunt qui Euryalicum ei nomen fecerint.

Eiusdem rationis erit, si recurrent quantitates: vt quinque syllabis desinat in vnam. quos Tibicines nominarūt.

Vectigalibus armamenta referre iubet Rex.

Tibicinem alii versum illū vocauere, in quo aliquid poneretur ad solam metri sustentationem,

Aspectans filiam immensam: & sic forte profatur.

Nā forte est pro tibicine in versu non autē ipse versus Tibicen. verūm hoc inter vitia quæ cōsistunt in quantitate.

AFFECTVS A QUALITATE.

CAPVT XXIX.

Qualitatis virtutes sunt, simplicitas, æquabilitas, maieestas, sonus, & eiusmodi.

Simplices ἀπλολόγοι appellamus. quo nomine etiam perfectos aliqui agnouere. Cæterū perfectionis pars est simplicitas. quam ita hic definitio. tractus dictionis & Rhythmi sine anxio delectu aut dispositione. est enim delectus in verbis anxius, veluti illud notarunt Critici Virgilianum:

Summâque ieiuna sanie infuscatur arena.

Ita habes etiam nimium figuratos. In dispositione etiam, quum malim anteponere Dactylū Spondæo, quàm Spondæum Dactylo in Dactylico versu. quum tamen simplicitas orationis aliud postulet. Exempli gratia,

Consilii fortis neruos Fortuna retundit.

Sic enim simplicius agas:

Fortis consilii. Sunt igitur ἀπλολόγοι, quorum dictio, & dimensio, & concinnitas simplex, ac inelaboratæ similis. Iccirco ἀπλοχήμενοι, etiam à nonnullis. Afferunt autem exemplum non malum,

Vrbe fuit media Laurentis regia Picis.

Simplicior tamen ille Ovidianus,

Regia Solis erat sublimibus alta columnis.

Incipit enim à recto casu. Per multa verò inuenias eiusmodi, vt & illud,

Dic mihi Damasta, cuium pecus? an Melibæ?

Hanc simplicitatem etiam si æquabilitatem appelles, non errabis. Videtur tamen æquabilitas in sono tantum, igitur erit pars simplicitatis. Non desuere qui simplices hosce nominarent *πολιτικούς*. Si à ciuilitate duxerunt, minus rectè, nam & pastoralia carmina, cuiusmodi vnum posui, talia esse queunt. Ad hæc, Politica, siue Ciuilia decet ornamentum, interdum etiam Pompa: quæ longè absunt à simplicitate. At si politos, non politicos intelligunt, ne id quidè semper conuenit simplicitati. quippe si anxius versus sit, vocibus ac numeris nimium compositis, aut dispositis aut disquisitis poliendus erit, vt subsidant tumida, & reducat ad illam æquabilitatem. sanè & politus fuerit, & erit simplex. at enim verò simplicitas illa quæ prima quaque inuestigatione sese offert nobis, nullo pacto polienda erit. Natiua enim est, neque torno indiget: hoc enim est Polire, quod *πολύν*. Itaque Horatius Græcorum os rotundum dixit: &, *Malè tornatos incudi reddere versus*. Quare eam speciem quam *κυκλοτελέες* dicunt, putem potius eandem cum politis. Exempla infinita apud poeas patrem inuenias. Lege totum tractum pestilentia in tertio Georgicôn. Anplius verò errarunt Grammatici. malè nânque definiuerunt. Politi, inquiunt, qui coherentè continuant orationem: hæc enim definitio omnibus conuenit illis, qui sunt contrarii *ἄνω δέποις*. Cohærens ergo rudis esse poterit, idem Politus esse qui possit? Exemplum Cohærentis siue subeuntis, impoliti tamen:

Prætextam in cista mures rosere Camilli.

Hosce *κυκλοτελέες*, teretes qui vocantur, non pessimè faciet. sunt autem contrarii inæqualibus: cuiusmodi sunt permulti Luciliani, & apud Lucretium non pauci impoliti. de Ennianis tantundè. neque Horatius in Senariis dactylicis felicior. Hos ego voco familiares, modò enim Latine & purè dicat, parum prospicit quid numeris futurum sit. Oratio pura, tractus serupei,

Quis sit, Mæccenas, ut nemo quam sibi sortem.

Neque melius multo qui streperis teretes, atque confragosis contrarios arbitrati sunt. aduersantur enim streperis molles, quos *μαλακοὶ εἶς* Græci. Exemplum ponitur à Quintiliano & aliis,

Mollia luteola pingens vaccinia calta

Et nostrum, *Luteola in viola calta: la pallidula.*

Quo loco etiam malè adducunt exemplum illud,

Torna Mimalloneis inflatur tibia bombis.

Neque enim teres est, sed vitiosus: atque relatus ad censum tumidorum, sicut & illud Horatii,

Nec circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

Præterea versus ille, quem adducunt, nō respondet definitioni. Neutiquam enim cohærent dictiones: sed simul cum quarto pede finitur tertia vox: simul cum voce quarta pes quintus. Alii verò Politicos, non vt illi, sed qui affectus includerent, appellarunt. At hæc differentia pertinet ad sensum: non ad dictionem aut numerum. Sicut & ille ἀπαρτιούριον vocant: qui comprehendit integrā sententiam. neque enim versus affectio erit, sed orationis. Apud quosdam ἀπαρτιούριον scriptum inuenio, id est suspensum: quia sequentem non requirit, in hoc ipso sui est.

Haud procul ab horū natura, quos μοροχηματικῶς Græci, nos Æquiformes. non eosdem cum iis in quibus æquabilitatem agnoscebamus. Hi enim sunt etiā alio nomine ἰσόχρητοι. Hoc autem pertinet ad qualitatem. non quod tantis aut tot pedibus constent, ne quis decipiatur: sed quòd similibus. idem nāq. omnibus sedib. pes. quare sequitur πῶ ἴδιον, vt omnes sint ἀνεταληκτικοί. mutaretur nāq. figura dempta syllaba. Rari admodum hoc genere apud auctores.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Nam ille Virgilianus, tamen pro Spondiaco ponitur à Diomede,

Et leuis ocreas lento ducunt argento.

Tamen tertius pes, vt sit Spondæus, passus est ad primam syllabam Synalœphen. Extat & ille Ennianus,

Olli respondit Rex Albai longai.

Itaque nonnullis placuit eos etiam κερδερῶς appellare. Puri nāq. sunt: neque quicquam admittunt peregrini.

Maiestas in carmine comparatur extra sententiam sono quodam nō fluido, sed sibi ipsi constante: ἰσμεκῆ Græcè dicam. Maiestatem verò Græci quo vocent, non habent. Absint oportet à vulgari sono: neque tamen tollatur in tumorem. qualia penè omnia diuini Maronis.

It nigrum campis agmen.

Sub mœnibus urbis aquantur.

Et quorum pars magna fui.

Quis talia fando

Myrmidonum Dolosum ve, aut duri miles Vlyssi

Temperet à lacrymis?

Sonori sunt itaque hi: sed cum gravitate illa *ἄμεικεῖ*, nō turgida: Idnori nānque sine maiestate multi: neque tamē vitiosi. Cum maiestate illi:

Postquam res Asia Priamīque evertere gentem

Immeritam visum est superis. & alia diuina.

Sine maiestate verò,

Ecce supercilio cliuosi tramitis undam

Elicir: illa cadens raucum per Lenia murmur

Saxa ciet: scatebrisque arentia temperat arua.

Quare minus commodē Grammatici definiuerunt: qui crepitan fragosam pronuntiationem, tales enim sunt fragosi inter vitia connumerati. Sonori autē pertinent ad magniloquentiā, quorū propriū est, implere aures sine offensa. Hęc nōnulli ausi sunt *ἰχμῆ* nominare: minus aptē. Est enim *ἰχμῶ* apud Aristotelem affectus vocis repercussæ. Quare hi erūt, vt quidā maluerūt, *ἰχμῶ* etc. *ἰχμῶ* autem, in quib. arte id elaborarūt, vt esset extremæ vocis responsio ac repetitio. Apud Græcos hoc tentatum primū. verūm frigidē sanē, vt in Epigrammatibus, & apud Aristophanem *ἠερμῶρα* *ἠερμῶρα*. Iccirco dixit Martialis, *Echo sibi Græculam non recantare*. Acutius Latini, quum ponerent orationem, ab eius extremo eliciebant partem, quæ præter spem malum bonūue significaret. veluti si dicas,

Fœmina dira viri nex est, et terribilis is.

Aristophanes in Equitibus, ex *μαχέσατο, χέσατο*. Itaque etiam præcedētia cola per interrogationem struxerunt ita, vt Echo ipsa acutissimē responderet, quemadmodum eo Epigrammate quod laboratum multo ingenio, multa arte, multo lepore, nullo pudore. Iccirco non posui:

Quisnam clamor? amor. quisnam furor? vror.

& quæ sequuntur.

Quod autem aiunt Grammatici vnā syllabam repræsentari, parum circumspectē loquuti sunt. quāto nānque plures, tanto acutius, *Fame, Aue, Magnus, Agnus, Plaustrum, Austrum, Fœmina, Mina.* & alia innumera. Quidam dixerunt esse vitiosa: quia in monosyllabam definant. Is primus error. non enim omnia. illud enim nostrum interlusus in mensa:

Quidnam

Quidnam significat Scaliger? Aliger.

Alatum podagra mancipium est? piuum est.

Præterea quot necessitas concinnitatis deduxit ad monosyllabum?

Moribunda procumbit humi bos. &c,

Inuenta sub ilicibus sus.

Sed de his in quarto.

In ea repercussione, vt esset locus accommodatior ampliori orationi, producta interdum est syllaba: aliàs correpta. Nonnunquam addita aspiratio, aut dempta. Aliquando mutatus sonus simul cum temporibus in diphthongo etiam affines consonantes suppositæ, vt *Clamor, Amor. Maximus, Imus. Sospes, Hospes. Hamo, Amo. Aeris, Eris. Echo, Aequo.* Hi igitur arte quæsitæ atque facti nequaquam erunt vitiosi, quod si subeat casu, aut incuria relinquatur, fortasse à Criticis damnabitur: vt illud Horatij,

Esse pares res. At Ausonii,

Exercet mentes fraternas grata malis lis,

arte factum.

Similis his æquè vitiosus Leoninus. Nominis causam *Leoninus.* ignoro. nam tametsi Leoni cauda est, tamen ea ventri nõ est, vel par vel similis. id quod talibus euenit versibus. nam quemadmodum in Echicis cauda caudæ respondet: ita in Leoninis cauda ventri. Quamobrem æquiucos quidam *Æquiucos* appellauere. Exempla,

Vir, precor uxori, frater succurre sorori.

Semipriscis adeò probati, vt sine illis quicquid scriberet, ineptum putaretur. Recentiores illud commenti sunt: puto esse Monachi cuiuspiam,

Hic iacet Erasmus, fuerat qui ridiculus mus.

Sonoris proximi sunt Vocales: iidem cum illis, nisi sonus esset remissior. *φωνητικὸς* Græci.

Quæque lacus late liquidos, quæque horrida dumis

Rura tenent. &c.

AFFECTVS A DISPOSITIONE.

CAPVT XXX.

ORdo siue dispositio pedum alia alii antefertur. De quibus in quarto accuratius scriptum est. pudet autem exempla ponere. Vnus enim quisq. sibi deligere potest: veluti quæ primæ sedi vna aut plures respõdant. eodẽ pede. Eos Græci ineptè *ποδμερεῖς. πὸς ἀναλογημερεῖς, aut m. iij.*

ἴσμεν αἶς, αὐτὰν τὸ πόδες, æquipedes.

Alia ratione disponuntur ἰσολογοί. neque enim tam partes respondent quam numerus syllabarum. vt inter æquipedes quantitas etiam numerare queas. Æquidicos Latini: nos Bipartitos, nam æquidici etiam tripartiti esse possint: vt,

Multa quoque bello passus dum conderet Urbem.

Quindecim enim syllabis constitutum, in tres partes eccare licet. bipartiti autem exemplum non bonum poëta Plutarchus ex Homero.

ἄριστον ὑπὲρ αἰνάδαυ, εἶσαν δὲ ἰσοδέχθαι.

Redundant enim in priore commate syllabæ duæ, si cum sequenti comparatur. Illud potius afferendum,

αἶς τε θεῶν μακρῶν, αἶς τε θνητῶν αἰσράπων.

Grammatici falsò definiuere à sententiis, quoties per antitheta comparantur, veluti illo exemplo:

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

In hoc enim est orationis affectus, non dimensionis.

Tantum autem valuit ordo, vt certo modo partibus dispositis, retro legendo alij euadant, qui dicuntur Reciproci. idque aut eodem genere carminis, aut diuerso. Ac diuerso quidem facilius. quare è senario dactylico catalectico Sotadeum fieri animaduertere: id quod irritis eo versu Martialis,

Nec retro lego Sotadem Cinedum

Exemplum autem habebis ex hoc,

Fata sibi Medulus fabricans est perfidus hostis.

Eodem modo Elegiacum efficit, de quo recurat Iambicus.

Altera regressu metra recursa meant.

Quorundam tamen ingenio factum est, vt relegendo eandem species referretur. idque aut eodem sensu, aut etiam contrario. Idem sensus,

Precipiti modo quod decurrit tramite flumen

Tempore consumptum iam citò deficiet.

Contrarius ex his,

Læus tua, non tua fraus: virtus, non copia rerum

Scandere te fecit hoc decus Omnipotens.

Quemadmodum circumferuntur & illa tam operosa: vt per eadem elementa fiat recursus, quem δῆλων suo loco appellauimus.

Signa te signa temere me tangis & angis.

Roma tibi subito motibus ibit amor. & illud,

Si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis.

Nos versus vnum commenti sumus, quem Proteum nominauimus: cuius verba toties sedes commutare queuit: vt innumeras penè facies ostendant:

Perfide sperasti diuos te fallere Proteu.

Illorum quoque natura pendet ab ordine, qui Correlatiui à Grammaticis dicti sunt. verùm ad pedes aut ad rhythmos nihil. verba ipsa modò regunt: vbi inter se respondent,

Pastor, Arator, Eques, Pavi, Colui, Superau

Capras, Rus, Hostes, Fronde, Ligone, Mams.

Quam speciem recentiores insuauis exemplo affectauerunt:

Instruit, inducit, iacit, admouet, extimet, urget,

Classica, tela, faces, tormenta, comitrua, classes.

Insuauis, inquam. nam & Leoninus versus est secundus. & verba aliquot respondentibus nominibus sua quibusque sede, minus proprio vsu ea appellant.

Est & apud eosdem species altera sanè plebeia. Concordantes vocant. in quibus voces quædam ita sunt communes duobus versibus, vt seruiant contrariis:

Et canis } *in syluis* } *venatur* } *seruat*

Et lupus } } *nutritur* } *& omnia* } *vastat*

Addiderunt huic classi etiam SERPENTINVM. quum reuoluitur finis eòdem vnde venerat. Ex Martiali & Ouidio,

Rumpitur inuidia quidam charissime Iuli:

Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido:

Attice crede mihi, militat omnis amans.

Verùm partium dispositio pro toto efficit hoc. in quibusdam verò affectum cognoscas, tanquam totius ad totum: id est non tanquam pedum ad versus, sed tanquam versus ad poematum. veluti quum repetitur versus in fine Epigrammatis, qui initio fuerat constitutus. vt apud Martialem: & Catullum, & nos:

Calue pessime, Calue pessimorum.

Cuius naturæ atque instituti sunt ii quos Intercalares

*Imercala-
res.*

dicimus. Apud Virgilium,

Incipe Mænalis. mecum mea tibia versus.

Apud Ovidium,

Imtia quid dubitas Deianira mori?

Apud Catullum,

Concubine mices da.

Est autem species eorum qui dicuntur interpositi. sic enim hos definiunt. qui saluo sensu tolli possunt: cuiusmodi sunt omnia ἑπιφανήματα & προσφανήματα. Græci παρεμβληνίπικς. quo nomine etiam Spurius recenset Cicero in Epistolis. Sic enim appellat Aufonius quos expunxit, quasi non γνήσιους, id est genuinos, siue germanos, siue suos. eo versu,

Quique notæ spuriiis versibus apposuit.

Mutantur igitur dictionum translatione aut recursum quemadmodum dicebamus. Non minus verò etiam temporum transpositione. nânque Iambicum aiunt primum fuisse versum senarium ex ore Latonæ, sicuti suprâ dicebamus,

in παμν, in παμν, in παμν.

Ex quo transpositis temporibus Trochaicum efficias: ad quem modum legimus apud Strabonem,

τε παμν, τε παμν, τε παμν.

Quem exceptum in sacris ad aras pro libamentis Spondiacum fecerunt, addito transposito tempore.

VITIA A QUANTITATE.

CAPVT XXXI.

Quæ suprâ memorabamus aut pro virtutibus, aut pro simplicibus affectibus, quæ euêta quasi quædâ atque ἐπιχειρήματα sunt. misceri necesse fuit etiâ vitiorû animaduersionibus: propterea quòd Gramaticorum errores identidè fuerunt castigandi. quamobrè & Ἰχάδεις, & Leoninos descripsimus, qui huc fuerant differendi. Nunc suo loco designabimus qui reliqui sint. A quantitate igitur, quod & suprâ fecimus, incipiendum: quàm proxima nânque substantiæ dici potest. nam vera substantia in carmine est ipsa dictio: in dictione quantitas. Est igitur vitium quantitatis aut in partibus principalibus, aut in partium partibus. In principalibus, veluti quum dictiones nimis longas aut nimis curtas infercimus. Illos

voca-

vocarunt μακροκόλους:

*Collacrymabantur Constantinopolitani
Innumeralibus sollicitudinibus.*

Alios non animaduertere. iccirco ne nomē quidem imposuere. Exemplum ponam,

Similis nex est trux, pax quid sit sub id, aut quo?

Est igitur in illis excessus, in his defectus. quemadmodum & in partium partibus: veluti quum desit aut abundat syllaba, vel syllabæ. Id quod fit in principio versus: ἀκεράλους vocant Græci, nos Mutilos. sic enim Horatius eum cui cornu videbatur ob cicatricem à fronte euulsum. Aut in fine: μειούρους Græci, quasi excudatos aut cauda minutos. sicut illi erant capite minuti. Aut in medio: κολλεοὺς Græci, & κολουώφρους: alii etiam λαχαροὺς, quasi inanes aut laxos: etiam strigosos possis dicere.

Ἀκέραιοι quare dicti? quippe caput carminis vna nequit esse syllaba. Capiti igitur pars deest, non caput carmini. Adducunt exemplum,

Fluuiorum Rex Eradanus. & ex Homero, βορέης ἔφευγε.

Quam verò bene, videndum est. Pes enim pedem representat, Anapæstus dactylum. Hoc dixere Græci ἀνὰ ποδῶν & ἀνὰ πᾶθειν. & Terentianus, vir summo iudicio & eruditione, ita censuit. poni posse in Ionicis diuersos pedes: Quod enim vnus amittet, inquit, acquireret alius. non igitur est ἀκεραλία, sed ἀπτεμία in Rhythmo. Iccirco ἀποκαλυμπτῶν quoque pro Dactylo poni videmus. Neque solùm illum, de quo alibi, quippe vocalis meritò fit commodior, vt *Genua, Ariete*. fit enim quasi consonans secunda vocalis in vtroque: quemadmodum etiam Spondæum facias ex illa voce, *Fluuiorum*. sed etiam manifestum: veluti apud Ennium,

Capitibus nutantes platanos, rectasque cypressos. βορέης quoque alibi βορῆας & βοῖρῆς scribitur. Ἀκεφαλώτερος ille apud Ciceronem, nisi sit mendum. Recitat autem è suo Mario in primo De diuinatione,

Arboris è trunco serpentis saucia morsu

Subiit ipsa feris transfigens vnguibus anguem.

Ex vero syllabæ defectu sequitur carminis mutatio. Iambicus ex Trochaico,

Tu dabis malum Metelle Næuis poeta.

Dabis malum Metelle Nævio poeta.

In medio autem strigosi illi deficiuntur syllaba: aut syllabæ parte, id est tempore. nam illi Maroniani, & ventre & cauda carent, casu non consilio: *Quem tibi iam Troia.* Aonius tamen poeta consultò quosdam tales fecit. id quod an laudem, suo loco dicam. A Callimacho nánque commissum aiunt: cuius inter Senarios illud insertum circumfertur:

τῶν οἱ φασὶ τεκόντες.

Multa exempla habes syllabarum aut temporum,

Omnia vincit Amor: & nos cedamus Amori.

Vesè illud in medio,

Limináque laurúsque Dei.

Hoc ad principium carminis: versus finem ibi Ennius:

Hic ubi cæsa ferè sunt millia militum octo.

Est enim in quinta sede trochæus, si legem seruemus. Ex Homero multa petere queas. fuit enim negligētissimus. In fine autem non penitus. vltima nánque syllaba nullum carminis corrupt genus, neque longa trochæū aut dactylum: neque brevis iambum aut anapæstum. sed in vltima dictionis syllaba penultima: vt apud Homerum,

Τρῶες δὲ ἐβήσαν ὑπὲρ Ἴδου ἀγέλον ὄφιν.

Me quam amo virgo ferox fugit auia, nulla redamans.

Contraria ratione Hypermetra Miuris. iccirco appellata ἑπικύλα καὶ πλεονασμὸν. quare autem προκεφάλους hosce appellarunt, quorum affectus esset in cauda? sanè malim eos ita dictos, quorum initia vna syllaba abundarent. Nam si coniunctio cogatur à versu poni in fine, nihil est impedimento quin sequentis versus principio apponatur prælata orationis dignitate. Hoc fit sæpe à Comicis: velut,

Meum gnatum si comparatum ita video,

Vt malit quæ volo, quam quæ nolo velit: feram.

Hoc, inquam, fit ad hunc modum, vt vides, nulla necessitate cogente, vt ea syllaba transferatur ad præcedentis finem, quia mutilus sit. nánque alibi est causa qua transferamus: quo supplementum fiat in locum syllabæ deficientis: vt apud Horatium ex Adonio auferimus ad integrandum Sapphicum antecedentem:

Grosshe non gemmis neque purpura-

Venale nec auro.

Ad priorem modum alio loco idem,

Labitur ripa Ioue non probante-

Vxorius amnis.

Contrà Hypermetris est quod demas atque induas insequentis syllabam per concretionem. Apud diuinū Poetam non semel,

Et dulcem musti Vulcano decoquit hnmorem.

Vinâque sulphura

Tecta Latinorum.

Quare Ἀλιχούερος libenter appellarim, & Ἐπούερος: ut illud, *Et nauifragum Scyllacæum.* nisi Creticum mauiis, *Nauifragum Scyllacæum.* Concrelescunt tamen interdum duæ in vnam. Ponam exempla principii, medii & finis:

Eosdem habuit secum, quibus est elata capillos.

Et leueis ocreas lento ducunt argento.

Atque hinc bullato spoliavit Amazona baltheo.

Contrarii ieiunis illis & strigosis dicuntur ἀροκάλιοι & ἀροχάστορες, ventriosi. superiori exemplo, & illo,

Inter se coisse viros & decernere ferro: si ita legas. Sed alii quoque sunt.

QUALITATIS VITIA.

CAPVT XXXII.

Qualitatis vitia in sono aut figura. Soni vitia duritas, quâ in nomine fragosi, & streperi collocarunt. Ac fragosi quidē sunt asperi hærentes: ab aquis sumpta metaphora, quæ obiectu scopulorum aut rupium quum detinentur, franguntur atque sonum edunt. Græcè παχεῖς. quale illud Homeri,

πυχάειτε, τετραχάειτε, διατρύειν ἔμπροσ χειρῶς.

Illud potes apponere,

Fraternas strages, perstrictâque strata cruore.

Streperos agnoscas in simili sono molliores: quos Rauolos à raucitate scitissima voce Latini dixere. Rauim nanque τὸν βορέχον Plautus. Græci hosce μιννεύς. quasi querulos aut querqueros. *At tuba terribili sonitu prociū a-re canoro Inscrupuit.*

Contrarii sunt his hiulci. Græci λαγαυῶς, nos inanes & laxos. Catulli illud,

Ebrio sa acini ebriofioris.

&c,

Vno in lectulo erudituli ambo. &

Insula Ionio in magno.

Hosce Græci κηκρωτους. ego potius ἀφώνους & πολυφώνους. nam κηκρωτους sunt ridiculi, aut incompositi, aut insuaues: velut illi,

Numerum cum nauibus æquat.

Et Troica castra. Et qui est apud Ennium.

O Tite tute Tatitibi tanta Tyranne tulisti.

Atque hos quidem, ne utiquam definias per repetitionem eiusdem consonantis: quemadmodum minus consultò fecere Grammatici. Non sunt enim semper vitiosi. quin etiam pro virtute quæsitum id aliquando: sicut in quarto dictum est,

Sale saxa sonabant.

Quæque lucus late liquidos.

Quare genus summum appellabo αὐτόφωνον, aut αὐτοσύμ-
φωνον. Specie vero vitiosam: veluti in superiorib. & in his,

Glauco, & Panopeæ, & Ino Melicerte,

Iactari quos cernis in Ionio immenso.

Quos tamen constat ab ipsis Poetis affectatos: tãtum abest vt pro vitiosis admiserint, quos quæsitos videmus, verùm in quarto exactius. Illud nunc dispiciamus: vitiosum hiulcum, & eum hiulcum quem poetæ probum atque etiam expetendum iudicarunt: an sub eodem genere quod αὐτοσύμφωνον diximus, statuere ius sit? Atque hoc pertinet ad metaphysicum primò, deinde ad Moralem: nam largè dare, est pro genere tum prodigis tum liberalibus. differentię verò additæ vel bonæ vel non bonæ, conficiunt species probas aut prauas.

Tumiditas quoque in sono est. vitium illud quidem, quod est contrarium sonoris. In id vitium assurgunt qui plus nimio conantur. à quo fortasse non abest Papinii,

Magnanimum Æacidem, formidatamque Tonanti. exhaurit enim spiritum.

Contrarii hærentibus & fragosis, æque nihilominus vitiosi, Fluidi. Sunt autem Fluxi, qui non consistunt, dum pronunciantur: sed dilabuntur, atque sese subtrahunt, quasi inertes operi. Hoc seculo vitium peculiare, ne moribus Epicureorum & solutorum animorum essent carmina dissimilia. Hi cecidere ab ea virtute, quam in Teretibus agnoscebamus:

*Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli,
Tres sumus. Hoc illi prætulit author opus.*

Figuræ vitium est in orationis modo, duplex: aut quum nimis sunt figurati, quasi cincinnati, & calamistrati, & spleniati, & stibiati: horum multos taxat Æschyli & Euripidæ Aristophanes. Alii contrà ad eò plebei, vt aliquando sordidi sint, illos κομψός, hos βδελυγός appellato. Illud vitium tolerabilius: rapit enim ac tenet auditorem, dum iudicat. Hoc pessimum: aspellit enim ab sese auditorem, dum nihil quærit, nihil recipit noui. λογροειδής appellatos inuenio: quasi similes solutæ orationi. Sæpe Catullus: vt in illis,

Troianefas commune sepulchrum Asiae atque Europa:

Troia virum & virtutum omnium acerba cinis.

Quod genus Horatius in sermonibus consecutus, habuit imitatores multos: Iuuenalem non habuit. Addidit enim facilitatem & amœnum sonum sermonis puritati. Cæterum in quarto commodius & exactius de hoc.

Ἀσωδέτους, verò quoniam ponemus loco? nam partium videtur defectus. Sunt enim quorum voces singulæ singulis pedibus inchoantur ac terminantur. Quare quemadmodam oratio ἀσωδέτης est, cuius dictiones nulla copulatione coniunguntur: ita versus, quorum pedes nullam vicini syllabam subeundo finiuntur. Aliis placuit ponere inter qualitates. Sanè est qualitatis vitium ex partium carentia. Exemplum Homeri,

Ἕρμιος εἶνεκα τῆσδε, σὺ δὲ ἰχέο, πίδαο δὲ ἡμῶν.

Nobis dulcia carmina, nobis dulcia vira.

An verò possit esse vitium dispositionis? Non enim videtur. Transpositis enim, vt libitum fuerit, dictionibus, idem modus numeri. Euenire tamen queat, si monosyllaba intercedant. Exempli gratia,

Nobis Rex sit talis qualis iam fuit ante.

Si enim commutentur verba, subibunt inter se pedes. Grammatici more suo turbas dant. afferunt enim exemplum disiunctarum dictionum, non pedum. Hoc autem est orationis, non versus,

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

Id quod nequaquam vitium est: sed figura laudabilis, quum enim multa habemus, fit quasi ἑπιμονή, vbi copula non additur. Sed de his in quarto.

Hanc speciem εὐρύθμον quare appellarint, subobscurum est. videtur enim potius ἀΐρυθμον. Haud tamen verum est, esse ἀΐρυθμον: neque verò εὐρύθμον. quare εὐρύθμον: quasi quum dicimus, subfalsum.

LEGES COMMUNES.

CAPVT XXXIII.

HActenus communes affectus. Nunc si quæ leges ad virtutes adducunt nos, aut à vitiis amouent: tãquam affectuum causæ more nostro subnectendæ. Est igitur prima lex ab antiquis sancita atque recepta: Versus à monosyllabo, qua scilicet ratione suprâ docebamus, ad tricesimum vsque temporum tractum deduci posse. Icirco maximum versum τριακοντάσημον vocauerè. Et Demetrius Phalereus metri concinnitatem suo stomacho præscripsit. Consistere nãnque potissimum intra Hexametrum: idque addito elogio non infaceto.

Γελοῖν γδ, inquit. τὸ μέτρον ἄμετρον ἔσθ.

Postremæ syllabæ nulla ratio habetur. quare neque longa purum Trochaicum, neque breuis purum Iambicum vitabit.

Vt Hypermetrorum vitentur incommoda, nulla pars à sequenti accipiatur, aut ab illo excipiatur. Hoc tamen Lyricis & Choris Græcis nequaquam obseruatum esse, vulgare iam est. suprâ posuimus aliquot exempla. Catullus non solum in Epithalamio, sed etiam in Hendecasyllabis licentia vsus est:

Quanam te mala mens, miselle Rauide,

Agit præcipitem in meos iambos?

Aut quum id quod in priore supererat, tanquam legitima pars inchoabit posteriorem: vt in illo de quo diximus, Horatii,

Groſſe non gemmis, neque purpura Venale nec auro.

Sic habes apud Simonidem in epigrammate,

ἢ μὲν ἀθλιώτατοι φίλος γλυκεῖ λυτὴ ἀρετῆ-

γαίτων ἵππαρχον ἢ γὰρ καὶ ἀρμόδιος.

& Nichomachus in Elegiis,

ὦσα δὲ σοὶ ὁ κλεινὸς ἀνὴρ ἔδωκε πῶσαν διαπλο-

δωρος. γυμνάσις ὄνομα τῆτο κλυτοῖ.

Atque in his quidem pudor ac venia ob nomina. At

Theo-

Theocritus,

ἐκ σέθεν ἀρχοῦσσι αἰ πότνια, κηδίδεμοι δὲ
αἰ ἀδαγάτων αὐτοὶ πλείον' ἔχουσι βροτοί.

Mediocrior. Cratini audacia, κάπλαις,

ἀλλ' ἔχει δωματὸν ἔστι. ἔ γδ' ἄλλο παρο-
βέλευμα σείζουσι.

Aristophanes quoque Ἀχαρνέυσ,

ἀλλὰ νῦν λέγ' εἰ σοὶ δοκεῖ, τόνδε λακκο-
δαμόσιον αὐτόν, ὅτι παρ' ἑσέθεν σὺ 'στὶ φίλον.

Ovidius autem in quarto de Ponto, dum non vult aures
lancinare fœditate, lacessivit versuum tractu,

Lex pedis officio, fort unâque nominis obstat:

Quâque meos adeas, est via nulla modos.

Nam pudet in geminis ita nomen scindere versus:

Desinat ut prior hoc, incipiâtque minor.

Deinde ab his lascivè lusit in nomine Tuticani, quæ ibi
legeris. Critias quoque quum scriberet Elegiacum, ne-
que Alcibiadz, quem celebrabat, nomen dactylicis ca-
peretur, iambicum intrusit. Ponam igitur exempli gra-
tia potius quàm concinnitatis: est enim duriusculus.

Καὶ νῦν κλεινίου ἦδ' ἀδωμάου σφραγίσσω

Ἀλκιβιάδην νόμισσι ὑμνησαί τοι ποικί.

Οὐ γάρ ποτε ἴω τῆμιον ἐφαιμύζειν ἐλαγείφ:

Νῦν δ' ἰς ἰαμβεῖον καίονταί με ἀμάτρωι.

Illud item multi curiosè servatum volvere: ut senten-
tiæ simul cum strophis absoluerentur. sic etiam in Elegis.
Verùm non ignobiles Poetæ id suo arbitrato neglexer.
Etiam Ovidius ipse, qui legū istarū fuit observantissimus.
Horatius quoque solutus ea cura fuit. Catullus vnicâ pe-
riodū multis explicat Elegis, secutus Græcorū licentiam.

E Grammaticorum minutis præceptionibus serò e-
vadere possumus. εἶχον esse volvere partem μέτρον. quæ
tamen pars neque minor esset trinis coniugationibus,
neque maior quaternis. Quod autem minus esset tribus,
si plenum erat, neque vlla syllaba deficiebatur, appella-
runt Membrum, μέλον. quod deficeretur, κόμμα. id est
precisionem, siue melius, præcisum. Verùm hæc atque e-
iusmodi, ut quisque volet.

CAPVT XXXIIII.

Iambicorum sedes puræ & propriæ fuere per initia, sicut & aliorum. verùm quum Poesis sit imitatio naturæ, natura verò ipsa rarò simplicia commentetur, eaque ad compositiones potius perfectorum: iccirco hæc vt exactius explicarētur, admitti necessariò sunt alii pedes, quorum notis res ipsæ, quæ essent variæ, designari possent. Insertus igitur spondæus sedibus imparibus. Eius siue consilii siue consuetudinis ratio declarata est à nobis in septimo horum librorum. Anapæstus quoque ingessit sese, non sine magno decore. est enim pes admodum nobilis. isque non solùm sedibus peregrinis, id est imparibus, sed etiam legitimis. Id quod apud omnes Græcos videre est. De dactylo quid dicendum? nam si spondæus interponitur, quare non & dactylus? fortasse quia trochæo similior: à longa nânque incipit. anapæstus iambi naturam imitatur: à breui enim capit initium. Nos tamen in Nemese numeris ita consulimus, vt metum & fugam de qua loquebamur, exprimeremus. Quum itaque posset sic, vel luculento carmine,

Illiberali excussa sunt metu omnia.

Maluimus ad hunc modum,

Illiberali excussa sunt omnia metu.

Verùm hæc potius ad quartum librum spectant. Apud omnes passim in iambicis dactylus inuenitur. In septimo horum librorum posuimus exempla, quibus in vltima sede sit tribrachus. Illis etiam hunc addes ex Alexidis Hippisæ fabula,

ὡς ἴδρα κείνη πρὸ πάλαι τὸν ἠμίτερον.

Scazontes

De Scazontibus alibi diximus, Tum Græci tum è Latinis Boetius in quinta sede spondæum statuere (is enim in iambico recto ibi quoque collocatur) non dubitauit. Nos puriorum autoritatem sequuti, negamus id ita factum oportere aut decere: sed iambum semper ei loco deberi: ne versus tractu ipso tam moroso languescat.

TRO-

TROCHAICI.

CAPVT XXXV.

Trochaici ad Iambicorum leges quàm proximè accedunt. admittunt enim spondæum, dactylum, anapæstum, tribrachum, proceleumaticum. Eò differunt; quòd sedes impares seruantur intactæ: idque multo diligentius quàm in Iambicis pares.

Comici tamè nostri tam hosce quàm Iambicos adeò contaminarunt, vt omnibus locis hos omnes, atque etiam ipsum Creticum indiderint: quemadmodum fufius in Epinomide scriptum est.

ANAPÆSTICI:

CAPVT XXXVI.

Anapæstici longè laxiores. omnes enim sibi pares admittunt pedes, dactylum, spondæum, proceleumaticum, nulla sibi propria seruatâ sede: adeò vt toto in versu Anapæstico sæpe anapæstus nullus inueniatur. Atque ex Anapæstico Dactylicus plerumque fieri queat. quemadmodum noster ille:

Nulla fouet pietas pietatem:

Pietatem nulla fouet pietas.

Quinetiam fabularum authores Anapæsticum iambo contaminarunt: vt apud Archilochum eo versu,

Ἐρασμονίδ᾽ ἠχαρίλας:

Nam quod aiunt etiam à Cratino factum, fortasse verum sit: neutiquam tamen eo versu quem adducunt ex eius fabula Ulyffe,

Νέφος ἕσπετον πόδι ὀρούμαι.

Est enim trimetrum hypercatalecticum, quod ob quædam prouerbia, Prouerbiale cognominatum est.

Ποτὲ δ᾽ ἄρτεμις ἐν ἐκόρευσε.

Καὶ κόρυθος ἐν λαχαίισι.

Esti multa prouerbia aliis versibus. Multi versus eiusmodi sine prouerbiis. Dactylus tamen contra leges videtur admissus. Nam tamen est *ἰσοῖσοπία*, id est æquipollentia: tamen est *ἀντιδιάθεσις*, contraria dispositio. Itaque in Trochaico iambus nullus, neque in iambico trochæus vllus. Spondæus autem non iniuria missus fuit. Est enim par *συλλήθει*: id est temporum comprehensione. Quòd si verum est, nõ est verum quod dixere,

versum illum esse catalecticum,

ὅτ' ἐγὼ τὰ δίχημα λέγων ἠΐδειν.

Etenim in longa penultima duarum breuium comprehensio est. Eiusmodi tetrametra Archilochia supra vocabamus: alii malunt Aristophania. quod nomen non quit deduci tanquam ab inuentore ab vsu. Nam Cratinus ante hunc, & ante illum Epicharmus eo versus genere vsi sunt, atque Epicharmum quidem eiusmodi mensura duas aiunt scripsisse fabulas. Quinetiam apud Aristoxenum Selinuntium, cuius ipse quoque meminerit Epicharmus, talem versum inueniri. Fuerunt autem huic similia carmina, quæ vocarunt Laconica, in spondæum, non in anapastum desinentia: è quibus illum circumferunt,

ἀγορ' ὦ σάρπας ἐνοπλοὶ καῦρεσι.

Nihilo deteriore lege conditur proceleumatico. est enim ἰσόχρονος. quo vsus est Aristophanes:

πὶς ὄρα βαθύκομα τὰ δὲ ἐπέουτο βροχῶδ.

Vt non immeritò nonnulli πυρίχημακὸν appellarint. & sanè sapit hyporchemata: de quibus libro superiore fati.

DACTYLICI.

CAPVT XXXVII.

Dactylicis castigatioris spondæum tantùm interponunt: rarò proceleumaticum. Siquis alius interuenit pes, licentia est. Nanque & iambum & anapastum videmus apud Virgilium. Etiam Creticum putarunt Grammatici illum:

Insula Ionio in magno.

Ego nihil minus. nam Græcorum exemplo diphthongi amittunt tempus vnum sequente vocali. Proceleumaticus autem, quemadmodum alibi quoque diximus. aut expressus est, vt *Capitibus*: aut non, vt *Ariete*. in hac enim voce quasi trisyllabum sonum audis, vbi voles, facta tertia litera ex vocali consonante: sic & in illa, *Gemma labant*. Potes enim audire, *Genua* tanquã dissyllabum Eadẽ ratio apud Horatium in nomine, *Nasidiens*: & in voce *Pituita*: sed de his alibi quoque, vt dicebamus.

Nobilissimus dactylicorum Senarius catalecticis, multas inuenit pro re appellationes. Heroicus dictus, qui bella caneret. Orpheus, Linus, Musæus, Homerus, & alij

alij ad Hymnos transtulere. Idem Musæus etiam ad amores, verùm tragicos. Hesiodus, Nicander, Aratus, Oppianus ad narrationes ac præceptiones. neutiquã tamẽ nomen illud illustre propterea mutauere. Dictus Heroicus etiam Pythius, quia inuẽtum Apollinis prædicarent. Tradunt enim Phæmonoen primam extitisse quæ eo carminis genere Delphis fuerit vaticinata.

Ab ipsis dimensionibus etiã consequutus est alias atque alias appellationes. *κατεπιπλοῦν* nominarunt, cùm binis dactylis singulos apponis spondæos. insurgit enim cùm dactylo an pugnam, & pedem figit in spondæo, vt manum conserat: deinde duobus dactylis præliatur: tum quiescit in victoria cum spondæo: Rarum carmen est:

Eruerint Danaï, quæque ipse miserrima vidi.

Periodicum verò est alternis, incipiens à dactylo:

Italiam fato profugus Laviniaque venit.

Bucolicum, vt quintæ vocis & dactyli idem sit finis: vel dactyli, inquam, vel spondæi, multis exemplis.

Tyrræ tu patula recubans sub tegmine fagi.

Sapphicum dactylos quatuor duobus claudit spondæis:

Claudere dactylicis acies geminis spondæis.

Spondiacum integrum rarum inuenias. Lucretii ille est in sexto:

An cælum nobis naturam intro corruptam.

In trimetris autem dactylicis, vt spondæus primo fit loco: qualis apud Boetium,

Cum Phæbi radiis graue.

Inter quos alios eiusmodi & quæres & iudicabis.

H E N D E C A S Y L L A B I.

C A P V T X X X V I I I.

TAm Phalecii quàm Sapphici Hendecasyllabi temporum variationes passî sunt. Diximus enim Sapphicum genuinum obsidere dactylum binis vtrinque trochæis,

Sen Sacas, sagittiferosque Parthos.

Quem postea fecerunt stabiliorem, secundo trochæo in spondæum mutato. Phalecium autem verum iisdem tantùm constare pedibus, trochæis & dactylo. quare primum esse trochæum oportere. quem quum in spondæum mutatum viderat Catullus, ausus est etiam iambum, alij

etiam pyrrhichium substituere: neque id inepté. *Lasci* ui enim maximè omnium sunt. Quibus igitur omnia canere liceret, omnibus quoque modis & posse & decere iudicarunt.

IONICA A MAIORI.

CAPVT XXXIX.

Ionicis à maiore non minor iniuria, quàm anapæsticis facta est. Ita epim profiteetur Teretianus, vsum sequutus, non rationem. Pedes diuersos inferi posse: modò constet tēpora, neque sedibus, neque cōiugationibus vllis seruatīs. Quare eorū quempiam quī legis aliquando, nihil minus agnoscas, atque Ionicum à maiore. Eo ille carmine & frequens est, & feliciter vitur. quare qui vlet inde perat. Summa tamen hæc est: Quum tres Ionicos à maiore pedes posueris, semipedem subdis, id est duas longas. Quare quum longas omnes in breues queas resolvere, colliges duas & viginti syllabas breues: quæ proceleumaticos quinque ac semissem cōficiunt. Exemplum non posuit Terentianus, sed curtum illud,

Perit, abit anipedis animula leporis.

Nos tamen, quemadmodum dicebamus, & longifimos & multos dedimus. Quòd si primam tantum syllabam longam corripas, fiet primus pes anapæstus. exempli gratia. pono versum hunc integrū, non corruptum.

Hic integer & purus erit versus amœnus.

Sic mutato,

Hic & integer,

Quòd si manente prima longa, secunda dissoluatur in duas breues. fiet dactylus, sic:

Hic breuibus & impurus erit versus, &c.

Atque ita aliis quoque locis eueniet. quare post duos Ionicos, aut eorum totidē vicarias syllabas tres trochæos inuenias: vt in illo,

Post Ionicum bis positum dabit trochæos.

In tertio tomo de Sapiētia & Beatitudine, ex septem trochæis dedimus, & cum cauda Elegiaca, ad varietatem.

E L E G I.

CAPVT XL.

Elegi inter dactylicos aut anapæsticos erant statuenti. Caterum ob varietatem distraximus, negant quidam

eam præcisionem siue cæsuram Elegiacam esse breuem posse. adduntrationem, propterea quòd si anapæstis metire, nequeat còsistere. necesse enim est tertium pedem esse spondæum. Quòd si penthemimeris illa sit breuis, iambris fiat. Nos in nostris poematiis eam legem nequam seruauimus, maximorum exemplo virorum. Catulli illud est,

Perspecta exigitur vnica amicicia.

Ilud Propertii,

Vinceris aut vincis, hæc in amore rota est.

& ille,

Aut pudor ingenuus, aut retinendus amor.

Ilud Tibulli,

Lacteus & mistus obriguisse liquor.

Hæc Ouidii in quarto de Ponto,

Indignus effectus omnibus ipse magis.

Præterea apud Simonidem in disticho, quem modo posui, id neglectum est. Horatius quoque in alio versus genere æquè cæsuram illam breuem admisit. Quinetiam Virgilius roties, non in ea syllaba quæ sola relicta penè ignoratur qualis sit, vbi non cohæreat: sed etiam in ea quæ subit facitque pedis initium.

Omnia vincit Amor, & nos cedamus Amori.

Poterat enim,

Sic nos cedamus.

Verù Poetæ auctoritas sese tuetur iudicio, ita vt temporis iacturam in syllaba numerorum elegantia redimat. Sed de his suprâ quoque.

Nec, quemadmodum dicebamus, verum est quod aiebant: Ego semper finiri sententiam. nânque ab Elegiacorum nullo id seruatum inuenias.

GALLIAMB I.

CAPVT XL I.

GAlliambicus facetissimus ac venustatis plenissimus versus. In prima sede anapæstum recipit: quem mutat in spondæum aliquando. Præterea etiam Creticum & proceleumaticum, In secunda iambum: pro quo tamen etiam anapæstus ponitur interdum. & meliore iure tribrachus. Eadem verò licentia spondæus qua & anapæstus, quare dactylus quoque sese ingessit. Tertiam

200 POET. LIB. II, QVI ET HYLE,
sedem haud alius ferè subit pes quàm iambus. Quarta
& quintæ dactylus debetur: sed ita ut à quinta nunquam
dimoueat. de quarta cedat, quod mirum est, etiam
iambo. Sextus & vltimus locus semper habet anapæstum.

ALII AFFECTVS.

CAPVT XLII.

EST & ille affectus quo versus in versum mutatur. Ni
& hoc in natura fieri & apud Theophr. legimus Di
plantis, & apud Aristotelem De animalibus, ut aliqua et
quibusdam fiant. Terentianus multum operæ posuit, ut
hæc doceret, additis aut interpositis verbis aliquot. Sed &
Anguineæ. suprà scripsimus quædam de recurrentibus, quos Angu-
neos aliqui vocarunt: eam quidem ob causam quia resst-
tuntur. Verùm vox minus ex analogia: tamen si reperitur
apud Poetas. Et hîc addemus exemplum vnum de trans-
positione. fit enim permutatis sedibus, non vocibus, ut
trochaico iambicus effici possit, atque è contrario.

Optimum ius, lex amica, vox diserta.

Diserta vox, amica lex, ius optimum.

Verùm iam modus esto. neque enim grammatici sumus,
sed Poetam creare instituimus.

LIBRI SECVNDI, QVI

ET HYLE INSCRIPTVS,

FINIS.



IULII CÆSARIS SCALIGERI POETICES LIBER

TERTIVS, QVI

ET IDEA.

RERVM DIVISIO.

CAPVT I.



QVVM igitur Poema, quemadmodum dictum est, imitatio quædam sit: quatuor quærenda fuere: primum, quod imitemur: alterum, quare imitemur: tertium, quo imitemur: quartum, quomodo imitemur. Sic enim etiam acutius quàm Aristoteles. Atque in primo quidem libro Poetices vsus ostendimus: atque eius originem simul & finem: quare imitemur. vt scilicet humana vita compositior fiat. Quomodo autem imitemur, dicemus libro sequenti. Nam in superiore digesta sunt versuum genera, ac rationes quibus imitemur. Nunc quid imitandum nobis sit, videamus. Igitur vniuersum negotium nostrum in Res & Verba quum diuidatur, verba ipsa & partes sunt & materia orationis, quæ iam à nobis explicata est: verborum autem dispositio atque apparatus, quasi forma quædam, de qua postea dicemus. Res autem ipsæ finis sunt orationis, quarum verba notæ sunt. Quamobrem ab ipsis rebus formam illam accipiunt, qua hoc ipsum sunt, quod sunt. Iccirco liber hic Idea est à nobis inscriptus, non iccirco quia cum Platonicis eo verber in errore, vt putem à rebus ipsis verba natura sua concreata esse: sed quia res ipsæ quales quantæque sunt, talem tantamque non illæ, sed nos efficimus orationem. Sicut igitur est Idea picturæ Socrates, sic Troia Homericæ Iliados. Quare iam propositum persequamur. Res omnis aut est persona, aut extra personam. Personam describimus, aut qua substantia est,

aut quatenus afficitur accidentibus. Substantiam aut totam designamus, exempli gratia, quum in bello quis occiditur. Neque enim aut anima aut corpus deletur morte, sed Mezentius. Anima æterna manet. Corporis verò moles an eadem sit, quæ prius? hoc alibi declaratum est. Sic igitur tota substantia cadere solet in materiam Poeseos. vix enim aliter. quippe Æneam, aut Achillem, aut Cæsarem, quum referam, eorum potius virtutes, aut vitia, aut fortunam explicabo. Partes autem penè eodem modo considerantur. veluti quum animæ abitum describimus,

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

& *Purpuream vomit ille animam.* &

Atque in ventos vita recessit.

De corpore quoque haud dissimilia.

Truncumque reliquit arena. &

Iacet ingens littore truncus.

Accidentia verò, à Philosophis disputatum est, essentne animæ, an compositi, puta Hercules vel Cæsaris. Nam Stoicorum vanitas ridicula, qui qualitates ipsas corpora esse profitebantur. Ac sanè quæ corporis esse dicuntur: ea sine controuersia illius sunt: veluti proceritas, crassities, atque eiusmodi: quæ constituta sunt in quantitate, qualitate, situ ac dispositione partium & habitu. Quantitas est continua & discreta. discreta, veluti quum vnum vni obiicimus in prælio. quum ducis vnus nutu rem agi declaramus: interdum plurium. Continua est in ea quæ magnitudo appellatur:

Præstanti corpore Turris

Vertitur arma tenens, ac toto vertice supra est.

Tum ea quæ de Pandaro & Bitia: quæ de Tydeo apud Homerum, ac de aliis scripta sunt. Qualitatum species multæ. verum maxima ex parte à figura & colore pingimus personas. quemadmodum Nireum & Tersiten Homerus. &

Excepto Laurentis corpore Turri.

Partium verò situm ac dispositionem in eodem genere constituimus: veluti quum capitis verticem fastigiatum declaramus, & deorsum gibberum, aut strumam in pectore. Etiam quæ ab euentu: sicuti quum dixit,

Morbundum extendit arena.

Italiam metire sacens.

Et cernuus, & in caput, & supinus, & pronus, quemadmodum vbi dictum est,

Terram semel ore momordit. &

Semianimesque micant digiti ferrumque retractant.

De ætate quæri possit, quod ad genus referenda sit. Nā temporis tractus in quantitate situs est. Signa verò ipsius, siue maius dicere designationes atque accidētia, sub qualitate sunt. Velox, vegetum, tardum, languidum, marcidū, canum, impube. quanquam hoc ad habitum potius. Sunt enim sub eo multa quæ tum corpori tum ipsi toti debeantur. Corpori, quale quod dicebamus, pubes, aut barba, aut coma, aut dētes. Toti, cuiusmodi vestis, equus, currus, arma, tuba, remus, aratrum, lorum, flagellum, calcaria, patera, & eiusdem rationis alia. atque etiam horum priuatio, quemadmodum vbi nudum quempiam fingimus.

Atque hæc quidem corpori: alia verò cuiam sunt attribuenda? Nam Hippocrates & alii prisca Philosophi animi morbos professi sunt. adeò vt ille delirium eius vitium putarit, cæterorum multi avaritiam, iracundiam: ac contra, virtutes, prudentiam, magnanimitatem, & alia. Cæterum huius rei iudicium ad seueriorem philosophiæ partem spectat. Hic autem pro negotii præsentis captu sic digeramus. Animi potestates duæ: Intellectus, voluntas. Intellectus affectiones tres: nobilissima omnium, Sapientia: cuius finis, Beatitudo. Huius habitus priuatio nullum habet nomen, si nominis vsus cum ratione compares. Insuper enim dicitur is vulgò qui & stultus, qui que temerè rapitur ad actiones. tollit enim vniuersū hoc quod cadere potest in animum consideratum. Erit igitur ille qui nullam sapientiæ partem possidet. At enim verò qui possidet partem quampiam, nō est iccirco sapiens appellatus. quum tamen in aliis loquendi modis aliter res scete habeat: quippe ἀγράμματος est qui nullam nouit literam. Grammaticæ tamen summam omnē qui non tenet, haud continet ἀγράμματος. Est enim alius alio γράμματικώτερος: alius autem alio sapientior, qui verè dici possit, inuenies neminem. Est enim sapientia omnium rerum cognitio ad summum bonum, id est ad fruitionē vltimi primiq. qui est Deus, relatarum. Quarū sanè rerū notione qui caret, neque sapiens erit, neque inspiens agnosci debet. Proximus huic affectus nobilitate est is, quem primariam cognatamque nobis Rationem, sub Intellectus vocabulo

Animi potestates.

nominant Philosophi. Minor, quàm ille prior, ambitu & comprehensione nobilium notionum: maior tamen vi ipsa quadam quæ hominis animo debetur incenti rationem omnium considerationum. Nobiscum enim simul nascuntur cognitiones quædam, quæ omnibus æquè eadem, ab omnibus æquè item probantur. Cuiusmodi sunt propositiones illæ quæ sunt quasi principia quædam contemplationum, quarum è numero eæ quæ cum ipso sensu coniungūt intellectum, ac tanquam vnum efficiunt. qualis: De quacunque re alterutrum verè dici potest: Est, Nō est. & illa: Omne totum est maius sua parte. Horum Intellectuum finis est, Scientiam constituere. Contrarium autem in homine, quâ homo est, nullum habet: sed extra hominem in iis quæ non apprehendunt. Tertius habitus est scientia, quemadmodum dicebamus, ab Intellectibus ortum ducens ad minores propositiones necessarias, à quibus constituitur. Eius finis est apparare Intellectū materialem, ad superiores intellectiones, atque per illas ei quasi gradum facere ad sui coniunctionem, atque vnionē cum Intellectu agente. Huius contrarium non vnusmodi. nânque priuatio dici potest ignorantia, vel ignoratio, vel ignaritas: verum non vna ratione. Sanè aut tota penitus abest cognitio, quam ignorantiam priuationis vocabat Philosophus: aut cognitionis quædam inest facies, sed neutiquam suis picta coloribus. A Peripateticis ἀγνοια κατὰ τὴν οὐσίαν dicta est. idque duobus euenire modis potest. vno, quòd sit falsa conclusio: non solùm è falsis, sed etiam è veris. veluti si dicas, Quadratura circuli non est in Natura: falsa est hæc. omne enim spaciū definitū, alicui definito æquale esse oportet. adde rationem: Quia nescitur ab hominibus. Hæc ratio vera est: quæ tamen ex se ipsa falsam peperit scientiam. Altero modo, quum vera sit aut è falsis, aut non necessariis. non enim est scientia, sed opinio. neque ille qui eo habitu præditus sit dicere queat, Scio: sed, Ita mihi videtur. Quapropter ex Critone minus rectè Platonici quidam sunt arbitrati δόξα, siue opinionem, esse contrariam scientiæ. Nânque opinio quoque ipsa vera esse potest, atque ex veris. At verum vero contrarium nullum. verum, quod illi & nesciunt, & irridēt stultè, contrariæ sunt forma quadam: scilicet quatenus necessarius & non necessarius habitus contrarii sunt. Hæc

Sub intellectu tantum, communi omnia sine contemplationis. Sub Voluntate verò duo sunt habitus item : quorù principia in animo & ab animo diriguntur ad finem, qui tam extra hominem quàm in homine esse quit. vnus est agendi, alter faciendi. Agendi habitus morales dicimus. veris atque vniuocis speciebus. Faciendi habitus duo continent genera nõ vniuoca: quippe Prudentiam & Artem. Nam qui prudentiam inter morales nominarunt, mali fuere Metaphysici. Aristotelis enim libri De moribus, populares sunt. quinetiam potius supra vtrùque modum genùsque summum habituum statuendam arbitror. Nãque & iustitiæ & fortitudinis futuræ præuisas temperat actiones: & totas omnium artium dispositiones & digerit, & collocat. Est enim Habitus, præuidendi quo quicq. tempore, quoque modo agendum sit, vel faciendum. Et quum morales habitus nos bonos efficiant: neutiquã sola prudentia dicemur boni. neque verò quòd præuisio quædam prudentia sit, iccirco sub nouione tantum ac propterea inter intellectus habitus statuetur. non enim hoc distinguuntur Morales & Contemplantes. vtrisque enim communis est cognitio. sed contemplantibus in seipsa stat: moralibus ad actum exit. Ita & prudentia, præuidet enim quæ agat. Hæc iccirco dixi, quia Philosophus lata satis diuisione intellectus habitus diuisit in hæc quinque. Neque enim eodem modo aut ratione intellectus nostri habitus est sapietia & prudetia. sed de his satis. Quod superest eliciamus è necessaria diuisione duos habitus morales, iustitiã & fortitudinẽ. Omnes enim res aut bonæ aut malæ. nã indifferentes semper in alterutrũ vergũt. Bona igitur & appetũtur & parãtur, & seruãtur, & communicãtur. Hoc est opus iustitiæ. nã & sibi & aliis habet quib. fruatur, & quib. alii vt fruantur facit. Administras aut socias fouet, industriam, parsimoniam, liberalitatem. Mala è cõtrario euitanda, fugienda, & repellenda tam ab se, quod habet proportionem cum eo quod est seruare bona: quàm ab aliis, quod est simile ei iustitiæ parti quæ communicat. Hæc sunt officia Fortitudinis: cuius duas fecere partes: pati, quemadmodum de Achille scribit Homerus: aut non pati, sicuti de Aiace proditum est. Comitẽ aut sobolem habet magnanimitatem. Atque hæc hunc ad modum. De

Tempe-
rantia.

bus à quapiam distincta est. sed est mater & norma ceterarum omnium. Nam si virtus est medius habitus inter extrema: nulla potest esse virtus sine Temperátia. Quintiam ipsis in contemplationibus siquis, quemadmodum oportet, statuatur modum, non sine temperantia efficere possit. Hoc ipso est Liberalitas id quod est, ne sit prodigalitas: Fortitudo, ne sit temeritas: Iustitia, ne sit rigiditas. Vitia verò his erunt contraria. ac sanè scio ab aliis aliter de his proditum esse: verùm siquis contrà sentiat, non laboro: magis ei laborandum sit ne in ipso sapientia & iudicium requiratur. Ad faciendum autem artes comparatæ sunt. eæque duplices. Nánque aut materiale quippiam conficiunt, aut construunt immateriale. Immaterialiù nobilissima, quæ fabricat instrumentum rationi: ea est Dialectica, artifex Syllogismi. Huic proxima oratoria. nánq. illa necessaria, hæc utilis. Duæ præterea, quæ voluptatem cum utilitate coniungere. Materialium artium illustrissima Medicina, cuius pedissequæ omnes, quæ ad vitam, victumque paratæ sunt. etiam Fabricæ genera omnia. nam quod aramus, quod ædificamus, ea omnia ad vitæ finem diriguntur: cuius magister est Medicus. Nò igitur, quemadmodum dicebat Plato, sola coquinaria medicinæ serua est, sed & agricultura, & architectura, & alia omnia quæcunque seruant id quod semper corporis, sæpe etiam animi est in nobis. Iurisprudétia ex matrona facta est meretrix, ex regina tyranna, ex matre nouerca. Mercatura certis locis necessaria est: in quibus non nisi ex conuecto viuere queunt. Militaris, beluæ est, quum infers bellum: quum tueris fines tuos, hominis. Reducuntur autem omnia hæc artium genera ad summa duo. Quædam enim eiusmodi sunt, vt id quod faciunt tantisper dum faciunt, sit: postquam factum est, non sic amplius. qualis est cantio, saltatio, luctatio. Aliæ è contrario, id quod faciunt, dū faciunt, non est, sed fit: postquam verò factū est, est. veluti Fabrica. Ædes nánq. dū fiunt, nondū sunt: sed postquã factæ sunt, sunt. Quare in his quoq. id est cõsiderandū. quod quædã faciunt, quædã factis vtuntur: vt sint artes ex artib. Exépli gratia, Nauim fabricat nauicularius, nauta verò facta vtitur. Orationē fecit Isocrates, vsus ea est Archidamus. Fecit fabulam Terentius, egit histrio. Instituit Terpander modos, nos his vtimur. Has verò cūctas ita distribuas.

*Artium
diuisio.*

*Iurispru-
dentia.*

Militaris.

buas, vt ad duos diducas fines. ad vsum cõm̃unem, aut priuatũ. Communẽ intelligo, vt vico, oppido, vrbi: Politicũ vocant. Priuatũ, vniũs, aut sub vno paucorum, Oeconomicũ appellamus. Nam ista nostra monstra, quæ Monasticũ addidere, non intelligunt Hominem esse animal sociale: Solitariũ verò, quem Aristoteles *μονωτην* & *μονήρη* vocat, aut deũ aut bestiam. Apud veteres vnicũ exemplũ habes, sed coacti ac deportati Philoctetæ. quem tamen ex ea quoque vita communem ad vtilitatem reducere. Chirõ etiam, qui secretam à reliquis mortalibus vitam ageret, nõ tamẽ sine illis esse voluit, siue ipsi sese socios, siue etiam discipulos esse vellent. Hoc autem vniuersũ viuendi genus ad veterem diuisionem accommodare poteris, vrb̃anũ, rusticũ, militarem: in quibus omnium personarũ statũ atque conditionem & agnoscere & describere conueniat.

Extra personam habes cætera omnia: Corpora, vt ensẽm, equũ, librum: non corpora, vt orationem, præliũ, sacrificiũ. Locũ, in cælo, terra, aqua, aere, igni. Tempus, & temporis partes atque occasiones. Euentus. Hæc autem aut sine persona sunt, vt ventus, fluiuius: aut à persona proficiscuntur, vt pugna, pax: aut personæ sunt, vt clypeus: aut cum persona, vt tempestas, serenum, fulmen, pluuia.

A duobus autem principiis manare atq. pendere cũcta intelligẽdũ est. Alterũ est Natura, alterũ Fatũ. Natura est, quo quicq. constat. Fatũ quo quicq. fit. Itaque omnibus in rebus per Naturã est, τὸ εἶναι. Priuatim autẽ in personis est τὸ ἴδιον, καὶ ἢ βυλί. Nã qui voluntatem nostram Fati seruam aiunt, vehementer errant. In Fato autem est id, quod Fortunam, & quod Casũ vocant. Est autem ἴδιον, qualiscunque affectio, à qua ἴδιον, id est mos pendet. est enim ἴδιον, iracundia, consuetudo autem irascendi ἴδιον. quare neque in anima, neque arbores tametsi sunt animantes, habent ἴδιον, sed πάθος: quemadmodum etiam docuit Theophrastus. differt autem ἴδιον & πάθος non solũ gradibus, vt aiunt, ita vt πάθος sit ἴδιον, vehemens: sed quia ἴδιον est principium agendi, πάθος autem patiendi. Itaque qui perturbatur, πάθος habet: vt inuidus. qui perturbat, ἴδιον: vt iracundus. Ac quanquam in omnibus est perturbatio, tam iis qui perturbant alios, quàm iis, qui ab aliis perturban-

tur: tamen qui propriè loquentur, ita dicunt: vt ἴδοε exeat ad actionem: παῖδοε comparet ad receptionem. & sit παῖδοε τῆ ἴδοεε fundamentum. Cùm video miserum, patior. Ea est quidem misericordia, quæ creat munificentiam. erit hæc ἴδοε. Sic patior accepta iniuria. Hoc parit fortitudinẽ, ad depulsionem. ἴδοε est fortitudo. Illud quoque animaduertendum est, ἡσῖν & ἔξῖν idem esse quod ἴδοε. ἴδοε tamen esse à natura. ἡσῖν autem à consuetudine potius. ἡσῖν quoque non differre ab eo quod est ἔξῖε, nisi quòd ἔξῖε est iam confirmata habitudo. ἡσῖε autem & parabilis, & debilis. Ac fuere quidẽ nonnulli ex antiquis, quibus neque Fortuna, neque Casus quicquam essent præter Fatum. omnia enim ex causarum pendere connexionem. Alii maluere talia esse quædam: quædam verò sine causa necessaria euenire: quæ si esse possent in cõsultatione posita, Fortunam fecerunt authorem: sin temere atque ab inanimis proficiscerentur. exempli gratia, Montis ruina: Casum nominarunt.

EXPRESSIO PERSONARVM
cum exemplis.

CAPVT II.

HÆc quæ natura ita constant, in Naturæ sinu inuestiganda, atque inde eruta sub oculis hominum subiicienda erunt. id quod vt quàm commodissime faciamus, petenda sunt exempla ab eo, qui solus Poetæ nomine dignus est. Virgilium intelligo: è cuius diuino Poemate statuemus varia genera personarum. Constituuntur autem vel ex necessario, vel ex verisimili: in quibus eodem tenore seruandum quodcunque propositum fuerit ab initio. Est autem necessitas aut simpliciter, aut ex aliis pendens. *Necessitas.* Simplex necessitas rara est in rebus humanis. Proportionem tamen habet quandam in vitæ tuitione. Proxima huic, qua dignitatem vindicamus. Quæ verò aliunde pèdet, est: veluti cùm Æneas profugus à solo patrio nihil nõ molitur, vt alieno potiatur. Cæterùm qui sit iustus, pius, fortis, nobilis, neutiquã malis artibus affectet id, sed iure aliquo consequatur. ita regni particeps, Chartagini. In Italia: quia inde Dardanus: & Latini gener. A verisimili, nemo quæ deducenda sunt, ignorat. Natura in his ante oculos

oculos habenda est. Sunt igitur aut simpliciter pietæ, aut cum iis quæ ad eas pertinent. Qualia sunt, Genus, patria, conditio fortunæ, animus, gesta, ars, habitus, & alia eiusmodi, quæ nonnulli græcorum *θεῖα δῶκε*, nostri barbari iccirco circumstantias appellarunt, Aristoteles τὰ κύρια. Narratio simplex,

*Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit.*

Adduntur, vt dicebam, mores, sexus, ætas, officium:

Huius coniunx Sichæus erat ditissimus agri

Phœnicum. Statum à coniugio habes, Fortunam à diuitiis, Genus à Phœnicia. addit affectum:

Et magno misera dilectus amore. Tum autem fortuna & habitus vitiosi:

Sed regna Tyri germanus habebat

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

Contrà alibi virtutem cum fortunis, & euentu. *Cadit & Ripeus ditissimus agri Qui fuit in Teucris & seruatissimus equi.* In VII. lib. autem status, fortunæ, ætas cum factò viri studiosi, & euentu:

Seniorque Galeus

Dum paci medium se offert: iustissimus vnus

Qui fuit, Ausonisque olim ditissimus aruis.

Ite officiũ, & affectum consanguinitatis, atq. pietatis:

Panthus Othryades Phœbi Triviaque sacerdos,

Sacra manu, vectòsque deos, paruùmque nepotem

Ipse trahit. Neque enim suorum oblitus, neque factorum vir pius. nãque & deos fert, qui ambulare nequibant: & nepotem trahit, qui aui passus æquare non posset. summo in vitæ discrimine, sui & consilii & operæ participes alios fecit.

Personam verò cum habitu multis in locis habes, venatricis:

Nanque humeris de more habitalem suspenderat arcum

Venatrix: dederatque comam diffundere ventis.

Militaris verò in Mezentio, i urno, Ænea: atque aliter in Camilla, & Penthesilea. & in clypeo,

Virgatis lucent sagulis. & in XI.

Procul Ornitus armis

Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.

Cui pellis latos humeros erepta iuueni

*Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et male texere lupi cum dentibus albis.*

Chlorei quoque habitum sic:

*Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida. tum croceam chlamydémque, sinúsque crepantes
Carbasseos fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus ac tunicas, & barbara tegmina crurum.*

Sic multa quoque ad eundem modum describuntur in
Clypei historis. quemadmodum contrà, nudos quosdam
vt in pugilatu. Et de Herminio.

*Nudo cui vertice fulua
Cesaries, nudique humeri.*

& habitus ipsius corporis,

*Aurea cesaries ollis, atque aurea vestis. &
Olli ingens barba reluxit. &
Magna lossa acertósque Exiit. & de Pandaro,*

Impubésque immani vulbere malas. &

Ipse caput niuei fultum Pallantis & ora

Ora modis pallentia miris. & Æneas,

Os humerosque deo similis. Nanque ipsa decoram

Cesariem nato Genitrix, lumenque iuuentæ

Purpureum, & letos oculis afflarat honores. & de Cupi-

dine,

Flagrantesque dei vultus, simulataque verba.

Animi verò habitus, & ab eo manans actus, vt de Cy-

clope,

Visceribus miserorum, & sanguine vesctitur atro.

& de Mezentio,

Mortua quinetiam iungebat corpora viris, & c.

Ita aliter agrestes describuntur, vt in octauo diuinitus,

Génsque virum truncis & duro robore nata,

Quis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,

Sunt componere opes norant, aut parcere parto:

Sed rami, atque asper victu venatus alebat.

Contrà vmbatilem personam, & domi factiosam fa-
cito, ac sui confidentem, atque alienæ gloriæ obrectatri-
cem. Qualia de Drance scribit,

Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello

Dextera: Consiliis habitus non futilis author:

Seditione potens.

Interdum verò non descriptione personæ, sed apposito
facto

facto eam declarabis, quemadmodum in primo cuiusmodi esset Bitias ex illo cognosces,

Ille impiger hausit

Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

Sic Iopam intelligis bonum poetam, bonumque philosophum, ex iis quæ ibi describuntur.

Hic canit errantem lunam, solisque labores, &c.

Maximè verò confert ad poematis condimentum, quod de genere, & patre, ac patria poni solet. Quorum exempla erues è catalogo utriusque exercitus tam Turni, quàm Ænæ. Sic Caci Vulcanum patrè facit, sic Cæculi. Drancis genus condiuit varietate:

Genus huic materna à stirpe superbum

Nobilitas dabat. incertum de patre ferebat.

Sic de Auentino.

Addimus autem quasdam quasi causas interdum: quare aut tales sint: aut sic faciant. utque aut habituum, aut facti sint causæ. Itaque cum Daretis personam audacem, ac militarem: & pugilem describeret,

Continuò vastis cum virilus effert

Ora Dares, magnoque virum cum murmure tollit.

Addit igitur causam & susceptæ provincie, & murmurantis vulgi. sic enim prædicabant,

Solus qui Paridem solitus contendere contra.

Deinde repetiuit primordia pugilatus: cuius gloriam Amycus, magnis eo in genere pugnæ rebus gestis sibi attribuerat. Itaque addidit & gentem, & nomen,

Victorem Butem, inmani corpore qui se

Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,

Perculit, & fulua moribundum extendit arena.

Quinetiam fatum apponimus aliquando, vel nudis epithetis, vel longiore oratione. Epitheta nuda. *pius Æneas: miserrima Dido: pulcher Iulus.* oratio fusior de Mefapo,

Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro.

Et de Umbrone, qui serpentum tollebat noxas,

At non Dardania medicari cuspidis ictum Eualuit.

Euentum quoque post fatum adiungere solemus,

Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus unda,

Te liquidi sterneret lacus.

Ætatem verò sic distingues: ut tamen si cuius hominum statui eandem ascribis: non continuo tamen eiusdem

modi statuas. Itaque aggressam duriozem, ac firmiozem dabis auditori senem : quique non tam in opere senuerit, quam cum opere consenuerit. Cuiusmodi Charon pingitur. Quos versus subieci necessariò, propterea quòd in his, & ætas, & habitus, & habitudo, & officium, & instrumenta continebantur,

Cui plurima mento

Canicies: addidit, *inculta*: & *iacet*: scilicet neglecta. *Stans lumina flamma*, id est rigida. *σκληρὸς ὄραλλον* enim delineauit. Cuiusmodi homines vel crudeles, vel pertinaces, vel impudentes iudicamus.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus,

non fibula : sicuti de Chloreo illo sacerdote supra dicebamus. Deinde attribuit ex officio instrumenta,

Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,

Et ferruginea subuectat corpora cymba. ut ne remum quidem dederit in crassa ac lenta palude nauiganti. Ætatem quoque peculiarem, *Sed cruda deo, viridisque senectus.* Quales à veteribus Græcis dicti sunt *ἀμορφῶντες*.

Quòd si ascribes officium quodpiam rarum, atque inusitatum: licebit tibi subtilius atque accuratius scribere. Sin erit commune, ac vulgatum, simplicissima, ac breuissima narratione contentus eris. Itaque Magæ personam Poeta cum vellet introducere, & artis tetigit capita, & ex historia vetere ortum repetiuit, summa sanè prudentia: quòd rem faceret credibiliorem. Quinetiam ubi Magæ narrat scientiam, ipse nullam asserit: sed spem affert ex pollicitis personæ magna atque præclara de seipsa prædicantis. Qui mos horum est impostorum.

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos

Hesperidum templi custos, epulæque draconi

Que dabit: & sacros seruabat in arbore ramos,

Spargens humida mella, soporiferumque papauer.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes,

Quas velit: ast aliid uras inducere curas:

Sistere aquam fluuiis: & uertere sidera retro:

Nocturnosque ciet manes. mugire videbis

Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

At eiusmodi miracula quum agnoscit in Mercurio, quia deus est, simpliciore signauit oratione. Sic & minoris operæ functionem in augure longè adhuc simplicius:

Rex idem, ac Regi Turno gratissimus augur:

Sed non augurio potuit depellere pestem.

Humilem quoque personam, atque eius officium non sine Ethopœia, & Oeconomia. Sic enim de fœmina paupere, & industria, in octavo,

-ceus fœmina primum,

Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,

Impositum: cinerem, & sopitos suscitât ignes,

Noctem addens operi, famulâsq; ad lumina longo

Exercet penso: castum ut sermare cubile

Coniugis, & possit paruos educere natos.

Aliunde quoque alias excipies, quarum exemplo comparate tibi possis aliarum expressionem. Nunc alia agrediamur.

Q V A S I P E R S O N Æ.

C A P V T I I I.

DE personis igitur hæc. Sunt autem præterea quedam quasi personæ. vt personæ fictæ. Qualis apud Maronem Fama: apud Ovidium Fames: operosæ æquè descriptæ ab utroque. verum Virgilius in quinto simplicissimè somnum descripsit,

*Quum leuis Aetheris delapsus somnus ab oris, & de Iride,
Mille trahens varios aduerso sole colores.*

Ovidius autem somnum ambitiosissimè. Item quæ ad personarum naturam propius accedunt. cuiusmodi Alecto. Lepidissimè verò diuinus Poeta, quum haud ignoraret Atlantem esse montem altissimum: eiusdèmq; nominis virum, qui ibi regnarit: verumque simul descripsit in vno: ita vt dum montem depingit, apponat humani corporis appellationes quasdam quibusdam partibus attributas. Nam latera ardua communi significato vel de viro, vel de monte dicere licuit. sicut & verticem, atque etiam caput, quanquam duriusculè. At ybi ait,

Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento

Præcipitant. & -glacie riget horrida barba.

Ea vocabula nominauit, quæ hominis interessent: Itaque audacter etiam Senem appellare potuerit. His similia sunt, Sirenes, Harpyiæ, Diræ. Sed & in fabulis aliæ. apud Plautum Inopia, Luxuria, Lar, Arcturus. apud Æschylum, Vis, Necessitas. apud Aristophanem, Fas, Nefasque.

paulò remotiora, Cerberus, Equi Turni & Achilli. Ceruus in septimo, Equus Elisæ, Ascanii. Serpentes Laocoontis. In quibus enarrâdis animaduertes plus, minùsue operæ positum. Nam Elisæ,

Stat somipes, ac fræna ferrox spumantia mandit:

At Ascanii Acrem equum vocat. non Ferocem ex faragine, & hordeo, vt ille Elisæ. Elisæ, qui tametsi fræna mandit, & spumas edit, tamé eodem in vestigio stat. Descriptio autem illa ex arte & rei cognitione.

- quem Thracius albis

Portat equus bicolor maculis, vestigia primi

Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.

Intellige enim frontem stella candida spectabilem, non autem totam albam. deteriores enim sunt. Maiore affectu quàm cura designauit equum Mezentii:

- hoc decus illi:

Hoc solamen erat: hoc bellis victor abibat. Omnibus

vt & felicem faceret equum, non solùm fortem. quin etiam fidelem agnouit quum mœrentem dixit. Sic etiam Pallantis equum flentem. Turni verò equi describuntur, non sine hyperbole:

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,

Qui candore nives anteirent cursibus auras.

At Æneæ equi attribuuntur etiam supra omnium naturam.

- geminòsque iugales

Semine ab ætherio spirantes naribus ignem.

Illorum de gente, patri quos dædala Circe

Supposita de matre notios furata creauit.

RERVM DIVISIO.

CAPVT IIII.

Res, tametsi omne quod est, dici potest: ita etiam sub Rea personæ comprehendantur: tamé disciplinæ causa, non solùm à personis, sed etiam à factis & ab operibus ipsis in præsentia separabimus. Facta igitur seu opera, sicuti dicebamus, aut sunt, dum fiunt: aut postquam facta sunt

sunt. Habent verò causam efficientem duplicem, naturam, & artem. Naturæ opus, quod est, dum fluit: generatio, corruptio, motus, augmentatio, diminutio, alteratio, dispositio. Alterius generis sunt, id quod iam generatum, aut corruptum, aut motum, aut auctum, aut diminutum, aut alteratum, aut dispositum. exempli gratia, homo genitus: homo corruptus ex quo cadaver factum est. Lapis, arbor, aqua, arena. Id tamen hic est considerandum. Natura enim laxa nunc accipitur: significatione etiam pro natura prima, id est Deo. Idcirco & quæ ille fecit, effecti-
 que uti sint immutabilia: & quæ ordine naturæ sunt, vtraque pro factis accipienda sunt. Quæ tamen libentius, & frequentius, & vulgatus rerum nomine appellantur: quia posteaquam facta sunt, videntur à vulgo: dum fiunt, ignorantur. quare & cælum, & elementa, & animæ in eum censum venient. Apertius autem quæcunque ab arte efficiuntur, putà, vel nautis, vel nauigatio. Igitur de his omnibus scribendum est.

Quæ naturæ sunt, ita describenda erunt: vt nihil non verisimile videatur. Quæ verò arte fiunt, etiam cultus plurimus iis adhiberi potest. vt

Pictus eorum tunicas.

Quæ autem supra fidem describuntur, ea cuiuspiam deo sunt attribuenda. Quis ille Turni galea? Vulcani igitur esto opus. Sic Equi Ænæ de genere eorum qui Solis vehunt currum. quippe Circæ opera. Quod neuiquam sapienter Criuci reprehendunt. Nam eadem ratione potuit Circe surrari semen equorum, qua Solis esse filia. Illud quoque Callimachi damnant iidem. quod Ceruæ cornua attribuerit. Cur enim non? cui etiam credas cantanti aurea fuisse illa: præterquam quod in Gallia Cerua item cum cornibus nostris temporibus & visa, & capta est, cuius etiam nunc seruatur caput. Sic quum loquitur Achillis equus: à Pallade datum sermonem. Quum mutantur in Nymphas naues, à Cybele opus fuit.

Naturæ factum, Tempestas illa in primo, quæ ad eò luculenta est, vt ne à natura quidē illustrius committi queat. Pestilentia in 3. Eneidos, & in 3. Georgicôn. Alterum genus operis naturalis est, Mons, Fluuius, Portus. cuiusmodi in primo: quo in loco tamen nullus vnquã extitit,

tamen satis est talem esse potuisse. Nam etiam nunc cum aquis dulcibus aliquot videmus.

Artis autem opera multa sunt, Ædes, Ara, Vrbs, Templum, Ensis, Iaculum, Aratrum, Navis, & eiusmodi. vt agger, alueus, fossæ, pinnæ, propugnacula. Alterius generis, ædificatio, navigatio, prælium, fœdus, altercatio, iudicia, mercaturæ, sacrificia, vota. Hæc omnia quæ imiteris habes apud alteram naturam, id est Virgillum. In primo urbem ædificat, in secundo diruit: in tertio naues nō litur: in primo destruit, in octavo arma fabricat, in multis locis discindit. In septimo procurat munitiones: quas haud multò post oppugnat. Actiones quoque & negotia, vel ciuilia, vel sacra, vel militaria item multis in locis. Nauigationem, venationem, obsidionem, oppugnationem, exilium, fugam, impressionem, amors, ludos, vaticinia, sacrificia: auspicia vrbs in octavo. Concilium inter cælites, alterum inter mortales, legationem, societates militares, funeris pompam: fœdus cœtum, fœdus turbatum. Mortes autem quas frequente necesse erat describere, nunquam eiusdem modi. Fatosuo fungitur Anchises. Misenus ab æmulo Tritone ob huidiam & temeritatem. Palinurus ob fidem. Lausus ob pietatem. Mezentius ob vitionem. Pallas ob audaciam. Aruns ob perfidiam. Camilla ob fortitudinem. Turnus ob avaritiam, & gloriam spoliis detractis, videbs quoque in ipsis præliis tot diuersos modos, quot intæunt viri. Præterea aliter cædem ab insidiis, quum Schæus obtruncatur in primo, & in tertio Pyrrhus. Hi gitor incauti, & ante aras necopinantes: at longè aliter in septimo:

*Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta
sternitur.*

Est enim in prima acie, & iuuenis, id est audax. Addimus autem interdum causas nominatim: sunt enim tempestatis effectores.

Vnâ Eurûsque notûsque ruunt, crebèrque procellis Africus. Item causam finalem,

Hoc motuens arcebat longè Latio.

Interdum rem ipsam præcisè ponimus sine causa, vt in illis,

*Olli caruleus supra caput astitit imber
Noctem hyememque ferens.*

Illud verò cum causa, vbi Æolus ventos immittit. etiam causa ipsa prima: luno enim mouit Æolum. Quin & ipsa mota est tum ab iniuriis ibi enumeratis, tum ab officio, quod præstare volebat Carthagini. Interdum verò etiam τὸ σωάνον. Nam in tertio Georgicôn pestilentiam sine causa posuit. in tertio Æneidos non tacuit:

Tum Steriles excurrere Sirius agros.

Atque hæc quidem ita scribuntur, vt sunt: ea verò quæ oculis subiici nequeunt, arte quadam occupantur. Hectoris enim raptationem non poterat pingere pictor in primo Æneidos: nanque ter eum raptauit Achilles: itaque per tempus declarauit,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Est etiam facti *αἰσῶσις*, ordo. Quem interdù peruertimus ad tollendam satietatem. Nam quantum ineptiarum effudisset in aures auditorum: si dum fabricaret Æneas naues, interposuisset Cybeles concilium? At eius rei fabulam eousque distulit, vbi naues ipsæ vrendæ essent. Sic & Camilla quum adducit turmas suas, eius natalia non descripsit, quemadmodum Cæculi, & aliorum in Catalogo: sed ex Dianæ narratione quàm aptè non est disputandum. Nam Critici hoc damnantes, nihil aliud quàm Grammatici sunt. Simul historiam texit: simul addit causam, propter quam velit de Arunte fami supplicium. Aliquando autem seruatur ordo diligentissimè: quem velim contemplè in quarto. Dido primum per se tentat Æneam auertere à sententia. vbi non procedit, per Annam. hæc preces: quas frustra esse quum videt, ad minas se conuertit. tum Quam quum haud impetrat, decernit à seipsa. Tempus eligit, & modum, postremo peragit. Quo in dramate habes omnia, personam, consilium, factum, causas, tempus, locum, modum, affectum, instrumentum, euentum.

L O C V S.

CAP V T V.

LOci descriptio erit aut simplex, aut cum superficie. Est autem superficies non illa mathematicorum, id est extremitas lata corporis: sed quodd à Iureconsultis usurpatum est, murus, nemus, ara, meta. Interdum etiam

adiungimus vsum, & commoda, atque incommoda. Locus simplex:

Portus ab accessu ventorum immotus & ingens.

In eodem operosius:

Portus ab eoo fluctu curuatur in arcum.

Adhuc autem nitidius, in primo,

Est in secessu longo locus: insula portum Efficit. & quæ sequuntur: cum superficie.

Lucus in Vrbe fuit media. Vfus autem & conditio, in quinto:

*Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora, quod tumidis summersum tunditur olim
Fluctibus hyberni condunt ubi sidera Cauri.
Tranquillo silet, immotaque attollitur vnda
Campus, & apricus statio gratissima mergis.*

Interdum additur nomen,

*Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Diues opum. Admiscuit & fortunam,
Priami dum regna manebant.*

Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.

Sic Italiã describit, in primo: & nominis mutationem narrat. Sic Thraciam, in tertio: & nomen ponit non directa oratione. neq. enim ait, Thracia dicitur, sed *Thracæ arant*. Vsum quoque, in secundo,

Limen erat, cæcæque forcs, & peruius vsus:

Tectorum inter se, & quæ sequuntur. Sic in XII, locus, vbi Turnus educit copias:

*Est curuo anfractu nullis, accommoda fraudi,
Armorumque dolis: quam densis frondibus atrum
Vrget utrinque latus: tenuis qua semita ducit,
Angustaque ferunt fauces, aditusque maligni
Hanc super in speculis, summoque in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutique receptus.*

Seu dextra, læuæque veli: occurrere pugne:

Siue instare iugis, & grandia volvere saxa.

Ætna quoque mons, & castra, & Carthago, & alia loca poterunt tibi esse exemplo: quod diuinitatem illius vtriqueas imitari: quemadmodum ex illis,

*Est locus Italiae in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Ansancti valles: densis hunc frondibus atrum*

*Urget utrinque latus nemoris ? medióque fragosus
Dat sonitum saxis, & toto vertice torrens.
Hic specus horrendum, & seui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptóque iugens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces.*

T E M P V S.

C A P V T V I.

Temporum autem sic inibis rationem. Modò enim annorum seriem dispones: modò anni partes: alias habitudines, quas *καιρῶνες*, Græci vocât. Quemadmodum in tertio & pestilentem, & sterilem pingit annum. Aliquando temporis articulos vel in die, vel in nocte. Idque aut simpliciter, aut cum *σεκῶνες* serenitatis, nubili, Lunæ, stellarum, tempestatum, Vsum quoque, & commoda, aut incommoda. veluti diem operi serum quieti: noctem somno, consiliis, insidiis, furtis, somniis: Auroram lætam hilaris: mœstis importunam. Quo tempore etiam euenta noua comminisceris. miscebis etiam, aut peruerteres naturas. Exempli gratia, quum dabis vigiliis nocti: quippe rebus perturbatis. aut attribues diei cessationē: idem quod defidibus, an fessis designandum erit. Annorum series simplicissimè, in primo:

Hic iam tercentum totòs dominabitur annos. Sic,

Tertia dum latio regnantem viderit ætas,

Ternaque transferint Rutilis Iyberna subactis.

Anni verò partes fufius. sic hyemem cum anno scripsit ille, in quarto:

Interea magnam Sol circumuoluitur annum:

Et glaciali hyems Aquilonibus asperat undas.

& in primo Georgicôn,

Vere nouo gelidis canus cum montibus humor.

Soluitur, & in putri Zephyro se gleba resoluit.

Noctis autem vsum pauperioribus etiam ad opus. vt *Noctiuolus*.

in octauo,

Inde ubi prima quies medio iam noctis abacte

Curriculo expulerat somnum. Ceu sæmina primæ,

Cui tolerale colo vitam, tenuisque Minerva,

Impositum cinerem, & sopitos suscitât ignes,

Noctem addens operi: famulâsq; ad lumina longo

Exercet penso: castum vt seruare cubile

Coniugis, & possit paruos educere natos. Alius finis in

tertio Georgicôn,

*Hic noctem ludo ducunt: & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.*

At Elifæ curas affert nox, quæ aliis somnum:
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora.

*At non infelix animi Phœnissa nec unquam
Solvitur in somnos: oculisue, aut pectore noctem
Accipit. Consilii verò atque insidiis, in nono:*

*Cætera per terras omnes animalia somno
Lenibat curas, & corda oblita laborum,
Ductores Tæncrum primi, & delecta iuventus.*

Consilium summis Regni de rebus habebant. Postea emittunt Nisum, & Euryalum. Somniis autem in secundo,

*Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit:
In somnis ecce ante oculos læstissimus Hector.*

Matutinū
tempus.

Manè autem euentis, vt in tertio:
Postea iamque dies primo surgebat Eo:
Humentemque Aurora polo dimouerat umbram:
Ignoti noua forma viri. Et in eodem:
Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis:
Quum procul obscuros colles, humilémque videmus
Italiam. & in quarto,

*Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Regina e speculis vt primum albescere lucem
Vidit: & equatis classem procedere velis.*

Serū diei.

Serum autem diei receptui, & quieti, vt in tertio,
Sol ruit interea, & montes umbrantur opati:
Sternimur opate gremio telluris ad vnam
Sortiti remos: passimque in litore sicco
Corpora euramus, fesso sopor occupat artus.

Temporis autem qualitates multum afferunt decoris: quemadmodum vbi lucidam: aut obscuram, aut sublustrem noctem canimus: vt in tertio,

*Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus: obscuro sed nubila celo. &
- manifestio lumine, quæ se*

*Clara per insertas fundebat Luna fenestras. &
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.*

Habes etiam temporis effectus quosdam, non solum affectus: vt in sexto,

*Quàm multa glomerantur aues, quas frigidus annus
Trans Pontum fugat, & terris imittit apricis.*

I N S T R U M E N T V M.

C A P V T V I I.

Instrumentum inter causas numerat Plato: cuius sententiam non temerè sequi debemus. Sub efficiente enim continetur. neque pura causa est: non enim mouet, nisi moueatur. Habent quoque ordinem inter se. Nam quædam sunt naturalia, atque iccirco anteponuntur artificialibus. Exempli gratia, quum Indi lapide expoliunt, atque etiam faciunt sagittas. Arte etiam facta alia aliis priora: veluti Malleus antecedit Ensem. Diuiduntur etiam hoc, quòd quædam sunt instrumenta ad agendum, vt fistula, nauis, currus: quædam ad faciendum, vt malleus, incus. Item alia ratione. aliqua enim sunt ad perfectionem comparata, veluti acus, malleus: aliqua ad destruendum, sicut ensis, & alia telorum genera. Faciunt tamen aliquid hæc quoque, putà ex homine cadauer. Sunt & alia tanquam instrumenta, vt equus. quæ omnia aliter atque aliter tibi enarranda erūt. Habes instrumentum naturale illa descriptione, ex duodecimo,

-saxum circumspicit ingens:

*Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.*

Vides enim quibus gratiis adornauit instrumentum, quod simplex, ac rude ab aliis commodis ciuilibus, seu potius rusticis ad vsum belli transferret. quare addidit & illa,

Vix illud lecti bissex ceruisse subirent,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Ille manu raptum trepida torquebat in hostem.

Ast longè aliter arte factum,

Tàmque diu dum terga dabant palantia Teucris,

Suffecit. Postquam arma dei ad Vulcania ventum est.

Mortalis mucro, glacies ceu futilis ictu

Disiluit, fulua resplendent fragmina arena. Sic de hasta,

Actoris Aurunci spoliis, quassatque trementem.

Habes verò multa. arma Ænæ, clypeum: Turni galeam: ensẽm Dauni: talaria Mercurii, virgam, sceptrum, lituum: & Miseni *remumque tubamque*, & multa alia: inter quæ etiam *fatalis ramus*, in sexto suum obtinet locum,

C A V S Æ.

CAPVT VIII.

Quum res omnes causam habeãt quampiam, ad eò vt ne ipsæ quidem causę careãt causis: omniũ enim rerum naturæ ad vnum Deum referũtur: causarum quoque genera & inspicienda, & digerẽda erunt. Prima causa esse finis dicitur. Fine enim moueri efficientẽ ad opus ipsum. Nobilissimam esse itaque secundo loco efficientem. tertio formam. postremam censerĩ materiam. Ac finis quidem atque forma idem aliquando sunt. Natura enim quum molitur hominem, pro fine habere dicitur formam ipsam: est sanè forma finis generationis. Finis igitur Ænæ nauigationis Italia. Habuit tamen principium ruinam Troiæ. Forma autem nauigandi potius intellectuone comprehenditur, quàm extet re. Est enim nauigatio actio. Actionis autem vera forma nulla: quemadmodum ne materia quidem. sunt autem formę aliæ naturales, alię artificiales. Naturales illę, *Geminique mirantur in calũ siopuli*. Artificiales illę, *Instar montis equum Treis imbris torti radios*. Materia naturalis, *Vinõque sedilia saxo*. Artificialis, *Seclaque intexunt abiete costas*. Finis, *Votum pro reditu*. Efficicns, *Et ipse doli fabricator Epeus*.

M O D V S.

CAPVT IX.

Modus interdum significat, quod Græci μέτρον, id est mediocritatẽ. Sic enim dicimus, modicè, citra modũ, supra modũ, intra modũ. Aliquãdo latior ac fusior vis: quæ haud facillẽ definiiri potest. Est enim in omnibus penè prædicamentis. Nã dicimus aliquo modo differre Circulũ ab Hecatontagono. quippe angulis. Et dicimus alio modo currere Leporẽ, alio Equũ, alio Cancrũ. Alio modo esse filiũ Cæsaris Augustũ, & alio Cæsariõnẽ, alio modo crescere spongiã in aquis antequã auellatur, alio in mensa post cõpressionem. Sic igitur intelligemus modi notionem: præscriptionem cuiusque rei, siue suam, veluti quum lapis sua natura tantus, & talis figuræ,

talis

alis situs, hoc in loco: siue ab alio impositâ, veluti quum ex eo lapide factum est sigillum Mercurii, bipedale, pictum minio, stans in templo. Ea præscriptio tam animæ in moribus, quàm corporis accidentibus. in rebus inanimis, in tempore, loco, factis, dictis, & aliis si qua sunt. Igitur quum ira sit animi perturbatio, modo alio plebeius alio nobilis irascetur. aliter è vulgo quispiam, aliter sapiens. Itaque Aeneas in secundo,

Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem

Vlsci patriam. Aliter idem irascitur ob amici atque hospitis mortem, in XII,

Furiis accensus, & ita terribilis. Aliter furit Turnus:

Talibus exarsit dictis violentia Turni. Alia est Iunonis ira, in primo: alia in septimo, postquam Troes potiuntur *Tibridis alueo*: alia in decimo, Veneris oratione stimulatâ. alia Elisæ quum abiturum Æneæ aut timet futurum, aut factum dolet. Quibus è locis id assequimur, modum esse in accidentibus, quod differentiam in substantiis. Quare quò est Æneas alius à Turno, differentiam dicimus, est enim alia substantia. Hoc verò, quò ille differt à seipso, quum ei nauiganti *soluuntur frigore membra*, & quum *furiis accensus & ira* Turnum interficit: id modum dicemus. cuius rei exempla facillè sumes. Iam quod primo quoque loco sese offeret, persequemur. De varietate suo loco dictum est: quæ vniuersa constituitur *Varietas.* modis. neque solùm id, quod est totum, à toto altero diuersum constituitur: sed etiam partes. quemadmodum videmus Æneæ nauigationem, in primo, turbulentam, in aliis secundam. Semper autem id vnum expectere, vt naues incolumes cursum teneant, & in tuta se recipiant. At longè diuersus animus Tarchantis: quippe in solis armis spem ac gloriam ponere: interitum nauium, si aliter euenire nequeat, simul cum salute sociorum coniungere: at enim vir fortis,

Frangere nec puppim tali statione reuulso.

Differre verò partes satis patet: quum naues quædam præter pauorem nihil mali passæ sunt: nonnullæ arenæ aggeribus circumseptæ etiam desperabant. alias *viciis hyems*. vnâ fluctibus in mediis obrutam videre. sic cætera considerabis. Dido enim deducitur in venationem ab Iunone, & Venere ob cõiugium. iccirco neque fera-

fum interitus, neque venationis exitus describitur. At verò Ascanius cùm in Latio venatur, ceruum fauciat. ex eo enim belli primi motus excitati sunt. Alia ratio in primo, vbi dandum erat aliquid Teucris quod ederent. sine canibus, aut conatibus, septem confecit commodi atque vtilitatis, non voluptatis causa. Iam verò quot orationum genera? Ilionei in primo habes luculentam. Habes & Venuli, quæ mera narratio est. habes in concilio deorum, in concilio Latini deliberatiuas. Sunt & apud Latinū & apud Euandru à Teucris: quas omnes inter se conferes, vt earum modos, quibus differunt, obseruatos habeas tibi pro exemplis ad diuinitatem illius viri consequendam. Quū verò tota illa pars, quæ sextū sequitur librum, in cædibus posita sit: videamus quibus condimentis eiusdem cibi leuarit fastidium. Omitto quæ in excidio Troiani dicuntur: videamus cætera. Almon sic interficitur sagitta,

-sub gutture vulnus, & vda Vocis iter.

At Rhamnes dormiens. Ex duobus verò æquali in fortuna constitutis, alter fortior in hostes ruit *moriturus Helenor*: alter melior pedibus *fuga salutem Quæsiuit Lycus*. Lucetium saxo Ilioneus: at aliter Latagum, saxo atque *ingentis fragmine montis Occupatos*. Aliter,

*Precipitem scopulo, atque ingentis turbino saxi
Excurret, effuditque solo. Hunc lora, & iuga subter
Prouolueret rotæ. crebro super ungula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.*

Remulum Ascanius sagitta interficit: at Bitiam neque sagitta neque iaculo ob corpori simmanitatem, sed phalarica. Ense autem Pandarum, sed à Turno:

*Mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit. Haud dissimile quàm dissimili modo,*

-ille securi

*Aduersi frontem mediam, mentumque reducta
Disicit, & sparso late rigat arma cruore.*

Lynceo caput abscindit Turnus cum galea. nec minus alibi,

-currūque abscissa duorum

Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

Thoantis ossa dispergit cerebro permixta cruento.

& alibi,

& alibi,

*Tum validam pèrque arma viro, pèrque ossa securim
Altior insurgens. Oranti, & multa precanti
Congeminat vulnus. calido rigat ora cerebro.* Illaque si-
milia dissimili modo:

*Sistit equos biiugos, & curru desilit, atque
Semianimi, lapsòque superuenit: & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo. Sic,*

-lapsùmque superstans

*Immolat, ingentique umbra tegit. Arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradine trophaum.
Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta.*

Item illa similia:

Hastam intorsit equo: ferrùmque sub aure reliquit.

Quosonipes ictu furit arduus: altaque iactat

Vulneris impatiens arrecto pectore crura,

*Voluit ut ille excussus humi. Parem casum aliis ambi-
uit modis:*

Iam tandem erumpit, & inter

Bellatoris equi causa tempora coniecit hastam.

Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auræ

Verberat: effusùmque equitem super ipse sequutus

Implicat, eiectòque incumbit cernuus armo.

Addidit alia ornamenta iis quæ dicebamus: quum
faceret victorem victo imminere, & genu aut pede pre-
mere:

-venienti Ebuso, plagàmque ferenti

Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,

Nidorémque ambusta dedit. super ipse sequutus

Casariem læua turbati corripit hostis,

Impressòque genu nitens terra applicat ipsum.

Sic rigido latus ense ferit. Haud ita multum abest:

*-galeam læua tenet, atque reflexa Cervice orantis
capulo tenuis abdidit enses. Ab hastis quoque vulnera,*

Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.

-latos huic hasta per armos

Acta tremit: duplicatque, virum transfixa, dolorem.

Sic *Hasta sub exertam donec perlata papillam*

*Hæst, virgineùmque altè bibit acta cruorem. Nec mi-
nus illa:*

*Buten aduersum cuspide fixit
Loricam, galeamque inter: quæ colla sedentis
Lucent: & lauo dependet parma lacerto.*

Item alia genera:

*Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem. sicut illa,
Excipit in latus: & quæ fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.*

Atque hæc quidem in ipso prælio quasi æquali vel forte, vel animo, ubi verò noui quippiam superuenit: aliter pugnant, aut ad pugnandum mouentur. Quemadmodum fufis Volscis, interfecta Camilla, Turnus præceps fertur in prælium, nisi nox dirimat acies. Sic mouetur Mezentius filio interempto. Sic ruit Æneas audita Pallantis cæde. Itaque diuinus Poeta, neque metitur, neque ponderat plagas: sed præfenti opera,

*Proxima quæque metit ferro. ac tanto terrore complet,
vt ei vacet etiam octo iuuenes viuos capere ad Pallantis
inferias. Quemadmodum verò nobis laborandum sit ad
varietatem, docuit ipse illis versibus,*

Tres quoque Threicijs Borea de gente suprema.

Et tres quos Idas pater, & patria Ismara misit

*Per varios sternit casus. Non enim vno modo strauit
eos.*

Mortis quoque ipsius varii modi sunt animaduertendi. Nam quum mors sit vitæ priuatio, ea fit per separationem animæ à corpore. neque enim verum est quod aiunt Platonici: separationem esse duplicem. vnam quam dicunt esse animæ à corpore: aliam quæ fit corporis ab anima. à corpore animam separari per ecstasim. corpus ab anima per mortem. Verùm hæc meræ picturæ sunt garrientium. æquè enim alterum ab altero separari dicitur. non enim fit, quemadmodum quum abstrahimus intellectu accidentia à substantia. aut substantias ab eo quod appellant philosophi Hic, & Nunc. Sed corpus ubi semel sine anima est, fit cadauer. Ecstasis autem fit potestatis tantùm, non autem essentiæ. Hæc scripsi vt intelligeremus, mortem esse vnius tantùm modi: accessiones autem non vnius. Itaque & quæ adduximus ostendunt, & quæ adducemus:

Olli dura quies oculos, ac ferrens vrges

Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.
 &, *Terram semel ore momordit.* &, *Purpuream vomit ille animam.* &, *Cedit semianimis Rurilorum calcibus arua.* &, *Vna eademque via sanguis que animis que sequuntur.* &, *-calcibus atram*
Tundit humum expirans, infractaque tela cruentat. &, *Inguloque haud inscius accipit enses,*
Vndantique animam diffundit in arma cruore. &, *Sanguinis ille vomens, rivos cadit, atque cruentam*
Mandit humum, moriensque suo se in sanguine versat. &, *-tum frigida toto*
Paulatim excoluit se corpore: lentaque colla,
Et captum leto posuit caput, arma relinquens:
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Aliarum quoque tum rerum, tum actionum modos obseruare nequaquam difficile est. sed de his satis. Nam de varietate quum loquemur, & hæc designabimus leuiter, & alia erunt declaranda.

E V E N T V S.

CAPVT XI.

Est autem quemadmodum dicebamus, præter ipsas res, præterque actiones hæcæ quæ à nobis proficiscuntur tertium quiddam quod Fatum appellarunt: seriem quandam connexionemque causarum, quibus tum res, tum actiones, & initium, & exitum sortiuntur. Hunc exitum, Euentum veteres nominarunt: quem vel fortuna, vel casu perfici voluere. Quare si res ipsas putes, & veteris exitum, & initium nouæ Troiæ inuenies. Dardani quoque peregrinationem eiusmodi fuisse, ut eius nepotes easdem repeterent terras, quas ille reliquisset. Maxime verò nobis studendum est, ut rerum exitus aliter cadat, quam res ipsæ interea pollicentur (aut si necesse est, ita futurum, quemadmodum à principio visum fuerit) efficiendum ut media ipsa tempora, spes, cogitationes, actiones in summas adducantur difficultates. Habes prioris formæ exempla multa. Nam & classis seruatur à tempestate, quam tamen deum Regina concitarat.

& eripitur ex incendio atque excidio Ilii Æneas, quum tamen & pugnasset, & reuersus esset. & Elisæ nuptiæ finire finiuntur. & amittit Pallantem Æneas, cuius armis & societatibus, ac consiliis potuit vincere Latinos. nanque & suos Euander dedit: & arma Hethrusca conciliauit. Alterius fortunæ exemplum est, quum mensas deuorarunt. Quantum metum quàm facilis exitus dissoluit, & illud, quum Æneas Italicarum rerum esset potiturus. potitus ille quidem est: at quanta iactura, quibus ærumnis, quot cladibus? omnia denique sint exquisita: nihil vulgare.

Q V E M A D M O D V M E X A -
ctius omnia contemplemur.

C A P V T X I I .

HActenus eorū omnium quæ in vita humana aut esse haut euenire possunt, naturam cōtēplati sumus: ceterum filo paulò crassiore. deducti nāque sumus per summam rerū, quarum exēpla ex diuino illo viro peteremus. Nunc verò quoniā perfectum Poetam instituimus, magnoperè nobis conandum est, vt exactius omnia cognoscamus. Id quòd vt commodius fiat, paulò altius nobis ordiendum puto. Est in omni rerum genere vnum primum ac rectum, ad cuius tum normam tum rationem cætera dirigenda sunt. Quare quòd melius alia videamus: principis personæ mens, dicta, facta, fors contemplanda erunt: cuius dimensionibus reliquarum proportionem metiamur. Quum igitur facere Æneam instituerit perfectissimum: hominisque perfectio consummetur contemplatione, atque actione: ipsaque actio sit aut in se, vt abstinentia, aut etiam foras sese det, vt aliæ virtutes. vtriusque autem tam contemplationis, quàm actionis, siue finis, siue materia, siue (vt vocant) obiectum sit societas: eaque existat aut pars, vt œconomia, aut totum, vt politia: huiusque partes exerceantur vel in pace, vel in bello: atque in vtroque semper diuinam rem pro duce habeamus: ostendam tibi omnia hæc vno in Ænea cognita fuisse. neque id temerè. dictus enim est fuisse omnium sui temporis sapientissimus. Quare & bellum dissuasit, vt iustus: & in bello pugnavit, vt fortis: & superstes fuit satis patriæ, vt felix: & reposuit patriam,

vt gratus: & perpetuauit sacra, vt pius. Non est igitur Homerus audiendus, qui à Venere Æneam quasi *ἀπὸς* triftiore auspicio scribit appellatum: sed quod ab omni, vt inquit ille, parte laudandus erat. hoc enim est *ἀπὸ πάντων*. Quod autem eum principem & agnoscat, & faciat: satis patet tum ex aliis, tum ex illis,

*Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.* &

Æneadâsq; meo nomen de nomine fingo.

Quare & ei attribuit auspicia,

Aspice bisenos letantes agmine Cynos.

Boni præterea Principis totam curam pro republica esse oportet: quasi ille vnus è populo sit, non tanquam ei onus impositum, vt tyrannus: sed perinde quasi caput, non sarcina. Itaque appellat ipsos Socios. Ergo & scopulum conscendit ipsemet, quo sit laboris particeps, & suis oculis quæ sit fortuna rebus speculatur. Quamobrem etiam, in decimo, quum classem ducit, tum pernox & vigilat, & clauo assidet. Sic enim ait,

Ipse sedens clauumque regit, velisque ministrat.

Id quod amisso quoque Palinuro facit. Solus enim sensit spoliata magistro nauem fluitare. Sedentem autem maluit: quia sedendo euadit anima sapientior. quinetiam felicem aded, atque cordatum designat, vt nunquam coactus sit de quoquam sumere supplicium, sicut Vlysses, qui è suis habuit à quo castigaretur. Sapientis enim simul ac felicitis principis est, prohibere maleficia quàm patrata potius punire. quod si memineris quàm ex æquo & bono fert iudiciû in ludis, admirabere profectò diuini viri dexteritatem. Nam qui aduersa fortuna impediti non vicere, eos nihilominus afficit donis. vt maximus Poeta maximum virum etiam fortunæ dominum ostêtet, aut saltem moderatorem. quinetiam quum in certaminibus laborent omnes, non videtur decere id sine præmio effici debere. Nam victoria vnus tantum est, labor omnium. Ergo præmium victori esto, victis solatium: quapropter & illa verba dixit magnanima, ac deo digna,

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Et victum Daretæ luculentiore auget dono quàm victorem: vt ostendat virtutem sibi ipsam & pretium &

præmium esse. Iccirco in legibus proposita sunt criminibus supplicia: virtutibus nihil datur. Congruit etiam cum exempli historiarum regis Æneæ sapientia. Cænensi clade quum Paulus seipsum interfecisset. Senatus Varroni, qui alter erat consul, reuerso gratias egit, quod de Re pub. non desperasset. Ita Æneas Sergesto præmium dat, non tanquam victori, sed obseruatam, reductamque triremem.

Hactenus inspiciendam tibi personam proposui, quæ ciuilibus actionibus seipsam præstare potuit accommodam. Altera tamen erat hæc pars felicitatis atque perfectionis. Prior autem illa quæ in contéplatione erat constituta. quam non potest Poeta sine ineptiis declarare, si velit quasi in scholis, ostentare sophistâ de rerum natura disputantē. Cæterum quoad fieri decuit, parcè ac sobriè suo more attingit. Nam & naturam Æneæ notam fuisse apud Virgiliû declarabimus, & deum. Ac dei quidē vis atque imperium nequaquam ei potuit ignotum esse, qui & sacra procuraret, & religionem transferret etiam in terram hosticâ. Cuius cultû vel patris doceret ceremoniis volentes, vel etiam inuitos armis cogeret ad capesendum. Rerû autē naturam calluisse, id verò non iam vno ex loco planè constat. veluti in tertio quum diducit animum ad vtramque partem contemperationis. de Angue enim sic,

Incertus geniûmne loci, famulûmne parentis.

Sed & crinitus ille Iopas quâmnam suis è carminibus attulisset Æneæ voluptatē, nisi illa calleret, *Errantem Lunam: Solis labores: Vnde hominum genus, & pecudes, & reliqua.* Præterea quum viderent Harpyas, atque vna ex ipsis sese diceret maximam furiarum, summa modestia parique scientia dixit,

Sive dea, seu sint dira, obscœnaque volucres.

De Ætna verò, tantorumque causis incendiorû quum permulta sint à philosophis disputata, rémq; ipsam graphicè designasset, addidit,

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus

Vrgeri mole hac: & quæ sequuntur. Apertius verò fluuiorum originem, quum ait,

Nympha Laurentes Nympha, genus omnibus vnde est.

Sed & quis non videt difficillimam omnium materiam ac maximè cōtrouersam fuisse Aeneæ liquidissimā? quipede anima cū tot tantique philosophi multa quaesierint: illi neque pauciora, neq. obscuriora sciuit, quàm quæ ab Aegyptiis, Chaldeis, Indis sapiētibus prodita sunt. In sexto enim, quæ hic ignorabat, ita didicit, vt ea postea docere potuerit. Quare nulli esse dubiū oportet, quin vtrāque perfectionis partē ad summam sapientiae contulerit Aeneas. Reliquas igitur deinceps videamus.

Habes igitur politicam Principis personā. Nunc eiusdem ratio reddenda est tanquā ciuis. In quo aliæ virtutes esse quum debent, tū pietas & fortitudo primas sibi partes vindicare solent. Est autē pietas vox ambigua. nā erga deos bene affectus, dicitur pius: quibus diis bene neque velle, neque facere possumus. Hoc quoque non vno locodānauit Plato, quod quispiā Deum putet nostri nostrorūve indigentē esse. Erga homines autē pietas est affectus, quo bene illis vel à nobis, vel nostra opera votūve sit. Iccirco temerē à multis eius definitio allata est. Existit autē pietas aut in affectu, aut in officio: ac distribuitur humanis animis aut erga deos, aut erga patriā, aut erga parētes, vxorē, liberos, affines, amicos. Ac quanquā nullum cōmune genus est sacris, & profanis atque iccirco alia est propensio nostra ad benefaciendū hominibus, alia ad colendum Deum: tamen si acrius intueare, quandam inuenias latentem proportionem. Ita enim thus Deo damus, non quasi egeat, sed quasi si cuius indigeret rei quæ penes nos est, eius nos illi copiā facturi simus. Ita laudes canimus, non perinde atque ipsarum egens sit, aut quibus possit augetere: sed vt ex eius cognitione meliores interea ac denique felices euadamus. Itaque pietas sui-ipsius modulus quidem ac norma est. Nam & quum homini benefacimus, quippe homines ipsimet tanquam nobis ipsis facimus: quum erga Deum eodem modo animati sumus, in nos ipsos, beneficium illud ab infinito bono remeans ad authorem, redundat. Verūm hæc fortasse, more nostro subtilius. Planiore verò Minerva sic agamus. Pietas interdum misericordiam quandam significat: interdum propensionem certi cultus. Cultus igitur diuinus erit suo modo. Necessitudinum autem obseruantia erit pietas per proportionem ad

priorem. Hæc tria genera exequutus est Poeta in Herbe suo. Misericorditer, in primo, quum

Amifſos ſocios vario ſermone requirunt,

*Præcipue pius Aeneas. vt & pius ſit, quia præcipue: & præcipue, quia pius. Idem Hectoris cadauer pictum, & Regem ſuum ſupplicem vbi vidit, dat ei gemitum, non ſolum commouetur. Magnum verò affectum, qui etiam impedi-
diat orationem. Ad lamenta nanque Andromaches præ-
pietate vix reſpondet. Ait enim,*

-vix pauca furenti

Subiicio, & raris turbatus vocibus hiſco. Pertinet & illud ad pietatem debitam neceſſitudinibus. Neque enim ſolum iuſta facit patri, ſed etiam nutricem ſepelit, eiùſque tumulum oppido illuſtri auget. Præterea Miſeni ſepulchrum conſtituit. Pallanta etiam luget. de vxore verò,

Auſus quinetiam voces iactare per umbram

Impleui clamore vias. Vt proſectò me horror capiat, atque etiam quatiat: vbi videre atque audire videat, in nocte, inter hoſtes, fortem ſimul atque piùm virum etiã clamore chariſſimam vxorem quærere, talis ille ſuis. Quinetiam hoſtibus fuit, & placidus, & lenis, & clemens, & pius. nanque & Lauſum miſeratur interemptum. Et oratoribus ſepulturæ veniam petentibus, etiam pacem offert viuus, cæleſtibus illis verſibus,

Pacemne exanimis, & mortis ſorte peremptis

Oratus? Equidem & vſus concedere vellem.

Diuinus igitur Poeta commotum facit illum miſeriis alienis, is eſt primus limes pietatis. Addit etiam quaſi gradus quosdam affectus: quum dicit, *Turbatus*, Præterea *gemitum*, ſed *ab imo pectore*. Poſtremò etiam *lacrymas* multis in locis. Flet enim & Palinurum, & Pallantem. & quum diſcedens è Sicilia ciues ſuos ibi reſiſquit. At idem ſiccis oculis Eliſam flentem audit. neque enim conſuetudine ſupri moueri decuit piùm virum: vbi verò apud inferum ſui cauſa extinctam reſciuit, lacrymas fundit, additis illis verbis,

Funeris heu tibi cauſa fui.

Quinetiam abeunt, atque auerſante, non ſolum lacrymatur, ſed & proſequitur eam, & longè, & miſeratur. Erga patrem verò qualis? nanque Priamum cæſum vbi vidit, *-ſubiit chari genitoris imago*. Inde actutum eo:
at verò

at verò Anchise pertinace ad manendum, maault mori. omnia enim illius causa posthabuisse: *Rursus in arma feror* Illam verò pietatem cuiusmodi? patrem enim filio prætulit. Sunt in nobis insita zopyra quædam, id est semina æternitatis: quam quum haud possimus per nos comparare, generis propagatione assequimur. Hæc est causa propter quam chariores nobis sunt liberi quàm parentes. in patre enim desinit, quod incipit in filio. At pius Æneas qui à patre accepit vitam, patris vitam præfert vitæ filii. cui nihil debet, & satis dedit. Quapropter humeris impositum patrem gerit: filium vix qui sequi possit, *pone trahit* verius, quàm *ducit*. de quo tamen alibi,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Et cuius gratia certum sibi paratùmque regnum Carthaginis relinquit, vt incertum quærat armis. Itaque de illo, non de se in foedere,

Cedet Iulus agris. Et in summis periculis præcepta fundit,

*Disce puer virtutem ex me, verùmque laborem,
Fortunam ex aliis.*

In decorum autem cultu quantus fuerit, multis locis patet:

*Sum pius Aeneas raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum.* &

Sacra suosque tibi commendat Troia penates.

Et è cæde recenti,

*Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.* &

*Sic fatus meritos aris mactauit honores
Taurum Neptuno, &c.* & in quinto,

*Hæc memorans cinerem, & sopitos suscitât ignes,
Pergameùmque lavem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.*

Quum autem sapientiæ dux sint partes, facere, & docere: non solum fecit Æneas quæ ad pietatem pertinebant, sed etiam & docuit, & professus est: Omnia enim euenta, & casus deo attribuit. Nam quum Italiam peteret, atque in Siciliam delatus esset, nullam passus perturbationem, ait,

Haud equidem sine mente reor, sine numine diuùm. & illa monita,

Nem vires alias, conuersaque numina sentis?

Cede deo. Quibus verbis ne Socrates quidem vnquam protulit meliora.

Hi igitur sunt affectus. Officia verò, siue ministeria, quæ ad deorum immortalium cultum pertinent deinceps cognoscemus. Pontifex enim simul ostenditur, atque augur. ait enim,

Augurium agimur diuim. Caput etiam ab Harpyia augurium in tertio: & à fulmine tam in primo quam in octauo. & à flamma Alcanii. Itaque etiam vaticinatus est: -Hæc quantæ clades Laurentibus instans:

Quas penas mihi Turne dabit?

In primo quoque coniecturam facit: atque ex pictura quasi omen capit:

Salue meus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.

Sic etiam in tertio prædicit imperium Romanum in Epirotum colonias ac municipia legibus communicatis. Ait enim, *Vnam faciemus utramque.*

Pontificatus autem multis describitur locis: tum iis quos surpræ diximus, tum aliis:

Hos cape fatorum comites. & in duodecimo inter fœderis conuentiones, Sacra deosque dabo. Itaque ipsemet sacra facit, & Phœbo, & Neptuno, & Iunoni ipsi mactat suem: & bellum facturus litat illis versibus,

Et primum Herculeis sopitas ignibus aras

Excitat, hesternumque laræ, paruosque penates.

Et in Italia quum primum posuit pedem, alia alii exequentur, ac curant quæ ad œconomiam spectant: ipse Apollinis templum, ac Dianæ lucum adit. Quamobrem antiqua eruditione, more suo, modestè dissimulata, diuinus Poeta ad eum loquentem facit Cymodoceam certis verbis, quibus mos erat vestali affari Regem factorum, *Vigilæ sine Rex: vigila. Ita apud Poetam, Vigilæ sine deum gens Aeneæ: vigila.*

Neque verò ita pontificis officioungebatur: quemadmodum nostri nunc faciunt, qui aut ignorat diuinas præceptiones, aut si notas habent, sese eas ignorare volunt. sed & rectè ac ritè quæ opus sunt, facit: & præ se fert illam integritatem, quæ tantæ dignitati debeat. veluti illis versibus, quorum aliquot recitabamus,

Tu genitor cape sacra manu, patrisque penates,

Me bello è tanto digressum, ac cade recentis

Attrectare nefas: donec me flumine vivo

Abluero. Modum quoque sacrorum indicit in quinto,

Ore sanete omnes, & cingite tempora ramis.

Quare non est mirum si etiam attribuit ei Poeta diuinitatem. quippe qui & dea natus esset: & à Nympha appellaretur, *Gens deorum:* & esset dictus, *certissima proles Iouis:* & futurum Indigetem fata pollicerentur. Atque hæc omnia apertè: sub eruditione autem, quum etiam à diis ei somnia mittuntur. Sic. n. in somniis apparet Hector: sic patet Anchises: sic ipsi dii in tertio penates. Id quod Xenoph. non nisi diuinis viris cælitus euenire scriptum reliquit.

Fortitudo autem quum sit animi constantia in aduersis: duobus, quemadmodum dicebamus, contingere potest modis: aut cõtemnendo, & durando: aut obuiam eundo, & expugnando. Ita fortis Achilles quum pertulit Agamemnonis iniuriam: fortis Ajax, qui non est passus iudicii iniquitatẽ. vterque enim superat: maiorque est ipso incommodo. vtranque speciem exhaustit Æneas, qui etiam doceat alios:

Durate. & Superanda omni fortuna ferendo est.

Etiam vt se, vel parem obiiciat fortunæ, vel constituat superiorem. Quemadmodum verò & subeat pericula, & obeat quoque multis locis luculentissimè scriptum est. Siue in locorum sint difficultatibus. Quid enim tetrius Tartaro? & tamen adiit. At quo animo? duces Sibyllam non timidis vadentem passibus aequat. siue immineant à personis: idque vtroque sanè modo: vel iusto bello, vel certamine singulari. Et iubet, & ostendit, & facit:

Iamque adeo exierat portis equitatus apertus:

Æneas inter primos.

Neque enim, vt Pyrrhus, ipse ipsi cauit loco: quemadmodum iocatur Terentius. Intelligas verò eiusmodi fortitudinem, interdum simplicem, & rectam, interdum mixtam cum iusta ira: aliquando cum pietate. Molliorem quoque factam secundiore fortuna. quippe in quarto paulò delicatiorem ostendit. Nam tameris vt Rex, nouabat recta: vt Imperator, fundabat arces: tamẽ non erat aspèrnatus nitidiorum cultum: cui & ensis esset fulua stellas inaspide, & chlamyde purpurea fulgeret. At vbi puluis, & cãpus vocat, disciplinæ militaris reuocato rigore humi

cubat, humi cibum capit: pomis aggregitibus, ac simplici victu contentus est. Quinetiam media in tempestate detestatur ignobile mortis genus, mortem optat, nedum vt pertimescat. Ita non horret mortem, sed ignominiam adeo, vt etiam exactæ vitæ partem cum morte iam commutatam esse constanter exoptet. In re item dubia, ac penè desperata videbis quantum gerat animi. In duodecimo enim cum sagitta ictus esset, neq. euelli posset cuspis,

*Sauit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere. Ipsa met sibi scilicet. & addit,
Auxilioque viam, quæ proxima, poscit.*

& illud magnanimum,

Ense secens lato vulnus, relique lasebras

Rescindant penitus.

Hoc esse poterat, vt pro se tantum faceret non quolibet consuleret. At enim uerò longè alia ratio: ait enim, *Seseque in bella remittant.*

Quo tempore ne sedit quidem ad quiescendum. Ait enim,

Stabat acerba fremens, ingentem mixtus in hastam.

Idemque &

Concur su iuuenium, & multum mœrent is Iuli

-lacrymis immobilis.

Sui igitur contemptor, gloriæ dominus, ciuium seruator sæuit hic. At idem quum datur occasio eadem fortitudine lenis & clemens, non factionibus, sed virtute victor. Rupto enim fœdere dextram tendebat, eamque inermè. Et nudato capite, atque suos clamore vocabat, *O cohibite iras.* Sic vniuersæ rei bellicæ vera vnicæque gloria C. Iulius Cæsar in prælio Pharsalico nuda manu & capite clamabat, *Parcite ciuibus.* Acuit eam fortitudinem in summa rerum trepidatione, atque desperatione ita, vt etiam exeat in audaciam,

Arma amens capto, nec sat rationis in armis.

Quippe solus, quo quibus neque dux, neque sub duce. Sperat tamen, proponitq. sibi factum viri fortis: sed *glomerare manum*, id est ciues cogere: apponit consilium, *Et concurrere in arcem.* adiungit ferociam, quasi stimulum virorum fortium, *Furor iraque mentem Precipitant.* Itaque concludit, *Pulchrumque mori succurrit in armis.* Præterea quum fratragema sit, vaftrum commentum Imperatoris,

vis belluarum, consiliū hominis: ita admisit Coræbi sententiam de clypeis mutandis, vt præsentī vtilitate non cōtaminaret perpetuam fortitudinem. Itaque magnanimitas prohibuit eum quominus esset illius consilij author: rerum experientia persuasit, vt fortunæ melioris arriperet occasionem. In aduersa igitur firmus: in secunda nunquā temerarius. sed ne illa quidem oblata continuò confidēs animi. Euandro enim auxilia pollicente nequaquam soluitur à curis: sed ipse & Achates,

-multa suo tristi cum corde putabant,

Ni signum calo Cythærea dedisset aperto.

Pietate verò tum condidit fortitudinem: quum Lauso, quia patrem texerat, noluit afferre mortem: sed & monuit ipsum, atque etiam increpuit,

Quo moriture ruis? Fallit te incautum pietas tua.

Tandem verò non nisi irritatus eum morte affecit, & coactus, & inuitus. Dementi enim & insultanti iuueni quid faceret? *-seua iamque altius ire,*

Dardanio surgunt ductori. paulatim scilicet, non temerè. Quapropter redit ad clementiam suam simul, atque moderationem,

At verò ut vultum vidit morientis, & ora,

Ingemuit. & addit, miserans grauitè: *dextramque tetendit.* Quin & mox eum ipse terra subleuat: non solum donat cadauer patri, sed simul etiam cum armis.

Est autè fortitudinis vel species, vel perfectio magnanimitas. Ea est virtus quæ nihil fordidi vel probat, vel patitur. Magnum sanè factum illud, quum penè iam expugnatam urbem, ipsamque victoriam è manibus amittit, vt cum fortissimo hoste ancipiti sanè prælio congregiatur,

Magnanimitas.

At pater Aeneas audito nomine Turni,

Deserit & muros, & summas deserit arces.

Audito tantum nomine, etiam ipsas arces, quas penè in manibus habebat, omittit: antepositæ certam virtutem non minus certæ fortunæ. Quare neque deprecantem Turnum interficit, donec alteram fortitudinis partem potiore ducat: vltionem scilicet necessitudinum. Itaque ne se quidem authorem vult facere, vt alibi: *Aeneæ magni dextra cadis.* Sed reiecit in necessitatē, pulcherrima nempe figura etiam à Rutilio descripta:

Pallas te hoc vulnere Pallas, immolat, tanquam inferias

illi pro victima, non tanquam hostem qui bellum intulerit: non riualem qui vxorem petat: non fortunarum depopulatorem qui regno fatali arceat.

Hæ sunt certæ personæ virtutes, militis, imperatoris, pontificis. Quæ verò etiam cui vis ciuium communes essent, nulla caruit: temperatìa, prudētia, industria, solertia. Quid enim modestius quàm ea quæ Græci ἀνεια, & ἀπονα, vulgus Italicum *Talionem*, Gallia paulò corruptiore vocabulo *redemptionem*, negligere. Nam & iure belli redemptitiam pecuniam accipere possumus: & Æneas noluit. haut dissimilis Pyrrhus, cuius vox illa regia,

Ranson.

Non cauponantes bellum, sed belligerantes.

Accirco & Lausum dono dedit sine precio: & hoc, & cæteris omnibus virtutibus fero Achille maior, qui filium patri auro vendidit: & auri atque argenti talenta pollicenti, ait,

*Auri atque argenti memoras quæ multa talenta,
Gnatu parce tuu.*

Cæterùm diuitiarum contemptus etiam in multis fuit: quorum animum haud faciliè perspectum habeas. quippe aliis id persuasit sapientia: nonnullis stultitia. sunt & quos ignauia cohibet ab industria: sic enim diuinus Pœta,

*- aliter vitium vitisque regendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat: & meliora deos sedes omnia poscens.*

Mentis tamen altitudinem fuisse in Ænea ad eam perfectionem consequendã ostēdunt cæteræ actiones. Quotus enim quisque sibi de gloria, aut victoriæ opinione demat? atqui ille quum de se ac Turno verba facit,

*Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his mecum decus concurrere talis.*

Non addidit, Ego illũ interfecissem: sed modestissimè,
Vixit cui vitam Deus & Fortuna dedisset.

Cuiusmodi animi temperationem & retinet & præ se fert in legibus fœderis. Nam si sum victus, inquit, cedam: si vincam, haud peto vt cedant victi. neque volo imperare non cedentibus, id quod etiam minus est: crescit igitur semper modestia: sed socii vt sint volo. Imò, ait, *fecer arma Latinius habet: Imperium solenne facer.* Neque iubeo vt laborent Latini: id quod Drances pollicebatur: *satãque subucltare humeris iuuabit.* sed mihi, inquit, *mænia Teucri Cõ-*
stituens.

stent. Neque gloriam mihi posco ex nominis impositione: sed id quoque ipsis concedo victis: *Vrbique dabit La- uinia nomen.* Gratissimo quoque animo fuisse ostenditur, quum tam luculentis verbis, in primo, gratias agit Regi- næ ob clementer auditam legationem, atque socios recep- tos. & quum in quarto, - *ego te, qua plurima fando*
Enumerare vales, nunquam Regina negabo
Promeritam.

Pollicetur etiam æternam apud se memoriã beneficij:
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Ne verò crudelem aut ingratum putes, vbi dicitur, *sed*
nullis ille mouetur Fletibus. Reiectus enim est & effectus &
 causa in deos illis versibus:

Fata obstant, placidæque viri deus obstruit aures.

Ita placidæ suapte natura erant aures, Fato autem fa-
 ctæ duræ.

Industriam verò homo vnquam nullus maiorem præ
 se tulit: siue œconomiam intuearis, tum in primo tum in
 octauo: siue artes alias. Nam & nauium structura præ-
 fuit, & urbem condidit, & nauigandi calluit rationem.
 Facundiam verò quis nõ miretur? quippe in omni genere
 orationis excelluit. Nam & demonstratio vitur, in pri-
 mo, ad Reginam, & suasorio multis in locis, & forensi
 quum Reginæ refellit obiectiones.

Neque verò sunt audiendi Stoici, siue plumbeos siue illi *Stoici.*
 ferreos sibi fingant homines. Nam si eorum Sapiens im-
 mobilis est animo, etiam corpore caudex erit. Neque e-
 nim quicquam officij à me proficisci potest, nisi mouear.
 Si pater excidit in voraginem, dabo manum. Quare? Si
 excindatur patria, non propugnabo. quomodo ero iustus
 aut liberalis? Sed illorum nugæ satis patêt: qui quum pec-
 cata paria facerent omnia, pares quoque virtutes efficiãt
 necesse est. paria igitur officia. Quoniam igitur consilio
 dirimunt species officiorum, vt alia sint mediocria, alia
 summa? Hæc propterea scribo, ne obstrepant Æneæ ad-
 uersus Helenam irascenti. Nam & ipse ibi disputat: & ita
 mouetur, vt vincat melior sententia: quam diuinus Poe-
 ta meritò ascribit deæ. Neque enim aliud ratio est in
 mente humana, qua superantur affectus, quàm radius
 quidam, vt ita dicam, primæ illius Lucis, sine qua
 omnia sanè meritò & dicuntur tenebræ, & existunt. Dispu-

tationem ecce qualem:

-námque etsi nullum memorabile nomen

Feminea in pœna est, neque habet victoria laudem.

Non querit igitur aut nomé aut laudem, sed iustitiam, vt suorum debeat ignominiam. Quis enim patiatur affines suas feminas primarias premi seruitio impudicæ mulieris? Igitur rectè interpretatur factum suum sic: *Extinxisse nefas*. Nullius enim non interest nefas tollere. Vir enim iustus nullum malum superesse pati debet. Quare Grammaticuli, qui hocce luculentissimos operosissimosque versus sublatos voluere, vulgaribus moti affectibus, ignoratis rationibus iustitiam de Sapiente suo abstulere.

Habemus igitur vno in Ænea tanquam ideam illam Socraticam cuiuscunque personæ: cuius perfectio naturam ipsam in genere æmulari, in singularibus priuivque indiuiduis etiam superare videatur. Verùm quia & sexu aliæ differunt, & statu nonnullæ, cuiusmodi eas item describere possis, videamus.

PERSONÆ ALIÆ.

CAPVT XIII.

Agrestiu. **O**Rdiamur à multitudine, quam in agrestem, urbanam, militarem distingues. Agrestem stupidam, credulam, timidam, peruicacem, indocilem, sui cõdentem, *Urbana.* cõtemptus suspicacem simul atque detestatricem. Urbanam supinam, pauidam, tumidam, mollem, ignauã, verbis quàm factis promptiorem, luxu atque otio feram, superbam non resistentibus, demissam instantibus, crocodilii naturã. *Militariu.* Militarem maleficam, intetam motibus exprobratricem operum suorum, gloriosam, vanam, otium querat, queritum rumpat. In vniuersum verò, multitudinem omnem infidam, inuidam, indulgentem genio rebus secundis, fractam in aduersis, subitæ pœnitentiæ, ducis appetentem, appetiti recusantem. facit vt non faciat. fatagit vt nihil agat. seruit vt ne pareat. Est enim *δυναστεία* tyrånis multorum capitum. Agrestis exempla excipies duræ, inconditæ, facillè excitabilis: in septimo, *Improuisi ad sunt: hic torre armatus obusto, Stripiti hic grauidi nadis.*

Aduerte deinde asperitatem, eamque præcipitem, *Rimanti selum ira facit, quod scilicet cuique reperitum est, & quæ sequuntur.*

sequuntur. Urbanam autem vides ibi tumultuantem:

*Ac veluti magno in populo quum scpe coorta est
Seditio, sensitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.*

Inconsideratam verò, & corporis affectibus obnoxiam, in eodem:

Illi se præde accingunt, dapibusque futuris.

Neque prius amissorum sociorum cura subit atque cogitatio, quàm

Postquam exempta fames epulis mensaque remota.

Improuiso autem euentu perterrentur, atque animum despondent, vt in tertio ad Harpyiæ vocem,

*At sociis subita gelidus formidine sanguis
Dirigit, cecidere animi, nec iam amplius armis
Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.*

Adeoque deiecto animo sunt, vt *Sive dea, rectè hactenus ac piè: sed quid sequitur? Seu sint dira obscænaque volucres.*

Factiosam verò ibi:

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

& in duodecimo,

Exoritur trepidos inter discordia ciues.

Vrbem alii reserare iubent, & pandere portas

Dardanidis: ipsumque trahunt in mœnia Regem.

Arma ferunt alii, & pergunt defendere muros.

Inconstantem autem in tertio,

Ipse iam matres, ipsi quibus aspera quondam

Visa maris facies, & non tolerabile nimen:

Ire volunt, omnemque fugæ perferre laborem.

Militarem quoque inconstantiam in x i i,

Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini:

Qui sibi iam requiem pugna, rebusque salutem

Sperabant: nunc arma volunt, fœdusque precantur.

Infectum: & Turni sortem miserantur iniquam.

Vide pœnitentiam. nânque in vndecimo,

Hic matres, miseraeque nurus, hic chara nepotum

Pectora mærentum, puerique parentibus orbi:

Dirum execrantur bellum, Turnique hymenæos.

Ipsam armis, ipsumque iubent decernere ferro:

Qui regnum Italia, & primos sibi poscat honores.

Proxima huic naturæ fœmina est, infida, suspicax, inconstans, insidiosa, simulatrix, superstitiosa: cui si potentia adiuncta est, sit intolerabilis. Aspice Iunonem in primo seipsam commendantem,

*Est ego, qua diuim incedo Regina, Iouisque
Et soror & coniux.*

Et in septimo,

Stetit acris fixa dolore.

Talem etiam obseruabis Amatam, quæ postulabat sua vt consilia obuiam irent etiam Fatis ipsis. Itaque eadem audent omnia, non fortitudine atque animi præsentia, sed insania atque vœcordia, atque iudicii peruersitate. Quare etiam sese illa suspendit, serua facta mortis potius ignominiosæ, quàm vt præter libidinem suam aucti imperii florentes videret res. Vult autem fœmina semper, si queat, suo nutu res ferri. itaque sic describit eius amentiam:

*Quam super aduentu Aeneæ, Turnique hymeneis
Ardentem curaque iraque coquebant.*

Et Iuno,

*Haud equidem metuum implorare quod vsquam est:
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.*

Aded vt etiam demittat se supplicem deterioribus, Æolo & Furiz. Quin quum extremus supremusque omnium affectuum in fœmina sit zelotypia, cæca Iuno ad Teucrorum odium acuitur obliuione pellicis, vt enim Æneæ noceat cum Iuturna fœdus init.

Superstitiosam agnosces ex octauo,

Vota metu duplicant matres.

Affectum verò exuberantem, in eodem:

*Stant pauida in muris matres, oculisque sequuntur
Puluerem nubem.*

Pœnitentiam verò in quinto, exusta classe:

*Est ille diuersa metu per litora passim
Diffugiunt.*

& addit, *Piget incæpti: & quod maius est, lucis.*

Omnino autem nihil mediocre in hoc sexu. Semper enim, vt est in nostro prouerbio, aut minus quàm canem, aut plus quàm senionem iacit. Ergo non solùm

gemitus

gemitus & lacrymæ, sed etiam plâctus, & vestium scissio, & vlulatus attribuuntur. Ostentator sexus ille cuiuscunque fortunæ affectibus maximè vehementissimèque expressis:

Amplexæque tenent postres, atque oscula figunt.

Sic etiam Andromache vbi Æneam vidit, *Implevit clamore locum.* non enim mediocris vox, clamor: nec mediocris clamor, qui locum implet. *Mulierum virtutes.*

Quòd autem ad earum virtutes pertinet, duplicem modum designare possis. quippe aut virilem, aut suauem ac lenem. Propria fœminæ virtus pudicitia est & pudor. Pudor est metus reprehensionis: Pudicitia, est constans abstinentia à venere prohibita. nam castitas est constans abstinentia à quacunque venere. Pudorem cognosces in Lauinia:

Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,

Flagranteis persusa genas: cui plurimus ignem

Subiecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit.

& alibi,

Causa mali tanti, oculos deiecta decoros.

Pudicam verò finges ex Andromachæ specie, quam quæ Æneas appellasset, ita vt Hectoris memoriam excitaret: addidissetque noui coniugii mentionem, sic:

Hectoris Andromache, Pyrrhin comubia seruas?

Statim intelligis, *Deiecit vultum:* & voce quidem loquuta est, sed demissa. Quæ tamen antea clamore compleisset locum. Luculentum exemplum tibi præbet Dido, quæ vt à castitatis proposito auelleretur: opus fuit deo, sed ipsomet Cupidine, sed præsentem, sed virus per oscula inspirante. Iccirco etiam Iuno Venûsque conuenere ad illum animum expugnandum. Speluncam quoque obscuram, loco solo ac deserto, & cum signis Iunonis ac Nympharum vlulatu. Quin vocat coniugium. Sic scriptum oportuit de ea, quæ Sichæi memoriam Hiabæ regno putarat potiorem. Quibus modis extorta est illius voluntas. neque enim satis erat quòd natus dea, quòd *-Os humerisque deo similis.* Quare nunquam aliter loquitur de Ænea, atque de marito.

Ne cui me vellem vincolo sociare iugali. &

-agnosco veteris vestigia flammæ.

vt aut in Ænea Sichæum amet, aut Æneam in Sichæo.

Postremò concludit non facturam. neque sanè fecisset: verùm non solùm Anna, sed etiam astra ipsa impulerunt.

In ædibus autem assignabis diligentiam, & sedulitatem, & curam anxiam, & parsimoniam attribues. in operibus verò solertiam. vt in Euryali matre, atque Elisa. &

Iliadumque labor vestes.

&, *Fert picturatas auri sub tegmine vestes.*

&, *Phrygiam Asiano chlamydem.* &, *Textilibus onerat donis.*

Sedulitas ac frugalitas, in octauo: vbi comparat Vulcanum fœminæ diligenti & parcæ. qualem etiam habes in Andria & Heautontimorumenò Terentianis.

Viriles porrò artes virtutésque, & affectus atque officia dabis mulieribus, aut ex institutione: quem in modum extruxit Metabus Camillam. Aut ex natura: qua freta clusit Pygmalionem Dido: factâque est princeps populi. Aut ex desperatione, qualis Euryali mater:

-muros amens atque agmina cursu

Prima petit.

Neque enim ætas impediēbat quominus curreret, etiam in primam aciem,

-non illa virum, non illa pericli,

Tectorumque memor. Non igitur ob fortitudinem. nanque vir fortis & periculum agnoscit, & capeffit. at imbellis audet, quia aut ignarus, aut immemor periculi. Ita in vndecimo,

Ipsæ de muris summo certamine matres

Teli manu iaciunt: sed trepidæ, vt intelligas naturam pugnare cum necessitate: quâ adductæ,

-primæque mori pro mœnibus ardent.

Præcipites verò in fletum atque cōquestionē fœminæ. Sic enim τὸ θῆλυ appellat Aristoteles *μυμψιμοεγ*: insatiabilis enim est sexus ille rerum omnium: vt neque appetens pacari, neque plenus expleri possit. Nunquam sanè forti suæ acquiescit. Hos tamen affectus temperabilis loco, tempore, casibus. aliter nanque flebit mater amisso filio, vt Euryali mater: aliter amisso amâte Dido. Aliter ea cui ex præsentī re amissæ rei memoria renouatur. semper enim comparationes facit muliebri genus. velut Andromache,

O mihi sola mei super Astyanactis imago,

Sexus muliebris.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Est nanque & scœmina & mater. Nec minus ipsa Venus
tanquam mater, narrante Ænea miseras suas,

Ignotus, egens Libya deserta per agro,

Europa atque Asia pulsus: commota,

-nec plura querentem

Passa, -medio sic interfata dolore est.

Quod autem de scœmineis affectibus dicimus, id in viris
quoque considerabis. Affinitatis enim & odii, aut ami-
citiæ affectus aliam quasi faciem imponunt dignitatibus
personarum: quemadmodum etiam casus, siqui sunt a-
trociores. Quamobrè in classis incendio scidit Æneas
vestem. In extremo etiam periculo *it scissa veste Latinus:*
quod alioqui indecorum est. Fuit tamen veterum mos il-
le, quemadmodum etiam in sacris libris legere est. Par
affectus Euandri, quem in funere filii - *potis est vis nulla te-
nere: sed & procumbit super, & procubans hæret: neque
auelli vult: & lacrymans ac gemens vix fari potuit.*

Æ T A S.

CAPVT XV.

AB ætate diuersa erues exēpla. Nā prima pueritia lu-
sibus intenta est. Quam pudētē describes, ne inep-
tias, pauci nanque probant Homerum: nemo potest de-
fendere, quoniam Phœnix exprobrat infantiam Achilli:

Πολλὰ κί μοι κατέδευσας ὄπι' ἐν θεοσι χιτῶνα
οἴνου ὄπι' ἄλ' ὕζων ἐν νηπιέη ἀλασγεινῇ.

Parum enim differt ab iis quæ Aristophanes in Nubibus
βρωῖ, μῆμ' ἄν, κακῶν. Verum sanè nobis coluntur, vt ait
Martialis, *Musa seueriores.* Parcissimè Poeta in quarto,
-siquis mihi paruulus aula Luderet Æneis. At ætas adultior
in studia cuiuscunque generis impensius incumbit. soluta
tamè studia illa esse oportet, & animi gratia porius quàm
seuere que sita cultu:

At puer Ascanius mediis in vallibus acris

Gaudet equo: iūmque hos cursu, iam præterit illos.

Spumantemque dari pecora inter inertia rotis

Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.

Maturior autem factus etiam venatur. Tum iam gran-
dior Numanum interficit: postea etiam cum educit e ca-
stris Poeta.

Adolescentiæ perpauca exempla habes ex Poeta nostro, vt lacrymas Euryali: at effinges ex præceptis his: Fertur atque etiam impellitur ætas prima hæc tum facile, tum vehementer, ad ea quæ concupiscit. Concupiscit autem & statim, & multa potita contemnit. ad alia animum appellit. Præceptus potius animus quàm magna voluens. Iram atque animum ipsum in fronte atque ore gerunt. Anteuertit impetus deliberationi, facta verbis, pœnitentia perfectioni. Honoris atque prælationis exactores importuni, potius quàm seduli vindicatores. Contemptus vitores: ipsi contemptores diuersorum à suis studiorum. Laudatoribus suis fauent: odere monitores. Potentiæ studiosi, opum negligentes. spe enim alunt fiduciam sui. Liberalitatem exercent, ignari fortunæ deterioris. Omnino simplicitatem & à se profitentur, & ab aliis exigunt. Parum suspicaces: creduli multum. Honestæ vitibus anteponunt. nondum enim acuit eos rerum experientia, Sibi ipsi lex sunt. Sodalitatum atque societatum studiosi, sibi ita viuunt, vt credi velint aliis quoque viuere. Denique nihil mediocre. Alienarum miseriarum pii obseruatores, suarum securi. In iocos soluti. Verecundiæ obnoxii in erroribus: elati in benefactis.

Iuuenis autem frequentissimè ferox, atque etiam violentus. Ferox Turnus etiam Furiæ exprobrat senectutem: deinde ad arma vniuersum concitat Latium. Itaque eum ardentem appellat Poeta. & in duodecimo,

Ardentes oculorum orbis ad mœnia torfit.

Sic audax Lausus, atque etiam AENEÆ insultans. Pallas verò nihil Turni vim metuit: cuius animum describit,

-audax quos rumpere Pallas

Sacra vetat: raptòque volat telo obtutus ipse.

Cupidum quoque laudis, vbi Turni petit spolia. Euryalus quoque seipsum offert periculo, tantum abest vt perterritus. Rarò igitur modum statuit appetentiæ suæ iuuenis. Euander id de se ipso,

- mihi mens iuuenili ardebat amore

Compellare virum, & dextra coniungere dextram:

Acceffi.

Facilis iræ: prompta vltio, ac parata. Gyas in quinto,
Tum verò exarsit iuueni dolar o sibus ingens.

ita haftenus: vide quid sequatur:

Nec lacrymis caruerè genæ:

Indignatione enim citius quàm pietate iuueni excidunt lacrymæ. Addit illico factum & vltionem,

Oblitus decorisquæ sociûmque salutis,

In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.

Onnino autem iuuenis natura inter adolescentiæ ac senectutis tempora vt media est, ita & particeps tum vitiorum tum virtutum: scilicet affectuum atque propensionum. Itaque Euryalus ita adolescens, vt iam esset ætate firmiore, aliter afficitur ac lacrymatur quum in metu est, ne sibi victoriæ præmium præripiatur. Aliter Iulus in Euryali luctu. AEtatis autem huius penè cognatum ac perpetuum vitium, inconsideratio. item præcepta temerariæque occupatio iudiciorum. Id quod notat in Polo Quintilianus. Pudentius, in nono, Ascanius: vbi Niso atque Euryalo præmia polliceretur Alethes, vt bene institutus tacuit: tamen & Regius filius, & is penes quem esset arbitrium dandorum præmiorum. Excepit itaque mox oratione: verum non sine nota spei iuuenilis,

Ille, vides, quo Turnus equo, quibus ibat in armis?

Senilis ætas maxima ex parte moribus est contraria adolescentiæ. Ergo quod diu vixerint, parum sperant, pauca moliuntur: præteritis gaudent, quæ sola probant præ iis quæ præsentia sunt: quibus non acquiescunt. Nouarum rerum obtrectatores, semper habent quod obiiiciant. Solliciti officiorum exactores. Ad rem attenti. Lenti ac difficiles ad persuasiones. Cauti, atque etiã suspiciosi. multa enim indignè aut se aut alios perpeffos meminere. Ac quemadmodum adolescentes spe, ita senes memoria metiuntur omnia. Rarò affirmant ea quorum non habeant exemplum in memoria. rarius deficiuntur de sententia, rarissimè sibi alias anteferri patiuntur ætates. Meticulosi, pertinaci vltioris vitæ expectatione. queruli. Odia hostiliter exercent, atque etiam conuicia. Garruli, tristes, importuni interpellatores, semper etiam quippiam imminentis mali minitantur. Quamobrem exercet frequentissimas comparationes. sic Priamus,

At non ille, satum quos te mentiris, Achilles

q. iij.



Talis in hoste fuit Priamo.

Entellus de cestibus,

Hic magnum Alcidem contra stetit,
Statim de seipso,

-hic ego factus,

Dum melior vires sanguis dabat.

Euander,

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos, &c.,
Consilium quoque attribuas & sapiëntiam iuuenilium tu-
rorum temperatricem, vt in Latino,

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci

Virtute ex peras: tanto me impensius æquum est

Consilere.

Obseruabis & fortis viri excusationem à militiæ mune-
ribus propter ætatem. sic Entellus,

-non laudis amor neque gloria cessit

Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta

Sanguis hæret.

Quin præmio non adduceretur, si esset iuuenis, sed lau-
dis amore:

Haud equidem pretio inductus, pulchroque iuuenio

Venissim. & addit, -nec dona moror.

Contrà Latinus in signum fœderis atque amicitiz: *Mu-
nera nec sperno.* Satagunt etiam senes in prælagiis, & pru-
dentiz artes colunt. Sic Anchises interpretatur ex ora-
culo profectionem in Cretam: postea redintegrato con-
silio, ait,

Sæpe nouo veterum deceptum errare locorum.

Sic sæpe faciunt senes: vt ineptam orationem noua cor-
rigant.

OFFICIA.

CAPVT XVI.

AB officiis autem & institutis aliam in eas rationem,
quippe cuius umbratilis Drances eloquio non contē-
nendus, eo solo utebatur, & aduersus Turnum & erga
Æneam. Qua de re tamen diximus aliquid in persona-
rum tractatione, tamen quia multum oportet esse atten-
tum Poetam ad decorum, hic quoque aliquid confide-
rabimus. Militiæ igitur officium tamen vnum habet fi-
nem, patriam tuendi: tamen tot secum affert tum vitia
tum

tum incommoda, vix vt vno capite possint explicari. Mirum quod Virgilius vnum tantum Mezentium deorum contemptorem facit. Nunc enim qui quàm maximè abest à cultu diuino, tam proximè vult videri accessisse ad viri fortis opinionem. Innatus sanè contemptus & legum & rationis. Suarum consuetudinum, morum, stultitiarum commēdatores, aliena iudicia pro ridiculis habent. Omnium rerum obliuiosi præterquam contumeliæ dicēdæ, iniuriæ faciendæ, rapinæ exercendæ, debitum negando, depositum abiurando, rem minis atque etiam plagis soluendo. Virtutes autem illæ animi præsentia, motus iniriō mediocris, qui simul cum ærumna crescat atque incendatur. Nunquam decoris sui immemor: gloriam suam præ oculis, Ducis imperium, Reipublicæ commoda ante oculos habeat. superetur, non vincatur. victus non fateatur. neque enim tam placet Turnus illis:

-viciſti, & victum tendere palmas

Ausonii videre.

& illud, -*tua est Lauinia coniux*: quàm Troilus, qui & puer & -*impar magno congressus Achilli*: & deiectus de curru, *Lora tamen tenet* adhuc. Iactabundus tamen semper miles, spe euentum præcipit fiducia sui. *Dare s*

Ostentat latos humeros, alternâque iactat

Brachia.

Itaque alacer non tam adepta, quàm præcepta opinione victoria.

Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna,

Aeneâ stetit ante pedes.

Item impatiens: -*nec plura moratus*. iam quasi victor *Leua cornu tenet*. & *Ducere dona iube*. Sollicitus verò in aduersa fortuna, quales in obsidione Troiani: solutus in secunda, vt Rutuli:

-*fusique per herbam*

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

&, -*noctem custodia ducit.*

Insomnem ludo. Mox, autem, *Lumina rara micant.*

Tandem, -somno vinoque sepulti

Procubuerunt. itaque Silent late loca.

Hostilis autem frequens exprobratio: laudis diminutio

aut contemptio: & probri attributio,

O vera Phrygia: neque enim Phryges.

Quare non solum milites, sed etiam alio quouis modo inimici & sentiunt & loquuntur. Hac consuetudine Amata prædonem vocat Æneam: Teucris obicit exilium. Latronem Æneam matres laurentes. eundem Semiurum Turnus. Adiungitur verò affectus acrior interdum aded, ut audito solo nomine hostis, excremur. Horatius id ostendit, quum ait,

Parentibusque abominatus Annibal.

Sic & patriam & gentem odio habemus. quemadmodum in tertio est apud Poetam,

Et terram altricem divi execramur Vlyssu.

Peculiaris militi ea exprobratio, quæ fit hoste interempto: de qua inter figuras: Sarcasmon enim Græci vocant. Ea nihilominus ante cædem fieri solet. frequens, ut suo loco. Neoptolemus,

-referes ergo hæc, et nuncius ibis

Pelidæ genitori, illi mea tristia facta,

Deguerémque Neoptolemum narrare memento.

& post cædem Æneas,

Isthic nunc metuende iace. non te optima mater

Condet humo.

Idem Lucago, Camilla Liguri, Et Turnus,

-quam bello Troiane petisti

Italiam metire iacens.

Magna illusione atque acerba. quippe Italiæ possessionem dat ei. Haud tamen semper conuenit, vel propter personarum rationem, vel propter varietatem. quare Æneas ibi nihil amplius quàm

Pallas, te hoc vulnere Pallas Immolat.

& Turnus occiso Pallante quasi Epicædium canit,

-qualem meruit Pallanta remitto.

Remissus & Lausus eodem modo:

Arma quibus lætus, habes.

At Turni quæ sequuntur paulò acerbiora, sed tamen sine Sarcasmo, contra quàm Grammatici existimarunt:

-haud illi stabunt Æneia paruo Hospitia.

Privatim verò qui exercitus curam gerunt, aut classis, aut urbis, plus tribuunt consilio, diligentia, prudentia. Arte, non impetu volunt vincere. quemadmodum Turnus

in summa ciuium trepidatione, neque se deserit, & alios confirmat. tum omnia prouidet, omnia disponit. nam & in campos equitatum effundit aptissimè: & Catili Coraque fratris ductu firmat vrbis aditum. In muris coronam propugnatorum disponit. ipse cum robore exercitus capit locum ad signa inferenda. Tum astu imperatorio, quod Stratagema vocant, fauces occupat, ad insidias ipso in salu confidens, vnde Æneam iuga summa superantem excipiat incautum.

Eiusdem imperatoris officium est, summa in desperatione animos addere, ac facere iacturam vilioris rei ad victoriam consequendam. Quare Tarchontem fortissimū Thuscorum ducem ita describit præfectum classi: vt & monëat socios quo impetu litus occupent, & subdat.

Frangere nec tali puppim statione recuso.

Alius animus classis gubernatori. Maturum consiliū dabis ei: & ipsum fortunæ obsequentem facies: quo cedendo vincat. Propterea, in quinto Palinurus, quum Italiam capere non potest, in Siciliam cursum tenet. Vigilem quoque oportet esse, & anxium vel à tempore, vel ab arte. Ideòque, in tertio,

Necdum orbem medium nox horis acta subibat:

Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes

Explorat ventos: atque auribus aera captat.

Mira diligentia, quum dicit omnes: quum explorat, solertia: quum aerem, omnibus communem sibi proprium ascribit præceptorem, ars: quum notat fœdera, peritia: quum addit cuncta, perfectio. vt intelligas non immeritò Poetarum regem à nobis vbique Maronem prædicari. Artes autem explicationem petes, ex quinto,

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis:

Obliquatque sinus.

Illud in nautis peculiare. duros vt facias, sæpe etiam pertinaces. Memineris Menætem & appellatum & monitum à suo Principe, parere noluisse. haud iccirco facit iussa: sed *caca saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.* Pessimum omnium genus hominum experti sumus in ipsa navigatione. Deum ipsum pro ludo in tranquillo cursu, in aduerso pro hoste aut pro pecude habent. Quas non audiuimus contumelias? quæ non execrabilia verba? haud multum abest illud Palinuri,

*Virgilium
poetarum
rex.*

*Nautarum
blasphemæ
voces.*

-non si mihi Jupiter author

Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cælo.

Itaque imperiosam personam nauticam in Charôte quoque notabis,

Quisquis es armatus, qui nostra ad limina tendis,

Fare age, quid venias. Satis erat: addidit,

Idemque isthinc: & amplius, Et comprime gressum.

Nihil sanè præterea potuit: nisi diceret, *Abi.*

Sunt & alia civilia officia. Iudex, Sacerdos, Orator, Medicus, Faber. de quibus omnibus nonnihil dicendum, exemplaque ponenda.

Iudicem efficias taciturnum, patientem auscultationum, moderatorem rerum propositarum. Talem legis Iovem in consilio deorum: talem Latinum in consilio. Eius virtus iustitia: æquitas, quam Græci *ἐπιεικής* vocant: rerum scientia: calliditas ad cautiones. Vitia, præceps responsio, impatientia, auaritia, factio, fauor, dilatio & ampliatio in re liquida.

Sacerdotis nomen amplum ad Pontifices, Flamines, & eos qui Reges appellabantur. sub qua specie Vates Auguresque neutiquam comprehenduntur. Tamen quum videamus Augures ipsos sacra facere plerunque, hic compendij gratia Sacerdotibus adiungemus. Eorum ritus alius alius tam in sacrificiis quam in victimis, in vestibus quoque non vnus modus. Exemplum vnum habes, in duodecimo,

-purâque in veste sacerdos

Setigera factum suis, intonsisque bidemem

Attulit, admonitque pecus flagrantibus aris.

Illi ad surgentem conuersi lumina solem,

Dant fruges manibus sulfas: & tempora ferro

Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.

Vates atque Augures.

Vatis autem obseruationes continentur Auspicii, Auguriis, Ominibus, Extispiciis, Astris, Punctis, Ignibus, Animarum euocationibus: de quibus in libris magicis multa præclare, aliqua superstitiosè, non pauca ridiculè scripta sunt. Multi etiam somnia addiderunt. quidam solo Enthusiasmo implentur deo, futurâque prædicunt. Tales Sibyllæ, quarum & numeros & carmina prodidit Lactantius. Eo in numero Cassandra, Helenus, Bacis, Martius apud Latinos. præterea Phœbades omnes, quarum nomina,

na, responsa, modos, eorūque causas excipies ex Herodoto, Plutarcho, Cicerone & aliis. Hæleni vaticinium pacatius, Sibyllæ operosius. Ille enim nullo actus furore futura explicat Æneæ. at Sibyllæ

— non vultus, non color vultus,
Non comæ & mansere comæ: sed pectus anhelum.
Et rabie fera corda tument, maiorque videri
Nec mortale sonans.

Videtur autem omnium antiquissimum Auspicium. facillimum enim & simplicissimum Avium genera, numerum, volatum notare. Eius faciem habes, in primo, *Auspiciæ*

Aspice bisfenos letantes aere cygnos, & quæ sequuntur. Item in duodecimo,

*Namque volans rubra fulvus Iovis ales in Æthra,
Littoreas agitabat aves, turbamque sonantem
Agminis aligeri: subito quum lapsus ad undas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis, &c.*

Superfunt etiam Enniani versus de Romuli Remique auspicio in condenda Vrbe: quos recitat M. Tullius. Miscetur autem simul, ut in auspicio sit etiã Augurium: quem admodum in primo: neque enim solum obseruat alarum sonitum, sed etiam cantum. notabis etiam cætum, non dispersos. & volandi modum, cinxere:

*Vt reduces illi ludunt stridentibus alis:
Et cætu cinxere polum, cantusque dedere.*

Omen autem est, quod ab hominis ore excipitur: Eius modi legis, in septimo, *Omen.*

Heu, mensas etiam consumimus, inquit Iulus.

Tum Æneas, qui esset pontifex & sciens auguriorum,

— ea vox audita laborum

Prima tulit finem: primamque loquentis ab ore

Eripuit pater.

Eripuit auiditatem notat imponendi finem tot expectationibus. nam Græci lenius, *ἡ δὲ λέξις τὸ πρὸν δὲν*. Extispicinã, in quarto,

Aut ante ora delum pingues spatiatur ad aras:

Instauratque diem donis, pecudumque reclusis

Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

Astrologos verò si inducas, nequaquam explicabis status, aut progressiones, aut regressiones, aut coniunctiones, aut obiectiones siderum: id enim est ostentatoris & inepti.

Sed si quid attigeris, id sanè parce. Rem verò ipsam obli-
nes quasi coloribus viuidiorebus: veluti si sic dicas, Iouem
nolle aut velle: Venerem infensam aut propitiã. Indu-
ces verò causas, cuiusmodi apparét in tota Æneide acrius
contemplanti. Iouis Æneas nepos, eum sanè fautorem
habet. Iam matrè Venerem, cuius suasu ac ductu it Car-
thaginem, comiter excipitur, opibus iuuatur, Regina etiã
fruitur, confors imperii fit: iccirco ait illum, non Elisam
vrbem condere, *Pulchrãque vxoris urbem Extruis*. Pro-
pterea quòd in medio cæli coniuncta fuit cum Ioue Ve-
nus: quæ erat partium principalium in eius genitura do-
mina. A scæmina igitur regnum: quemadmodum & à La-
uinia. Iuno verò ea est quam Astrologi partem fortunæ
vocant: ac propterea Iuno hera dicta fuit ab Hethruscis
disciplinis. & simplici appellatione vocat heram Fortu-
nam Ennius, in oratione Pyrrhi ad Romanos legatos,
Vósne velit, an me regnare Hera. Ea parte Fortunæ com-
prehenditur etiam regni fors. Itaque in genitura Æneæ,
quum esset à Marte infestata: & ferus fuit euentus, & diu
profugus quæsiuit terras alienas, propterea quòd in nona
constituta esset, malo etiam exitu. Tandem enim Æneas
in Aniene fluuio periit. Haud dissimile fatum Romulo, &
Cæsari, & Alexandro, & Annibali, & Scipioni, & Iugur-
thæ, & Mithridati, atque aliis innumeris, perquam enim
pauci viri ex iis qui clari atque illustres tum virtutibus tum
fortuna habitis sunt: quos non infelix exitus tanquam pro
exemplo Fors ostentauerit posteritati. Quin penè omnes
aut extra solum patrium, aut violenta morte periere. hæc
tu igitur tum narrabis parcè, tum dispones aptè: omnia
verò suauiter cõdies. Nudæ nãq. res *diduxeris idu*, id est arti-
tium præceptiones potius olent: apparatus folius Poetæ est.

Est præterea quiddam, quod neque auspiciis, neque su-
periorum generum vlllo alio statim continetur. sed, vt Phi-
losophi dicunt, quasi per analogiam. quale est in primo,
inuentum caput equi in arce condita Carthaginis. & in
tertio, quum Italia sese ostendisset, equi primi conspecti
sunt: id quod interpretatus est Anchises pro futuro bello,
sed ad futurum nihilominus imperium.

Ne somniorum quidem omisit ille partem. sed Latinus
Rex oracula Fauni consulit, pellibus instratis incubans.

Vmbrarum verò euocationem Homerus exequutus est,

& Lucanus. His longè melius vir diuinus, qui Æneam ad inferos duxit & reduxit. neque enim si Orpheo id contigit, non etiam Æneæ potuit euenire: vt Herculem taceã, & Theseum ac Pirithoum. Non tamen hanc ignorauit artem Poeta. nam & Mercurij potentia id attribuit. *Hac animas ille euocat Orco.* haud sine magna rerum scientia. sunt enim eiusmodi homines omnes Mercurii discipuli, non tamen absque Saturni ministerio. eiusdem quoque artis professionem assignat sagæ illi, de qua Dido apud Annam verba facit.

Sequitur Orator, de quo adeò multa veteres tum Græci tum Latini, vt hîc nobis pauca dicenda sint. Duplicem tamen intelligas Oratorem: alterum virum bonum, prudentem, sapientem: cuius consilio atque oratione vniuersus reipublicæ status temperetur. Talem intellexit diuinus Vates:

*Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.*

Tales celebravit Ennius Lælium, Cethegum, & Ælium Sextum, tribus diuersis locis. Cethegum enim appellauit Medullam persuasionis. de Lælio, *Mitis sapientia Læli.* de Ælio mira illa: *Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus.* Duos sibi finxit maximus Poeta: Ilioneum & Venulum: quorum sapientiam atque facundiam ex vtriusque orationibus intelligere poteris.

Alterum genus Oratoris, nomine tantùm non re. neque enim dignus est qui cum illo commune quicquam habere videatur. sed fori tintinnabula potius. Alienarum fortunarum, atque etiam capitis mercatores, ac potius mangones. Quæ monstra generis humani apud nos alit natura, vt inter superos ostendet diram speciem Tartari inferni. Vulturij, Harpyiæque crumenimulgæ: qui ne sanguine quidem miserorum exaturari queant. Nam quonam pacto viri boni erunt duo, quorum alter, Est: alter, Non: de eadè re vociferatur? Ac Scholasticis quidè ea verba frequentia: verùm sine cuiusquam dispendio. At in foro, non nisi sine perniciè disputatur, eoque res adductæ sunt, vt qui vincit, ei longinquitatis tædio victoria sit insuauis: & impensarum onus opprimat rei controuersæ vtilitatè. Hoc in Comædiis introducere poteris: quemadmodùm & impurorum alia hominum genera: quos Chrysalos, Chry-

ophagos, Labraces nomina, quales sunt, ostendunt.

Post Oratorem Medicus. Quorum vter vtri præferendus sit, ambigunt. verum iudicij modus ex rationibus accipiendus est. Necessarius enim magis Medicus. Nam sanè Orator sibi quisque esse potest. actiones enim quæ legibus temperantur, à voluntate nostra pendent. at valetudo nequaquam. Præterea in ciuitate regenda, morali tantum philosophia opus est. in qua moderator ille populi, vt rempublicam sapienter tractet, exercitatum esse satis est. In Medico verò nulla esse potest perfectio sine illa encyclopædia: quæ homini viam munit ad felicitatē. Medicum effinges doctum, probum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum, Deo fretum, non sua vel scientia, vel opera, vel successu tumidum. non cuiusmodi vulgò turbam videmus à primis literarum rudimentis continuo seipsam eo nomine venditantem, inuidam, maledicam, obtrectatricem, nouam speciem Cynicorum, auaram, temulentā, supinam, ignauam simul atque ignaram. Virgilianus lapsus ideam boni viri præ se fert:

*Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis
Nequicquam trepidat.*

Nānque receptum ac probatum agnoscit: quum ei Pæonium tribuit amictum. neque enim omnibus licebat: & seniore dicit, vt longa rerum experientia munitum declararet. Herbas quoque potentes, easque non temerè quæsit, sed quas Phœbus commendarit. Trepidatio autem illa diligentia signum est De fortuna quoque subdit,

*Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo
Subuenit. Dei enim opus est: opera autem nostra. Quare perfecta re & gratias agit diis, & eorum potestati beneficium ascribit:*

*Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt: neque te Ænea mea dextra seruat:
Maior agit deus.*

Fabros autem cuiuscunque generis præstabis sedulos in re sedata, in vrgente diligentes. Vulcani officinam consulas, in octauo: vbi etiam vigilandi morem inuenies. Laborem arti miscebis, materiam aptam dabis, opus materiam impones. Aliter instaurant classem, in quarto: in fabricata fugæ studio: aliter fabricauerant ad Antandrum. ad hæc exempla

exempla tuam operam accommodabis.

NATIO SIVE GENS.

CAPVT XVII.

Speciosissima pars restat: de qua pauca, sed quæ maximè signata sint. Vides hæc faculas cælestes, quæ astra, ac sidera, stellâsque appellamus? in iis non tam luminis vis; aut rotationû indefessæ statæq. vertigines admirationem in nobis facere debent, quàm temeraria illa quasi dispersio. Nam quum in rebus priuis ita natura comparatum sit, vt ordine quodam certo collocatarum partium prudens dispositio esse videatur. Quare non idem in opere tum omnium pulcherrimo, tum cæterorum omnium operum authore? Cælum dico, cuius partes illæ splendide neque paribus molibus, neque paribus interuallis inter se distant. Vt si quis locus fortuitæ occupationi Epicureorum detur in natura: hac maximè in parte totum hoc sibi vindicare posse appareat. At in cæteris rebus animaduertere est tum natura tum arte constitutis iustas quasdam dimensiones, spatiorum responsus, partium loca ac magnitudines operibus debitas, atq. obseruatas. Nam quòd nasus solus esset, in medio fuit constitutus: oculos, quòd gemini, item aures, vtrinque designatis distantium tractuum terminis, collocatos. Idem contemplare in curru, in naui, in ædibus scitè fabricatis. Quid igitur in causa? quum sapiens opifex terrâ cæterâque elementa animalium generi destinasset: noluit omnia similia facere, propterea quòd vnum omnia fuissent. iccirco non summa solùm fastigia naturarum, quæ genera appellamus, dissimilia ac diuersa finxit: sed species quoque imas ipsas, atque etiam in illis ea quæ individua nominantur. Quare quum substantiam, quæ vniuersæ cuiuspiam speciei vna esset, variare vellet: apposuit ea quæ Philosophi vocant Accidentia: quibus eidem materiæ, quæ subesset: eidem formæ, per quam illa hoc quod est, esset: aliam atque aliam imponeret faciem. Quòd ad opus moliendum, loca ipsa in quibus illa existerent, sic apparauit: vt à secundis causis penderent omnia, suo vnus iussu tamen. quibus rationibus diffusa illa spatiis, diuersa magnitudinibus lumina, diuersos quoque locorû efficeret Genios: quibus animâtes formis eadem, variis ac diuersis item differrent acciden-

*Nationum
diuersi mo-
res.*

tibus. Quamobrem fluuio aut monte distinctos populos adeo dissimiles inuenias, vt quantum addere debeat vicinia ad charitatem: tãtum sidera distrahant ad perniciem. Gentium itaque ac populorum ingenia tum ex historiis tum ex prouerbis atque ex ore vulgi excipienda censeo. Ne tamen tibi tantum negotij exhibeat conquisitio, pauca subnectam. Asianorum luxus, Africanorum perfidia, Europæorum (hoc enim volo mihi dari) acritas. Hæ primæ maximæque diuisiones. Aliæ proximæ sic: Montani asperi: Cæpestres molliores, desides. Maritimi prædones, mistis tamen moribus. eadem ratione Insulani quoque. Deinde hæ: Indi mobiles, ingeniosi, magicæ studiosi, numero fidentes. Assyrii, Syri, superstinosi. Persæ, Medi, Bactriani, Parthi, Scythæ, sibi: Phryges, Cares, Cappadoces, Armeni, Pamphili, mercenarij atque alij bellicosi. Ægyptij, ignaui, molles, stolidi, pauidi. Afri, acres, infidi, inquieti. Æthiopes, animosi, pertinaces, vitæ mortisq. iuxta contemptores. Thracæ, Mysi, Arabes, Moschouitæ, Pæones, Hungari, prædones. Illyrii, Liburni, Dalmatæ, iactabundi. Germani, fortes, simplices, animarum prædigi, veri amici, verique hostes. Sueti, Noruegii, Gruntlandii, Gotti, belluæ. Scoti non minus. Angli, perfidi, inflati, feri, contemptores, stolidi, amentes, inhospitales, immanes. Itali, cunctatores, irrisores, factiosi, alieni sibi ipsi, bellicosi coacti, serui vt ne seruiant, Dei contemptores. Galli ad rem attentij, mobiles, leues, humani, hospitales, prodigi, lauti, bellicosi, hostiũ contemptores, atque iccirco sui negligentes, imparati, audaces, cedentes labori, equites omnium lógè optimi. Hispanis victus asper domi, alienis mensis largi, alacres, bibaces, loquaces, iactabundi, fastus tartareus, superciliũ cerebereum, auaritia immanis, paupertate fortes, fidei firmitas ex precio, omnibus nationibus & inuidentes & inuisi. Vna natio illos superat animi prauitate, magnitudine vincitur, Ligures.

FACTA.

CAPVT XVIII.

Politiam verò ipsam, vel quæ fit, vel in qua iam facta fit aliquid: ita instrues. In condendis vrbibus aut clafibus, apparabis sacra, auspicia, ludos, ouationes, bene o-minantium vota, spes bonas, studium, diligentiam, o-
peram.

peram,artem:

*Instant ardentēs Tyrīi: pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.*

Hactenus corpus ciuitatis : nunc ipsum quasi animum
addit.

Iura magistratūque legunt, sanctūque senatum.

Tum addit ornamenta, theatrum, & columnas, & scēnas.
Ita complexus est diuinus ille vir, Vtile, muris ac domi-
bus. Necessarium, sine quo societas humana, quam Ciui-
tatis complectimur appellatione, stare non potest : legi-
bus. Decorem ac delectabile, ludis. Eandem faciem pin-
git, in quinto, *Sortitorque domos.* Vbi etiam æquitatem vi-
des. Sorte enim quod cuique obtigit, leuat inuidia Prin-
cipis animum. Secundo loco,

Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

Neque verò quum in partes ac plebem partitus urbem
fueris, quam comprehendes sub profano: alteram partem
meliozem Ciuitatis omiseris. Habes enim exemplum,

*Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum, & numine diua.*

Ærea cui gradibus surgebant limina.

Quo loco tria quoque illa complexus est: Materia est, æs,
cementa, marmor, cum figura liminis, trabium, cardinū,
valuarum, testudinis, hoc est corpus. Anima templi quid
erit? Numen ipsum. iccirco dixit *opulentum numine.* Dona
verò ad decorē : vt & hinc scias quā leuiter Virgiliū
Grammatici excurrant. Haud dissimilis in quinto,

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes

Fundatur Veneri Idaliæ. Et quum alteram pietatis par-
tem absoluit, alteram exhaurit,

-tumuloque sacerdos

Et lucus latè sacer additur Anchisæo.

Neque verò idem modus aut vbique aut semper. Illæ nān-
que vrbes per otium condebantur atque in pace. Cartha-
go in solo empto: Acesta inter consanguineos: vtraque in
sua terra. At in Italia, bello imminente, in gente ignota,
etiam hostili, satis habuit deponere deos penates in ten-
toriorum penetralibus. idque per Apopsiofesin intelligas
potius quā audias. Quod autem acrius vrgebat, matu-
rè peragit.

-ipse humili designat mœnia fossi:

Moliturque locum, p: imâsque in littore sedes

Castrorum in morem pinus atque aggere cingit.

In vrbe autem iam constituta, potissimum statues consilium. Sic & in nono, in consilio sunt. & in vñdecimo, Latinus de summa rerum consulit. & in decimo, de pace atque concordia Cælitum agit Iuppiter. Ad idem genus disceptatio Turni atque Drancis refertur. Secundo loco, vt apparatus sit militaris cum munimentis. est enim bellum pacis pater. Quare disciplina atque exercitatione opus est. Iccirco Principem vbique audis: Iouem in cælo, Laurenti Latinum, in castris Æneam, eo absente Iulum, sed cum mandatis & consiliariis propter ætatem. Nusquam autem populi temeritatem Maro, quam *δυσκολοσύνη* Græci, nos *δυσκολοσύνη* dicimus. Eo solo differunt à tyrannide: quod tyrannus vnus. Exercitationes autem in nono, in oratione Numani. Quæ quoniam necessaria est bene institutæ ciuitati, indicaui: quia esset prolixior, non posui. Veteris disciplinæ vestigia apud Germanos penè solos mansit in Occidente. Myi quoque & Scythæ eodem modo degunt. nostratibus nihil præter luxum, & iactantiam, ludum, & Dei contemptum reliqui factum est.

Bella verò quemadmodum indicantur aut fiant, toto penè opere deprehendes. In septimo,

Mos erat Hesperio in Latia, quem protinus vrbes

Albana coluere sacrum. nunc maxima rerum

Roma colit. Cum prima mouent in prælia Martem,

Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,

Hyrcanisæ, Arabisue parant, seu tendere in Indos

Auroramque sequi: Parthosue reposcere signa.

Sunt gemina belli portæ, sic nomine dicunt

Religionæ sacræ, et seui formidine Martis.

Centum ærei claudunt vectes, eternæque ferri

Robora: nec custos absistit limine Ianus.

Has, ubi certa sedet patribus sententia pugna:

Ipsæ Quirinali trabea cinctuque Gabino

Insignis, reserat stridentia limina Consul.

Ipsæ vocat pugnas: sequitur tum cetera pubes:

Æredque ascensu conspirant cornua rauco.

Modum præterea bellum indicendi, res repetendi accipies ex historia T. Liuii. In ipso autem bello instrumenta cuiuscun-

cuiuscunque modi, apparatus, commeatus, consilia, astus
Imperatorum, fors, virtusque simul mistæ. Tum ex anti-
quis narrationibus, tum ex nouis annalibus aliis nomini-
bus paululum deflexis modis, moribus, institutis, euentis,
ad ea quæ proposueris, adducentur.

OECONOMIA.

CAPVT XIX.

OEconomia, vt pars est politix: sicut domus, vrbis: ita
antiquior, vt pars toto. Non differt à politia nisi ma-
gnitudine, atque negotiorum proportione. Humiliore ig-
niture opera eam trāsfiges. Atque vt eius nescius ne sis mo-
di: apponam loca aliquot. Ex primo,

*Ac primum scilicet sintillam excudit Achates
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.*

Quæ Aristoteles vocat *κατασκευαστα*.

*Tum cererem corruptam vndis, cerealiæque arma
Expediunt fessi rerum, frugis que receptas
Et torrere parant flammis & frangere saxo.*

Neq. putes quod fecere Grammatici, ordinem inuersum
ibi. Cererem enim corruptam vndis prius siccata opor-
tuit quàm molitam. Quæ fuit causa vt opus incæperit ab
igni excudendo. Officia verò ac ministeria partiere. Æ-
neas ceruos dedit: sic penum paterfamiliàs. familia verò
operas:

Tergora diripiunt costis. Pars in frustra secant.

Ad eundem modum & apud Elisam,

*Dani famuli manibus lymphas. Cererem expediunt. ferunt
mantilia: penum struunt: ignem procurant: dapes ferunt:
dant vina: Iopas canit: Dido libat: sancit fœdus: Bitias se
proluit. Ibi vides Nautas, hinc luxum regium. At in septi-
mo parsimonia militaris,*

*Corpora sub ramis deponunt arboris alta,
Instituuntque dapes, & adorea liba per herbam
Subiiciunt epulis,*

Et cereale solum pomis agrestibus augent.

Otium autem utique tolles. neque enim decet bene mo-
ratam familiam otuari. Non matronæ ipsæ operis sunt
immunes. Andromachæ vestes legis picturatas. Circe ar-
guto temes percurrit pectore telas. Dido sua manu factas
chlamydes dat. Euryali mater excubat in opere, & in

octauo, sc̄emina vitam colo tolerat, atque alit familiam.

Est autē œconomix pars agricultura & venatio: quarum vtraque mollissimè describi debet. Illa modicè attingi: venatio fufius dici, nisi tempus aut res aliæ sint impedimento. Agriculturam itaque perstrinxit in tertio. *eḡ victum seges egra negabat.* Ineptè enim deduxisset in agrū ciues cum aratro. Venationes tres considerabis tribus diuersis admodum modis explicatas. In primo fortuita est sagittis simplicissimè peragitur res. Neque enim decuit naufragum amissis nauibus ac sociis, maiore animo quàm spe, aliter venari. In quarto, consultò, & cum apparatu. nulla tamen præda describitur. nusquam enim ineptientem vidimus Maronem, solum omnium poetarum. Sanè ad Elisæ, non ad ferarum capturam instructa fuit illa venatio ab Iunone & Venere. In septimo verò ex necessitate egrediuntur in syluas: carebant enim com meatu. quibus ex locis maximam præstantissimamque scribendi rationem ex illius diuini viri prudentia mutuabere.

M O R E S.

C A P V T X X.

Quanquam de virtutibus, vt mihi videbatur, satis est dictum: tamè quò perfectionem illam assequamur, etiam mores ipsos contemplemur. Mores sunt affectus animalibus connati: ἤξεις, & ἦδονες dices. At ἦδονες à natura, videntur esse ἦδονες ἤξεις fundamenta. ἤξεις enim ex frequentatis actionibus. Affectus sunt qualitates quæ profiscuntur à moribus, & antecedunt actiones: ita vt sint actus primi interiores: sic enim in libris de anima vocantur. Iracundia ἦδονες est. Irascentia affectus, aut actus interior. Cædes autem, actus exterior. sunt autem duplices: à virtute & à vitio. Sic autem digeres:

Primum motum aut emendabis à virtute: veluti AENEAS, quum de Helene interitu cogitat, absistit dei consilio. Aut lenies: sicuti PALLAS quum nimiam præ se tulit audaciam: telo enim rapto solus obuiam multis exiit: audita tantum hospitum oratione: summa ciuilitate, *Egrederere,* inquit, & *O quicumque es,* magna sanè humanitate ignotum. Summam verò modestiam bene nato, bene institutoque adolefcenti attribuit: qui patri respondendi munus reliquit, ait enim, *coramq; parentem Alloquere.* Nihil simplicius,

plicius. vbi verò procedit oratio, etiam Hospitem vocat. Quia se vltro obtulerat, atque etiam nob lissimo animo dextrá dedit. Nullis profectò Philosophorú præceptis aut melior aut ciuilior euadere potes, q̄ ex Virgil. lectione.

Ciui optimo eiusmodi animum dabis, vt pro patria mori velit. Quapropter Anchises excisa Troia negat se velle esse superstitem. Habes & illa verba maximi momenti: *Pulchrúmque mori succurrit in armis.* Laocoötis verba audies, qui nihilo minore affectu inflammatus esse videbatur. & mulieres Laurentes *primaque mori pro mænibus ardent.* Tisdem legibus hero seruus, herus seruo prouisum curat. Rex pro populo, pro Rege populus audet extrema. Palinurus,

Non vll:m pro me tantum cepisset timorem:

Quam tua ne spoliata armis, excussa magistro,

Deficeret nauis, tantis surgentibus undis.

Palinurus, inquã. at quo in loco? qui ipse mediis in fluctib. obiectus imminente morte nulla spe euasionis tenebatur. Est igitur summa ac prima cõiunctio necessitudinis inter Patriã & Ciues. huic proxima cognationú. Iccirco liberos æquè metuentes facies parentú rebus. Sæpius verò & impensius parentes liberis: quemadmodum supra declaratú est. Miscebis etiã affectus. aliter enim astat Ascanius saucio patri, sùmmú in discrimẽ adductis rebus: sic pingitur à Poeta vir fortis, *Et nullum mærentis Iuli.* nã neque euulatum intelligis, sed mærorem tantúm. Aliter Lauinia flentem matrem audit: in xii.

Accepit vocem lacrymis Lauinia matrís,

Flagrantes persusa genas. cui plurimus ignem

Subiecit rubor. Aliter Ascanio sperat Aeneas,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Aliter Amata Turno timet, quasi filio: eam enim appellat Matrem,

At Regina noua pugna conterrita sorte,

Flebat.

Priamus in Politæ cæde omnia obliuiscitur præter filium, Regiam dignitatem, vitam. Idem pro filii cadauere castra hostium transmittit securus periculi, inermis, supplex, ad hostis pedes abiectus, prostratus. Laocoon manifesto in discrimine auxilium natis fert: cõtemnens potius mortem certam, quàm sperans vltionem. Mezentius

nato interfecto morivult. Ecce quot exempla patrum. Nam vnum habes filii. Protexit enim Lausus patrem, quemadmodum & nos nostrum, quanquam alio & fato & facto. Amicitia igitur ius, aut inter æquales, aut inter inæquales. & aut simplex, vt inter ignotos: aut deductum, vt inter cognatos, affines, ciues. Simplex inter notos sine affinitate qualis Nisi & Euryali. Ille neque in periculo deseruit adolescentem: & deprecatus est sibi illius mortem. Talia exempla Pyladæ, & eius qui pro amico vadatus fuerat: nisi ille rediisset. Haud ab similem imaginem eliciamus ex congressu Heleni, atque AENEÆ simul & Andromaches. neque enim auelli quibant:

Iamque dies alterque dies processit: & auræ

Nela vocant.

Inde tot congerunt dona discedenti: tot interueniunt orationes: neque enim expleri possunt. Idem modus in populo, qui vltro sese nouæ vrbi ascribendum curarat: abeuntibus suis abire vult simul. Suprà posuimus hoc pro inconstantia, rectè: nunc pro inconstantia causa.

Paulò diuersior ab hac amicitia simplicitate Amor ille qui Veneris causa coniungit nos, quum tamen Amicitia veræ imaginem quampiam repræsentet: hinc apponamus præceptiones. Principio sine ratione fit, oculis aut auribus insinuat sese. Hi sunt aditus furoris huius. capimur enim aut visu aut fama. hæc postea illius ministra est. Suspicio comes, & metus amittendi, *ζηλοτυμία* Græci vocant. Cicero interpretatur obtrectationem, minus plene, nam *ζηλοτυμία* est imago æmulationis: id est metus rivalitatis: Obtrectatio autem laxa vox est. Iccirco Poeta doctissimus duas simul iunxit voces, ἀλλήλων ἀουμπαδούσας. *Omnia tuta timens*. Non enim id significat: vt timeat omnia, ne minus tuta sint: sed illud, Etiam quæ tuta sunt, timens, imò verò omnia. Omnia igitur timere facies, omnia sperare, addictum cuiunque generi superstitionis. Quamobrem illa dixerat Poeta, *Quis fallere possit amantem? & At Regina dolos præsensit. & motusque excepit prima futuros*. Iccirco vt excutiant metum hunc, certant frequentia obsequiorum: quibus sibi amatam deuinciant. Nihil autem mediocre. nânque & rem & affectum & conatum vel præ se ferunt, vel etiam ostentant. vnde Dido,

ζηλοτυμία

Nunc

Nunc media AEneam secum per mœnia ducit:

Sidoniâsq; ostentat opes, urbemque paratam.

Conuenit enim AEneam inopem ac profugum, & opibus & regno detineri. Ipse de se sanè dixerat, *Ipse eiectus, egens, Libya deserta peragro. &, rerum omnium egenos, Vrbe, domo socias.* Item quærenti nouas terras, nouam urbem condituro, urbem ostentat paratam. Iam enim ille dixerat, *O fortunati quorum iam mœnia surgunt.*

& in tertio,

Viuite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua.

& Iuno Veneri,

- causâsq; inmeete morandi.

Superstitionem verò,

Aut ante ora deûm pingues spatiat ur ad aras. &,

Instaurâtque diem domus, pecudumque reclusis

Pectoribus inhians spirantia consulit extra.

Affectum autem contemplandi,

- pendetque iterum narrantis ab ore.

Quapropter aut similiarum aspectu capiuntur, aut seruant pignora: annulos, vestes, epistolas, etiam enses Didone. Similitudo autem: - saltem mihi parvulus aula Luderet

AEneas, qui te tantum ore referret. &,

Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,

Detinet, infandum si fallere possit amorem.

Quineriam si desint ea, fingimus ante oculos amatam rem. cuius species semper versetur intus. quod & ibi reperies:

Sola domo mœret vacua, stratisque relictis

Incubat, illum absens absentem auditque videtque.

Mirificus verò affectus ille,

Incipit effari, mediâque in voce resistit. Ad eò enim perturbato sunt animo, ut etiam sui ipsius obliuiscantur. Itaque etiam in amentiam quandam incidunt, qui morbus à Medicis *ἰππος* dicitur. Oritur ergo negligentia rerum maxima,

Non cæptæ assurgunt turres, non arma inuentus

Exercet, portusque aut propugnacula bello

Tuta parant. Hi sunt affectus primi: sequitur is, quo tentant amoris finem: aut quum primùm potiti, deinde exclusi sunt,

Ire iterum in lacrymas iterum tentare precando

Cogitur. Mirum verbum. Liber enim nullus amans

est: neque suus, sed sibi alienus. Iccirco addit odiosum verbum, *supplex*. Item quòd minimè decet hominem sui compotem, *Animum summittere amor*: id est videre & commodum & decorum, virunque agnoscere, vtrunque negligere.

Tertio loco, aut victoria aut desperatio. In victoria exultant primò, mox languët. Hispanus tyrannidè exercet: Gallus contemnit, atque etiam vulgò iactat, non solum obiicit: Italus amens fit. Desperatis rebus quidam agunt quod Dido,

Mortem orant, tædet cali convexa tueri.

Tandem verò fiunt audaces,

Ergo ubi concepit furias, evicta dolore,

Decrevitque mori. Ut amor dolorem pariat, qui fit maior quàm mortis metus. tandem nonnulli sibi manus violentas attulere. id quod in Elisa legis: & de multis narratur in fabulis Ovidianis.

De fortitudine quæ sentirem, in persona Æneæ declaravi. Nunc modos quosdam in aliorum moribus videamus. nam tæctsi metus abest aliquando, tamen ex immanitate rerum stupor occupat. id quod euenit Turno, in XII. Sed quo oris habitu, aut quibus motibus obseruandum est.

Obstupuit varia confusus imagine rerum

Turnus, & obtutu tacito stetit. ætuvat ingens

Imo in co de pudor, mistoque infamia luctu.

Et furus agitat us amor, & conscia virtus.

Primus hic motus, qualis in illo proverbio, Furor fit læsa sapius patientia. Attende hinc consilium viri fortis,

Vt primum discussa umbra, & lux reddita menti est,

Ardente, oculorum orbis ad mænia torisit

Turbidus.

Non deiecit animum rei difficultas, sed inflammauit. Est enim viri fortis proprium, nullum vel fatum vel fortunam detrectare, etiam deteriozem. Iccirco idem Turnus,

Quo deus & quo dura vocat fortuna sequamur.

Qui etiam duram vult vltro sequi, nõ ab ea inuitus trahi. Stat conferre manum Æneæ, stat quicquid acerbi est, Mortem pati;

At quomodo *patri?* *Morte*, inquit, ut profectò quoties ea lego, horror animum occupet: deinde impellat ad idem agendum, atque etiam quasi in ipsa statuatur actione:

-nec me indecorem germana videbis

Amplius.

Talia verba Alfonso Ferrariæ duci in cladis Rauennatis procinctu quum essemus, frater meus, vir fortissimus atque multis præliis clarissimus, semperque victor, Titus Scaliger, sese cohortanti atque patris Benedicti gesta in memoriam reuocanti, dixit, se aut morte maiorum suorum illustrem gloriam instauraturum, aut vita fortunam superaturum. Eodem animi apparatu deserit & mœstam Turnus, & sororem: idque rapido cursu, non fessus tot ærumnis, non cunctabundus in discrimine, non metuens in re deteriore, etiam *media agmina rumpit*.

Coniunges etiam in aliquo cum fortitudine modestiam, cuius forma componitur in Mnestheo Virgiliano. Is enim quum secundum Æneam sit in prima fortitudinis commendatione, vult vincere nauali certamine. Hic est fortitudinis finis. petit tamen id à sociis: hoc modesti est. Vox illa magni & cordati viri, *Extremos rediisse pudet*, & illis attribuit, *Hoc vincite. nec defuit hisce virtutibus pietas: quum spem omnem in numine ponit: Sed superent quibus hoc Neptune dedisti*. Eadem ratione statues eandem fortitudinem cum bona fortuna, cum aduersa, cum necessitate, opibus, inopia, gratia, inuidia, statu hominum: verbi gratia in Principe, aut sub Principe, indigena, inquilino, profugo. Item cum vitiis animi nonnunquam. Superbia nanque sæpenumerò fortem comitatur: præterea pertinacia, peruicacia, contumacia, contemptus. Sæpe egreditur è laudato illo medio, atque inficitur temeritate. quemadmodum Poeta Misenum quum Heroem fortissimum appellasset, superbum tamen agnoscit, ac dementem vocat. Ita Mezentium non minus fortem virum facta ostendunt: immanem tamen atque impium notat. Messapum fortem simpliciter, & Tarchontem. Temperari quoque potest virtus hæc, non alterius virtutis aut vitii mistione, sed tanquam gradu quodam: veluti audentia, acritate, maturitate, cunctatione. Qua ratione vocat Audacem Rutulum Turnum, quia nõ accederet ad Æneæ fortitudinem,

& Afilam Mneſtheumque Acres. Dementiam verò ſine fortitudine, ſed inani gloriæ adiunctam in Salmoneo, quid enim ſtultius aut inſanius eo, qui

-nimbos. & non imitabile fulmen,

Ære, & conipedum curſu ſimularat equorum.
idemque, ſibi diuim poſcebat honores.

Tales belluas irrideas ſub corio Alexandri, Domitiani, Cambyſæ, aliorum. Obtunditur ergo eius fortitudinis habitus interdum multis de cauſis. quarum aliquot exempli gratia narratę ſunt: aliquot hinc etiam recenſeamus. Sunt igitur cognata nobis ſemina quædam immortalitatis: cuius adeò appetentes ſumus, vt & ſepultura proſpiciamus: & nolimus cadauer noſtrum malè haberi. Non quemadmodum væcordes quidam, quorum ſententia illa ſtulta: animam noſtrã à corpore ſolutã interire: atque iccirco nos eſſe ſolicitos eiufcemodi diuturnitatis. Sanè harum pecudum animi tam inſipidi nunquam vixerunt ipſi cum ſuis ſententiis. Humanum verò ingenium, quod animæ noſtræ vis eſt, quum ſe ſciat immortale, optat illud quoque, vt corpus ipſum quoque & comes, & domicilium ſuum, quoad fieri poſſit, eadem felicitate perfruatur. Ædificat iccirco pyramides, eique ita condito imponit, vt ſi non vniuerſa temporum ſpatia æquare poſſit, aliqua tamen quàm maximè longinqua ſuperet. Mezentius itaque id procurat orans, qui mortem non deprecatur: *Nullum*, inquit, *in cade nefus*. Id ſupplex, *Vnum oro*,

Corpus humo patiare regi: ſcio acerba meorum

Circumſtare odia: hunc oro defende ſuorem:

Et me confortem nati concede ſepulchro.

Dicent hinc Philoſophi non omnes, ſed naturæ oblatratores. Quid tum poſtea? iam cadauer neque ſentit: neque tuum eſt amplius. at fuit. At nunc ſenſus eſt mihi viuenti earum incommoditatum, quas paſſurum ſit cadauer meum. Iccirco veri ac ſani Poetæ ſuas perſonas pingunt, cuiuſmodi expoſitæ ſunt à natura: non quales ferrei quidam fingunt. Neque enim ſcio an verum ſit quod tu ita iudicas: quum contrarium videam in naturæ ipſius penetralibus. Ergo ne Turnum quidem tanto robore, tali genere, tot rebus geſtis clarum exemit Poeta ex eiſdem matris affectibus, id eſt naturæ. Tametsi enim fuit

fuit vir fortissimus, tamen ipso in aditu mortis homo-
 visus est. verum enimvero nequaquam se prosternit ad
 Æneæ genua, quemadmodum Magus in decimo: sed ne-
 gavit se deprecari, quin etiam non pro se, quippe ma-
 gnanimus: sed pro patre, ut sit pius. At sanè sapiens forti-
 tudo: quæ victoriam non in morte, sed in facto ponit.
 Ideo dicit, *Vicisti: & tua est Launia*, neque solùm tua, sed
coniunx. Quid aliud vis? quid tibi ex interitu meo emo-
 lumentum evenire possit? hæc enim est belli causa: hic pu-
 gnæ nostræ finis: non autem mea mors. Addit etiam
 quod dicebamus, *Scu corpus spoliatum lumine manū, Reddo
 meis*. hoc enim meritum erat esse, quod ipse erga Pallan-
 tem fuisset. Patri enim corpus remiserat etiam cum ar-
 mis. Dignus profectò qui aut vinceret, aut diuinis tantùm
 armis, neque aliis vinceretur.

Proximum temeritatis vitiū, Iracondia. Hoc enim v-
 terque commune habent: sui compotes ut ne sint. Deos
 iuxta, atque homines contemptui habeant. Cuiusmodi
 barbarus Hiabas etiam cum exprobratione:

Iuppiter omnipotens cui nunc Maurusia picibus

Gens epulata toris Lenæum libat honorem,

Aspicis hæc? & addit contemptum,

Non timeris, inquit, cum fulmina torques.

Exprobratio autem frequens in amore est. sic Dido de
 Ænea. *-eiectum littore, egentem Excepi*. Animum enim i-
 ra impedit: ut non solùm non sentiat: sed etiam ut non
 loquatur. Sic Æneam Dido ex sententia non respon-
 dentem,

Talia dicentem iam pridem aversa tuetur

Huc illuc volvens oculos totùmque pererrat

Luminibus tacitis: donec collecti spiritus, atque aded
 infracti erumpant. Describes verò irati vultum: & colo-
 rem aut pallidum, aut igneum, celerem oculorum mo-
 tum, aut contrà intentos, fluctuantem animum, incer-
 tum consilii, certum ultionis. Etiam furorem admisce-
 bis nonnunquam: sequerisque vestigia diuini Poetæ, qui
 Turni ferociam sic descripsit:

Hic agitur furis: totòque ardentis ab ore

Scintille absistunt: oculis micat acribus ignis.

At versutum, dolùmque mutabere ex animo minus for-
 ti. Equidem comparare solitus sum Versutum artifici

Fortem naturæ. Apertè nánque agunt hi: Ars autem quæ sitis argumentis. Mirificè verò Poeta cum & Achillis fortitudinem, & Vlyssis prudentiam in vno Ænea exprimere conaretur: ac præterea auget pietate: illius temeritatem ademit, huius sustulit versutiam transtulitque temeritatem in Turnum, versutiam in Sinonem: vtrumque aut Græcum, aut Græcia oriundum. Vafriem autem sic designabis:

- qui se ignotum venientibus vltro

Obtulerat, fidens animi: atque in vtrumque paratus

Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

Vbi intelliges hoc hominum genere nihil esse formidolosius, si aperta virtute agendum sit. Nihil audacius, cum sperent fraudibus suis sibi è sententia processurum. Igitur eum quoque qui esset futilis, ne mors quidem deterruit. Orationem illis attribues fictam quidem, sed veris mistâ. Quorû luce mendaciorû tenebræ colorentur. Palamedis igitur historiam prætexit vniuersam Troianis ipsi: vt inde & odia cum Vlyssæ queat exercere: & ab ipso vicissim accipere iniuriam. Is est orationis succus. Modus autem, quem ductum quidam rhetores vocant: cum & miserationem mouet: & negat sibi apud Græcos vllum esse relictum locû, vel cum interrumpit orationem ita, vt expectatione suspensum iugulet auditoré. Post hæc exutus vinculis tanquam beneficio magno gratiam relaturus, pandit Græcorum consilia, quasi solutus sacramento: propterea quòd iam dixerat Priamus: *Noster eris.* Illud etiam animaduertes in mendaciis: ferè enim prætexunt obsecrationes. Vt cum Deum fefellerint primum, tutius deinde sperent sese homines decepturos.

Auaritia.

De Auaritia quoque aliquid est dicendum: Quæ est habendi cupido sine modo. versus ille est quouis auro preciosior:

Avaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Eius imaginem nullo ex authore commodius elicere potes, quàm ex Plautino Euclione. temperatius tamen tu. seruiuit enim ille scenæ, summa eorum ingeniorum, vt attentiores sint ad rem, quàm ad valetudinem, opes in oculis, in animo, in verbis: impietas inde sequitur, & furor, & væcordia. Impius Pygmalion, qui & affinitatis ius contempserit, *securus amorum Germana,*

mane, & incautum, atque etiam ante aras interfecerit. Mendacium quoque attribues. Sic enim ille:

-factūque diu celauit & agram

Multa malus simulans falsa spe lūsit amantem.

Perfidia. Polymnestor accisis rebus Troianis fas omne abrumpit: & hospitem necat, vt auro potiatur. Omnium exitus infelix. Pygmalion amisit & thesaurum, & sororem, & classem, & meliorem partem ciuitatis. Polymnestor ab Hecuba effossis oculis malè mulctatus est.

Neque tacenda ambitio. Honor enim tanquam beatitudo à multis existimatus. Cuius cupiditate nimia qui capiuntur, dicti sunt Ambitiosi: propterea quòd nihil relinquunt intentatum, mouent omnia, non solum omnem lapidem, quemadmodum in proverbio est, vt ceteris antecellant. hoc vitium est. Cuius contrarium multis vocibus declarari, nulla signata appellatione circūscribi potest. Nam socordia & ignauia, & inertia, & illud comprehendit, & cum illo alia. Humilitas quoque non respondet. Sic ne virtus ea quidem quæ in medio est, vilo certo nomine, quod equidem sciam concipitur à Latinis. Appetitus honoris moderatus. Sic superstitio satisfacit ad notandum eum habitum quo metuimus aut Deū sine ratione, aut ei opera attribuimus ad nostrum incommodum, quæ opera ne cogitauit quidem vnquam ille. Exempla vtriusque insanix apponam. Deum formido ad hunc modum, colo sacris, oro precibus, vt ne ante centesimum annum moriar. Hoc est exemplum primi. Alterius hoc. vereor ne iubeat terræ, vt hiatu me absorbeat. Eius vitii contrarium fortasse sit impietas: contemptus Dei. Non tamen per omnia respondet superstitioni. Græci ἀθεοῦ dicunt & ἀθεότης, non malè penitus, non penitus rectè. nam ἀθεός, sit is, qui deum negat esse: quod Latini vnico vocabulo exprimere nequeunt. At qui tum credit, tum profiterur, sed ita vt nostra curare neget: is nevtiquam ἀθεός, dici meretur, sed malefanus. virtus verò in horum medio constituta lectissimo nomine describitur in concreto, Religiosus: nam religiositas paulò duriusculum. Ambitionem in Numano animaduertes: superstitionem in Heleno: haud eam quidem quæ Dei cultū excedit: sed illam qua

Perfidia

Ambitio

Superstitio

ἀθεότης.

Religiosus.

patriam nimis veneramur. velut ille, in tertio, quum Troiam & Xanthi riuum, quanquam arentem effinxerit. Qui affectus nec ab ipsa ambitione admodum distat. Est enim affectus immoderatus, quantus in iis quoque qui defunctorum amicorum atque auorum circumferunt imagines.

C A S V S.

CAPVT XXI.

SVbitis casibus illico adnectenda consternatio pusillanimis: stupor magnanimis: ex admiratione, non ex percussione, qualis in Ænea: *Obstupui steteruntque comæ.* videbat enim sanguinem è stipite manare. Aliter Pallas obstupescit audito nomine Troianorum. Repentino Æneæ aspectu obstupuit Elisa. At Æneas intellecta Polymnestoris immanitate etiam expauescit: *Postquam, inquit, paup ossa reliquit.* Suis enim timebat in terra barbara atque impia. Euryali mater longè vehementius percellitur: quippe mater, fœmina, anus,

Excussi manibus radii, reuolutaque pensa.

Non deposuit, sed, excussi: neque reposuit, sed, reuoluta.

F O R T V N A.

CAPVT XXII.

AB ytraque fortuna rerum personarumque perduces Exitum. Qua ratione profugus ita describetur, vt multas capessat prouincias: nihil recuset laboris: speret, desperet, metuat, confidat. Circunferat in animo, atque in oratione præteritæ fortunæ imaginem: futuræ spem sibi fingat consilio, artibus, votis. Cuiusmodi videmus Æneam, Euandrum, Mezentium, Diomedem, vario animo, ac fortuna, eodem fine. Quietem nânque turba emunt: & vitam obiciunt periculis, vt sine periculo vivant. Nam Mezentius bello persequitur ciues. Æneas illatum vlcisitur: Euandro supplex Græco. Græcus exul cum profugo Ænea Troiano socia arma iungit. Diomedes parta terra potiri satis habet, nihil ultra petit, semel expertus fortunam. Affectus infelici extra ordinem dandi sunt, vt Cassandra:

Ad celum tendens ardentia lumina frustra:

Lumina: nam teneras arcobant vincula palmas.

Quos

Quos versus, utpote diuinos, à seipso è sua Ciri poeta mutuatus est.

BONA CORPORIS,
& habitus.

CAPVT XXIII.

EX his licet explicare multa variæque, sed illustria omnia exempla, vel virtutum, vel vitiorum, vel fortuna. Quibus adiunges bona corporis, & habitus vestium, aut armorum, quemadmodum in Ænea diximus, ita & ex aliis:

-námque ipsa decoram

Cæsariem, & lætos oculis afflarat honores. &

-quo pulchrior alter

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. &

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus

Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.

Et cum affectibus ab ætate,

Tutatur fauor Euryalum, lacrymæque decora.

Ita vestitus, ornatúsque alii alius. simplex Camillæ venatrici. in Venere venatrice paulò accuratior. Incomptior, atque agrestior Acestor: Occurrit enim Ænez,

Horridus in iaculis, & pelle Lybistidis urse.

Nautæ seni, eidémque apud inferos,

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Pro loco autem Achæmenidis mirus amictus: *Consertum tegmen spinis.* Respondent enim inter se omnia hæc; *dira illiusies promissæque barba.* Tum victus ex baccis agrestibus, & cornis lapidosis. Nitidior Gallis,

Virgatus lucent sagulis. &

-scutis protecti corpora longis. Alia quoque in catalogis: quæ in præceptionibus varietatis recensita sunt. Sacerdotis autem habitus insignis ille,

Nec procul Aemonides Phæbi, Triviaeque sacerdos

Insula cui sacra dirimebat tempora vitta.

Totus collucens veste, atque insignibus armis.

Maiore apparatu Chloreus Cybeles: Quippe Phryx. Cuius descriptionem accipies ex x i. pulcherrimam, atque lyculentissimam.



Affinis maximè personæ oratio est: quippe homini necessaria, qui sit animal sociale. Ea duplex est: vna quotidiana, quæ est animi interpret, & color quasi quidam morû: altera elaborata, ac picta, quæ non sequitur naturam dicentis: sed pro re dirigitur arbitrio vario, ac sæpè contrario ei, qui loquitur. Hæc ab oratoribus petenda est, venit tamen in poema sæpè, quemadmodum & altera: habetque easdem differentias, quas persona: à statu, moribus, nationibus, casibus, fortuna. Quæ fuit causa, vt cum hæc digereremus suprâ, non nihil orationis interdum interfertum sit. Qualis igitur persona, talis ei debetur oratio. Princeps pro suis, se non neglecto. In secundis elatos castigabit: errantes corriget: peccantes supplicio afficiet: si sint pertinaces, postquàm ignouerit, dolos detestabitur: in aduersis cõsolabitur: prostratos eriget: abiectos æquabit sibi, *O socii*: sic enim eos appellat Æneas. Itaq. & participes futuri boni. Popularis populi cõmoda sibi anteponet: vt Tarchõ, Paulus, Valerius, Cocles, Curtius, Scæuola. Tyrannus contrâ, aut non alloquetur, aut minabitur, aut perterrefaciet: sua tollet: populum pro sordibus habebit, iratus minabitur, obiurgabit, indignabitur, exprobrabit, homines accusabit, deos incubabit. Fœmina lamentabitur, conqueretur se destitutam: petet auxilium: implorabit omnia, ad deos sua vota referet, vlciscendi consilium etiam nefarium inibit. Miles contemnet alios: sese extollet: & sibi & aliis pollicebitur. Perturbatus trepidabit: sibi contradicet: repetet, repudiabit. Amans sperabit, desperabit, dissipabit cogitationes, nouas inducet, transmittet, peruertet, euertet: concludet prius quàm proponat. In iis autem orationibus, quæ sedato animo efferuntur: nisi res instent (tunc enim sunt simpliciores) statues propositionem: adde causam: idque cum proœmio, aut insinuatione: quæ ex oratorum præceptis comparabis. Narrationem appones simplicissimam: nisi res, quasi in foro, disceptetur. Vt in armorum iudicio apud Ouid. diuinæ enim sunt orationes illæ duæ. Et in X. Æneid. inter Iunonem ac Venerem. Et in XI. inter Drancem ac Turnum. vbi & probationes, & elusiones, & refutationes &

conclusiones cum affectibus indignantis, vel desperantis, vel contemnentis, vel miserantis, vel conquerentis disponentur. Quæ ut subtilius cognoscantur, paucis exemplis opus est.

Indignatur Iuno sine procæmio, in primo: sed ex abrupto, ut aiunt: idque per interrogationem, nihil proponit, sed supponit,

-mène incæpto desistere victam?

At non proposuit incæptum illud: tum quia irata est, tum quia secum loquitur. Mox tamen aliquid explicat, ut auditori satisfaciatur,

Nec posse Italia Teucrorum auertere Regem:

Confirmat propositum per detractionem obiectionis, *Nam fata obstabant.* At exemplo apposito demonstrat aliàs id factitatum, idque à minore numine, præterea minore in re, minore merito, fortioribus instrumentis. Iccirco dixit, *Pallas.* & subdit de se, per collationem efficiētis,

Ast ego, quæ Divùm incedo Regina, Iouisque

Et soror & coniunx.

Factum quoque exacerbatur supplicii immanitate. Duo enim extrema sunt, exurere igni, & aqua necare. immane enim est, Elementa purissima fieri noxia. At ipsa huic aut eiusmodi crudelitati ostendit sese non studere, satis sibi futurum fuisse, si auertere posset Teucrum non Italum, ab Italia non à Troia. Dixit autem Regem Teucrorum, non Teucros, ut vnius personæ appellatione rem ostenderet faciliorem. Præterea æquum videtur, ut si Teucrorum Rex est, extra Teucrorum gentem ne quærat regnum. Posuit etiam classem Argiuorum, scilicet victorum. At Teucrici victi. Adhæc totam gentem perdidit ob vnius noxam tantum: cuiusque non sui compotis, sed furiosi. minus enim supplicii meretur. Et populus nihil pro rege. Adde quòd Ajax iste non fuit magnus ille Telamonius, sed *Ἰάσος*, Oilei, ut nequaquam populi interitus debuerit interuenire. Amplificat deinde factum Palladis: quæ fulmen non suum, sed Iouis iaculata sit. Idque è nubibus, quæ in regno ac potestate Iunonis sunt. Addit etiam tempus. Nánque illicò de Aiace supplicium sumpsit.

Ast ego--tot annos bella gero &

-vna cum gente.

Conclusio autem est per indignationem.

-Et quisquam numen Iunonis adoret?

Ad hanc formam orationis dirigendus erit animus irati. Talis eiusdem numinis in septimo quoque. Maiore in euentu etiam acerbior, atque adeò atrocior oratio. Quippe in superiore pectus tantùm incensum habuit: &

Aeternum seruabat sub pectore vulnus.

Hic verò, *-stetit acri fixa dolore,*

Tum, *quassans caput.* vt & iter inceptum intermiserit, ac steterit: & dolorem acceperit, sed ab eo fixa, & acri. Et caput quassarit. Exacerbationis autem causam diuinus poeta posuit. Sanè Æneam incolumen à tempestatibus: præterea lætum statuit. Quin molitur tecta: & classem, quam disciendam curauerat, in tuto videt. Quin eam à Troianis haud amplius tanti fieri: sed ipsos

-fidere terra

Non igitur ab incepto, vt suprà:

Mene incepto: neque molliter agit, vt auertat Italia: sed à persona rei, per contemptum atque exprobrationem: *Heu stirpem inuisam.*

Ostendit autem facinoris indignitatem: cùm Troiani etiam naturam ipsam superarint. Incensi sunt: non tamen cremati. Capti: non potuere capi. Neque ignis, neque aqua retinuit. Vires omnes terræ, ac cæli minores ipsi. Exemplum ponit Dianæ, vt in superiore Palladis. Tandem animi iniquitatem in conclusione,

Non rumpam fida? at differam. &

Sanguine Troiano, ac Rutulo dotabere virgo.

Elisæ autem oratio amanti quidem, sed tam varia, quàm varius Amoris circuitus. non enim dicam, status, in quo nihil, ne momento quidem stabile est. In principio apud Annam in it animi sui, motusque rationem. Sic enim desuetæ personæ motus primus. Deinde obiurgantis, tum exprobrantis. Postrema desperantis. Hæc in irata. Vbi igitur obiurgat, ab ipso statim factò incipit: idque per interrogationem:

Disimulare etiam sperasti perfide tantum

Possè nefas?

Vbi & suam prudentiam, siue attentionem designat: & obiicit dissimulationem. Et appellat,

nefas.

nefas. & addit, *tantum.* *Perfidum* etiam appellat, & *confidentem*, eo verbo: *Sperasti.* & *ingratum*, cùm dixit: *Tacitus.* Quasi sit fuga, non discessio. Omnia illa augent. Terra mea, non tua. Post hæc probat proposita. primùm perfidiã. *-nec te data dextera quondam.*

Deinde *nefas*, *Noster amor.* *Noster*, inquit, ergo mutuis. quem ego non opprimo, nec tu debes opprimere. Tum *ingratum*, Omnia post habui tibi. Moderatior tamen efficienda eiusmodi oratio est tantisper, dum amantem adhuc spes tenet persuasionis. In sequenti verò sublata spe, acerbior, & acrior, & amarulentior. Itaque hîc annumerat merita parçè, & cum modo,

Te propter Lybicæ gentes odere.

Magnum illud *Libycæ* in *Libya* habitanti, nouæ cum paucis, & numero plurali, *Gentes.* & *propter te*, vnum scilicet. Qui si me odere, tu amare debes. Si instant periculis, tu defendere: quippe illis tu me ipse obiecisti. Addit etiam *Numidas*, & quidem tyrannos. odiosum nomen, & cuius cum potestate coniunctum sit (vt ita dicam) ius maleficii. sed quod maximum. *Tyrrij* ipsi infensi: quorum ceruicibus te dominum imposui. *Pudicitiam* verò vltimo posuit loco: tum vt cresceret oratio: tum quia faucibus hærebat: pudebátque edere. *Omnis* autem *suasoria* cùm nitatur, vtiles, facili, honesto, ac propterea multæ intersint pollicitationes: in hac nihil pollicetur, quia exprobrat data. *Honestum* verò præterdit, cùm ait: *conubia*, & *Hymenæos.* At facile factu, quod orat, ostendit: qui in regno sit, ei non esse quærendum regnum. vtile: quia tutò teneret, quod habebat: non tutò quæreret, quod aberat. Partem etiam rerum petimus interdum, vbi totum ferre non possumus. Igitur hoc agit: ne saltem aduersis aquilonibus nauiget. expectet, dum cessent. veluti cùm per *Annam* sororem orat,

Tempus inane peto.

Expectet facilemque fugam.

Nam sanè ex *Africa* in *Italianam* flante *Aquilone* cursus teneri nequit. Illud quoque ad petitionis portionem pertinet:

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset

Ante fugam soboles. vbi id etiam notabis. *Semper*
s. iij.

enim appellat *fugam* non abitum. Multa verò sunt loca in quibus orantis sermo sedem capere valeat. Inter quæ, beneficiorum commemoratio, excitatio, spei ad futura. Omnium autem princeps obtestatio. Igitur per lacrymas suas: sicut & Amata Turnum. Conuenit etiam ut, cum orat uti sese tueatur, per dextram obtestetur. nam nihil, inquit, mihi à me superest, præter lacrymas, nihil præsidii à prouincia, præter tuam dextram. Comparationem deinde meritorum facit: sed per conditionalem ut modestiæ consulat:

Si bene quid de te merui.

Hoc dum vult persuadere: nam in altera oratione exprobat: admiscet etiam amanti & verba, & affectum. *-fuit aut tibi quicquam*

- Dulce meum. Talis oratio Pelopis ad Neptunum apud Pindarum. Postea ponit explicationem petitionis: *Miserere domus*: non pro se orat, sed pro domo: cuius ipsum non solum participem, sed etiam principem fecerat. Addit causam miserandi, *labentis*. Acuit deinde orationem: cum mortem suam ob eius discessum prædicit. Mirificam verò (ut semper) artem. primo nanque loco dicit: *moritura*. hoc futurum est. Mox *moribundam*. Hoc & amplius, & præsentius, & iam in oculis. Sicut prius *decedere terra*. Tum autem: *deserta*. Obiicit enim desertoris nomen à quo vehementer abhorret animus militaris. sic desertorem Asiæ vocat eum Turnus signato verbo. Item dixit: *hospes*. quoniam scilicet non amplius es maritus. Ego enim te feci ex hospite maritum: tute ex marito hospitem. simile illud in Tragædiis, ubi Iuno sese Tonantis sororem appellat: quod nomen solum sibi reliqui factum sit: quia coniugis titulum pellices subriperint. Quibus verbis & crudelitas, & perfidia exprobratur. simul ubi exoptat ex eo sobolem, quæ ore tantum referat: non etiam animo similis sit. Nam deserta quidem sic quoque effem: sed tamen non videret.

Perpendamus alteram orationem longè concitatio-rem. Negat enim illum Dea natum. imò verò ne Dardano quidem. Id quod facilius esse potuit, nec tamen est. Verum ob duritiam, è cautibus ortum ait. Ob sæuitiam, nutrices agnoscit tigres. Exprobat verò dissimiles affectus. Num ingemuit? at ego flebam. Quod superest,

superest, desperantium more iram omnem effundit in Deos. A quibus negat æquis oculis aspici mortalia. Exprobrationis semina communibus in locis posita sunt. *eiectum*: non satis. Addit *littore*. vnde nihil subidii sperare poterat. Quemadmodum est in exemplis heterorum Græcorum. τὰ παρὰ δόξασι ποθέει, ἱρημίας ἴσασι. Auger: *egentem excepi*, non expuli, Exceptum non limisi, sed locavi. Vbi? *in parte regni*, contra omnem humanum morem. regnum enim duos nunquam cepit: ac te fratres quidem. Ac propterea quòd Æneas non erat viuata persona, non solum obiectat priuata beneficia, sed etiam ciuilia commoda, & suis communia:

Socios, inquit, à morte reduxi.

pro quorum salute reponi oportuit abs te gratiam mihi. Porum enim Rex es. Id quod tibi semper laborandum est, mea vnus opera defunctum est. Excitat autem memoriam acerbissima recordatione. Amissam, inquit, refeci classem. Hic Ouid. aut alius quis laxasset habnas ingenio, ac dixisset, Classem refeci qua me dfereres. Parcius diuinus poeta. maluit enim hoc relinquere cogitandum, quia dolor supprimebat. Quare etiam verbum subtricit. Post hæc, vitur Ironia per rectionem. vt apud Terentium, *Id populus curat scilicet*. Si irridet, quasi falsum, quod pro se adduxerat Æneas, quo profectiois crimen in deos reiciebat. Postremò quod reliquum est, desperat, contemnit, abiicit. Neque teneo, abi. *Neque dicta refello*: quia non merror. Tandem verò minatur: & sibi ex hoc mortem, & ei ipsa illi Diras, quæ nequeunt vlla victima expiari:

Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.

Arumpit tandem in minis orationem. Quare nequit Æneas respondere, sicut ante fecerat: cuius tota oratio consistebat in dilutione exprobrationis, & translatione criminis in Fata. Interpretatur enim res ipsas subtilissimè. Is nânque est causæ status relatus ad qualitatem. Itaque etiam cum insinuatione ingreditur: & appellat *Reginam*, non coniugem: & memorem se pollicetur beneficiorum. vt aliusmodi relaturus sit olim gratiã, quam nunc faceret manendo. hoc satis esse debet inter benestitutos ciues. Non enim datur beneficium spe tantumle recipiendi, sed simplici animo, non opera venali. Ic-

Strena.

circo gratiæ & nudæ sunt, & tres. vt qui beneficio prior certat: vbi quippiam vicissim recipit, de integro irident refundat. Ea de causa prisci Latini strenam quasi trēnam sunt interpretati: à tertia officii representatione: Diluit autem nomen coniugis, & coniugii: vt subtrahat se crimini impietatis. Quis enim coniugem sine impietate possit deserere? & appellat fœdus: quod tamen negando tollit. Dum hæc dicit, temperata vitu oratione primùm: quam deinde excitat argumentis, atque interrogatiunculis. A maiori, si non fuit fas in pristina terra, quæ auita fuit mihi, vel regnum reparare, vel saltem consistere: magnum quiddam esse oportet, quod mihi certam destinet: càmque aliam à Carthagine inuolamobi libus fatis designatam. Obserua verò efficacissimam collationem. Etenim tu, si non petis Italiam, sefato tibi attributæ Carthagini acquiescis: quare vis no deserere sortem nostram? verbis autem inuidioribus animat sententiam:

Qua tandem Ausonia Teucros consistere terra

Inuidia est?

Non quasi hinc nos velis: sed quasi ibi illos nolis. Renouat postremò abeundi necessitatem non iam per hata: nam & incerta sunt aliquando nobis, & obscura obiectustatem, & communia nimis: sed Iouem illico auctorem præsentem facit, atque Anchisem. Quòdque minus sit horum nihil pro se studere: Ascanio hæc omnia laborari. quibus ambitionem à se aufert: quam nescerat amicitia esse potiore. Consensu verborum aduget sententiam: cum appellat puerum: & adiungit affectum: *Capitisque iniuria chari.*

Extruendi verò iisdem legibus, atque rationibus gradus illi quasi iisdem, & animorum & orationum. Vides primam suasoriam, secundam exprobratoriam, tertiam tumultuantem in deliberatione ab animo spe spolato, interceptæ sententiæ, concisæ, contortæ. Fertur, referatur, rapitur. Crebrę interrogationes, consiliorum mutationes, petitio, repetitio, correctio. Incipit autem miserorum more per interrogationem: Quid agam? an sit manendum? non potest. Instant enim gentes Lybicę. At illæ suppliciter adeundæ? Qui fiet? Contempti à me, fastus mei memores flecti nolent. An cum Troians.

abeundum?

abeundum? At frustra tentabitur. ingrati enim sunt. obli-
ti veterum beneficiorum, quum me inuitam relinquunt.
Me in regno meo contemptui habuere: ergo in suo quid
facient? Quin, non recipient. Iccirco dixit superbas ra-
tes. Et se irrisam. Eósque Laomedontiadés: periuros sci-
licet. An extrema audenda mihi, ipsiq. bello persequen-
di? At hoc quid est consilii? Equidem ciues hosce vix è
Sidonia reuelli. verbum odiosum. non dixit auexi: sed è
Tyranni manibus reuelli. quónam igitur animo obie-
ctem rursus eos, vel belli, vel pelagi periculis? Igitur con-
cludit, *Morere*, Induxit colorem desperationi, *vt merita es.*
Causam verò à se reicit in Annam sororem. Quippe
suaapte natura casta fræmina alienum crimen in se sua
morte tolli vult. vbi artem viri incomparabilis præte-
rire mihi religio est. Castæ namque huiusce viraginis
oratio, etiam de amanti fuga conquerens, nihilo se-
cius in Sichæi mariti memoriam desinit: cuius mani-
bus deuocat corpus: quod morte luat supplicium fi-
dei temeratæ. Non minor in illis ars. cum mortem no-
minasset, multa verba interposuit, antequam causam red-
deret: tum ob mortis nomen quod est natura sua ani-
mantium generi formidabile: tum quia memoria amissæ
pudicitæ vehementer, obstabat. Postea verò quàm ab-
euntem videt classem: tû verò tota fluctuat oratio, quam
simul cum cæteris ex nostra diligentia metiri poteris. ne-
que enim hîc omnia persequi vel volumus, vel licet: id
enim interpretis est: sed formula quasi quædam perpen-
dendæ Virgilianæ diuinitatis ad hunc sanè modum præ-
scripta sit studiosis, quæ à nullo antè nos explicata fuit.

Longè alia & mens, & ratio, & oratio irati Hiabæ. per-
turbata sanè. quippe prius ostendit rem quàm declarat:
quum dixit: *Aspicuhæc?* Et post duos versus narrat.
Iratu enim omnia in oculis, atque in ore habet:

Fæmina que nostris, &c.

Incipit autem ab exprobratione officiorum. quasi ingra-
tum bonis accuset Iouem:

cui nunc Maurusia pictis

Gens epulata toris Lenæum libat honorem.

Sequitur altera exprobratio negligentæ, aut impo-
tentæ: *Cura fulmina torques. Nequicquam horremus.*
Extenuat autem meritum personæ aduersarij, à sexu,

fœmina: à fortuna, *errans*. Deinde cùm posuit urbem: extenuauit factum. quippe, *exiguam*: & *precio*: & *accepit*: & *littus*: & *arandum*. Non enim nisi summa inopia ad id cogimur. Item accepit loci leges: quo nihil plus sapit seruillem animum, aut infelicem. Suam verò personam commendat: *in nostris suis*. Auget inuidiam à rei indignitate, *Connubia nostra repulit*: quid? Maritum indigenam noluit dominum recepit peregrinum. recepit verò regni & fortuiti & precarii dominum. At ego illam in regnum stabile, patrium, & auitum sociam elegeram. Ego illam augebam, illa se attenuauit. Contemptus præterea personæ alterius aduersarii, à natione. Iratus itaque pendentem reliquit orationem. nihil enim conclusit, sed exprobrando dixit:

-nos tibi frustra muna ferimus.

Diuersa ab hac Æneæ ira aduersus Helenam. Alia Turni aduersus Drancem. Est autem oratio illa Æneæ deliberatiua. Ponit igitur suasionem ad cædem, quam meditabatur: atque eas magnas sané. *Occiderit Priamus*. Magnum est carere principe. Addit, *ferro*. Quid patriæ excidium? Quid Dardanum toties sudasse littus sanguine. quid mirum si vna pereat: propter quam tot interiire? Et cum illis duo rerum omnium maxima: pudor, ac libertas. Matronæ, inquit, nostræ seruæ erunt? Hæc earum erit domina? Rationes in contrarium. Fœminæ mors non decet virum fortem. Solutio obiectionum. *Extinxisse nefas*: non fœminam, sed crimen: pertinet ad virum iustum: & supplicium sumere de facinoroso, & pro suis, & pro patria, ad virum fortem. Hic sileant Grammatici.

Turni autem oratio tota est in recriminatione. Magna autem in eo ars. Cùm enim obiecta à Drance nequiret insidiari: tot eius causa cæsa millia ciuium, bello, bellique meritis, ac naturæ, id attribuit. Est igitur translatio criminis. Duo ergo agit, vnum, vt rem leniat per indignitatem personæ obiectantis. Cùm enim ostendit eum imbellem: non mirum si miratur is, quempiam in bello mori. Alterum est, cùm declarat, idem quoque Troianis euenisse. Quare non onerat Turnum is euentus: qui etiã hostibus communis fuit. Totus autem ductus: sic enim vocant rhetores modum & colorem orationis: est & iracundi, & superbi, partim nãque contemnit, partim irridet:

det. ἰδοὺ οὖν. verò est viri fortis ad imbellem, virtutis pro fortuna exprobratorem. Iccirco illa alti animi: Nūquam animam istam talem amittes: non sine gestu: cū dixit, *dextra hac.* Item illud abruentis. *Absiste moueri.* Contem-
p̄tus verò tanquam rei nihili,

-habitet tecum & sit pectore in isto.

Scilicet futilis in imbelli.

Aliter Venus & Iuno inter se irascuntur. Altercationi sanè illa propior causa est. Tales nāque iræ scemineæ, & obrectationes.

Sedati autem animi, ac maturi petendum exemplum ex oratione Latini cum affectibus ciuilibus & prudentibus.

O prestans animi iuuenis, quantum ipse feroci

Virtute exuperas: tanto me impensius equum est

Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.

At ferox ille respondet animo & militis, & iuuenis: nihil enim dici potest confidentius.

Quam pro me curam geris, hanc pater optime pro me

De ponas: letumque finas pro laude pacisci.

Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra

Spargimus. Non solum gerimus. Et addit mira figura.

-et nostro sequitur de vulnere sanguis.

Par animus Æneam per nuntium prouocantis.

Nuntius hac Idmon Phrygio mea dicta Tyranno, & addit, *haud placitura.* Sarcasmi quoque de quibus suprā diximus, huiusce generis sunt.

Eorum verò, qui in extremis periculis vel animum desponderunt, vel spe deposita mortem aut orant, aut optant, aut quærūt, aut contēnunt, videbis varios affectus. Ecce in milite eoque forti, ac bono: tamen accisis rebus,

Dolus an virtus quis in hoste requirat.

Et illud, *-pulchrūque mori succurrit in armis.*

Alio modo desperat Anchises euerfa patria. Tota eius oratio est in contemptu mortis. Alio Mezentius. *Hostis amare quid increpitas?* Alia oratio Mnesthei trepidantis pro victoria. Elisæ verò suprema oratio & amantis, & infelicitis plena affectuum, & miserationis: quouis arundinis Indica succo suauior.

Dulces exu via, dum fata, deusque sinebant,

Accipite hanc animam, meque his excoluite curæ.

Vixi: Et quæ sequuntur omni nectare, omnique ambrosia potiora.

Precatoriæ autem orationes non omnes sub eodem genere censentur. nam preces aut ad hominem aut ad Deum diriguntur. Finis igitur diuersis formis, quare & ipsæ species. est enim motus principium, & finis, & medium, generis eiusdem. At Deus precibus meis nõ mouetur. sed ab æterno: vt loquuntur: sciebat me precaturum. omnia illi semper præsentia. reducuntur tamen hæ orationes ad illas per Analogiam. Quemadmodum vsus imperatiui modi, cum refertur ad eundem Deum. Suasoria igitur est verum genus ad petitoriam, ad precatorias autem non vna ratione. Habes diuinas preces, earumque genera in sacris, in fœderibus, in votis: afferuntque plurimum luminis poemati. In fœdere hospitii inter Elisam, & Æneam, in primo. in secundo Anchises in portento Iouem precatur:

Iuppiter omnipotens precibus si flecteris illis:

aspice nos.

Vt propter preces aspiceret benignus, sed apposuit ea, quibus ob pietatem consequi mereretur. In tertio ad Apollinem Exulis oratio sedem quærentis, & errandi finem. In quinto ad Iouem per incensa classe. Peregrini autem in tertio.

Dii maris & terra, tempestatumque potentes

Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.

In sexto verò Italia potitus gratias commemoratis beneficiis: atque exposcit pacem futuris tebus. At in metu illa ex vndecimo:

Armipotens belli præses Tritonia virgo

Frangè manu Phrygiæ telum prædonis & illum

Pronum sterne solo. Animaduertes etiam orationes Pallantis, & aliorum in præliis. Item regum, in duodecimo. ad quarum modum componendi sunt animi: vt efficacem reddamus orationem, quæ in aliis potius aut friget, aut exultat. Maroniani flores igitur nobis delibandi sunt, si cælestia mella conficere volumus. sed de orationibus, quæ aut personarum statibus, aut affectibus seruiunt hæc exempla sunt satis. nãque omnia exequi genera, rhetoris potius est officium. Nunc ad alia transeamus.

QVI ET IDEA.
DE QVATVOR VIRTV-
TIBVS POETAE.

285

CAPVT XXV.

HActenus rerum ideæ quemadmodum ex ipsa natura hexciperentur, Virgilianis ostendimus exemplis. Ita enim eius poesi euenisse censeo, sicut & picturis. Nam plastæ, & ij qui coloribus vtuntur, ex ipsis rebus capeffunt notiones, quibus lineamenta, lucem, vmbra, recessus imitantur. Quod in quibusque præstâtissimum inueniunt, è multis in vnum opus suum transferunt: ita vt non à natura didicisse, sed cum ea certasse, aut potius illi dare leges potuisse videantur. Quis enim putet vllam vnquam talem fuisse fœminæ cuiuspiam pulchritudinem, in qua aliquid nõ desideraretur ab iudice non vulgari? Nam tametsi in ipsis naturæ normis atque dimensionibus vniuersa perfectio est: tamen vtriusque parentis mistio, tempus, cælum, locus multa afferunt impedimenta. Itaque non ex ipsius naturæ opere vno potuimus exempla capere, quæ ex vna Virgiliana idea mutuati sumus. Nunc reliquum est vt tam diuinas opes scire, atque sapienter disponere conemur. Quod vt efficere possimus, inde nobis initium sumendum est.

Cùm prisca oratores id agerent modò vt mouerent; inconditè nânque suadebant. Poetæ verò vt oblectarent tantùm: cantiunculis enim solis otium transigebant. vtrique ab alteris postea id, quo carebant, mutuati sunt. Numeros enim primus addidisse Isocrates inconditæ orationi dictus est. Quamquam qui accuratius rem ipsam ex literarum monumentis eruerunt: eam laudem attribuunt Thrasymacho: cuius diligentia aucta sit à Gorgia: postremò ab eo quem dicebamus, Isocrate perfecta. Poetarum autem numeris, ac sonis addita fuit anima postea, cùm ex agris in urbem translati essent, appositis fabellis pro exemplo, sententiis pro præceptione. Id quod Horatius rectissimè expressit eo versu:

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

vt tota Poeseos vis duobus capitibus absoluator, docendo, & delectando. Quorum vtrunque consecuturi sunt ij, qui & res vero propiores, ac sibiipsis semper conuenientes exequuti fuerint, & operam dederint vt omnia varietate

Efficacia.

condiantur. Nihil enim infelicius, quàm saturare auditorem antè, quàm expleatur. Quæ enim epulæ quibus fastidium pro voluptate pariat? Tertia res ea est, quam ego Efficaciam, Græci quo designent nomine suo loco dictum est. Eam paucis in Poetis reperies. Est autem vis quædam tum rerum, tum verborum, quæ etiam nolentem propellit ad audiendum. Quarta est suauitas, quæ efficaciam illius vim vegetam deducit ex asperitate, cui sæpe numero est affinis, ad certam temperationem. Hæc igitur esto summa sic: Poetæ prudentia, varietas, efficacia, suauitas.

P R U D E N T I A.

C A P V T X X V I.

PRudentia philosophis habitus est, quo futura ex factis prospicimus. verum eius vocis significatio amplificata fuit: ut eum quoque comprehenderet habitum, qui deduceret omnia sua facta ac dicta è rationibus ad fines suos sine offensione. Dicimus enim prudenter factum ab Imperatore, ubi rectè exercitus partes disposuerit: tametsi similes ordines acierum nunquam antea notos habuerit. Est igitur prudentiæ pars qua futuræ victoriæ consultum curat ex disciplina militari, non ex antegressis actionibus. Quare is habitus omnibus artibus communis sit necesse est. Primus enim sutor calcearius non solum tegmen imposuit pedi, verum etiam substravit soleam, quam antea nunquam viderat: ut ab incommoditatibus illum faceret tutum. Hac ratione prudentem poetam esse volumus, cuius festiuitas, lasciuia, seueritas, humilitas, ciuilitas, magniloquentia, vel in re, vel in verbis, suo loco, tempore, modo dispositæ sint. Quod igitur monebamus, id imprimis animaduertendum est: ut imitatio res sequatur: constantia imitationem comitetur, nisi cum inconstantem quempiam finxeris: veluti Liguræ aut scæminam: illi enim polypi sunt: hæ chamæleontes. tunc enim licet abscedere ab hisce legibus. Quod tametsi ita fiet: nihilominus tamen manet constantia tua in illorum inconstantia semper describenda. Hæc igitur prudentia ad tria potissimum capita reducenda est. rerum enim naturam cum explicamus, Physiologia dicitur: cum Fati, Astrologia: cum Dei, Theologia. Natura ergo tam lata est, ut etiam cælorum

lorum ipsorum motus comprehendat. tum tempora, loca, & quæ in eis, vel mouentur, vel quiescunt: de quibus cum sese obtulerit aliquid, sine ostentatione breuiter, ac parçè attinges. Quemadmodum fecit deus ille poetarum:

*Principio calum & terras campôsque liquentes
Lucentemque globum Lunæ Titaniâque astra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet.*

Et illa diuina,

*Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium, & rerum fato prudentia maior. quæ antea ab*

Epicuro. Deinde,

*Verùm ubi tempestas & cali mobilis humor
Denset, eruntque rara modo, & quæ densa relaxat:
Mutant se species animorum: & corpora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt. Hinc ille auium concentus in agris,
Et læta pecudes, & ouantes gutture corui. & illa,
Vere magis quia vere calor rëdit ossibus:*

Item quæ de anima disputat, & scitè dicuntur ex Platonis, & aptè ibi collocata sunt. Nam & Æneæ interroganti, de quæ re difficillima, atque etiam nunc vel ignota, vel maximè controuersa dubitanti, & inter animas, & in loco animis attributo, & ab vna animarum differuntur. Anni quoque partes, ac tempora, & cognoscenda, & describenda. Mane, serum, creperum, concubium, intempestum, contiginium, diluculum, meridies: eorumque tum naturæ, tum effectiones. Nec minus eæ, quas *ἀέροι* Græci vocant, propterea quod annum partiuntur, eiusque partibus fines statuunt. Ver (dico) hyems, æstas, autumnus. Ventorum quoque numerus, nomina, naturæ, loca, non tam describere, quàm attingere, ne cum Hesiodo reprehendi merearis, qui aut tres tantum nouisse videtur ventos, aut non rectè disposuisse. In quibus omnibus illud in primis cauendum est, ne ineptè discurras, nisi libros componas eam ad rem destinatos. Quemadmodum Ouid. fecit in lib. Transformationum: & Lucanus. Præter hæc particulares naturæ omnium, quoad fieri potest, rerum sunt cognoscendæ. Nam & in equo lethale vulnus agnouit, quod fit in temporibus Maro: & Dictamum

*Nona in
Hesiodum.*

describit. Et leoni attribuit magnanimitatem: Lupo animum prædatorem. Delphinorum lasciuum canit lusum: Harpyiam fœdam dicit: vagam Hirundinem: Equum alacrem. Humanam vitam nemo melius, ac prudentius. verùm pauci eam artem declararunt. Grammatici enim in cymbis quidem sunt, marisque transmittunt superficiem Maroniani: nihil tamen expiscantur. solus Donatus meritus est, qui poetarum anima diceretur. Loca igitur ipsa aliquot, ut quæque in mentem venerint, adducemus. Principio Æneæ clypeum maiore opera describit, quàm Turni: propterea quòd maior Heros securus imaginem Pythagoricæ disciplinæ, quæ minoris hominis minorem quoque Genium esse censet. Quid perpetuus ille diuini viri pudor, modus, castitas orationis: nonne summa prudentia est? Qualis & in secundo:

Tunc etiam fati aperit Cassandra futuris

Ora Dei iussu, non unquam credita Teucris.

Hic Lucanus dedisset declamationem. quemadmodum de temporibus Syllanis. nam tametsi & senex ibi narrat, & licet poetæ coniungere tempora cum temporibus: tamen longus est, & tædii pater. etiam cum vera fictis tegimus, aut adumbramus, aut illustramus. Amissa in tumultu, atque insolentia militari Creusa, fingit eam à Cybele retētam illis mirificis versibus, quin necesse erat eum, qui recipiendus esset à fœmina, quasi ab vxõre, priorem amittere vxorem. Deinde propterea quòd alteris nuptiis nouum imperium erat comparandum. Præterea ex sanguine altera saltem ex parte Italo, instituenda erat series regum Itatorum. Ad hæc qui Sibyllæ adibant locum, atque ex Auerno responsa petebant, iis humana anima orcholitandum erat. Idcirco Misenum ab orcho raptum, à Tritone, eoque tanquam artis eiusdem æmulo exceptum dicit. Verum est ex historiis à Turno exustam classem: id adumbravit transformatione. Cum vellet Camillā fortissimam, atque congressu inuictam ostendere, nunquam obiicit Æneæ: & ex insidiis telo petitam missili, cadere facit. Eadem prudentia noluit Pallantem Lausumque committere, ne cui detraheretur. sed vtrumque à fortissimo hoste interfici. Turnum quoque nonnisi Vulcani præsidio, & immixtis diris, & fatali priuatum ense, Æneæ manu interire. ita classi periculum solum ab igne in Sicilia,

lia, ea enim adhuc egebat: in Italia non egebat. non periculum modò ibi, sed etiam pernicies. Neque verò temerè bellum auspicatur Æneas: sed quasi Herculi auspiciis. idque non sine ratione. Principio Hercules peregrinus: ideòque ei templa extra urbem dicantur. In Italia Hercules indigenam furem mactavit: ita Æneas Turnum tanquam prædonem. Respondere autem omnia inter se cùm alibi, tum illis locis. Camillæ cursu ait ne segetes quidem lædi: ergo ligurem in equo sedentem præuertit pedes ipsa: eique se opposuit, ac deinde morte affectit. Æneas vbique pius: Turnus vbique ferrox, Tarchon fortis: Messapus acer: Mnestheus audax: Achates fidus. Illa verò cuiusmodi nullis Æneas mouetur Elisæ fletibus, in quarto: ita vicissim in sexto, illò lacrymante atque etiam orante nihilo melius mouetur ipsa. quare & Æneam quercui, & Dido silici comparauit. Æneæ quoque Vlyssis prudentiam cùm ascribat: animum tamen longè feliciorè dat. Ille apud Circem desidet sub adulterio, hic sub coniugio. Achillis item personam cùm attribuat: potuisset fugientem Turnum cursu apprehendere: at fecit non posse, quia vulnere tardior. Ne Turno quidem eam ademit gloriam: neque enim potuit dignosci. Illud maximè circumspectum Æneam vulnerari permisit. vix enim credi potest à bono milite: militem bonum tot in congressibus tot è præliis sine vulnere abire. Condiuit tamen primùm non comminus: deinde incerto authore, quasi eam quoque gloriam formidaret hostis: nedum aut occuparet alienam, aut iactaret suam. Ita patitur fortunam præliorum vir fortis: & salua est personæ dignitas. Nequeo & id satis laudare. absentem enim & Turnum, & Æneam facit in XI, vt & Tarchontis, & Camillæ ostendet facinorosa. Sic & absente Ænea Turnum castra inuadere: atque intra ipsa tam fortiter facere. eo quoque & illud pertinet: Cùm aptat historias sui temporis imagini veterum historiarum. Venulum ex equo detractum scribit à Tarchonte, atque cursu ablatum. Idem sibi euenisse ait Cæsar in Ephemeride, quemadmodum Scruius memoriæ prodidit. Æneas dextra nuda iubet à cæde abstinere: idem Cæsar Pharsalico in cõflictu, atque illis verbis: *parcite inimicis*. sic & mores cùm representat: veluti ad Fauni ora-

cula: & bellis indicendis, *vina coronant. Nauta puppibus imposuere coronas.* Dido in conuiuio libat hospiti Ioui. libat, non bibit: mos Romanarum fœminarum. Mos operiendi caput in sacris. Aras tenendi, sacrificandi Herculi extra muros: quia fuit penè semper peregrinus. Helenus vittas resoluit sacrati capitis, vaticinaturus. Præterea eruditio non affectata. Tacitæ Amyclæ. Cæmerinâ. Bebrycia gens incestu. Aclides. Saguli. Sparus. Pero. Vrbiū origines, Petiliæ, Salentinorum, & aliorum: & quemadmodum Cocles in Tyberim se immittit: sic & Turnus. Nudato capite Ascanius: sic aliquando in acie Cæsar. Deciorum personæ in Turno. *Turnus ego deuoueo,* &c. Summa & illa prudentia: Cùm docere quippiam vult auditorem: neque licet per contextum argumenti: introducit aliquem alteri narrantem: tamen si hoc idem ille alter non ignoret. Ita Neptunus Æneam sibi fuisse curæ bello Troiano: atque ab sese letho subtractum narrat Veneri. Id quod paulò morosiores si vitium putent: sanè temere audeant. Fit enim tanquam per commemorationem. vbique verò aliquid iacit seminum ad futuram messem: vt auditorem quasi prægustatione alliciat ad epulas. sic, *Forſitan & Priami fuerint qua fata requiras.* quia iam dixerat: *Multa super Priamo rogitant:* similis præparatio in primo: Cùm enim recipiendus esset Æneas: proponit hoc intelligendum ex pictura: in ea nânque ipse quoque pictus erat. Et de fortuna Eliſæ, *Ille dies primus lethi, primusque malorum Causa fuit.* prædicat enim de Baltheo in x. *Quo nunc Turnus ouat spolio.* Palinurum quoque inuenio tacitè prædicentem mortem suam quasi vaticinio: *non si mihi Iuppiter author Spondeat, hoc sperem Italiam contingere calo.* Itaque ne contigit quidem, aut manibus tantum contigit, & cadauere. Est hæc *πρόστυλον* apparatus futuri argumenti: quem non nisi diuini animi vel cõminiscuntur, vel intelligunt. Quasi igitur argumentum obtenditur toti fabulæ in Heleni vaticinio. In sexto, apud Anchisem, futuri quoque imperii tanquam imago quædã fuit. Romani enim dominatus species in Ænea Romæ fundatore: cùm est Carthaginis dominus & cùm dixit: *Nõ cæpta assurgunt turres:* simulachrum futuri excidii. Aeneæ nânque Genius vrbis illius Genio contrarius erat. Et conuersum imperii fatum

πρόστυλον
uñ.

fatum in Græciam: cuius figuram ponit in Heleno. Nam & Troianus regnat in Græcia: & à fratre nominat Chao-niam. Tum autem concordia, consensioque histo-riarum in portentis Iuli, Lauiniæ, Tulli Hostilii, L. Martii de flamma. Item responsus, seriésque fatorum. Quippe ut ad Troiam Græci, ac Troiani pro fœmina, quam Græci repetunt raptam: ita ad Laurentum promissam repetit Aeneas Troianus, ac tanquam à Turno raptam. Turnus Græcus defendit: vincit Troianus. Om-nen quoque futurorum triumphorum. egressos in Ita-liam Palladis templum excipit primùm. Ita neque otio-*se*, neque temerè dixit, *ouantes*. equos frenari solitos, ac iungi sub concordia: signum esse populi bellicosi: & *δυνα-μικατίας* sub legibus. Morituri quoque vaticinantur. sicut Dido, *Littora littoribus contraria*. Orodes Mezentio.

Hæc de Physiologia. Astrologia verò, atque Theo-*Astrologia*
*Theologia*logia sunt affines adeò, ut pro vna & capi & tractari me-reantur. Igitur Astrorum cursus apertè ponere aut inepti est, aut Astrologiam profitentis: ut Arati, & aliorum. At eo in opere, quod primarium argumentum aliud habet, fabulis condire oportet. Siderum igitur cum haberet notam potestatem: eorum coniunctiones, si-tus, stationes, aspectiones tam pudenter scripsit, ut ne-mo melius. Quemadmodum igitur alibi demonstraui-mus: hinc quoque intelligas Iouem summum nymen, beneficum: sed ita, ut Marti partes delegatas ne tollat. ergo permittit ut Lausus intereat in prælio. Habet au-tem Iupiter intellectiōnem, voluntarem, potestatem. In-tellectio est Pallas: eius enim è cerebro natam autu-mant. Quamobrem sola deorum fulmina iaculatur: si-cut & pater. Id quod habes ex poeta, in primo: ex Calli-macho in hymno, & aliis. Voluntas est Iuno, eadem (uti dicebamus) quæ & Fortuna. Coniunx, & soror sum-mi numinis. Quòd si fingitur aliquando aliter vel age-re, vel sentire, vel velle, quàm ab illo vel factum, vel iussum, vel præscriptum sit: hoc fit propterea, non quòd inter se dissident: ab se ipso enim nequit abscede-re Iupiter in sententiis: quippe dicit: *me me sententia ver-tit*: sen quia rerum euenta nequaquam ab illo solo de-pendent. sunt enim sidera duo quæ Infortunia dicun-tur ab Astrologis. Horum asperitate corroboratur Fati

vis ad impedimenta virtutum. huius fati administra e^a est, quam sub Iunonis nomine Fortunam nuncupamus: Astologi verò partem Fortunæ vocant. Ac Martis quidem personam in bella non deduxit Poeta noster: noluit enim in hoc Homerum imitari: sed è cælo vim tantùm immittit. Non minoris dexteritatis, scùm in conquestionibus, ac maleficiis nominat Saturnum:

Sicut Saturnus hæc oculis pater aspicit equis. & Saturnia Iuno, cùm aliquid incõmodi, aut per se aut per Iridé molitur. est enim Saturnus maior fortuna mala. Lunæ quoque potestatem non solùm in cultu, & sacrificiis, sed etiã in ipsa vi sub Dianæ nomine celebrauit. Luna enim in septima & octaua domo interficit: ita Aruns occisus est. Habent autem hæc tria sidera suum quodque nuncium, Iupiter Mercurium, Iuno Irim, Luna Opin. Atque illorum hæc sunt potestates. Neque enim par est, descendere è cælo sidera: sed quod aiunt Astrologi, influere. Intermiscibus autem non nisi magnis negotiis, summisque necessitatibus. neque enim oportet sic temerè pati viros fortes, aut mortè affici vulgari. Ænæ igitur Genium quoque ascripsit, quem Achatem vocat: est enim ἀχαιῶν ἀρχηγός. Non quòd vir tantus mœreat: sed quòd inter tot ærurnas ad summam virtutem perpetuandam excitetur. Legimus autem in libris Pythagoreorum quos Platonici (vt de Roma Augustus) è lateritiis aureos fecerunt: duos assiliter nobis Genios, alterum bonum, alterum malum. Boni ductu atque consiliis boni viri ac lecti, coniungunt sese deo, à quo illum ministrum, atque sequentem acceperunt. Is Heroibus quibusdam sese ostendit. Aliis nunquam visus, sed auditus est. Id quòd non vno in loco apud Platonem de suo Socrates profitetur: quibusdam diuinis ingeniis, neque videtur, neque auditur, sed seipsum ita offert, atque ingerit, vt sua luce retegat intellectiones rerum arcanarum, quas describant. Quapropter euenit sapenúmero: vt cùm deserbuerit calor ille cælestis in nobis, nosmetipsi nostra illa vel admiremur, vel non agnoscamus: aliqua etiam non intelligamus ad eam rationem, ad quam directà dictatæque sunt ab illo. Neque aliter puto contigisse Platoni: cuius scriptis additum sit lumen ab interpretibus multò maius, quàm quantum plebeis, iudiciis debeatur. Ego verò, qui ne cum

Genii Pythagoræi.

cum minimis quidem me conferendum censeo : si quid vnquam nobis excidit imprudentibus, tantundem postea non sperem à me præstari posse. Quæ causa est: vt ad scriptionem, aut commentationem nunquam accingamur, nisi ab ipso Genio inuitati: qui nobiscum intus loquitur, neque auditur, ostendens diuinitatis latè patentes campos in animis nostris: quos ab officiis corporis suspensos atque abstractos aliis distinet functionibus: vt non penitus temerè dixerit, Qui Aristotelis intellectum agentem eundem cum Platonico Genio existimauit. Vtriusque habemus exemplum in historiis. nãque malus Bruto apparuit, eique infelicem prædixit exitum: Philippis, inquit, me videbis. Bonus Cæsari, cum traiecit Rubiconem: viam ei ostendens ad id, in quo summam statuerat beatitudinis. eum descripsit Nifus illis verbis: *An sua cuique deus sit dira cupido?* malus Genius fuit Dira missa Turno in aus faciem mutata. Veneris autem filius Æneas dictus, propterea quòd eius Horoscopi erat domina. idque, cum Ioue. Siue vterque cum Marte domini partium Solis, & Lunæ, & Horoscopi, quem Arabes sua lingua, Potentem vocant. Iccirco saluus abiit à Troia ex bello propter fœminam conflato. Itaque iam tum primum fœmina non nocuit eius vitæ. Veneris beneficio eripitur è manibus Diomedis: quia eo anno erat Venus in octaua. Venus infortunata in excidio eripit quidem à morte, sed in patria nequit retinere. Postea meliore fato in Africa recipitur à fœmina. Sequenti anno Venus minus bene collocata, non potest, quin amittat classem Aeneas, & fœminæ auspiciis, & fœminarum manu. Meliori numine conciliato in Italia regno potitur ob fœminam. Ita etiam Venus cum Ioue in medio cali coniuncta eripuit eum è naufragio. Tum ex Pœnorum perfidia Mercurii interuentu: qui punicæ genti præest. Iccirco rectissimè illud,

ponuntque ferocia Pœni Corda volente deo.

E F F I C A C I A.

CAPVT XXVII.

Efficaciam Græci *ἐπίπραστος* vocant. Ea est vis orationis representâtis ré excellenti modo. Intelligo nuñc non verborum virtutem, sed Idæarum, quæ rerum species sunt. Nam tametsi in verbis esse videtur: tamen in rebus

ipsis est primò. exēpli gratia, facies, exterritæ, stupidæ, furi-
 bundæ simul matris Euryali. Eius vitia duo extrema.
 Alterum *κακοζηλία*, quam affectationem voco. Est autem
κακοζηλία affectatio conatus supra vires, & supra rem. Alterum, lan-
 guor. Græcè dica m *πάρεισι*. Quam vocem intelliget, qui
πάρεισι in philosophia est exercitatus. Est enim contraria vege-
 to, sicut *αιτία*. In cacozelia igitur necesse est nos ine-
 pitire. Aut enim turgebimus, vt Staius: aut obscurabi-
 mus, vt Lucanus: aut atteremus, vt Silius. Arrofit enim
 hic carmina sua, non limauit. Exultat autem Lucanus,
 neque scit absistere. Contrà, languida poesis, & fluxa ea
 est, quã nunc hoc seculo instituere. elabitur enim ex au-
 ribus, neque sui vestigium relinquit vllum. nusquam hæ-
 ret palato, sine aceto, & sale tota. Media est, quam sele-
 git Maro ex horrida vetustate tanquam auri nitellas ex
 arena. Quas ita composuit, vt si quid addas, aut mutes,
 id sanè arena sit. si demas, destruas. Lucani oratio super-
 ba, & minax, auditorem inuitum, atque alibi animò hæ-
 rentem vbi vult tenere, aut trahere, abigit: Tyrāno haud
 absimilis, qui mauult metui, quàm amari. Verùm de his
 in quinto & sexto. De efficacia verò, cum suprâ posue-
 rimus in quarto loco, hîc potius scribere volumus, quia
 cum prudentia plus habet necessitudinis quàm varietas.
 suprâ autem in diuisione varietatem anteponebam-
 us ei, propterea quòd varietas omni generi poematum
 est necessaria: efficacia non nisi operosioribus. Efficacia
 est, aut in facto, aut in dicto, aut in animo. Factum,
 sicuti suprâ, voco qualemcunque rem. Itaque & *παρρησία*
 & *χρημα* Græci dicunt. In Re est veluti: *Tectum, augur-*
stium, ingens, centum sublime columnis. & Monstrum horrend-
um, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Famæ species. Caducei potestas. Inferorù loca. Sagitta
 Acestor ignita. Turnis inclusus in castris Trojanorum.
 Ætnæ incendia. Euasio Ænæ. Flamma circum Ascanii
 tempora. Turni galea. ensis eius fractus. Imber ad
 nauium incendia. Manifestior autem atque illustrior in
 factis, *Succedoque oneri.* Equidem videor patrem meum
 virum fortissimum gestare. *dextra se paruum Iulus Imp-*
licuit, sequiturque patrem non passibus equis: Hîc autem
 videor trahi. Nam quid est *Implicuit*, Certè me miseret.
 Ibi verò totus horreo: *Ausus qui etiam voces iactat e*
 per

per umbram Impleui clamore vias. Quid in illis? operumque laborem Partibus aequabat iustus. Neque enim patrius consistere mentem Passus amor. Hic lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro. Iam qui est pater illum versum quanti faciat videbit: Qui scit Sinonem excidium Troiæ allaturum, doleat malis benefieri: sicut & nos hoc tempore. Quis non animo Æneam ibi comitetur? Vadimus haud dubiam in mortem per tela, per hostes. Quis non mouetur illis? Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos:

Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora, perque domos, & religiosa domorum
Limina. Certè & illa rapiunt me, ac torquent,
At trepida, & cæptis immanibus efferra Dido,
Sanguineam voluens aciem, maculisque trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensẽque recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsu.
Hic postquam Iliacas vestes, notumque cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata
Incubuitque toro, dixitque nouissima verba,

Satis profectò sola hæc ad excitandum animum poetarum, vt nihil vulgare sonent. *trepidat*, quia cæpta immania sunt, *efferra* quia audet. *acies sanguinea* homicidæ proprium. *tremunt genæ* ex sanguinis discursu. *macula* sunt, non continuus rubor. quia cõtrarium naturæ est vt idem sibi noceat: idem sit agens & patiens. Iccirco in pugna animi pugna humorum. Pallor tamen validior ob mortem. *irrumpit. furibunda. ensẽ* fœmina? *munus* verò illud? *Iliacæ vestes*, & notæ voluptates, neque illico lacrymatur, fluctuat enim animus amentia. *incubuit*, iam illa mihi nunc ante oculos est. Cùm verò non satis habent ignem iniicere classi, in qua & stuppa est, & pix: sed spoliant aras, frondem, ac virgulta, facèsque etiam addunt: nonne augetur factum vatis ingenio? Hoc igitur est efficacia. Aspice mihi iuuenem, & fortem, & religiosum, & acrem: *audax quos rumpere Pallas Sacra vetat, raptòque volat telo obuius ipse: vetat sacra rumpere. rapit telum*, non sumit. *volat*, ipse, non alius eius iussu. Adsum etiam Niso, quis enim recuset esse tali cum viro?

At Nisus ruit in medios, solùmque per omnes

Volscentem petit: in solo Volscente moratur.

Quem circum glomerati hostes hinc comminus atque hinc

Proturbant, instat non segnus, ac rotat ensem

Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore

*Condidit aduerso: & moriens animã abstulit hosti. & animã uertes morientem interficere. In quibus pro se quisque re tam efficaciam contempletur, neque enim sumus interpretes: sed ostendisse loca, satis sit. Etiam cum Venu- lum inter brachia Tarchontis audio, video quoque, *Valat igneus equore Tarchon Arma virumque ferens. Expectes etiam Æneæ mortem inde:**

Emicat hic impune putans, & corpore toto

Alte sublatum consurgit Turnus in ensem:

Et ferit, exclamant Troes trepidique Latini

*Arrectaque amborum acies. Antequam dicat ensem fructum, audis, consurgit, sed alte, & corpore toto. & audis plagam, & ferit, interrumpit narrationem clamor vtriusque exercitus. & tu pendes. solus Maro verus poeta est. Illa in viro forti. - non ulla iniecta mouebant Tela: in viro pio, Nunc omnes terrent aura. & addit, sonus excitat omnes. satis erat: hoc addidit, suspensum. Apponit causam aliam à se: comitumque onerique timentem: & id, collectis omnibus una Defuit. vides, omnibus, vides, una: &, collectis: &, defuit: Tum quæ sequuntur. quem non incusavi ponit, hominum, ponit, decorum, adiungit, amens, postremò nihil acerbius sibi vidisse ait: Aut quid in euersa vidi crudelius urbe? nihil marito funestius, quàm vxorem amittere: nihil turpius viro forti, quàm prodere hostibus: quare: stat casus renouare omnes. Hæc in facto, in verbis autem, & sententiis, & extra sententias. Maximam verò efficaciam præ se ferunt epiphonemata, aut Prosphonemata: *Tanta molis erat Romanam condere gentem. in supplici cum pollicitis, argenti aurique talenta. Cum cessione victoriæ: vicisti tua est Lavinia coniunx. Cum miseratione: fuit & tibi talis Anchises genitor. Cum perturbatione, an consilio? nam talem dicimus, cum eum proposuimus, cuius similem dicere volumus: At ipse post ponit: Daunum miserere senectæ: estne igitur trepidatio: an consultò Anchisem priorem nominauit patrem, quàm Daunum hostis patrem? profectò cum Virgilio, nullus arte, aut iudicio comparandus. Superbi, - hostis amare quid increpitas? Labefactati animi:**

animi: *solus hic inflexit sensus. Resipiscens*: Sed nihil vel tellus optem prius ima dehiscat, *Ante pudor, quàm te violenti*: Explorantis extremum fatum: *Iuppiter omnipotens precibus si flecteris ullis, Aspice nos. hoc tantum. Iuppiter omnipotens si non exosus ad vnum es Teucros. Moderati*: & si pietate mereamur, *Da deinde auxilium*, addita etiam illa voce *Pater*, suæ dignitatis memor. *Ipsè manu mortem inueniam. Pii filii: Natum ante ora patris patrem qui obtruncat ad aras, & patri narrat, & filium ante patris ora cæsum*: In sententiis autem, *Vsq̄ ad eone mori miserum est. & , Vna salus victis nullam sperare salutem*: video enim coram desperatæ vitæ viros fortes esse animæ prodigos, vt animam ne amittant. Illud quoque quasi sententia, *Non oltrusa adeò, gestamus pectora pæni*: Excitatur verò etiam in apparatu epithetorum id quod nos Græcè volumus epithesin appellari. qui volet vtetur. Afferet enim tempus vel authoritatem, vel gratiam, vel veniam. Iam est ante nos animaduersum epitheta, aut distinguere, aut addere, aut minuere. verùm si falluntur, qui ad eloquutionem tantùm pertinere arbitrati sunt. Est enim in re, cùm dico, *pium, iustum*. In elocutione autem, si flexum addam, aut mutem, aut circunloquar, vt vir miræ fortitudinis, potius quàm fortem. Distinguit igitur epithetum ambigua: vt apud Poetam, *nigra hirundo*, ad differentiam *Ripariarum*, quæ species est hiru-
 nis non nigræ, neque ædibus assuetæ. Neque enim Grammatici rectè locum illum interpretantur, *Auget, vt pius Æneas. Minuit, Frigida bello dextera*. Interdum est æqualis, vt *Homo risiuis*. ad solum enim hominem ea pertinet natura. hanc quoque partem ignorauère Grammatici. Accipiuntur autem ab euentu non solum præterito: id enim parum efficax est: sed etiam à futuro, quod rem ponit ob oculos, *miserissima Dido*. A spe: *Turnus enim quòd volebat, Tolumnium felicem vocat*, qui tamen haud multò post interfectus est: successum enim virtuti & moribus sperabat. Adiuuatur verò multùm figuris, præsertim *Hyperbole*, & *Translatione*: vt *ferreum pectus*. Interdum mediocribus appellationibus, vt *placida pax*: habet enim *pax* commoda longè maiora. talia *perisura mænia Troie*, per indignationem. Per contemptum, *semisirum Æneam*. Sunt autem epithetorum modi duoy vnus hic, quem diximus,

vulgaris: alter proprius quorundam, vt *Phæbus Apollo*: est enim Phœbi epithetum Apollo cum est Vædeus: & Pæan cum est bonum numen: illud à perdendo, hoc à sanando. Aliquando autem est simplex: vt in superioribus: aliquando in oratione per appositionem: vt apud Horatium:

-herba Lapatii prata amanti.

Est & alius modus, quali epithetum: vt *pater Aeneas*. Item alius in obliqua oratione:

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus,
ergo primus. Hoc enim attributū alius refertur ad ipsum. verūm hæc coniungemus cum figuris dictionis, quib. hæc quoq. addes: Ex vsu contraria significante: *horrentia Martis Arma*: imò horribilia. *penetrabile frigus*: imò penetrās. Possumus etiam ex epithetis antitheta constituere: quæ item pertinent ad sententiam, non ad elocutionem: nisi sint *ισόκαλα*, & *ὁμοῖσπλωτα*, aut *ὁμοιογενέληκτα*: tunc enim sunt dictionis. Ad hanc rationem, cum dixit *gracili modulatus auena*, opposuit illi: *cano*. est enim hoc verbum longè illo præstantius: iccirco Musarum Calliope regina: quia cæteræ modulantur, Illa canit: tametsi in Georgicis: *Tityre te parula cecini* &c. passim horum omniū exempla carpes: neque enim omnia nobis describenda sunt: quibus satis esse debent artis capita, atque præceptiones. verūm vno aut altero excitatus, in aliis teipsum exerceto. veluti illo, *primus ab oris Troia*. nouam igitur rem narrat. quare consequitur attentionem. Sic, *profusus* non meritò, sed *fato*: est enim insignis pietate vir. Sæui dolores. Flammatum cor irati. Placidum os pacati. Quin etiam *θεῖς δῶκε*: Regina Deūm, Nate dea, Satus Anchisa, Troes, Laomedontiada, Dardanida, Æneada, nunquam temerè, sed ex moribus & affectibus. Non vt Homerus, qui etiam coquinam procurantem Achillé vocat celerè. Sed Æneam aliquando pium audimus, aliquando patrem: item fortem, & Mauortium. Sunt autem & alia quædam epitheta, quæ ab eruditione ducuntur, ea multum luminis afferunt orationi. Vina Aruifia, Cautes Marpesia. Vates Amphryfia. Non est verum quod aiunt Grammatici, epithetum excludi in voce, intelligi in significato, illo exemplo:

-molemque & montes insuper altos Imposuit.

id est (aiunt) molestos montes: nugæ enim sunt somniæque delirantium: sed est expositio: *molem*, quam *molem?*

montes

montes altos; id est molem altorum montium. sic *Italiam venit*, qua parte? *Lauina litora*. Epithetorum naturam etiam sic considerabis. Quædam enim sunt necessaria: vt pater patrat. quædam vsu tantum: vt Iupiter Opt. Max. Alia ad nitorem modò, vt *tempestatésque sonoras*. simile necessario illud, quod afferre causam, aut rationem videtur,

-*scæua memorem Iunonis ob iram.*

Nisi meminisset: non irasceretur. Iccirco

-*manet alta mente repostum*: & nisi fuisset *scæua*, tamen si memor tamen non irasceretur. Illud in primis aduertendum est: epitheta quæ in oratione soluta creant *κακοζυλίας* sæpe, sæpe illustrant poetæ splendorem, perinde atq. simbrizæ vestem militarem. Si cui datum fuerit à natura, vt noua excogitet, is furrripuerit gloriam præcis, gloriæ causam posteris præripuerit. verecunda tamen sunt, atque apta simul: & quæ vbi pepererint admirationem, etiam grata sint. Est & in Apostrophe, & in interrogatione tanta efficacia: vt subfilire faciat animum auditoris. quæ vbi coniunctæ sunt: nihil deest ad summam vim. Cùm enim lego illa ex secundo, cæteras omnes mihi excutiunt cogitationes, *Hocce erat alma parens, quod me per tela per ignes, Eripis?*

Apostrophe similis, *Hic me pater optime fessum deseris?* Interrogatio simplex, *Quid primum deserta querar?* Per admirationem,

Quem primum, quem postremum aspera virgo

Deiicis? Per dubitationem plus mouet,

Quid faceret, quò bis rapta se coniuge ferret? De Niso, *Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis Eripere?* Acclamationes vt diximus, & exclamationes simplices. *Latona tacitum pertentant gaudia pectus, O tórque quatérque beati. O fortunati quorum iam mænia surgunt.* ex persona poetæ. *O fortunati nimium sua si bona norint Agricola.* Cum indignatione, *O nunquam dolituri.* Cum contemptu, *O vera Phrygiæ, neque enim Phryges.* Cum voto, *O si nunc nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tanto.* Cum admiratione, *Tantæ re animis celestib. iræ!* Succlamatio: *Ne mihi tum libeat sub dio carpere somnos?* Et cù sentètia, *Quid nõ mortalia pectore cogis, Auri sacra fames?* Cù elogio, *Fortunati ambo, siquid mea carmina possunt.* Efficacia ex atrectatione, *Vidi egomet*

magna me voce vocantem Numanum. Et Achemenides in tertio, de Cyclope. & ex persona Poetæ de feminibus, in primo Georgicorum, *Vidi ego lecta diu, &c.* Directio quoque orationis ad res brutas, mirum quantum afficiat: *Rhæbe diu, res si qua diu mortalibus vlla est.* Et ad inanimas maiore motu, *O nunquam frustrata conatus Hasta meos.* Et in duodecimo, *Tumque optima ferrum Terra tene.* Sed illa cui ferreo lacrymas non excitent? *Dulces exuuia dum fata de-
úsque sivebant.* Ab hisce igitur duci poterit efficacia in re, in factò, in oratione. At in cogitatione, aut vultu, aut gestu, aut opinione eodem modo: Latinus cogitabundus, *desixa optutu tenet ora Latinus.* Sibyllæ non vultus, non color vultus, *Non compta mansere comæ.* Pudor in Deiphobo, *Panit-
tantem ac dira regentem Supplicia.* Ira in Turno, *Totoque lo-
quentis ab ore Scintilla absistunt, oculis micat acribus ignis.* Cuiusmodi faciem describes aut pinges ibi? *Collectam exilio
pubem, & miserabile vulvus.* His adiunges scissam vestem vel Latini vel Ænææ. Tum autem comas, genâsue lania-
tas, suspiria, gemitus, lacrymas, clamores, obtestationes, vlulatus.

VARIETAS.

CAPVT XXVIII.

SEquitur vt de varietate dicamus: cuius vsus atque præ-
ceptiones tam difficiles sunt, quàm non facile fit, vt
res eadem variis intellecttionibus comprehendatur. Cæte-
rùm & scitè & acutè quoad fieri potest, ineunda est nobis
ratio tractationis. Qua in parte eundem nobis eligemus
ducem, qui tamen aut suus, aut æquè omnium est: tamen
nos eum toties meditando, admirando, transcribendo,
nostrum faciemus. quemadmodù a usus fuit olim Chry-
sippus dicere, se Euripidæ Medeam fecisse suam. Igitur
quum semper sit ille sublimi spiritu, & generosa oratio-
ne: nusquam tamen est sui similis. Librorum quidem exitus
omnes Tragici sunt, præter primum. Tam diuersa tamen
rerum compositione, vt in animis ingeniiisque diui-
nis mirificam excitet admirationem: tanta tamque di-
uersa varietas est. In secúdo Creusa eripitur, vt inter deas
sit. In tertio, vulgari morte Anchises. In quarto, seipsam
Dido interficit. In quinto, Palinurus in mare deturbatur.
In sexto, Marcello tanquam mortuo canit epicedium. In
septimo,

Virgilius.

*Æneidos
libri*

septimo, eorū catalogus, qui ad interitum eunt. In octa-
 uo, ad clypei picturam, multas mortes, Cleopatraz exitū,
 & gentes victas. In nono, Troianorum stragem in suis
 castris. In decimo, Mezētius ab Ænea interficitur. In vn-
 decimo, delentur Volschorum acies, Camillæ mors. In
 duodecimo Turnus ab Ænea morte afficitur. Vbi tot ca-
 suum facies nulla alii similis, nisi Turni ac Mezentii inte-
 ritus: verū ipsius mortis modus non idem: pugna verò
 tam diuersa: vix vt eundem exitum expectandum putes.
 Quin posteriores libri quum præter prælia ac cædes vix
 contineant aliud: tanta eorum tamen est dissimilitudo, vt
 aliud argumentum esse videatur. Castra oppugnata, vrbs
 obsessa, prælia rustica, militaria, equitum, peditū auxilia,
 præsidia, subsidia. Duo cæsorū epicedia: verū illud
 Euryali tam breuē, quàm hoc Pallantis exornatum. Vul-
 nera nusquam eadem: sed & tam variis instrumentis, vt
 mirum sit: saxo, torre, claua, bipenni, sude, cratere, conto,
 sparo, iaculo, sagitta, phalarica, hasta, lancea, ense: iugulū,
 caput, femur, pectus, poples, manus, genu: aduersi, auersi,
 ab latere, stantis, iacētis, currentis, fugientis, cōgressi, dor-
 mientis, latitantis, taciti, clamantis, iactantis, precantis,
 deprecantis, exprobrantis, minantis, timidi, audacis, vlcis-
 centis: in equo, in curru, in muro, in campo, in tentoriis,
 in sacris, in vigiliis, die, noctu. Lenia prælia, iusta prælia,
 insidia: ex acie, ex turmis, singulari certamine. Tantum
 nauale prælium nullum potuit. nunquam enim naues ha-
 buit Latinus. Captiuos quoque nullos voluit. præterquā
 quos ad Pallantis rapit inferias. Vnum Venulum habes,
 quem viuū aufert Tarchon: cuius rei exitum quum
 haud ponit, nonne vir est incomparabilis? Hæc est varie-
 tas quæ hiscentem perducit auditorem ad finem vsque.
 Præterea quum alius à Poeta quàm ab historiis ordo in-
 stituatur, id omnino propter varietatē factum est. Etenim
 Homerus annos illos decē si esset exequutus, nihil aliud
 quàm præliis prælia, aliis alia accumulasset. quare in de-
 cimo omnia eiusmodi gesta complectitur. Quòd si quid
 antea euenit, repetitur per narrationem. sic diuinus Poe-
 ta per picturam primò quasi *megaronium* eorum quæ iam
 facta essent: quæ autem futura, in clypeo, & in sexto. itē
 quum Actios ludos celebrat. & quæ Veneri Iupiter polli-
 cetur. Ita discerpta neque afferunt fastidium, & suspen-

sum tenent auditorem. si enim partem nunc audio, quod reliquum est aueo intelligere. Sed mirificum afferunt ornamentum inexpectatæ varietates, & elusiones portentorum. nam Helenus, *Auxilium, Quod minime reris, Græcia pandetur ab urbe.* & Harpyiæ minæ. quid enim dirum magis quàm eò adduci, vt cogamur aridis lignis vesci? Ergo quis crederet Euandrum Græcum afferre auxilium Troiano? quemadmodum Diomedes Græcus negat aduersus Troianum: Itali aduersus Italos pro peregrino. Nam tamen Thusci tunc nō erant in Italia, tenuioribus tamen terminis dissepiuntur, quàm vt inter se alieno animo esse debeant. Verùm hoc fatale fuit semper miserrimæ amētissimæque nationi nostræ, vt perpetuò mallems dominos peregrinos.

Portentum verò & placido & faceto euentu, aut elusum aut solutum est: quòd crustæ aut farinacæ placentæ pro mensis subiectæ fuissent. Illud quoque ad varietatem: Quum Romanos ita Pœnus excipit, vt etiam reficiat classem. At nauali prælio Duillii auspiciis primùm sunt accisæ res Carthaginensium. Præterea Lausus cum patre in prælio. Pallas sine patre, sub Ænea pro patre. Pallas cū Lauso non cōgreditur, ne alter alteri præferatur: sed maioris herois manu cadat vterque, sicuti dicebamus. Quid amœnius illa varietate, quum excludere castris suos Troiani, Turnum autem includere? Rutili quoque Euryalum occidunt: Nisus vult mori: victorem interficit moriturus: spolia receperunt Rutuli, quæ illi Messapo & Rhamneti abstulerant. Hanc tantam in Poesi virtutem consequi vt possimus, fugienda est eiusdem rei facies iterata, quoad fieri potest. hoc primum caput est. Si enim res sunt diuersæ, ipsa quoque narratio non vna erit. Igitur pestilentiam, tempestatem, obsidionem, altercationem, legationem, ludos, singulare certamen: fœderis ceremoniæ: conuiuium, concilium, funus, funebrem orationē, trophæum semel descripsit. Pugnas verò multas quū diurna narratione suscepisset explicandas: quantum vel vnquam et tenit, vel ab homine excogitari possit, quod modò cum decore atque maiestate canendum sit, suo quoque loco, tempore, modo, denique natura disposuit. Quæ nolo hic recitare, propterea quòd in superioribus omnia recensita sunt: ad quæ varietatis præcepta dirigenda erunt. Cæterum

rùm pars operosissima quæ reliqua est, nunc sese pertractandam nobis offert, natura scilicet figurarum: sine quibus neque efficax, neque varium, neque suaue potest esse quicquam. Ac tametsi videtur hæc cognitio atque vsus figurarum, tum prudentiam, tum efficaciam, tum suauitatem vel commendare vehementer, vel etiam maxima ex parte conficere atque iccirco post omnes describenda videbatur: ea tamen est eius-cum varietate necessitudo, vt figuræ penè essentia varietas sit. Sic enim laxiore notione describi potest: Figura est varietas in re aut oratione, à communi vsu deflecta. verùm vt acutius atque elegantius intelligamus, sic nobis incipiendum est.

FIGVRA.

CAPVT XXXIX.

QUum re & verbo omnis constet oratio, & figura in utroque reperiatur: ab vniuersali definitione iacienda fundamenta primùm, vt eius essentiam agnoscamus. Deinde quibus artibus figurarum sit vsus: sic enim in summa ac prima genera partiemur. Tertio loco minora genera distinguemus. Quarto, quæ ad Poësim pertinent, in suas ac certas species diuidemus. Quarum partes postremò suis nominibus ac finitionibus notas, succulentis exemplis notiores faciemus.

FIGVRÆ DEFINITIO: ET QVÆ

QVIBVS ARTIBVS GENERA

vsui sint.

CAPVT XXXX.

Figura est notionum quæ in mente sunt, tolerabilis delineatio, alia ab vsu communi. Notiones voco rerum *Notiones.* species externarum, quæ per sensus delatæ, in animo representantur. Harum specierum lineamenta communia sunt, qualia in rebus ipsis. Igitur oculi cuiuspiam iracundi quum sint sanguinei, accipiam eos in meam cogitationem, atque à similitudine flammæ dicam Inflammatos, & ignem ab ipsis micare. Ecce alia lineaméta, quàm quæ vulgò conspiciamus. Intelligo autem lineamenta eadem licentia, qua & figuræ vox recepta est. nãque in corporibus naturalibus est quantitas, quam gerit substantia. Ea quantitas est finita. is finis eiusq. modus atque præscriptio

Delineatio.

figura est. Quum igitur dico delineationem, non intelligo lineam nudam, sed eius quoque sobolem circumscriptionem superficiem. Præterea quum colores aliud sint à superficie: tamen quum superficiem per colores videamus, delineationem hanc & ad eos & ad alia accidentia referemus. Quinetiam quum substantia, qua substantia est, non habeat à superficie circumscriptionem: hoc enim est proprium quantitatis solius: tamen quia æquè atque res omnes aliæ præter Deum, finita est: necessariò admittit aliquam præscriptionem. Cuius terminus si non est linea, aut à linea: at est aliquid vel illi simile, vel cui similis illa sit: cuius nomen quia nõdum est excogitatum, patiamur appellari delineatione: per quandam quasi analogiam. Sanè illæ mentes æternæ atque immateriales, à quibus indefessis rotationibus cælestes voluuntur orbes: si neque insunt illis, neque vel per se, vel per accidens mouentur; sed assistant nusquam mistæ: finitæ per se sunt, non per orbium molem, quemadmodum arboris anima ad eius materiei finem finitur. Ergo aliquid & superficiem & figuræ simile sit necesse est. Quare animam quoque nostram, quæ ex illarum ordine ac censu item est; ubi cogitatione apprehendam: si aliis delineationibus quàm quæ vulgò concipiuntur, sese insinuet: figuratè à me dicetur contemplari. Et quoniam tam doctè hæc scribemus, ne quis mihi obiciat illa verba, quum diximus notionem à nobis intelligi, quæ in animum ministerio ac delatione sensuum deferuntur: atque iccirco obiciant, neque animam nostram, neque mentes illas iis viis subire in nos: respondeamus, paulò laxius esse loquutos: ne tẽm per se difficilem obscuraremus. Species enim aut ipsæ absque medio imprimuntur: aut per discursum postea illa etiam quæ extra omnem sensum existunt, veluti vniuersalia, sed de his satis. Ergo figura in corporibus considerata, communicauit nomen suum in notionibus, sicut & naturam. Notiones autè quæ sint & partes & causa scientiarum, formant enim conclusionem propositiones: quot erunt scientiæ, tot erunt genera summa figurarum. Scientias nunc eas hinc dico, quæ vtuntur notionibus ad enuntiationes, quarum princeps Dialectica figuras suas habet: quæ sunt dispositiones medii termini: sic enim appellauit Aristoteles: quod nunc trident quidam amentes. Grammatica suas agnoscit seorsum:

seorsum: quæ sunt Grammaticalium legû deflexiones ad necessariam abusionem. & inter hæc duas, vna summa scientia tertia, cui nomen inditum nondum est, suis vtuntur figuris. Sub qua scientia tres istæ notæ comprehenduntur: oratoria, historica, poetica. in quarum ambitu communi, communiū quoque figurarum, tanquam publicæ supellectilis vsus continetur. Sic habes definitionem, & genera summa.

FIGURARVM MINORA

genera.

CAPVT XXXI.

Secunda ac minora genera sunt, quæ apud omnes existunt authores. Aliæ nânque sunt figuræ rerû, aliæ verò verborû. exempli gratia: Senex libidinosus. aliter accipitur senex quàm cõmuni opinione. hæc figura est in re. In verbo autê si quis dicat, Magnanimus Cæsar. est. n. figura cõpositionis. Potest aut̃ aliqua esse vtriq. generi cõmunis: vt Emphasis. est enim in re si dicam, Pater orbis flet. In verbo, Ille ego sum Cæsar. in vtroque, Ille ego omnipotens Deus. An verò vna sit figura communis, & rei & verbis? si sunt vera hæc genera, figura scientiæ, figura dictionis: non potest vna esse. & sanè puto duas. Rei enim res est: verborum autê affectus ab rebus alii. Græci illas *χρήματα διανοίας*, hæc *χρήματα λέξεως*. alii illas simplici nomine *χρήματα*, has æquè simplici *πρόπους*. Non igitur rectè factum sit à Quintiliano: qui in octauo *πρόπους*, quum per species recensuit: in nono docet, quomodo species sunt figuræ. nã & à Græcis, qui harum rerum inuentoress extitere, dissentit: & in octauo, quid esset figura describere debuit: ibique diuidere in Tropum & Schema. quanquam quid rei sit hoc? si *χρήματος* facit speciem *πρόπους*, quomodo tropum à schemate distinguet? vt idem sit & genus & species sui ipsius. Alexander quoque Rhetor, eadem negligentia vtitur. nam vtrunque appellat *χρήμα τὸ τῆς διανοίας, κὶ τὸ τῆς λέξεως*. & tamen quum definit *χρήμα διανοίας ἐξ ἀνάγκης*, inquit, *ἀνευ πρόπου*. Quèd autem sic definit, *ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸ κρείττον*, nequaquam verum est: non enim conuenit omnibus tropis. Haud sanè melior est oratio *ἀνωίδετος* quàm coniuncta. Neque figuris *διανοίας* omnibus: non enim melius est alloqui rem mutam, quàm filere: imò amentis est. sed *αὐτὸς τὸ ἴδιον* dictum

oportuit. Ratio autem quare id addiderit, est: quia Solœcismum & Barbarismum ait itidem esse *ἑκατάξαις*, mutationes: verum nequaquam *εἰς τὸ κρείττον*. illum quidem orationis: Barbarismū autem singulorum verborum. Ergo illud quoque ab eo animaduertendum est. nānque ea figura quæ in re est, non habet necessariam illam distinctionem: neque enim in re potest fieri vel Barbarismus vel Solœcismus. Nos, vt omnibus generibus figurarum communem afferremus definitionem: diximus tolerabilem delineationem, id est inoffensam. quam vocem, si plus placet, pro illa substituas: etiam probam ponere poteramus, nec pœnitet. Nihilò felicius aut consultius Trapezuntius: qui in libro quinto, quum de eloquutione doceret, figuras sensus admiscuit: quarum tamen natura tota in re est, atque ad inuentionem pertinent. M. quoque Gallio malè disposuit. in quarto nānque ad Herennium, priore tractatu, figuras eloquutionis recensuit: eas quæ essent sententiæ, posteriore. Sunt enim res verbis, quæque in rebus sunt, iis quæ verbis insunt, omnia priora natura, tempore, cognitione, vsu. Nam & figuratè exprimunt muti intellectiones suas sine vllis verbis. Quid ipsæ saltationes, quas sine verbis vllis saltant Hispani? aded enim figuris scatent, vt Poetam aut Historicum loqui putes. Per initia studiorum meorum multi dati sunt nobis præceptores à diuo Maximiliano Cæsare, quem honoris causa nomīno, viri sancti, sed impoliticioribus nati seculis. ii nos docebant rhetoricos colores, eosdè esse quos etiam figuras vocarent. Idque Trapezuntius quoque ait in quinto, Colores vulgò exornationes dici: verum in tertio, aliud intelligit *χρῶμα* ad causam & statum coniecturalem, quem sine illo consistere posse negat. Quintilianus in quarto, Colorem vocat conatum Oratoris, quo turpe factum regit aut tollit. sic & Iuuenalis. aliter Cicero, Orationis colorem & succū dicit in lib. de Orat. & in libro de claris Oratoribus, Colorem venustatis: Nitorem enim hic intelligit & splendore, totumque apparatus orationis. At Dionysius Halicarnasseus, iudicialis orationis genera tria esse dicit, quæ *χρῶματα* nominat: recentiores, ductus: vnum rectum, quum dicimus id quod sentimus: alterum obliquum, vbi dicimus aliter atque senti-

sentimus: tertium contrarium, quo contrà dicimus quàm sentiamus. Tertii generis exemplum habes apud Homerum, quum Agamemnon suadet fugam: secundi, à Simone Virgiliano. Primi frequens ac vulgatus vsus. eiusmodi orationem rectam, vocat ille *διωροσσωπον*, quasi facie liberali. aítque à Rhetoribus *χρῶμα* appellatam: cæterum quam ob causam, negat se sanè scire. Memineris etiã ab eodé Gallione, characteres figuræ nomine appellari. sed de hoc in sequenti lib. Núc ad species transeamus.

SPECIES.

CAPVT XXXII.

Figuras quidem ante nos ad certas species nemo deduxit: sed vt quæque sese offerebat, ita explicarunt. quippe ignari Philosophiæ, vsum tantùm accipere, earum causas ignotas habuere. Nos igitur, quæ ad Poësim nostrâ faciunt, in species certas redigamus, redactâsque digeramus. ad quas cæteras quoque suas Oratores ipsi reducere poterunt. Significatur aut id quod est, aut contrariũ. Si id quod est, aut æquè, aut plus, aut minus, aut aliter. quippe aut vnâ ré pluribus verbis, aut plures vno. Contrarium significatur, vt per Antiphrasin. Æquè significatur, vt per Tractationé. Plus, vt per Hyperbolé. Minus, vt per Detractioné. Aliter, vt per Allegoriam. Vnâ rem pluribus, vt Periphrasi. Plures vno verbo, vt Collectione: eques pro equitatu. Cæteræ omnes ad has reducentur.

SIGNIFICATIO, ÆQUALIS

Tractatio.

CAPVT XXXIII.

In quibus æquatur significatio rei significatz, sunt, Tractatio, Imago, Similitudo, Comparatio, & aliæ huiusmodi, quæ aut cum his ad genus, aut ad has sub genere referuntur. De quibus consequenter dicemus post has. Tractationem videtur Cicero appellare, quam Græci *διατύπωσις* & *ὑποτύπωσις*, si tenuior sit. Ad verbum potes dicere, Deformationé: ad húc nânque significádi modũ etiam Quintilianus vtitur. Est autem Tractatio, quum rem sub oculis ponimus, luculenta narratione persequentes eas partes, quæ *ἰδολογία* maximè comprehendunt in personis: in locis autem notabiles quasdam dispositiones. *τύπος* enim faciem & formulam quandam significat: & id quod architecti modulum, vulgus Italicum

adhuc magis diminutiva voce dicunt, *Modellum*. ad cuius lineaturas atque dimensiones totius operis ratio dirigitur. M. Gallio *διατύπωσις*, personæ accuratam admodum ac festuam posuit in quarto, quam appellavit Notationem. Cæterum vox hæc Notatio & Nota, in deteriore partem frequentius, vt notæ Criticorum:

Notatio.

Quique notas spiritibus apposuit, de Aristarcho Aufonius. & Notas censorias legimus, & Notatos ciues. Quare non rectè fecerunt Medici recentiores, qui quum in veteribus translationibus barbaris, Signi vocem legeret, minus idoneam existimauerunt: ac pro ea, Notam appellare maluerunt. quum tamen omnes Rhetores ad argumenti iudicijque significatum passim vtantur illa. Alii etiã *κατὰ εἶδη*, id est demonstrationem, nominare maluerunt. Est autem minutior, dilutior ac simplicior *κατὰ τύπωσις*, vt

κατὰ τύπωσις.

Olli ceruleus supra caput astitit imber,

Noctem hyememque ferens, & inhorruit umbra tenebris.

διατύπωσις.

Subdelineationem potes dicere. at *διατύπωσις* accuratior: persequitur enim omnia, lecta tamen in graui genere dicendi: in imo omnia penitus, vt in Hymno Cereris Callimachus. Virgilius tempestatem in primo per *διατύπωσιν* representat. Iccirco dicta etiam à Græcis est *ἀκριβεία*: quum exactior atque expressior est oratio. Itaque eam *γραφικῶς* deductam iidē quoque aiunt. & designauit Plautus hoc verbo, quod hominem ad vnguem factum Horatius. Est enim *ἀκριβεία*, τὸ ὅτι τὰ ἀκροβατῶν. Exactum Latini dicunt, id est absolutum. sicuti Terentius, Defunctum, quod opera nostra amplius non eget: sed est ei suprema manus imposita. *ἀκριβῆ* febrem tertianam puram nostri barbari rectissimè appellabant. Recentes nouatores ea voce purissima repudiata, Exquisitam dicere maluerunt, vocabulo satis infelici. equidem puto neminem tam fatuum, vt febrem exquirat. Est & illa *κατὰ τύπωσις* valde simplex,

ἀκριβεία.

Constitit in digitos extemplo arrectus uterque.

Illam autem *διατύπωσιν*, vbi anguium amplexu morsuque necatur Laocoon, ipse & liberi eius. Præterea, in quinto, raptus Ganymedis: *Longæui palmas nequicquam ad sidera tollunt Custodes*. Vides ἴσος: quia & senum interest amissa requirere, & custodum sarcire *δάνα*. & *πάδος*, *τολλμτ* *palmas*,

palmis: itē amplius, *Nequicquam*. Illud verò exactissimū, *seu itque canum latratu ad aur. ss.* vbi & Physiologia est, à fide canis: & expressio eius miro carmine. quis enim ex pictura visu percipiat latratū? Illa quoque ἀκεβολογία illustris, vbi & loricæ grauitatem circumscribit, & Demolei fortitudinem:

*Vix illam famuli Phœgeus Sagarisque ferebant,
Multiplicem commixti humeris. Indutus at olim*

Demoleos cursu palantes Troas agebat. Vnde & ill ō te conferas: Si Demoleo victor detraxit, quantū putes Æneā? Duces autē figurā hāc per mores, ætates, affectus, iis legibus quas præscripsimus in personarū ratione. fortunæ, euentus, consilia. sicuti in duodecimo, de Turno,

Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes.

Hac eadem figura explicantur danturque in lucem quædam, quæ ex cōtextu intelligi nequeunt. vt, *At ramum hunc, aperit ramum qui veste latebat.* seipsum in Ciri imitatus, vt & aliās. Ita quia mos esset in sacris aras tenere: neque id explicuerat narratione. apponit per εἰσαύπωσην ex persona Latini, *Tango aras.* Tale & illud (*Sceptrum nam fortè gerebat.*) neque enim id intellexisses apud Virgilium sicut apud Homerum. Sceptrum enim semper gerunt concionantes, Reges & ductores.

DEMONSTRATIO, DE- scriptio, Effictio.

CAPVT XXXIII.

IN persona igitur vbi consistit, Tractationem dicere maluerunt. Quæ verò in re versaretur, Demonstrationem. veluti quum loca describimus ambitiosius, ita vt sub oculis subiiciantur. Diuersam quoque ab hisce specie, genere autem eandem dixere Descriptionem. quam M. Gallio definit, perspicuam rei expositionem. Quæ verò minutius circa personam versaretur, Effictionem. Non quòd sit ficta, id est falsa: sed quasi effigiationem. Effictio enim est parsfictionis in Prosopopœia. Effigatio est in Theriite, & in Lauso, & Turno, & Darete.

SERMOCINATIO.

CAPVT XXXV.

HVic adiuncta est Sermocinatio, quum certus attribuitur sermo personæ: qualis Numano,

*Non pudet obsidione iterum valloque teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætere muros?
En qui nostra sibi bello commibia poscunt!*

Quia nuper Turni germanâ thalamo sociatus habebat.
Orationes enim quodam modo picturę sunt animorum.
& qualis quisque est, ita loquitur. & in obliquo,
*Muranum: hic atavos & auorum antiqua sonantem
Nomina.*

ATTEMPERATIO.

CAPVT XXXVI.

TRactationis pars est Attemperatio: quę fit quum ei, quod dictũ est, modus statuitur. Circũscriptione quoque nonnunquam nos eã appellauimus. apponitur enim sententię linea ac meta: aut ex persona introducta, aut ex persona Poetę. Et accedit, si spectes collocatione, ad vim Parenthesis. Sic Palinurus in quinto, quum sententiam suam delinearet, *Nec littora longę Fida fraterna Erycis:* interposuit, *reor.* Sic Iupiter in primo, *Fatebor: Venus in eodem, Haud credo. & Dido, Credo equidem, nec vana fides.* Ex persona Poetę, *ut perhibent. & fama est: & mirabile visu: & si credere dignum est.* Transferimus etiam in narrationes, eisque miscemus. veluti fecit Poeta de Cæculo, *Vulcano genitum, pecora inter agrestia Regem, Inuentumque focus omnis quem credidit atas.* Nec abhorret ab hac natura illa, *Eloquar? an sileam? & Quem primum, quem postremum aspera virgo, Deiciis?* non enim attemperat quod dictum est, sed quod dici potest.

MODERATIO ET CORRECTIO.

CAPVT XXXVII.

Sic aut eadem cum superiori Moderatio & Correctio: Saut eius modi quasi quidã sunt. Græcus *μετανοια*, quasi pœnitentiam vocat. Corrigimus autem quod dictum est: *sed prius ima dehiscat Terra mihi quam te pudor violem.* aut repetimus ut corrigamus: Parthus siue Cydon, per subdisiunctionem. Simplex autem illa Sinonis, *Sed quid ego?* Hanc etiam *αποδιόρθωσις* recte nominant. nam Aquila Rhetor male posuit pro hac exemplum *διατυπώσις.*

ASSEVERATIO.

CAPVT XXXVIII.

HAud longè abest ab Attemperazione Assueueratio, sed ita: Attèperatio moderatur: at non abscedit tamèn à proposito & prima significatione. Assueueratio autem eodem modo hæret: sed non mutat quicquam. In illo similis, in hoc contraria. Huius generis est, *Nânque notes*. Sic enim Æneas ad Sibyllam, Palinurus Æneæ, Horatius ad Canidiam. hanc etiam Obtestationem dicere possumus. In qua interuenit iurandi modus: non idem omnibus, sed pro arte, sexu, statu, ætate. Sic nauta Palinurus, *Maria aspera iuro*. At Ascanius bene institutus patrem imitatur, quippe etiamnum adolescens,

Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat.

Æneas autem pontifex maximus, de Ioue & Mercurio, *Testor utrunque caput*. Amans autem Dido, & Amata regina genero metuens, *Per has lacrymas*. Interdum à persona ad quam sermo dirigitur: ad virum fortem, *Per dextram tuam te oramus*. Per Musas, per virtutes, genus, &c.

CONDITIO.

CAPVT XXXIX.

CORRECTIONI similior ea est, quam Conditionem uoco. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus*. Subticit positionem ex conditione. Alibi autem subiungit, *Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris*.

EXCLAMATIO, ACCLAMATIO, Iudicatio, Elogium.

CAPVT XL.

Affinis huic ad eò est Exclamatio, vt cum ipsa sæpius ad hunc eundè finem coniungatur. *O mihi præteritos referat si Iupitter amos*. par enim erat dolentis nota in superiori, *Heu miserande puer*. *Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore*. & sine nota exclamationis, *Fortunate senex, Ergo tua rura manebunt*. Est enim quasi Acclamatio: quum post rem aut factum, subditur sententia cum admiratione: vt, *Tantæ molis erat Romanam condere gentem*. Et sine admiratione, Expressio rei occultæ, *Latona tacitè pertentant gaudia pectus*. Sunt sanè exclamationes in modo loq̃. Acclamations autem per ἰσχυρισμῶν, *Dii talia Graiis Instaurate*. Interdum ex persona Poetæ, *Dii*

meliora piii: errorēque hostibus illum, & εὐνοῖαν ἕστα à Grecis.
 Coniuncta huic ludicatio, quum Poetæ iudicium apponitur. *Heu vatū ignara mentes. & Nec mihi tam libeat sub dio carpere somnos.* Et cū sententia inclusa. *Nec ignara mali miseris succurrere disco.* Est & illud iudicium,

Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Cum exclamatiōe, *Quid non mortalia pectora coris, Auri sacra fames?* Et cum admiratione, *At tu dictis Albane maneres.* Elogium autem nomine Latino caret: neque enim solū laudem, sed etiam vituperationem potest continere: quæ ex opinione ac iudicio Poetæ proficiscitur.

De Niso & Euryalo,

Fort-nati ambo, si quid mea carmina possunt,

Nulla dies unquam memori vos exinet. euo:

Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum

Accolet: imperiūque pater Romanus habebit.

Est autem quasi epicedium, non solū elogium. sicut & illud,

Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus unda,

Te liquidi fleuere lacus. Inueniemus etiam elogium extra personam Poetæ, implicitum aliis orationibus: vt in verbis Turni, *Qualem meruit Pallanta remitto.* In malam verò partem, ac per vituperationem,

Nequeunt expleri corda tuendo

Terribiles oculos, vultum, villosaque setis

Pectora semiferi, atque extinctos saucibus ignes.

Mistum ex utroque,

Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni:

Lausus equū domitor, debellatorque ferarum.

Mox, *-dignus patriis qui letior esset*

Imperis, & cui pater haud Mezentius esset.

Indifferens autem elogium super Priamo interempto,

-hic exitus illum

Sorte tulit, Troiam incensam, & prolapsa videntem

Pergama, tot quondam populis terrisque superbum

Regnatorem Asia. Iacet ingens littore truncus,

Anulsūque humeris caput, & sine nomine corpus.

REPETITIO.

CAPVT XLI.

FIt igitur Deformatio interdum simplex, aliquando cum superioribus, nonnunquam cum repetitione, aut anticipatione, aut cōparatione. Est autem Repetitio, eiusdem rei geminatio: quæ interdum iisdem verbis, sæpe etiam aliis iterum ponitur, sæpe etiam & tertio. Maxima ea efficacia, & quæ auditorum aures expugnet. Atque illa quidem vulgaris, *Me, me, adsum qui feci.* Quæ verò aliis fit verbis, ineptè nimis à Seneca irridetur. Is enim Montanum, Quidium oratorum vocabat, propterea quòd sententias repetitas inculcaret. Nemo tamen est vel Oratorum vel Poetarum, quin id committat. Quid castius iudicio Virgiliano? is tamen non semel,

Me pater Anchises, quoties humentibus umbris

Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt. &

Quantum in cubilio nata, thalamoque moratur.

&, -quum Iuppiter horridus Austris

Torquet aquosam hyemem, & celo caua nubila rumpit. &

Iam grauis aequabat luctus, & mutua Maurors

Funera: cedebant pariter, pariterque ruebant.

& alibi multa eiusmodi. Fit etiam repetitio per consequentiam: vt in septimo, *Iam fidere terra, Deseruisse rates.* Qui terræ fidit, nauium parum curæ gerit. Etiam per contraria fit illud consequens nonnunquam: vt in secundo Georgicōn,

-qua parte calores

Austrinos tulerit, qua terga obuenterit axi. Nam si Austrum altera spectat parte, altera Septentrionibus obuenterere necesse est. Repetimus etiam per proportionem. Est autem Proportio, responsus rei ad rem in simili dissimilitudine. Qualia enim sunt Quatuor & Decem, talia Duo & Quinque. Respondent igitur inter se Binarius & Quinarius: in quorum dissimilitudine est similitudo. quia ille Quaternarii dimidium est, hic Denarii. Hoc quoque reperietur, in illa repetitione,

-en ipse capellas

Protenus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco.

E maiori minorem infert: nam dixerat *capellas*: subdit *hanc.* respondet etiam aduerbium *vix.* in quo repetitur

Proportio.

sensus illius, *eger*. Maiorem à minori ibi, *Ille meas errare bo-
nes, vt cernis*. satis erat. repetit animi securitatem maiore
sensu: & ipsum

Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

FREQVENTATIO.

CAPVT XLII.

Frequentatio autem est multiplicata repetitio, quæ
maximè datur iratis. Gallio mauult significare eorum
collectionem, quæ sparsim dicta sunt. Ego persto in prio-
re sententia. Neque displiceat si quis *πύκνωσις* apud Græ-
cos appellarit, quid enim sit *πυκνόν* & *ἀραιόν*, ex Philoso-
phis alibi. at est in Equitibus Aristophanis, *πυκνίτης*
& *πνύξ*.

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?

Aut ego tela dedi, fouēue cupidine bella?

ACERVATIO.

CAPVT XLIII.

Eadem sit fortasse Aceruatio: sic enim interpretamur
σωαδροισμόν, & quam iidem dicunt *πολυσωδέτον*, mi-
nus signata voce:

Vrbem Troianam primùm, dulcèsq; meorum

Reliquias colerem: & Priami tecta alta manerent:

Et recidua manu posuissem pergamæ Teucris.

Non est autem eadem quæ *πολυσωδέτος*: ea enim est *λέξις*.
Quòd si mauis ab hac diuersam esse *σωαδροισμόν*, inter-
pretabor *πολυσωδέτον*, coaceruationem: *σωαδροισμόν* autè,
coagmentationem,

*Amissem classem, socios à morte reduxi. & alia quæ ibi di-
cuntur. Differet igitur ab Aceruatione: quia illa sedatior
& humilioris argumenti. Coagmentatio incitatior: sicut
in duodecimo,*

Verte omnes te te in facies: & contrahè quicquid

Sive animis, siue arte vales: opta ardua penitus

Astra sequi, clausumque caua te condere terra.

Aceruatio quoque non semper ordinem præscribit, &
σῶ εγὼ dicitur à quibusdam: vnde *σωείτης*, aceruus Chrysi-
pi dicitur à Persio. *σῶα* in coagmentationem nonnullis
placuit appellare.

Σωείτης.

QUI ET IDEA.
CELERITAS.

315

CAPVT XLIIII.

Huiusmodi faciem præ se fert quam Græci περιόρτου,
nos expeditionem & Celeritatem, & præcipitationem
diximus aliquando. Commodissimè verò Impres-
sionem. *Ἀπρόχαρτον* nonnulli, i. procurssionem. Fit autem
tam cum copulatiuis quàm sine copula.

-fuit Ilium, & ingens

*Gloria Dardania. ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. incensa Danaï dominantur in urbe.*

Cum copula cædesilla ab vno,

Alcandriūmque, Haliūmque, Noemonáque, Prytanímque.

Effusa ibi,

Non arma expedient? totaque ex urbe sequentur?

Diripiéntque rates alii naualibus? ite,

Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

& mox,

Quem metui mori? ura? faces in castra tulissem,

Implessémque foros flammis, natūmque patrémque

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Mira in de cimo, ac diuina,

At Pallas magnis emittit viribus hastam,

Vagináque caua fulgentem diripit ensē:

*Illá volat. Tanta præcipitatio, vt illico hasta amissa
gladium distrinxerit.*

EVASIO.

CAPVT XLV.

Hic similis ea est, quam simul cum aliis non paucis
primi nos & agnouimus, & nominauimus Euasione-
nem. Fit autē quum delibamus res, neque insistimus, *V te-
re sorte tua.* Noluit insistere in illa permissione suæ cædis.
sed subaceruauit,

-fuit & tibi talis Anchises genitor.

COMMORATIO, AMPLIFICA-
tio, Exaggeratio, Accumulatio.

CAPVT XLVI.

Mirum quum Gorgoteta adiúximus repetitionibus
quo cõsilio audeamus dicere eius similé Euasione.

contraria enim videtur. Nam *ῥοῖος* multa quasi fascet-
tim: Euasio vnum vix, atque abit. Acutius tamé contem-
planti videbitur eadem in vi quidem, non in verbis. Multa
enim comprehendit Euasio, quæ non explicat. Coacer-
uationis autem comes, aut affinis. Commoratio. A qua
non longè abest Amplificatio, quæ & Exaggeratio & ac-
cumulatio est. sed Accumulatio humilior, & similis A-
ceruationi. Exaggeratio & Amplificatio pleniores. Est
autem Commoratio, quum eandem materiam aut alia
facie ostendimus: aut per partes discurremus. vbi potest
animaduerti, harum omnium Tractationem quandam
quasi matrem esse: cuius exemplum habes,

*Vipereo generi, & grauiiter spirantibus Hydri,
Spargere qui somnos cantuque manuque solebat:
Mulcebatque iras, & mor sus arte leuabat.*

Neque enim rectè putat Gallio Commorationem figu-
ram non esse, neque ab vlla causæ parte separari: sed tan-
quam sanguinem perfusum per totum corpus. Nā tam-
etsi causæ quædam id postulent, vt à materia nunquam a-
uellamur: tamen sunt partes quædam, in quibus si fueris
commoratus, aurem animúmque iudicis auertas. Idem
Commorationis speciem dixit, Expolitionem. quod ni-
hilo melius probamus, nāque expolitio ad Characteré
pertinet: neque figura est, neque ductus orationis, sed lo-
quutionis facies, ac cutis quædam. Idem eiusdem error,
quum scripsit Brevitatem esse figuram. Est enim eodem
modo atque ratione Character, siue forma, siue modus
dicendi. nam sanè Amplificatio, quæ figura est, neutiquā
opponitur breuitati. Sed Breuis stilus est contrarius *ἰσχυρὸς*,
id est pleno & opulento. Amplificatio autem aduer-
sam sibi habet Perstrictionem. quæ aut soror est Euasio-
nis, aut comes, omnino cognata. nam breuitas sine figu-
ra est, Troia euerfa. Euasio autem siue Perstrictio est bre-
uitas figurata, *Et campos vbi Troia fuit*. Versus diuinus, in
tertio: quem adeò probauit, vt seipsum in decimo sit imi-
tatus. *Atque solum quo Troia fuit*. Amplificatio autem fit,
quum id quod pro toto positum est, aggestis partibus ma-
iore mole ostentamus: aut quum posita parte, aliis appo-
sitis effundimus in amplitudinem. Quinetiam alio modo
componitur, quum facto aut re posita, addimus causas,
consilia, euenta. Denique simplicitati maximè opposita
est.

est. Ecce simplicitatem,

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Ecce parem materiam amplificatam,

Te quoque magna manent regnis pene ralia nostris:

Hic ego nānque tuas sortes arcanāque fata

Dicta mee genti ponam, lectōsque sacra

Alma viros. Etiam exempla factorum quum subdun-

tur, fit Amplificatio,

Si potuit manes arcessire coniugis Orpheus

Threicia fretus cithara fidibusque canoris,

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

Itque reditque viam toties. quid Theſea magnum,

Sicut memorem Alciden? παρὺξῆσις à quibusdam dicta
fuit: verum ἐπαύξεισις plus placet. nam παρὺξῆσις diminutionem notat.

Exaggerationis autem finis & vsus pro affectibus. In laudem,

-heu quilus ille

Iactatus satis, quæ bella exhausta canebat.

In invidiam,

Amisſam classem, socios à morte reduci.

Indignatio,

Ferte citi flammæ, &c.

Multæ enim figuræ simul coniungi possunt: sicut in lamentatione matris Euryali: Metus,

Me, me, adsum qui feci, in me conuertite tela,

O Rutuli, mea fraus omnis. nihil iste nec ausus,

Nec potuit. calum hoc & sidera conscia testor:

Tantum infelicem nimium dilexit amicum.

CONIUNCTIO.

CAPVT XLVII.

NEc longè ab hisce diuersa Coniunctio diuersarum rerum, quæ à Græcis συζυγίασις duro vocabulo, Commisſio, Confusio: molliusculè, Cinnus. Aliquando cum distributione & oppositione contrariorum: veluti si dicas, Deprecatur timidus vt lædat: precatur fortis vt iuuet. Poeta pictius loquutus est, in vndecimo,

-solum Aeneas vocat, & vocet oro.

Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,

Morte luat: siue est virtus vel gloria, tollat.

Quibus carminibus nihil simplicius simul atque elaboratius. Nata quidem talia videntur, sed non sine fabrica naturæ. Attribuit Dranci imbelli, & sibi forti vel fortunam ad moriendum, quam ille explere nequeat: vel virtutem ad superandum, quæ cum illo nihil habeat necessitudinis. ita duabus personis simul iunctis atque confusis, adhibet diuersos euentus ex distributione. Ibi autem simplicior & manifestior,

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi,

Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,

Quique pii vates, & Phæbo digna loquuti,

Quique sui memores alios fecere merendo.

Et in contrariam sententiam quæ dicuntur ibidem de sceleratis.

ATTRIBUTIO, PROSO- popœia.

CAPVT XLVIII.

Deformationis, siue διατυπώσις, pars Attributio quodque est. & fit quoties Rei aut Personæ attribuimus rem, aut personam, aut modum, aut orationem: Rei res, vt anno sterilitas, aeri tempestas, nocti silentium, saxo asperitas: idque non solis nudisue epithetis: sed denarratione. Exempli gratia, non dicam nox obscura, sed

*Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus æthra
Siderea polus:*

Sed lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Persona personæ,

Rex erat Aeneas nobis, quo instior alter

Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.

Persona rei, vt loco, aut tempori, aut alii,

Regina ad templum forma pulcherrima Dido

Incessit, magna iuuenum stipante caterua.

Personæ res,

-hic illius arma,

Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,

Si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque.

Sermo quoque attribuitur personæ tam nominatæ, quam non nominatæ,

Hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Vlysses.

Est enim sermo vulgo attributus: atque hîc quidem in recto, in obliquo verò ibi,

Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum,

Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.

Vbi Poetæ obseruanda est dexteritas. Si enim recta esset oratio, oporteret famam introducere, quæ Hiarbâ alloqueretur.

Prosopopœia verò duplex est. Primus modus, vbi ficta persona introducitur, vt Fama à Virgilio, & Fames ab Ouidio. Hæc non est figura, sed pars argumenti poetici. hanc fictionem appellat Quintilianus *ιδίωv*: vt Dirarum, & Iræ, & Furoris. quales multæ in Scenis à nobis in fine huius libri declaratæ sunt. Alterum genus Prosopopœiæ, vbi non persona fingitur eo modo, sed orationis attributione. quæ ad eò pertinet ad *διατύπωσιν*, vt suprâ eius partē fecerimus Sermocinationem. Duæ tamen species agnoscendæ. nânque si attribuam Æneæ orationem, erit sermocinatio: propterea quòd vera persona est. quòd si extra argumentum introducatur: veluti quum Æneas ait sese à patre per somnium obiurgari: sanè est Prosopopœia. introducitur enim aliam personam, præter suam & Elisæ. præsertim si rei mutæ sermo attribuitur, vt Demosthenes ait, Negotium ipsum *πρωτὴ ἀπὸ τῆς*. Sic terra loquitur in II. Metamorphoseôn. Est & alius modus, quo non oratio, sed sensus rei brutæ assignatur. ex re enim, quæ non est persona, fit persona: vt,

Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus vnda,

Te liquidi fleuere lacus.

Cui modò cohæret ille quoque quando alloquimur brutam rem, quæ non intelligit, quasi intelligat. veluti Mezentius equum, Turnus hastam. Quo loco illud acutius contemplandum. Primum enim membrum summæ diuisionis figurarum est. Quum dicitur quantum in re est, ita vt æquet rem oratio: nos tamen attributionis partem hâc, quæ plus dicit quàm in re sit, hîc admiscuimus: quòd nobis fraudi esse non debet apud æquos rerum æstimatores. Huc enim traxit vis & natura *διατύπωσιν*, neque permisit tractationem hanc differre, ne res distraherentur. quare studiosi intererit hanc partem ita hîc legere, vt si malit esse alibi, cogitatione aptet sua. Quintilianus scribit, oportere eius personæ cui attribuitur oratio, habitum

describi: alioqui non esse Profopopœiam, sed *διαλογισμός*. Mihi videtur omnis oratio esse *διαλογισμός*: Personæ verò habitum nequaquam pingi debere, sed orationem per se satis posse ad personam illam declarandam. Cicero tamen pro M. Cælio ita pingit Appium censores, ut ibi ille apparere videatur. quare si cui Quintiliani sententia magis placeat, ne mihi quidem displicet. Similis illis superioribus attributionibus sunt alloquutiones, quæ ad absentes diriguntur: qualis Æneæ ad Palinurum iam non exaudientem. & Apostrophæ quædam. Cuius figuræ modi duo: vnus, in quo cohæret oratio: ut, *Τυμὸς ὁ clarissime frater, Pandare*. Connexus enim hic sensus est. Alter non cohærens & durius: qualis ille in laudibus Italiæ, *Hinc albi Clitumne greges*. dicendum enim fuerat, *Atque tui Clitumne greges*. verùm hæc etiam cum figura loquutionis conuenit.

ANTICIPATIO.

CAPVT XLIX.

SVpra diximus *διατύπωσις* fieri per Anticipationem: quæ nunc est declaranda. Triplex eius species: Vna Grammaticorum, de qua in libris De causis satis. Altera Oratorum, quum præripimus id quod ab aduersario adduci potest. vnde appellata est à nobis Præuentio. Tertia, quæ impræsentia explicanda est. omnes à Græcis *προλήψεις* dicuntur. Fit autem à Poeta, quoties suæ personæ circumstantias attribuit ei personæ aut loco, cui per se non competit. Circumstantia personæ multiplex est: atque inter cæteras, tempus, & ea quæ ad seculum cuiusque pertineñt. Itcirco si dicam expugnatum oppidum bombardis tempore Æneæ, *προλήψις* erit, siue præsumptio: propterea quòd quæ tormenta bellica sic vocant, tunc non erant: nunc sunt. Vtitur autem ea figura duobus modis: vnus est mollior, quum Poeta loquitur, *Italiam fato profugus, Lauinaque venit Littora*. etenim illò quum appulit Æneas, nondum Lauina littora dicebantur. hoc tamen tolerabile est: subintelligas enim, quæ postea Lauina dicta sunt. Alter modus duriusculus, vbi Poeta personæ attribuit orationem, quæ mentionem faciat cuiuspiam rei tunc non existentis: aut si erat, nequaquam eo nomine vocabatur, quo illam appellare facit. exempli gratia, Palinurus Æneam rogat, uti suum

suum corpus afficiat sepultura. designat locum, *Portus*, inquit, *require Velinos*: portus quidem erant, nomen autem aliud. Est igitur Anticipatio, quia Virgilio tempore sic nominabatur. Durior tamen, ut dicebamus, est. quippe loquitur Palinurus, cui oratio est re ipsa, quæ suæ tempestati conueniret, attribui necesse est.

ASSIMILATIO, EXEMPLVM, IMAGO, TRANSLATIO, COLLATIO,
Comparatio.

CAPVT L.

Nomen quatuor speciebus commune veteres non posuere. nos Assimilationem vocamus: quæ continet Exemplum. Imaginem, Collationem, Comparationem. Ac quanquam multis videtur Exemplum non esse figura, est tamē acius intuenti. Nihilō sanē minūs quā ipsa ἰσοσὺ πωσις. Quare à Græcis παροῖς εἶμα quoque dictum fuit, propterea quòd rem ipsam iam positam etiamnum sua specie indicaret:

Antenor potuit, mediis elapsus Achium,

Regna Liburnorum & fontem superare Timauū.

&, *-Pallásie excurrere classē*

Argentum, atque ipso potuit summerge ponto?

&, *-Mars perdere gentem*

Immanem Lapithum valuit.

Hæc enim sunt exempla, quoties historię aut fabulæ argumento simili declaramus materiam, aut iam positam, aut quæ iam ponetur. Sanē omnium illud commune est, ut componatur aut res rei, aut persona personæ: aut persona rei, aut personæ res. Ergo facta factis, loca locis, tempora temporibus. Interdū verò simul omnia miscentur. Fit autem eiusmodi relatio aut per æqualitatem, aut per excessum. Æqualitas, Talis, Qualis, Tantus, Quantus, Ut, Qualiter, Ceu, Sic, atque eiusmodi. Per excessum autem, ut in V,

Non sic præcipites huius certamine campum Corripuere.

Quod est in Collatione & in Imagine. *Prærupus aquamons.* Est enim imago posita frequens in Translatione. hanc Græci μεταφορῶν, illam εἰκόνα vocant. Est autē Translatio, quoties è re in ré transferimus id quod est, ut, *Instar montis equum.* & in II. Georg. *undam salutatum.* Simplicior

verò sine translatione, *Os, humerósque deo similis. & O mihi sola mei super Astyanactis imago.* Talia sunt illa loca quæ per ὁμοιωτάδεναι in affectus flexa sunt: *Fuit & tibi talis Anchises genitor. Itē, Subiit chari genitoris imago. & Patriæ strinxit pietatis imago. & Non ignara mali miseris succurrere disco.* & in XII, de Turni equis, *Qui candore niues anteirent, cursibus auras.* Illud quoque ex Imagine, *At medias inter cædes exultat Amazon.* & illud, *Et nunc ille Paris.* & illud, *Mitis ut in morē stagni placidæq. paludis sterneret æquor aquis, remo ut luctamē abesset.* Est & quidam modus Imaginis in cōtrariis, *Qui Bauis non odit, amet tua carmina Meui.* Differt autē ab Exemplo, propterea quòd Exemplū ponitur ut aliquid tale fiat: Imago autem nullum talem finem habet: sed ut duæ res sub vna atque æquali intellectuione comprehendantur propter assimilationem, quæ dicitur ὁμοίωσις.

Collatio verò & Comparatio, vtraque ponit duas res separatas, alteram vnde, alteram quò. Illa vocatur à Græcis συμβολή, Comparatio σύγκρισις. Cæterum vox συμβολή duriuscula est, & coniectionem significat. Nos eiusmodi impetum molliore vocabulo reduximus ad æquabilitatē. sed illi vendibilem fecere vocem illam, παρεβολή, συμβολή, ὑπεβολή. mihi nunquam placuit. Σύγκρισις autem aptius atque acrius: non enim comparatur tantum, sed etiam comparata iudicantur. Differunt autem inter se: quia Cōparatio statuit rem notam, cui comparetur id quo de sermo est: isque transitus appellatur à Græcis ἐπάρσις, id est Adaptatio: ut, *Qualis in Eurota ripis, aut per iuga Cimbris Exercent Diana choros.* Postea reddit, *Talis erat Dido.* Collatio verò è contrario, rem ponit priore loco, quam conferat sequenti, quæ cōnexio dicitur παραπόδοσις. Neque enim se comparat Iuno Mineruæ, sed Mineruam sibi. itaque quum de Minerua dixit, de se subdit, *Ast ego qua diuinum incedo Regina.* Habent verò aliam quoque differentiam: Comparatio semper habet similitudinē, Collatio etiam dissimilitudinē. ut ibi: maiorem enim sese prædicat Iuno quàm minerua sit. Ita cum Aiace confert Æneam ibi. Venus autem se cum Diomede, in decimo, *Mortalia demoror arma. & Mortalin' decuit violari vulnere Diuam?* Simplicior in Miseno, Hectoris & Æneæ, *Non inferiora sequuntur.* & in vndecimo, quū Diomedes Hectori cōfert Æneā,

Hectoris Æneæque manus victoria Graiūm

Hæsit.

*Hæsit. Est & illa Mezentii cum Orode,
Haud furto melior, sed fortibus armis. & illa in XII,
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem: & patria Turnum consistere terra.*

Est enim Collatio ab honesto: sicut illa ab vtili,

Si Turno extincto socios sum accire paratus:

Cur non incolumi potius certamina tollo?

Collatio loci,

Hic segetes, illic veniunt felicius vna.

Temporis, *Luce palam certum est. Græcorum noctem in
excidio Troiæ confert Turnus cum diurna sua oppugna-
tione. Euentus,*

*Longè illi dea mater erit. Nāque semota Veneris potentia,
haud sic abiturum esse Æneæ, vt seruetur. Totāque
pars illa confert & personas & merita, & facta:*

Cui Pylæmus auus, cui diua Venilia mater. &

Quid face Troianos atra vim ferre Latinis,

Arua aliena iugo premere, atque auertere pradas.

Illa personarum,

Nec verò Alcides tantum telluris obiuist,

Fixerit aripedem ceruam liceb. Sicut illa:

*Excudent alii spirantia mollius era. Est & collationis
modus in auguriis, quemadmodum in primo: non enim
est comparatio:*

Aspice bisfenos latantes agmine cygnos.

& in augurio Aquilæ, quam Tolumnius obseruabat. re-
fertur enim aquila ad Æneam t peregrina sanè auis, & a-
lienis imminens fortunis: serpens Turno, quippe terrige-
na serpens est: Turnus item opicus. Tale est insomnium
Penelopes. ita in his obscurior, in cygnis autem apertior.
est enim *αιτανόδοσις*. *Aspice bisfenos*, est prior pars: altera
pars, quæ *αιτανόδοσις*, *Haud aliter puppēsque tua*. Maximè ve-
rò pertinet ad Oratores Collationis modus is qui fit per
anticheta, qualè & suprà diximus, & videmus in quarto,

-si te Carthaginiæ arces,

Phœnissam, Libiæque aspectus detinet urbis,

Quæ tandem Ausonia Teucros consistere terra

*Inuidia est? Respondent enim partes inter se summa
cū efficacia: vt sit, Phœnissam in Libya retineri atq. dele-
tari: cui respōdet Teucros in Ausonia. Iccirco cōcludit,*

- & me fas ex terra querere regna.

Comparatio repetita.

CAPVT LI.

Collationis speciem *αι αναγωγην* dixere Græci: nos Retributionem interpretati sumus. alij maluerunt Cōpensationem: quippe est enarratio criminis aut alterius facti, altero crimine aut factō aduersariorum, quoties nostrum diluere non possumus. Ita enim demum euadimus, vt opponamus tantundem,

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum

Excipere insidias? Quia dixerat aduersarius,

-quum tū Daphnidis arcum Fregisti.

Huius figuræ pars ea est, quam aliqui Permissionem, alij Concessionem vocant. Concedimus enim manifestè quæ sine pudoris dispendio negari nequeunt: tum meritis alterius causæ obruimus peccatum, vt Turnus non semel,

Sin & Troians cum multo gloria venit

Sanguine. &

Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi:

At Messapus erit, felixque Tolumnius.

Habet etiam occultā Antithesim, & adornatur extenuatione. gloria enim non est potior vita aut sanguine, præsertim quum dicit *multo*: & addit, *venit*. labor enim in motu, & agnouit Ætolum, non Italum. Quid mirum si nolit aduena mittere auxilia? & auxit ex altera parte, quum Tolumnium Felicē appellauit. Quæ & cuiusmodi cum magno ingenio, summa arte à diuino viro elaborata, ne à Donato quidem, omnium interpretum diligentissimo, significata sint: magnum operæ precium futurum spero, si quis hæc nostra præcepta conferat ad suas lucubrationes.

Comparatio verò aut simplex est, aut partes habet. Simplex est illa,

Qualis mugitus, fugit quum saucius aram

Taurus, & incerta excussit ceruice securim.

Interdum constat duabus partibus, Protasi & Antapodosis: vt, Qualis ad Eurotam Diana, talis Dido Carthagini. Fit autem & per affirmationem, & per negationem. illa vulgaris: huius exemplum, *-hanc alia est Turni venientis imago*. Est igitur tota hæc orationis pars Antapodosis, quasi

com-

compensatio. Alii dicere maluerunt ἐξάρμοσι: quemadmodum suprâ monuimus, id est Adaptationem. Videtur tamen acutius contemplanti αἰτιώδους: non ipsa pars, sed ratio quæ docet partem ipsam adaptare. vt Antapodosis sit corpus ipsum orationis additum corpori priori: Epharmosis autem opera ipsa qua cōiungimus Retributionem Propositioni. Aliquando autem tertiam quoque partem habet, quam vocamus Epiphonema, quasi Acclamationem: cuius naturam alibi etiam diximus, idque suo loco. Non enim Comparationis propria pars est, sed tanquam figura figuræ addita. vt Comparatio cum Epiphonemate sit figura figurata. talis in 1,

Latona tacitum pertentant gaudia pectus.

Non necesse tamen est Epiphonema omni ex parte conuenire comparatæ rei: quemadmodum videmus in decimo, *Ille sedens victor, flammas despectat omâtes.* Hic enim sedenti pastori non sedentem Pallantem comparauit. Quemadmodum verò suprâ diximus, hic quoque de comparatione agendum est. Personarum, Dido Dianæ, in primo: in quarto, Pentheo atque Orestæ. Eadem quasi personæ, vt ceruæ. In quarto, Æneas quercui immobili atque ventis inuictæ. alibi, Latius scopulo: Bitias pilæ saxæ: comparantur personæ rebus. Res rei, Troiæ ruina orni ruinæ. Factum factò, Pacatio maris à Neptuno sedationi tumultus popularis ab Oratore. Tempus tempori, de Vulcano & scœmina sedula: *Hoc tunc ignipotens.* Locus loco, aliquando cum persona, aliquando sine. Cum persona, Tyburis colles cum Homole atque Othry montibus: è quibus illic Catillus & Coras descendunt: *Hinc duo nubigenæ Centauri.* Sine persona rara fit locorum inter se comparatio. Loci tamen cum factò, in quinto, quum implicatam Troiæ decursionem comparat cum Labyrintho. Sæpe omnia mista sunt. Persona, res, virtus, factum, euentus, tempus, locus, vt in x.

*Ac veluti optato ventis æstate coortis,
Dispersa immittit syluis incendia pastor.
Corruptis subito mediis extenditur vna
Horrida per latoꝝ acies Vulcania campos.*

Omniũ hîc fit mentio. Pastor est persona: res, ignis: virtus, venti: factũ, incendii: euentus, corruptis subito: tempus, æstatis: locus, syluæ. ac præter hæc omnia, fortuna: optato. Sic

optabant auxilium Arcades: persona & virtus, Pallantis: factum, cædes: res, arma: euentus, timor, fuga hostium: tempus, prælii: locus campi.

Atque hæc sanè Comparationis natura est: cuius vsum è iudicio ita pendere debet, vt modò æqualia, modò inæqualia comparentur. Æqualitatem nunc accipio laxo significato, etiam in qualitate, etiam in substantia: sic & in æqualitatē. sic Turnum Marti: Troianos formicis. Sic habes Apes, Mergum, Ceruam, Taurum, Delphinos. hæc omnia pro iis affectibus, quos homini cum cæteris animantibus natura communes fecit. Etiam rebus aliis quæ affectu careant: certis tamen præditæ sint qualitibus, cuiusmodi mare est. & à priuatione. Elisam enim nihil respondentem comparat saxo, Latini pertinaciam scopulo, quæ motu & sensu carent. Quum autem sermonis castitas, & lux omnibus Poematum locis debetur, tum est maximè obseruanda procurandaque in comparationibus: idque sine affectatione. Itaque aut puræ sunt, aut plebæ, aut mediæ. Pura illa in primo,

*Quale manus addunt cbori decus, aut ubi flauo
Argentum, Parisiæque lapis circumdatur auro.*

& illa in duodecimo,

*Indum sanguineo velut i violauerit astro
Si quis ebur: aut mista rubent ubi lilia multa
Alba rosa.*

Plenæ verò ac magniloquæ, vt illa ex decimo,

*Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer armos
Defendit, multosque palus Laurentia, sylua
Pactus arundinea. Postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos.
Nec cuiquam irasci, propiusque accedere virtus:
Sed iaculis, tuisque procul clamoribus instant.*

Mediæ ac temperatæ exemplum est in primo, de Elisa & Diana. quare Lupum, Leonem, Aquilam nominabimus: Mergum nequaquam, ne candor ille castitatisque defœdetur. Ad eò enim plebeia vox est, vt qui hirundinè, apes, formicas suis vocabulis appellarit, illa refugerit: re nõ sit aspernatus, quæ verborum ambitu expresserit in quarto: cui Mercurium similem dicebat, in cõparatione scilicet. nam seorsum in quinto nominauit. Quod verò de Comparatione præcipio,

præcipio, idè quoq. sentio de Imagine & aliis, si qua sunt, generibus Assimilationis. Sunt enim ad eò propinquæ, vt ambiguum multorum fecerint iudicium. ad eò vt illi, *-inde lupi ceu Raptores atra in nebula,* & quæ sequuntur: si Plutarchû cõsulas, accipienda sit tibi pro Imagine. verum nos, vt opinor, aptius ac subtilius. Translationibus igitur, & attributionibus, & circumloquutionibus vtendum, ne fordescat oratio in re vili: à qua etiam consultius quàm Homerus, vt ferè semper, abstinuit noster: qui neque muscam nominavit, neque asinum, sicut ille: neque earum sordium colluuiem dignam putauit sua maiestate. Maxime verò studendû est, vt aliquid proprii ac certi: sed neq. vulgari, neq. tamè affectati aut abstrusi apponamus. Sic enim Raptores lupos vocat deus iste Poetarum, eosq. atra in nebula. tunc enim ad prædas potissimum incitatur. Sic de leone, *suadet vesana fames, manditque trahitque.* De apro, *& inhorruit armos.* & illud, *Caulamque remulcens, Subiecit pauitantem utero, syluasque petiuit.* Nihil enim lupo formidolosius, vbi libera fuga, potest effugere vltiores maleficiorum. & in superiore, *Quos improba ventris Exegit cæcos rabies:* neque enim satiri venantur. contra, felles generosi, si famelici sint, languent, atque ad prædam sunt ignauiores: nitidiores, animi gratia venantur. Sic canes leporearii nobiles, dominis, non sibi capiunt feras. In affectibus autem comparationes esse decet molles atque suaues, qualis illa diuina in quarto Georg.

*Qualis populea mærcus Philomela sub umbra
Amisos queritur fœtus.*

Et illa ex vndecimo, quouis nectare dulcior,

Qualem virgineo demessum pollice florem.

& illa ex nono,

*Purpureo veluti quum flos succisus aratro,
Languescit moriens: lassione papauera collo,
Demisere caput, pluuia quum forte grauantur. & illa,
Seu mollis viola, seu languentis hyacinthi. & illa,
Argentum Parisiæ lapis circumdaturo auro.*

& in sexto,

*Quam multa in syluis Autumnii frigore primo,
Lapsa cadunt folia, aut ad terram surgite ab al o,
Quam multa glomerantur aues, quas frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immitit aprieis.*

Multæ quoque simul ponuntur aliquando: verùm rarius, Comparationes: Imagines aptiores sunt ob breuitatem: veluti in II. Georg. duæ,

*Quem qui scire velit, Libyci velit æ quoris idem
Discere, quàm multa Zephyro turbantur arena:
Aut ubi nauigiis violentior incidit Euris:
Nosse, quot Ionii veniant ad littora fluctus.*

Sicuti comparationes siue collationes tres, in quarto Georg.

*Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis:
Æstuat vt clausis rapidus fornicibus ignis.*

Ergo quemadmodum dicebamus, si pictiores magis placeant, temperentur ita, vt ne luxurient: ac necessaria, non addita videantur: cuiusmodi sunt ea, quæ de equo canit diuinus Poeta,

*Qualis ubi abruptis fugit præ sepia vinclis
Tandem liber equus.*

Quod enim sequitur, ex Physiologia ductum est,

*Aut ille in pastus, armentaque tendit equarum:
Aut assuetus aqua perfundi flumine noto,*

*Emicat. Deinde exultantis illa, - arreclisque fremitu
cervicibus altè Luxurians. Tum autem delectatio, Luduntque
iuba per colla per armos. Turno igitur equum hinc: equum verò
Aquiloni in tertio Georg. tanta tamque accurata venustate, vt nihil suprâ:*

*Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes atque arida differt
Nubila: tum segetes altæ campique natantes
Lenibus horre scunt flabris, summæque sonorem
Dant syluæ, longique urgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua, fuga, simul æquora verrens.*

Vbi videatur ineptis fortasse tractus aliquis otiosus. Cæterum nullo non loco natura ipsa loquitur. Principiò dixit eum *densum*: non quasi nubilum, vt ibi interpretantur triuiales. Boreas enim sudus est, iccirco, ex natura ipsa ducta verba illa, *atque arida differt Nubila*. Seruius quoque dissimulauit: Mancinellus recitando alienas inscitias, suam prodit: qui Hyperboreos populos dictos ait, quia humanæ vitæ excedant modum. Sed *densus* appellatur à Poeta mirabili ratione. quum enim est furibundus,

bundus, inæqualiter flat: vbi verò *lenis*, æquabiliter adcò, vt in se totus coactus atque condensatus excurrat. Mirificam verò rem præteriere Critici. Omitto nugas veterum, qui montes Hyperboreos finxere supra Scythiam: quibus tamen partibus nihil planius. Totos tractus paludes passim occupant, vnde Tanais & Borysthenes erumpunt. Cæterùm Aquilo, qui Boreas est, quomodo ab Hyperboreis spirat oris? neque enim ex iis locis flare potest, quæ supra ipsum esse dicuntur. Eadem negligetia, longos fluctus vnus dissimulauit: alter omisit reddere rationem: tertius ineptiuit: In longum, inquit, tracti. At nullus non fluctus in longum trahitur. sed ita illud erutum è Phisicis est. Qui ab Aquilone sæuiente fluctus excitantur, curuescunt, ac breues sunt: quos verò lenis Boreas impellit, verruntur, vt & hîc dicit, atque longo tractu raduntur.

Epiphonematum quoque cohæsiō sit, non quasi affixio: vt ex ipsa comparatione enata videantur. Quia Diana pulchra est, Latona lætatur. Quia equus currit, ludunt iubæ per colla. Quia leo vorauit ceruum, *lauit improba teter Ora cruor*. In secundo autem, in recessu est Epiphonema. vbi dicit, *Lupi ceu raptores, adiunxit, catulique relictis Faucibus expectant siccis*. Rei quidem pars est, verùm obscurius cohæret. Voluit intelligi luparum sæuitiam augeri ob catulorum charitatem, quos sciant expectatione macerari. non omnia tamen Epiphonemata ad rem comparatam vtique referuntur. nânque Latonæ pectus tentant gaudia propter Dianam: cuius pectus gaudeat ob Elisam, nullum vides.

S V B S T I T V T I O.

C A P V T L I I.

QVo nomine alio quàm Substitutionis appellarem Græcorum *μεταθεσις* nesciebam. Est autè quasi facies quædam vel Comparationis vel Collationis. Fit enim per *ἀντιπόδον*, quoties propositis certis rebus vel coniunctis, vel disiunctis, apponimus totidem vel coniuncta vel disiuncta, sed diuersa aut contraria: vt,

*Pro molli viola. pro purpureo Narcisso,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.*

CAPVT LIII.

Diuisionis hoc primum erat membrum, sub quo figuræ illæ continebatur: quarum significatio esset æqualis rei significatæ. Nunc verò quæ videamus eam figuram, quæ Allegoria dicitur à Græcis, eandem esse quam *παράβολον*: Parabolam verò eandem item cum Comparatione: hoc enim nomen ipsum quoque sonat. quoniam modo fiat: vt Allegoria sit figura qua aliud dicimus, aliud intelligimus? id quod sub alio membro diuisionis recensebatur. Sanè ita accipiendum est: Comparationis, quemadmodum dicebamus, esse partes duas. puta quæ de Mezentio dicuntur, & quæ de leone. huic ille comparatur. Quòd si hæc sola ponitur, prior autem nulla, Allegoria est. ita vt Allegoriam alteram Comparationis partem dicamus: non quæ ipsam componit Comparationem, sed quæ per seipsam posita, alio modo ré digerit. Exemplum declarabit, Si Mezentium non describam, eiusque tum robur tum animos indicare velim: ad hunc potissimum dicam modum per Allegoriam, Leo impastus inter arma sæuit. omnia prostermit, torus sit cruentus suadente fame. Hæc figura non continetur sub hoc genere, quod nunc tractamus: aliud enim dicit quam Mezentium, quem tamen designat. Ambiguè igitur accipietur Allegoriæ nomē pro hac figura, & pro Comparationis parte. Eam figuram Latini nondum nominarunt. nos autem sumus dicere prætextum: prætextit enim alii aliud. Continet autem *μῦθον*, siue fabulam, & *ῥητορικόν*: de quibus Græci rhetores, vt habes apud M. Menenium in Liuii historiis exemplum. Concipiuntur etiam sub Allegoria quædam genera Prouerbiorum: ea sanè quæ ex vna significatione multis sententiis adaptantur. Exempli gratia, Frons est occipitio prior: id significatur his verbis, quod aperte cognoscitur in capitibus animalium. quo ex loco educuntur quasi lineæ quædam à puncto circuli medio ad ambitum multarum sententiarum. veluti si petas penulam meam pluuio tempore: obiciam eam parœmiã ita, vt ego sim quasi frons, tu quasi occiput. Ad eundem modum, si roges vtrum prius sit, cultus diuinus, an diuitiæ. & alia talia, quæ suis locis & ab aliis, quanquam loquacissimis, ieiunè,

ieiunè, & à nobis plenè declarata sunt.

PRÆSCRIPTIO, INTER-
pretatio.

CAPVT LIIII.

TOt inter species quæ ad διατύπωσις referebátur, Præscriptio quoque est connumeranda. Eam si quis ad iunxerit Moderationi, mea quidè sententia non errabit. Eiusdem enim generis est & cù illa, & cum Emendatione. Quippe politis multis quædam secludit, alia admittit: iccirco Græci ὀρθομὸν, Quintilianus Finitionem vocat. *Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi:*

At Messapus erit. Ita præscribit fortunam suam viris fortibus, & felicibus, & delectis. ait enim: *felixque Tolumnius, & mox delectos Latio & Laurentibus aruis.* Atque excludit Aetolos cum Diomede: quasi ad rem nihil pertineant, sed temerario consilio sint implorati. Interdum verò non multa poni, quæ discernat: sed aliquid præsupponit, aut ab alio dictum interpretatur. Quemadmodum vbi Dido coniugium dixit: *Coniugiumque vocat:* ait Aeneas: *nec coniugis umquam Prætendi tedas.* Quam orationem cù explicamus, dicitur Interpretatio. veluti Turnus nauium conuersionem:

Troianos hæc monstra petunt, his Iupiter ipsis

Auxilium eripuit. Id quod appositum aut lucidiorum vocabulorum, aut quæ totum certis partibus præscribant, fit. Sicut ibi: *Italiam fato profugus: explicat: Laviniaque venit Littora. & molèmq; & montes insuper altos Imposuit.*

DEFINITIO, ETYMOLOGIA.

CAPVL IV.

ARctior etiãnum Definitio est: quippe rem ipsam vel nudam, vel cum apparatu designet. ad quam diluendam vtimur in contrarium Interpretatione. Nam filiam Aeneæ Latinus per oratores in septimo cùm obtulisset, generi nomen detulit simul cum definitione hac:

Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostra

Non patrio ex adyto sortes, non plurima celo

Monstra sinunt. Nuptiæ enim sunt hoc, quod ait *Natam viro iungere.* vir igitur gener. Quam ad diluendam, vitur Amata interpretatione:

Exulibus ne datur ducenda Lavinia Teucris? non enim coniunx, sed

Persidus alta petens abducta virgine prado.

Cum igitur definitio sit duplex, *ἁπλοῦς καὶ σύνθετος*, rei definitio ea est quã diximus. Nominis autem definitio est quam Etymologiam vocant. hanc ego nominis rationem ubique sum interpretatus. nam Veriloquium quonammodo dicas? Veritas enim vnica in voce non consistit, sed integra, & perfecta oratione. Nisi intelligas quẽ admodum in prima philosophia declaratum est: *verum, & vnum idem esse*. Cæterum neque norant hoc Grammatici, neque ad id aspexere: sed quòd nominis significatum responderet suis principiis, à quibus originem duxisset: *verum esse non ineptè sunt arbitrati*. Exempli gratia. Princeps quòd esset primum caput: *verum nomen officii dixere, pro certo & apto*. Hac figura Virgilius sæpenumero vsus est: vt in quinto, vbi deducit nomina familiarum, à Mnestheo, Sergesto, Cloantho. Item de Carthagine, quare Byrsam nominarint. &

Iulius à magno demissum nomen Iulo. &

Latium, -his quoniam latuisset in oris. & *Aornon:* quòd interuentu Æolicæ consonantis, Auernum postea dixere.

Associatur verò Præscriptio interdum sententiæ: *veluti cum Iupiter humanam vitam ex Fato circumscribit.*

Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus.

Aliquando iuncta *παίρησις*. vt in XI. *Dicam equidem, licet ille mihi mortemque minetur.* Hac enim loquendi libertate Turni animum, atque violentiam interpretatur. Quæ figura videtur à M. Tullio Effrænatio appellari, dura tamen sanè voce, atque indigna viro vel sapienti, vel etiam ciuili, à quo neutiquam auferas *παίρησις*. Sat poeta interpretatur: *Det, inquit, libertatem fandi.*

AGNOMINATIO, PARONOMASIA, Allusio.

CAPVT LVI.

AD Præscriptionem, Interpretationem, Emendationem siue seorsum positas, siue mistas pertinet Paronomasia, quam vocamus nos Agnominationem. Quæ tamen est in

est in re, tamen haud scio an sine figura dictionis statui possit. quippe est allusio rei à re deducta cum præscriptione, mutatis aut additis, aut detractis elementis. ea rarò conuenit grauioribus poematibus. Epigrámati, & Satyræ, & Comædiæ maior necessitudo. Mutamus elementa, vt non est Gallus, sed Callus: de homine duro. Galli enim: leues ac faciles sunt. Additis, vt Dyspari, Déptis, vt Scalliger, Aliger. Deductionibus etiam vtimur: quemadmodum apud Martialem: *Mones vitiosus Zoile, sed vitium.* Nam apud eundem illa est interpretatio siue paronomasia: *Non es bonus, sed optimus malorum.* Quæ verò est simplex allusio, inter figuras dictionis frequentius ponitur: tametsi ne ab hoc quidem rerum ordine diuelli queat: quale illud Ciceronis: *Res inuisæ visæ sunt nobis Brute:* Et apud Poetam: *Lybici teris otia terris.* Frequentes in ea prisca. Et Plautus interdum immodicus. Bisquæsitum vulgus Italicum corrupta voce dicit *Beschirzo.* sic enim pronunciant, quòd Galli scriberent, *Bisquisitio:* propterea quòd quasi idem bis repetitur.

CONCESSIO, EPITROPE.

CAPVT LVII.

Præscriptioni affinis est ea, quam Græci *ἔπιτροπή*, nobis placet Concessionem nominare: nõ vt verbum verbo, sed vt rem explicemus. fit cum quippiam petimus, quòd si non possumus interpretari, partem concedimus, vt reliquum feramus. Eius exemplum petendum in deorum concilio. Iupiter iudex. Venus agit causam Trojanorum: petit imperium fatale. Iuno impedit. sic igitur imperium cedit, vt Ascanii salutem petat:

Nil super imperio moueor sperauimus ista.

Si nulla est regio Teucris, quem det tua coniunx:

-liceat dimittere ab armis

Incolumen Ascanium: liceat superesse nepotem.

neque solùm in iudiciis cum versamur, sed etiam in aliis vitæ officiis. sic in quarto. vbi non potest impetrare Dido vt maneat Æneas: abitum concedit ei, *tempus,* inquit, *ina-*
ne peto.

CONFESSIO.

CAPVT LVIII.

AC concessio quidem partem, Confessio verò totum dat. Hæc Græci *παραμολογία* vocant: idque nõ fit sine

interpretatione. Ad hunc modum Iuno fatetur Troianos obsessos. Diluit: quia fuerint prædones in terra aliena. Nec quærit utrum, aut quid: sed quale. Sic Ligarium Cicero fuisse in Africa contra Cæsarem. Diluit. hoc aliis quoque à Cæsare ignotum.

ANTITHETON.

CAPVT LIX.

ANtithetō quoque tollit alia re cōtraria posita. Quā obrem ad Præscriptionem quoque reduci potest. Eam figuram Latinè quo dicas nomine, nondum compertū habeo: nisi non displicet Cōtrapositio, talis in X.

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

ASSEVERATIO.

CAPVT LX.

SVprà præscripsimus, interpretati sumus, dedimus ut transferremus: similes omniū facies: perstamus enim certis locis. Nūc offert sese harū naturæ persimilis Assueveratio, nec absimilis aliqua ratione Etymologiæ. Nānque posito nomine, aut re, addimus aut causam, aut explanationem. Sic in Assueveratione continuamus sententiam argumento euidentiore, ut:

Et quorum pars magna fui. & illud,

Et meministi enim Diua, & memorare potestis.

& addit maiorem Assueverationem:

Ad nos vix tenuis rerum perlabitur aura.

Græci ὀνειδίον κατὰ συναξιν vocant.

EXCITATIO, ADMONITIO, Detrectatio, Exclusio.

CAPVT LXI.

PAr huic Excitatio, quam ἐγερσιον dicunt Græci: quoties languentem auditoris animū, aut tædio affectum excitamus. Hoc fit tū per Epiphonemata, de quibus suo loco dictum est: tum per nouas inuocationes. *Nunc age qui reges Erato. &, Pandite nunc Heliconæ Deæ. &*

Non mihi si lingua centum sint ora que centum,

Ferrea vox, etiam admonitionibus.

Fuge torua citus, fuge murmura pastor. &

Ne mihi tum libeat sub dio carpere somnos.

Quæ figura seorsum à Græcis παραρρησις dicitur: sed ita, si affir-

affirmatiua fit: sin autem negans, aut prohibens: appellatur à quibusdam Detrectatio: quoties ademtum curamus nobis aliquid incommodi, aut inutilis, aut inhonesti: vt illa quam ponebamus, *Ne mihi tum libeat sub dio carpere somnos.* quòd si non à nobis malum, sed ab aduersariis bonum ablatum volumus, eiuscemodi ademptionem Exclusionem nominarunt. cuiusmodi est in vndecimo,

*Nec Drances potius, siue est hęc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.*

P E R C U L S I O.

CAPVT LXII.

AD eundem finem pertinet, quam Græci κατόπληξιν, Anos Percussionem, alii Comminationem, paulo languidius. Cicero Iudicibus comminatur, cùm ait: in sermone populi rumorem versari de iudiciorum corruptione. Percellit verò Catilinam: Iandudù iussum oportuit te in carcerem duci. Et apud poetam in X,

*Adueniet iustum pugna, ne accersite, tempus,
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpes immittet apertas.*

& mox idem,

*Quę cuique est fortuna hodie, quam quisque secat
Ipsam*

Tros, Rutulũsue suat, nullo discrimine habebõ.

& in primo. quos ego. &

Flectere si nequeo superos Acheronta mouebo.

P R O M I S S I O.

CAPVT LXIII.

HVic similis genere, cõtraria differētiis, Promissio. ea duplex est. Altera in colore orationis: vt *Comusio iungam stabili, propriamque dicabo.* Hic figura nulla. Altera est pars propositionum, ac mista dilationi: vt mox dicam. & apud poetam in Sileno, *Huic aliud mercedis erit.* Aliquando simplex, vt,

Vobis animam hanc sacerõque Latino

Turnus ego haud ulli veterum virtute secundus

Deuoueo.

D I A L L A G E, I N S T A N -

tia.

CAPVT LXIII.

GRæci adiungere Exaggerationi eã quã δραναισιν vocant. Atque ita describunt. Quando multa argu-

menta ad vnum finem tēdunt. verūm neque nomen conuenit: significat enim Conciliationem: vt est frequens historicis, & apud Demosthenem in oratione contra Næarā: neque est figura, sed tractus integer orationis: qualis est Elisæ ad Æneam. Quem ego tractum appellare solitus sum Græcè ἐνστασις: sic enim ἐνστασις virum operosi iudicii vocat Aristoteles, & Latinè si pateris, Instantiam.

METASTASIS, TRANSLATIO, transmutatio.

CAPVT LXV.

AD Exclusionem adiungi, atque aptari potest Metastasis. Quæ cum sit duplex, vnam oratoribus reliquimus: altera vtuntur etiam poetæ. Est enim Metastasis nostra imago status eius, quæ Translationem vocant rhetores. Differt autem à statu illo, quatenus totius causæ is est fundamentum. Metastasis autem partis tantum modus. Iunoni dat poeta per interrogationem:

Æneam hominum quisquam diuūmque subegit,

Bella sequi? & nūm linquere castra Hortati sumus? Translationem interpretati sunt paulò duriusculè. quamquam transmutare verbum appositè id assequatur: vt apud Terentium, transmutare gloriam. Transmutatio tamen minus arridet: neque Transmissio admodum ineptum.

NECESSITAS.

CAPVT LXVI.

HVius figuræ motus consistit in ea, quæ Græci pro figura agnouere, atque ἀνάγκη nominarūt. Cum reuicimus factum in suas causas: Fatū, Naturā, Mores, Leges, Tempus, Locum, Ætatē, Conditionē. Habet enim maximam vim apud plerōsque: præsertim Platonicos, qui eam Deam deorū, aut potius Tyrannam sibi finxere. Ea vtitur poeta multis in locis: *Stat sua cuique dies, & sic voluere parcas, & fata viam inuenient, & Æneas* abeundi voluntatem in Iouis imperium. A natura: *varium & mutabile semper Fœmina*. ergo abeundū. A moribus, *pulchrūque mori succurrit in armis*. Igitur mors appetenda viro forti: pulchra enim expetuntur. A legibus, *At tu dictis Albane maneres*. non igitur iniustus, aut crudelis Romanus

rex:

rex: Ab ætate, Pallas, aut ego iam spoliis laudabor opimis,
 Aut letho insigni. A loco, In regnis hoc ausa tuis. Necessariò igitur debuit resistere. A tempore; Necessariò manendum in Africa Aenææ ostendit Dido flantibus Aquilonibus aduersis. Hæc pro figura ab antiquis agnita est, mihi ea sententia non probatur. nullus enim color ibi, nulla mutatio orationis *δεσπόης* potius, siue magis placeat, *δέσποης*, Argumenta enim sunt arma orationis, & nervi. Est autem eius vsus duplex: alter ab accusatore, quam iccirco dixerè Græci *καταγίαν*, Accusationem: quemadmodum Iupiter in primo Vlyssææ, humanarum rerum euentus ait ab hominum animis proficisci. Alter est ab eo qui defendit: Græci *κατανέλιω*, nos Excusationem vocare possumus, cuius exempla vides suprâ.

DICÆOLOGIA, RATIONABILITAS.

CAPVT LXVII.

EST autem huic cognata *δικαιολογία*: eam enim sæpè consequitur. Fit autem cùm rem ipsam vel confessam, vel non controuersam petimus, sequitur enim factum hoc, aut quod fieri debet, necessitatem, sic,

*Si sine pace tua, atque inuito numine Troes
 Italiam petiere, luant peccata, neque illos
 Iuueni auxilio, sin tot responsa sequuti,
 Quæ superi manèsq; dabant, cur nunc tua quisque
 Flectere iussa potest?*

Vbi ex contrariis sententiis positis altera destructa, alterâ iure ipso stare necesse est. Iccirco *δικαιον λόγον* Græci, nos interpretati sumus Rationabilitatem. Verùm e quidem ne hanc quidem figuram puto: sed modum orationis ductum è statu qualitatis. Ac quanquam est moderatio quædam atque mediocritas τῆς παρρησίας, quam figuram confessi sumus: tamen vt res plenius intelligatur, ad hunc modum distinguenda est. *παρρησία* duplex. vna Libertas, quam præ se fert orator tota oratione. Ea nulla figura est. Altera, est ostentatio huiusce libertatis, & color ipsius, atque hæc est figura. Consistit autem in aperta personæ simplicitate, vel vera, vel simulata, & tauis bonitate, aut iudicis clementia. Quamobrem vocauit eam Cornificius Licentiam, non libertatem, laxè nimis tamen. non enim vniufmodi semper est. Aliquando

enim valde prudens est, ac circumspecta. veluti cum culpam euenturam noxam ostendimus ex eius virtutibus. Tibi mortē afferet ista tua clementia Cæsar, & iis, quos amas, exitio erit. Cuius exemplum ex iis versibus, quos suprâ posuimus:

Cur nunc tua quisquam Vertere iussa potest.

Videtur enim ibi iam non Æneæ, aut Troianorum, sed Iouis agere causam, cuius potētia ab alia maiore minoris dei potentia subuertatur.

REIECTIO, DETRECTATIO, Communicatio.

CAPVT LXVIII.

PUlchrè cum Metastasi conuenit Reiectio, Detrectatio, atque Communicatio, ea duplex est. Vbi nõ possumus aut inficiari, aut transferre: quare ne grauemur, participè facimus aut consilii, aut facti eiusdem aduersariū. Sic Tuberonem onerat M. Tullius. Quinetiam in eadem oratione cum Iudice communicauit crimen item diuinitus. Quid aliud volumus nos, quàm quod tu voluisti Cæsar? Sic apud Poetam, Fatali iussu Iouis Æneas pugnat. Non igitur premi potest ab Iunone inuidia, nisi Iuno damnet Iouē quoque. Cōmunicatio autem cum aduersario. Iuno quæ incendit bellum, communicat cum Venere accusante, quæ belli causam dedit. Aliud est genus Communicationis, quoties consilium nostrum cum auditoribus ita facimus commune, vt id ab ipsis quasi petamus: vt ibi, *Quid facerem? neque ego Alcippen, neque Phyllida habebam.*

EXECRATIO, DETESTATIO.

CAPVT LXIX.

AB Reiectione haud lōgè abest execratio, ac Detestatio, ad eò inter se similes, vt vel altera pro altera, vel vtraque pro vna capi posse videatur. nam quemadmodum improbatur, quod reicitur: ita id à quo abhorremus, vel execramur vel detestamur. sic

-Dii talem terris auertite pestem. &

Dii meliora pii, errorēque hostibus illum.

Pro execrationibus accipere licet. Illud autem,

-quod dii prius omen in ipsum Conuertant: Reiectio est cum detestatione.

QVI ET IDEA.
DIGESTIO, DISSIPATIO.

379

CAPVT LXX.

Tot habuit aut species, aut modos, aut affinitates, aut affectus, *διὰ τὴν ποσιν*, quæ suis terminis cōtinerentur. Quòd si posita descriptio tota primùm, deinde resumitur, ita vt non fiat repetitio, de qua dictum est: sed vt eius partes aut acutius, aut fufius exequamur, aut in ordinem redigamus, ea à Græcis *ἀνάδοσις*, & *διάδοσις* dicitur, à nobis Digestio: sin autem ordo absit, & confusè vt quidque sese obtulit effundimus, Dissipatio vocatur à Latinis, à Græcis potest *διασπορὰ* vel *διασκορπισις*. Est igitur Digestio distributio, nisi maui Digestionem esse totam orationem figuratam, sic pius, fortis, sapiens Benedictus Scaliger pater. Deum enim coluit: Patriam tutatus est: vtramque fortunam magnanimitate temperauit. Distributionem autem alteram tantum partem: Deum coluit, &c. Distribuit enim facta titulis. Cuius figuræ modus est, vt crescat semper oratio.

ARGUMENTATIO, EPI-

CHIREMA, ENTHYMEMA,

Exemplum, Inductio.

CAPVT LXI.

Est igitur, vt videmus Distributio quasi facies quædam argumentationis eius quod vocant Enthymema, sic enim fit. Pius, fortis, sapiens, Deum coluit: hostes contudit, fortunam vtramque superauit. Idem est, atque si dicas, Deum coluit, ergo pius. Hostes fregit, ergo fortis. Fortunam vicit, ergo sapiens. Hoc planè Enthymema est. Quippe Syllogismus est oratio ex tribus propositionibus: colligit enim ex maiore, & minore conclusionem. Enthymema verò syllogismus mutilus, cum altera ex duabus prioribus propositionibus in animo suppressa, altera cum conclusionem enunciat. Contrà Epichirema: cum probationes tam maioris, quam minoris apponuntur. Quod maxime pertinet ad efficaciam orationis. nos Latine Aggressionem nominare ausi sumus. Atque ita scribimus vt in nostris Originibus docuimus: non quemadmodum vulgè circumfertur etiam à doctis. nam ea diphthongus sequente vocali pronunciat sicut est in *καλιόπη* Calliopea, *σπονδείο* Spondeus,
y.ij.

sequente consonante verò, sicut est in *τυδίδης* Tydides. sic *ἔνχειρις*. Has autem figuras esse multi negauerunt. quorum error ex eo deprehenditur, quòd ita definitur figura: delineatio proba orationis à vulgato vsu aliena.

Quid autem magis remotum à familiari popularitate, quàm vniuersa species argumentationis? Est enim argumentum corpus ipsum orationis: argumentatio autem forma ac vis, qua constituitur argumentum. Quemadmodum Fundatio, & Fundamentum: & Excretio, & Excrementum. Qui aliter accipiunt abutuntur: pauci enim Latina purè loquuntur. An satisfecerit hac in re Boetius, videbis in Commentariis Topicorum. Argumentationis autem species omnes ad eò figuræ sunt: vt à Philosophis ipsis, classès illæ in quibus quæque censeantur, figuræ sint appellatæ. Sunt autem, Syllogismus, Epichirema, Enthymema, Inductio, Exemplum. Ac de Exemplo quidem in comparationibus satis dictum esto. Est enim cum ex ampla materia (inde enim videtur nomen ductum) addimus in vnum duo similia. Inductio verò cum ad aliquid probandum plura superinducuntur. veluti Turnus facit: vbi victoriam se de Troianis relaturum prædicat, postquam dicit eos bis victos. Sic Æneas Alcidem, & Theseum descendisse ad inferos: se quoque eodem iure posse. quanquam hic exempla cum inductione. Exemplo vtitur Venus.

Antenor potuit mediis elapsus Achillis, &c. Enthymema in illis habes Iunonis verbis, *Diuum Regina, Iouis coniunx*, non possum debellare Troianis: ergo Numen meum non est adorandum. Subticuit maiorem propositionem, Numen sine potestate quæ ei attribuitur, non est adorandum. syllogismus ibi. Pius est Æneas: Dii curant pios: ergo non fuit Aeneas adigendus ad tot labores adeundos. Epichirema Pallantis pulcherrimum.

*Quò fugitis socii? per vos & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaque bella,
Spemque meam, patria que nunc subit amula laudis:
Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hostes
Est via: qua globus illo virum densissimus urget:
Hac vos, & Pallanta ducem patria alta reposit.
Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste:
Mortales tot idem nobis animæque manisque.*

Sic igitur explicandum. Conclusio hæc : non fugiendum, illis verbis: *Fidite ne pedibus.* maior propositio: *Nullus vir generosus fugit,* ideo dixit: *rumpenda per hostes Est via.* minor: *vos generosi.* Iccirco ait, *per vos & fortia facta.* Probatio maioris : *Mortali urgemur ab hoste.* sic enim essent numina inuisita, fugiendum fortasse fuerit. At, *Mortales totidem nobis tum animæ, tum manus.* probatio minoris, *vos patria alta reposcit.* Syllogismi autem species neutiquam poesim ingrediuntur nisi fortasse sit topicus. verum parcius hoc agitandum, sobriam enim decet esse scientiam, cuiusque præcepta. nimium nânque acumen cum admirationem, tum odium parit. Illud animaduertendum est. Consequentem ab oratoribus eam vocari orationem in argumento, quam nostrates vel minorem propositionem, vel assumptum nominant. Eam verò quæ hanc antecedit primo loco, & maior à Dialecticis dicitur, sub propositionis vocabulo agnoscere: quippe quæ ante alias, quasi pro aliis ponatur. Rectè sanè hætenus. at verò eorum quidam cum figuram putant esse Consequentem illam, non rectè sentiunt: Est enim figuræ totius pars non figura. Falluntur item qui existimarunt, Enthymema propositionem esse cum adiuncta probatione, nulla conclusione apposita, sed in animo seruata: vnde nomen Enthymematis ascribendum sit. Cæterum hæc est potius reticentia: de qua suo loco. cuiusmodi est in oratione Hiærbæ: conuenit enim affectibus. Nam proponit iniuriam sibi ab Elisa factam: quam & probat à rei notitia. Hæc apud aras conqueritur Iouem alloquens. nihil tamen concludit. Nihil sanè Iouem orat.

PROECTHESIS, PRÆ-
expositio.

CAPVT LXXII.

IN luce ac vi Enthymematis versatur ea figura, quæ à Græcis *ὀρθοῦς* appellatur. quippe primo loco exposito eo quod fieri, vel non fieri debuit. Secundo loco quod contrà vel factum sit, vel extiterit subinferimus. Habet enim naturam conclusionis à contrario. vt pater fuit, & occidit: sic

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Nam illatio recta fuerit, *pacem orare manu*, oblatam pacem, admittere: quia qui petit pacem, appetit.

AD NARRATIO.

CAPVT LXXIII.

PRæ se fert adnarratio nonnihil cōsanguinitatis cum Proëthesi. differt autem quia ab eodem fit Præexpositio, & ~~pro~~ contrarium inducitur. At in Adnarratione non ab eodem. sed cū ab aduersario narratū est, subtexitur à reo alia narratio cuius facies priorē aut oppugnet aut detorqueat, aut interpretetur, aut obscuret, aut adūbret. Græci plenissimē *παρρηγοισιν*, vt & substituta narratio indicetur, & contraria. Nobis non licet tot vno verbo, neque si liceat, velim. Non enim semper contraria est, sed vt dicebamus, aliis coloribus picta. Cuiusmodi apponit Iuno priori Veneris narrationi, in X.

ALTERVM GENVS FIGVR-

RVM, QUAE PLUS DICVNT,

quàm in re sit. Hyperbole.

CAPVT LXXIIII.

HAsienus primum figurarum genus expeditum fit: quod eas comprehendit, quæ quantum in re est, significant. Nunc alterā partem videamus earum, quibus plus, quàm in re sit, designatur. *ὑπερβολῶν* Aristoteles in *Quæstionibus* accipit pro vtroque excessu: quive ad exuberantiā, quive ad defectum tendat: quippe vtroque excedit mediū, siue mediocritatē. Nos eū tantū excessum dicimus, qui redundantīā denotat. Id figuræ nomen est: quoties rem rerū ambitu, aut maiore natura extollimus. Cicero superlata, Græci superiacta maiore vi vocis. Et multum consistit in attributione: *It clamor celo*, &, *-ferit aurea sidera clamor*, &, *-præruptus aque mons*, sanè maior natura attribuitur. rerū verò ambitu sic excedimus rem, quæa dmodum de equis:

Qui candore iuues anteirent, cur sibus auræ.

Manifestius adhuc de Camilla,

Ilia vel intacte segetis per summa volaret

Gramina: nec teneras cursu lassisset aristas:

Vel mare per medium cursu suspensa tumentis

Ferret iter, celeres nec tingeret aquore plantas.

EXCURSIO, EGRESSIO,

Ecclasis.

CAPVT LXXV.

ATque vnus quidem rei natura cùm augetur præter modum, Hyperbole est: cùm verò additur aliquid præter propositum, ita vt excedamus ab instituta oratione, Ecclasis dicitur à Græcis, Latine Digressio, siue Egressio. Nonnulli Excursionem dicere maluerunt. Multus in ea Herodotus. Multus Homerus insertis alienis ab re narrationibus. Noster adedò parcus, vt semel tantum: quippe vbi Diana Camillæ narrat ortum, atque vitam.

METABASIS, TRANS-
itio, Traiectio.

CAPVT LXXVI.

HAud penitus cohæret huic naturæ Metabasis, haud penitus abhorret ab ea. Nam tametsi neque addit plus quàm par sit: neque à proposito excedit: tamen præter ea, quæ dicta sunt, dicit alia ita, vt ab illis digressa, in alia transeat, quæ addat prioribus: itaque licet non dicat plus quàm in re est: tamen dicit præter rem propositam, aliud. Adeò verò frequens est, vix vt egeat exemplis: *Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur. Conne-*ctit enim quæ sequuntur cum superioribus. & illud:

Iunonem interca compellat Iupiter vltro.

Sunt & inuocationes, quas suprâ memoravi, generis, atque vsus eiusdem: *-Pandite nunc Heliconæ deæ. Nunc age qui reges Erato.* Traiectionem ponit Cicero in 3, de Oratore. verùm quid sit non declarat. Quintilianus ne nominat quidem. Trapezuntius putat esse Hyperbati speciem: cùm verbis verba interponuntur. si ita sit: tropus erit, non hæc, quæ hîc Transitio à nobis, Transitus dicitur à Fabio. Cuius modum præter superiorem, illum dicit. quoties quasi nos ipsos excitamus ad aliquid inferendum. vt, *-Et quis fuit alter, Descripsit radio totum qui gentibus orbem?* verùm ineptè vel ab eo vel ab aliis schema negatur esse. Nihil enim magis figuratum, quàm simulatio, aut dissimulatio: præsertim cùm id quod planè dici potest, delineatur per interrogationem.

Tertium sequitur figurarum genus quæ minus dicunt quàm pro re: quarum princeps est Eclipsis apud Græcos. Defectum nos dicimus, ut *Quos ego.* & in *V. Quanquam* ò. seruit igitur maximè affectibus. In priore exemplo, iræ; in altero, ambitioni. In illo autem *Nouimus & qui te:* pudori. eandem vocare queas Suppressioem, vel eius facere speciem, Hic enim est verbi Suppressio: defectus autem rei totius est: veluti cum *Æneæ concubitus cum Elisa* non refertur. Et alibi sæpe, quæ dicitur ἀποσιώνησις. Nam quicumque in præliis obeunt, neque in catalogo recensiti sunt, per ἀποσιώνησιον numerati intelliguntur, & è contrario, qui in catalogo nominati, omnes in præliis fuisse creduntur, tamen non omnium mentio facta est: ut garrire desinant Grammatici qui super hoc litigant, & pro vitio obiiciunt diuino Poetæ, poeseos ipsius decori, ut patet, ignari. sic & adueniunt Carthaginem socii post naufragium. & Turni reuersio ex Ardea, postquam eò nauis delatus fuisset. Aliquando igitur simplex est omissio: interdum ab ipso poeta recitatur: Quemadmodum in sexto: *mi iam præmissus Achates Afforet.* Neque enim dixerat præmissum: & nunc dicit *postquam venit.* Hæc autem qui voluerit acutius interpretari, distinguet Reticentiam à Subticitia. ut vbi nihil dicitur, Reticentia sit: quam ostendebamus in iis qui in catalogo positi, in pugnis non nominantur. Subticitia verò, quale est, quod de Achate præmissio monet poeta: ad id enim loci subticituerat. Sunt autem eodem modo species, Abscisio, & Suspendio & Præcisio. Abscisio: ut

Reticentia.
Subticitia.

- quem das finem Rex magne laborum?

Non enim addit, quod potuit: Nihil amplius sperandum, nisi iam constet quemadmodum animatus sis. Sic etiam Hiarbæ obtestatio abscisio est, uti supra dicebamus. Suspendio autem est in oratione Sinonis,

Sed quid ego hæc nequiequam ingrata reuoluo.

Quidue moror? si omnes uno ordine habetis Achiuos?

Suspendit enim, quam resumeret postea orationem. Præcisio autem est decurtatio. Sic enim loquitur Cicero.

præcisè

præcisè, id est breuiter. Decurtata sanè oratio est, quales sine verbo suprâ adduximus. Cæterùm per Conceptionem, quoque fit quam Græci dicunt *σύνληψιν*. quoties vel numerus singularis multitudinem significat, vel vnum genus etiam alterum comprehendit, quarum duarum vno verbo exempla ex Græcis historiis subnecti queunt. ponit enim *πῶς ἴππων*, pro eo quod est, *ὃς τοὺς ἑταίρους ἴππους*: neque solosequos, sed equitem quoque. Sic à poeta sæpe numero ponitur hostis pro hostibus. etiam ille modus alius est, cùm verbum ambiguum damus, quo plures vna res declarantur. Aliter nânque ab aliis exponitur versus ille, *-transuersa tuentibus hircis*. Ad hoc, committitur eadem multilatio per aliam speciem, cui nomen fecimus nos Consequentiam. cùm certis verbis positis, & illud quod ea significant, & aliud, quod consequitur, significatur. verbi gratia, si queras de quopiam, éstne vir bonus, respondebo, Ligur est. significat enim patriâ, quam designationem statim nequitia, atque perfidia consequitur. Sic Turnus,

-et nostro sequitur de vulnere sanguis.

Vult præterea intelligi Æneam ab se quoque vinci posse Addiderunt etiam superioribus speciebus Interruptionem, quam à Græcis vocatam aiunt *παροποσίπηση*, cùm interrupta oratione, aliquid subditur,

O fortunati quorum iam mœnia surgunt.

Non continuauit, quæ dictabat animus, quippe alibi, *-requies ea parta laborum.* & *-quibus est fortuna peracta Iam sua.*

Vobis parta quies, nullum maris equor arandum.

Ad suspensionem quoque illud referemus, cùm incertus relinquitur auditor, an Æneas simul cum aliis clypeum mutauerit, in secundo. postremò est illa species, quam *παρολίπη* Græcis, nos Omissionem appellamus, Cùm res omittitur, quæ adeo necessaria est, vt etiam non relata intelligatur. Neque enim Æneas reficit naues nisi in Africa post naufragium, & in Sicilia post incendium. At per annos decem quot partes, quot armamenta restituenda sunt: sic, non semper legimus quoties cibum capiant, aliâque naturæ necessaria expediant. Id quod sanè figura est. nam plebeia oratio nihil omitteret.

CAPVT LXXVIII.

ESt & alia ratio subtrahendi: verùm quia eius nomen contrario significato etiam commune esse potest: se- iunximus. sanè Periphrasis duobus modis contrariis fit. est enim Circumlocutio qua multis verbis ambimus rem designatam. Cæterùm aliquando vt obumbremus, ita tamen vt cerni atque intelligi possit: aliquando vt magis perspicuam faciamus. Atque hic quidem posterior modus ad Hyperbolem potius spectat. Nam tamen non nisi quod in re est, describitur: tamen additur aliquid ei, quòd simpliciter intelligi potest. Etenim *Nate dea: & sa- tus Anchisa: & Tros Anchisade*, periphrasticè dicitur de eo, quod simpliciter, *Æneas*, intelligitur. Ita nescio quid maius concipi videtur. Tamen quia non penitus excessus statuitur: è capite de Hyperbole, cui non conueniebat, transulimus ad hunc locum, vbi sub ambiguo nomine comprehenderetur. Quòd si cui plus placet, vt ibi sit, non laboramus. Maximas enim passus sumus difficultates, vt primi omnium certis quæque limitibus genera compre- henderemus. Prior autem modus Circuloquutionis me- ra reticentia est. Quemadmodum Dido cùm dicere vellet, *amo*: multa verba facit, sed omnia minora, quàm quantum illud est apud pudicam mulierem. *solus hic in- flexit sensus. Nondum animum. Mox à sensibus, animùmque labantem Impulit. non autem deiecit, at euertit. euerterat tamen.*

E M P H A S I S.

CAPVT LXXIX.

POnitur à M. Tullio figura quædã neque nominatur: Cùm, inquit, plus intelligitur, quàm dicatur. Quintilianus Emphasin interpretatur. Cæterùm Emphasis non vniusmodi est. Interdum nanque talis est, vt, *quos ego*. Em- phasis est in pronomine: cuius significatio angusta in Ostensione est: sic enim Latinè Græca illa vox dabitur nobis: ex his porrò angustiis effusum erit significatù ad illa, *Ego Neptunus: Maris deus: cuius potentia tanta est, vt etiam ventos castigare possim: præsertim ex Thaletis sententia, qui aquam omnium rerum, nedum ventorum*
elemen-

Clementum profitebatur. Et sanè Ventus si vapor, aut à vapore est: & vapor siue exhalatio inter aquam, & aerem affinis vtrique natura quædam, non temerè aquarum nomen explicat vim suam sub ostensione suæ personæ per pronomen, ego. nonnunquam verò fit multis appositis verbis ad efficaciam. Quid enim aliud est *Hectorei sciri*: nisi vt, quemadmodum hortatur, insurgunt remis: id est, fortissimi. nec minoris est in 3. persona, tanquam de alio, apposito nomine, non pronomine. vt in 5. *quæ munera Niso, Digna dabis, prima merui qui laude coronam.*

I N N V I T I O.

C A P V T L X X X.

P RÆter veterum diligentiam non pauca nos aut inuestigauimus, aut commenti sumus. inter quæ, etiam illum Reticientiæ modû, qui non tam defectu, quàm veluti ex quadam circuitione, excitat vltiorem pleniorémque intellectionem. Quam figuram propterea nouo nomine diximus Innuitionem. Talis in 4. Dido: quanquam enim coniugii pœnitebat eam: tamen vt aliquo modo contexeret excusationem cum accusatione, sic loquuta est: *Nô licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more fera.* Quid enim aptius ad excusandum, quàm ostendere vitam illam quam optabat esse ferarum, ac brutorum vitam? Hanc autem hominum: ac propterea non damnâdam. *εὐνοίας* Græcè fortasse possis.

E X T E N V A T I O.

C A P V T L X X X I.

Q Vinctiam cùm detrahimus, vel odio vel inuidia, vel fastidio, vel contemptu, pingitur eiusdem figuræ facies, appellaturque Extenuatio. Fitque duobus modis. Aliquando enim vera dicuntur: atque rei æqualis est significatio. sed pro re, loco, aut tempore minor est oratio, quàm proposito cōueniat. Verùm sanè erat Troianos bis victos fuisse. Ergo gentem bis victam cùm vocat eos Turnus, nihil de re detrahit. Cæterùm importuna obiectio efficit, vt de præsentis laude bellica eis multum adimatur. Alio modo fit cùm ex natione, aut familia integra colligitur vnius aut pluriû crimen quod ad alterû eiusdê vel familiæ, vel nationis pro probro adducatur. Sic

Laomedontidas vocat Troianos Dido à periurio Laomedontis. Æneam similis in simulans criminis. & Semiuri Phrygis: propter Cybeles Gallos. Fit etiam tertio modo: veluti Hiarbas: *cui litus arandum*. non dixit terrâ, aut agrum, aut aruum. sic Latronem, non regem vocant Laurètes matres Æneam. Ratio ac lex huius est, vt quod in genere, aut specie vltimum, ac deterrimum est, attribuamus superiori, aut meliori. Nam quod pessimum & ineptissimum arationi est, litus est. hæc igitur simplex. composita verò interdum est per Collationem: *Non Diomedis equos, non currus cernis Achillis*. Ibi enim maiora atque atrociora, ille polliceri. & Turnus: *nec equi cæca cendemur in aluo*. Pingitur etiam hæc eadem figura per expositionem: vt ibi, *-dum Troia tentat Arma fugæ fidens, & cælum territat armis*. Rem enim ipsa iactantia maiorem ostendit. Ac sanè terrere cælum armis, permagnum quiddam est. Cæterùm quia vanus animi tumor ille: quòd declaratur illis verbis: *fugæ fidens: minora sanè omnia in oratione, quàm in euentu belli*. similis Extenuatio est in Elisæ oratione, vbi profectiois Æneæ causas eleuat: *scilicet is superis labor est: ea cura quietos sollicitat*. Illam quoque extenuationem aiunt esse apud eandem: *Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles, qua te tantum ore referret*. Mihi verò non videtur. quippe nihil extenuat. An verò cum hæc coniunctio, saltem, ponetur: erit Extenuatio? nequaquam. neque enim minus dicit, quàm in re sit. neque in ea parte: *qui te tantum ore referret*. nihilo nânque verius Extenuatio est, quàm si quis tibi debeat talentum: à quo exigas drachmam duntaxat. verùm hæc est natura precatiois, vt totum ferre si nequeamus, rogemus partem. Nescio an sit hæc figura, quam Optationem legimus apud M. T. Talem habes in Pallate cum Turno congressuro. similis & Elisæ, *Felix heu nimium felix, si littora tantum Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ*. Idem enim repræsentat, quod ei fuerat optandum.

AVERSIO, CASTIGATIO.

CAPVT LXXXII.

Non est igitur Attenuatio rei: sed attenuatæ rei repræsentatio. Quemadmodum fit in alia figura, quam aliqui Auerfionem, nos Amotionem appellamus. Cum
reiciimus

reicimus aliquid, vt aut simile meliore causa, aut contrarium reponamus: *Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuravi.* Amouet enim hoc, quod negat, vt superinductorum meritorum præmia petat, à cuius vi, atque naturâ non abhorret illa cui nondum nomen indidere. quam ego Auersionem potius appellarim. Cuiusmodi in VI, *Ne pueri ne tanta animis assuescite bella.* etiam si Castigationem velis dicere, haud displicet. Apertius alibi:

*O quæ satùs ima dehiscat Terra mihi. &
Sed pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam:
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.*

Et in oratione Turni ad Drancem:

*Nunquam animam dextra hac: absiste moueri:
Amittes, habitet tecum & sit corpore in isto.*

PROHIBITIO, APAGOR EVSIS.

CAPVT LXXXIII.

EIusdem fili ἀπορρησεις, id est Prohibitio, multis eamodis fit. interdum aperta:

*Nec Drances potius, siue hæc est ira deorum:
Morte luat, siue est virtus & gloria, tollat.*

Aliquando per excusationem:

*Quis talia fando Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles
Ulyssi,*

Temperet à lachrymis? Vt excusaret se à memoria veterum calamitatum. Interdum per deprecationem, etiam cum obsecratione, aut obtestatione. vt in oratione Elisæ ad Æneam, & Turni morituri. Nonnunquam cum voto.

Dii talem terris auertite pestem. Etiam per Interrogationem: *cur indecores in limine primo Deficimus?* Idem enim atque si dixisset, Ne deficiamus.

QUARTVM. FIGVRARVM GENVS,

QVAE ALITER DICVNT, QVAM
res fit, Allegoria, Allusio.

CAPVT LXXXIII.

Idem exemplum scio à nobis positum pluribus figuris: Iquod euenit propter specierum necessitudinem: quemadmodum in Lycisca & Lupi & Canis species duæ diuersæ factæ sub vna. sic eadem figura diuersis in generibus in-

uenitur, propterea quòd non veræ sunt differentia in omnibus, sed in plerisque modi tantùm. Hac ratione tractata est à nobis Allegoria in capite de Comparatione, cuius illa tunc erat pars: neque aliud intelligi volebat præter id quod diceretur. Etenim de equo, aut leone, aut quercu, aut scopulo cùm scribimus, Equum, Leonem, Quercum, Scopulum accipi volumus. Iccirco res ipsa est eadem quæ in Allegoria: modus alius. At hic vera est Allegoria, & cuius nomen cum definitione congruit. Figura aliud dicens, aliud intelligens simile: quã Allusionem Latinè libet appellare. Eius species sunt, ἀπόλογος, ἄγνος, μῦθος, παρορμία. Videtur autem Apologus esse genus ad ἄγνον & μῦθον. Est autem Apologus narratio ficta de re quapiam cum attributione πᾶθους aut ἴθους, vel cum oratione vel sine: vt ex ea aliquid ad humana commoda designetur. neque longa est definitio: quia includit in se diuisiones, atque differentias πᾶθους, ἴθους, cum oratione, & sine. Quatuor igitur sunt communia tum Æno, tum Mytho. Sunt autem eæ species duæ, quas ita Grammatici definire, atque inter se distinctas voluere. Mythos, oratio falsa representans veritatem. cùmque etiam Aphthonius sic definit, εἰκονίζων τὴν ἀλήθειαν. cum imagine veritatis. nostri Fabulam vocant: atque describunt orationem falsam vero similem: ab hac Ænon distinguunt iidem, quòd Ænos non ad pueros sed ad viros dirigatur. Neque solùm habeat ψυχαγωγίαν, i. persuasionem: sed etiam παράγνεσιν, i. exhortationem, vnde nomen sit affectus. Nos more nostro omnia discutiamus. ἀπολογία est vero primòq. significatu, refellere. vnde defensiones, ἀπολογία dictæ, non quòd id designet verbum: sed quia non potest defensio consistere sine refutatione. Non est igitur ἀπολογία sola, quæ etiam philosophorum competit disceptationibus, quoties contradicitur. Factũ tamen est alio vsu, vt ἀπόλογος diceretur ea oratio à qua primus & verus sensus alii sententiæ accommodaretur: quòd ergo ab illo in hanc proficisceretur, iccirco ἀπὸ & λέγειν simul coniungere: suprã rei rationem, quæ est definitio, dedimus: nunc nominis rationem subdidimus, quæ est Etymologia. Fabulæ autem definitio falsa est. nam si μῦθος est, cùm Lupus Agnũsque ineunt societatem, atque putant suæ vterque vitæ rationes: quoniam modo aut verisimilis est, aut τὴν ἀλήθειαν εἰκονίζει

Apologus.

μῦθος.

præterea quis est adeò tardus: ut Ænon à Mytho separet, propterea quòd *μῦθος*; tantùm pueris sit præscriptus? Postremò cùm quid Ænos sit, à nobis declaratum fuerit, satis constabit non esse verum præter *ψυχασωρίαι*, afferre etià *παράνοτον*. Est sanè *ἄνος*; ignota multis vox, & à maxima authorum parte præterita, ac pro laude quidem vulgatissima est: at pro eo, quod hîc statuimus, rara. Significauit igitur dictum non qualecunque, sed laude dignum, atque admiratione: neque id quodcunque, sed id tantùm quod propter obscuritatem solis sapientibus notum esset. vnde apertius, ac vulgatius vocabulum *ἄνιγμα*, à verbo inde ducto *ἀνίλειν*, siue *ἀνίττειν*. Idcirco *ἀνὸν* quoque graue significauit. Et aiût autem idè esse aliquando *ἄνον* quod *ἄνιγμα*. Quare si ita est: neutiquã vel *ψυχασωρίαι*, vel *παράνοτον* semper habebit. Quæ si aliquãdo nō habeat: nō erit differētia, qua à Mytho distinguatur. Idem verò esse quod Ænigma, illo exemplo patet apud eundem authorem Suidam: vir non vir, percussit auem non auem, lapide non lapide, sedentem super ligno non ligno. id est, Eunuchus, vespertilionem, pumice, super ferula. Ego puto idem esse Aenon, & Mython, sed hanc vocem esse tritam magis: illam antiquiorem. Etenim apud Hesiodum primùm legimus: apud alios, qui illū securi sunt, rarius. Est autem Aenigma, oratio obscura, rem notam, quam significat ambagibus tegens. Idem etiam Griphus dictus est. Trãslatione sumpta à scirpeis piscatorum labyrinthis: distinxere tamen Grammatici. Pollux enim ait Aenigma esse vel ridiculum, vel iocosum. Griphum autem non sine eruditione, hoc enim est *σπουδᾶνόν*. Circūferri ea consueuisse in priscorum conuiujs proposita qui soluisset, donatum carnis certa portione. qui ignorasset poculum muricæ haurire cogi solitum. Athenæus æquè iocularē Griphum agnoscit. Hoc enim est *παίλειν*. Igitur istorum definitio cùm sit haud proba: sic potius est. Narratio ficta relata ad veritatem erit Fabula. Est autem nomen ambiguum. Nam & hoc, quod dicimus hîc, significat: & eas narrationes quæ sunt mera priscorum figmenta: qualia apud Hesiodum, & Ouidium, & Callimachum, & Lycophronem, & Homerum, atque etiam Herodotum scripta sunt. Veritatis nãque Græcis cura nulla. In eorum autem quibusdam quasi inuolucris contextæ sunt res aliquando naturales.

*Ænigma.**Griphus.*

de quibus & Palæphatus, & alii. Nec multum ab hisce ab-
sunt Hieroglyphôn nugæ, & quæ apud Orum veteres sunt
commenti. Fabulæ genera ab inuentoribus, aut ab vsu
frequenti nationum à Cilicia, à Cypro, Æsopea, à mate-
ria, ἀομας μύθος, Rationalis: ἠθικός, ab affectu, μακτός, mista
ex vtroque: vt Rationalis personas introducat. Ethica
committat animalia. mista vtrumque. verùm sanè non
probatur nobis ea diuisio. nánque etiam cùm homines
introducuntur, assignantur affectus: & cùm animalia, af-
cibitur & ratio, & oratio. Et præter animalia etiam ar-
bores, etiam ollæ, etiam lima ab Æsopo adducitur. Olla
fictilis æneum lebetem alloquitur. Quercus & fungus
colloquuntur. Item Abies, & Arundo. Etiam dii, vt Iupi-
ter, & Ranæ. Et Sol, & Luna, & mare, & terra. Partes au-
tem tres. prima προμύθιον, postrema ἐπιμύθιον, quæ vna
sunt: neque differunt nisi loco, sicut Lucifer & Noctifer.
Est autem oratio in qua fabulæ vtilitas declaratur. Sunt igi-
tur duæ tantùm partes, μύθος, & περιμύθιον. sic enim libet
appellare τὸ μύθου explicationem, quæ vel antè vel post sô-
lita est poni. *Parœmia.* Parœmia verò est, quod Latini prouerbi-
um. quare Grammatici, i. Donatus: & is Gracculus, qui Do-
nati adducit definitionem, æquè ineptiunt. Parœmia, in-
quit, est accommodatum rebus, temporibusque prouer-
bium. quæ tam bellè composita sunt, atque si quis dicat
ἀνθρωπος est ratione vtens homo. Hi sunt qui sine alis in
cælum euolarunt: qui irrident studia philosophorum, i-
gnauī latratores omnium scientiarum, quas tamen pro-
fessi esse videri volunt. quorum errores multis in locis
numerum versusum penè superant. Cæterùm ignauis ac
supinis hominibus vaporarii isti compilatores relinquen-
di sunt. quare verò non addiderunt etiam, Locis: nam si
rebus & temporibus debet Prouerbiū accommodari:
cur omīssa sunt loca? an quia rerum nomine comprehen-
debantur? Quid tempora? nōnne item res sunt? nihilo
felicius cum suo Diōmede. Parœmia est prouerbii vulga-
ris vsurpatio: vt iam non sit idem parœmia, quod Prouer-
bium: sed Parœmia vsurpatio prouerbii: sicut ἵππος non
sit equus, sed equi vsurpatio. præterea quomodo vulgaris?
sunt enim quædam Parœmiæ ad eò abstrusæ eruditionis,
vt à nemine sint declaratæ, vsus tantùm quasi promulga-
tus. Qualis de Delio natatore. tum aliæ multæ. Si igitur
non

non omnibus competit : cuiusmodi ea fuerit definitio? An verò Græcas admitemus? Quibus ille, quemadmodum in omnibus suis scriptis solet, quasi alienæ fabulæ histrio, satagens coacervator nullo apposito iudicio frædavit animos eorum, qui sese eius fidei suâq. studia committebant : λόγος ἀφέλιμος ἐν τῷ βίῳ ἑπικρύψει μετρία πολὺ ἔχων ἀφέλιμον ἐν αὐτῷ. Quis nescit, si est utilis, utilitatem cōtinere? Æquè prudenter ac si diceret, Homo est animal rationale, rationem habens. Præterea, non est verum, omnia proverbia multam habere utilitatem. quæ enim utilitas in illo? χαῖρε φίλον φῶς. Ad hæc non omnia tegunt sententiam mediocriter : sed quædam, vti dicebamus adeò reconditè, vt etiam ab illis ipsis, qui ea prodiderunt, ignorentur. quædam perinde controuersa. Alia difficillimæ cognitionis : vt αμάρα ἢ ἀκηζῆσαι μετῆλθεν, & alia innumera. Nonnulla verò tam aperta indicatione, vt neque interprete, ac ne designatore quidem vlllo egeant. vt Camelus saltat. Accedamus ad alteram : λόγος ἑπικρύψων τὸ σαφές ἀσαφεία, iam hoc Ænigmatis proprium est : non autè omnibus Prouerbiis. Ab his cum abscessit apponit suam: Celebre dictum scita quapiam nouitate insigne. Primùm hæc definitio æquè conuenit cuius sententiæ propter celebritatem. At quomodo nouum sit : quod idem tritum esse oportet. sic enim mox interpretatur παρὰ ἢ ὄμιον, ποντίειν ὄσδν : ὄσπει πρίμμα. Præterea Parcæmia desinet esse hoc quod est, cum exuerit tempore nouitatem. Sed & illud imprimis prodit hominis miram philosophiam: cum suæ definitionis recensens partes, ita explicat. vt, Dictum, generis: Celebre, differentiæ: Scita quapiam nouitate insigne, proprii vicem obtineat. quasi verò proprium definitionis pars sit. sed de hoc satis. Nostra autem talis esto definitio. Prouerbiū est oratio vulgata allegorica. sit mauis omnia Latinè, pro, allegorica, ponetur, alludens, aut innuens. Neque enim verum est eas, quas sententias vocant, quarum significatio simplex atque aperta est, esse proverbia. vt simile à simili appetitur. Alioqui omnes sententiæ perinde erunt parcæmiæ: ita vt satis sit ad eam definitionem hoc tantum. Sētentia celebris: vt ab aliis sententiis, quæ minus vsitatæ sunt absoluantur. Verùm ita esse potius, vti dicebamus ex ipsis nominibus manifestum est. Nānque Adagium à Varrone dictum ex vsu veterum in-

terpretetur : quod è sua prima, ac propria significatione agatur ad aliud iudicandum. Non autem quasi circumagium, utpote in ore hominum circumferatur : quemadmodum scripsere. sic & Prouerbum : quod ipsum verbum ex se sit, ac præterea pro alio verbo, id est, sensu supponatur. Nam neque *περιμίαν* à via deduco : ut sit quasi *περιδικόν*, id est, tritum, & vulgare : neque *ὄμιος*, ibi viam dicit, sed id quod Latini interpretati sunt, Verbum. Ita ut verbo verbum, i. sententia sententiæ sit appositæ posterior ex priore. ut primo loco significet id quod præ se fert, secundo innuat id, cui applicari potest. hoc est, *περὶ τὸν ὄμιον*. præter primum verbum, & ab eius sensu, alterum & verbum & sensum. Sic *περοίμιον*, quia via interpretantur, prauis sunt iudicii. Nam quemadmodum Procemium, quod est oratio, erit ante orationem? si oratio via est, erit ante viam via, quo nihil ineptius excogitari potest. Quis enim ambulat ante, quàm ambulet? Sed est, ut alii prudentius profitentur, à citharædis translatum. prius enim, quàm cantiones instituunt, modos quosdam faciunt, quibus introducant auditores. Hoc & Aristoteles docuit nos, sicut, inquit, *προαίλιον τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς*, ut alibi dicebamur. sit autem Allegoria per similitudines ac translationes : *ἄλλο γὰρ ἀργυροῦς, ἄλλο δὲ νοεῖ*. Quemadmodum apud Poetam : *Argutos inter strepere anser olores*: Olor enim Cygnum dicit: Cinnam autem & Varium intelligit. anser auem streperam significat : designat autem Poetam nominis eiusdem. sic & illud, *Atque idem iungat vulpes, ac mulgeat hircos*: id est, audeat facere, quod nequeat. Quod ad prouerbii naturam quam proximè accedit : cuiusmodi illud est, *laterem lavare*.

VLTIMVM FIGVRARVM GENVS

QVAB CONTRARIVM DICVNT

rei. Ironia.

CAPVT LXXXV.

Reliquum est, eas figuras per censere, quarum verbis sensus contrarius est. Quod longè alienum videtur à veritate. Verba enim notionum notæ sunt. Notio est apprehensio rei per speciem. Et accipitur non pro actu apprehendendi, sed pro specie ipsa apprehensa. Quoniam igitur

igitur modo verbum quippiam ponetur, cuius significationi contraria significatio concipiatur? Sanè oportet è re nota falsam intelligere orationem. Sic Dauum pessimū, ac nequissimum cum appellat herus, virum bonum illico sentit auditor ad irrisionem dictum illud enunciatum. Quòd si res nota non sit, & tamen hac vtatur figura quippiam: gestu oportet eius vim aperiri. Huius species Antiphrasin posuere, & Ironiam, Ironia verò à Græcis ita appellata fuit, quia nihil significet eius quod dicit: sed solum ipsum dictum sit absque significatione, quæ debetur ei *ei-povéia*. Hoc igitur habet cum Allegoria cōmune: vt aliud dicat, aliud significet vtraque. Differunt verò: quia nō sentit Allegoria contrarium, sed simile: cuius propterea vis sita est in coniunctione. Ironia contrarium indicat: & constituta est in disiunctione. Non enim cohærent cum sensu verba. Est autem simplex interdum, nonnunquam picta, atque exornata. simplex illa ad Drancem, *-quando tot stragus acervos Teucrorum tua dextra dedit*. Pictæ autem illæ sunt, & artificiosæ, quas nos Dissimulationes, atque illusiones vocamus, Dissimulat enim Æneas ciues Laurentes ab se interfectos, idque petentibus inducias eorum legatis. Qui locus miro artificio & coniunctus est cum Translatione causæ, & exornatus interpretatione. appellat siquidem inducias quas petebant. Pacem quam ipse exoptabat, *Pacémne ex animis: & belli sorte preemptis: non à me, sed à bello: Oratis? equidem & viuis concedere vellem*. Non igitur ego belli author. Iccirco addit,

Nec bellum cum gente gero. Sed cum Latino, neque ego, sed ille mecum: *Rex nostra reliquit Hospitia*. Sic & oratores dissimulatione: *parceret hospitibus*: qui tamen hostes erant. Atque hæc pars poeseos adeò est admirabilis nobis, vt ceteris lecta relegatur. penè enim singula verba aut figuram prætexunt, aut artem produunt doctis tantum sine ostentatione, vel quo animi impetu, atque acritate composita est illa communicatio? *Æquius huic Turno fuerat se opponere morti*. nam porrò quid maius illi euenire potest, quàm mors? At instat atque aggrauat etiam magis. *Æquius*, inquit, peius quàm mors illi continget: quippe dedecus. vt etiam sibi ipsi iniquum ostendat Turnum. non dixit, vtilius, aut commodius: sed æquius. *Æquiore* fortunam in manifesta ac præsentī morte inuenisset. Et quantum

valet apud eam, cui spiritus poeticus est, vox illa: *huic*, præsertim appposito nomine. poterat dicere, *illi*. Cæterùm ardorem indignationis cum contemptu mistæ designant illa verba. Sed non est is locus. Certæ enim vigiliæ debentur Maronianæ diuinitatî explicandæ, cuius monumenti studiosis fundamenta, vt quisque sese offert locus passim iacimus.

Illusio verò ad inuidiam apud eundem Drancem aduersus Turnum: *Primus ego, eu supplex venio: miserere tuorū.* nihil enim minus, quàm supplex erat. Neque sanè tam supplex viro forti erat, quàm videri volebat, ne ille vir fortis videretur. Aliàs tamen, *εἰπαρέειται* latinè quod dicerè, cùm haud habet em, Illusionem non speciem solam, vt nunc, sed vniuersum genus appellare ausus sum. cui placebit, admittet: aut meliorem dabit. An verò, quod aliqui sensisse visi sunt, Simulatio dici possit? Quippe Socrates, qui *εἰπαρὸν* dictus est, simulat vbique sese imperitum. ac fuit tempus cùm sub præceptoribus non putarem *εἰπαρέειται* esse simulationem. Sinon enim oratione ficta, atque simulata vitur. Nulla tamen Ironia ibi. Impræsentia tamen aliter videtur mihi. Nânque Sinonis oratio tota est in eo ductu, quam Fictionè ac Fallaciam appellabimus. Drances verò cùm metum simulat oratione, pectore fiduciam tegit: figura vitur. Quæ neque Ironia est tota, neque ab illa procul. Atque in quibusdam verbis aperta. veluti cùm supplicem se proficitur. In aliis paulò pudentius tegitur. An verò differt simulatio à dissimulatione ita, vt vnum esse nequeant? nam dissimulamus quod est. Id quod penitus Ironiam vocamus: simulamus quod non est. Quoniam igitur modo, hæc quoque erit Ironia. videntur enim contraria. sicut contrariæ orationes: est, non est. Dissimulo me esse Germanum. simulo me non esse Germanum. sanè dux naturæ sunt diuersæ, sicut manifestum est. sed non ita tamen vt vtriusque originem negemus esse vnã. nam in dissimulatione est negatio rei quæ est. in simulatione affirmatio rei quæ non est: itaque idem erit modus, si dicã, bonū virum Catilinam: & non bonum Aristidem.

IRRISIO, Sarcasmi species.

CAPVT LXXXVI.

ORitur igitur ex hisce Irrisio, quam ferè comitatur Translatio criminis ea, quam nos Oppressionem p appellare

*Dis. mu-
Licio.
simulatio.*

appellare soliti sumus. Cùm certissimæ dignitatis atque integritatis viris attribuimus falsò crimē, quod publicè ac sine dubio agnoscitur in aduersario: *Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?* Duce enim Venere, atque aucthore aggressus est Paris adulterium committere. Haud ab similibus est ea, quam veteres Sarcasmon vocarunt: *Isthic nunc metuende iace. Metuendum* vocauit, & non multò diuersum *quam bello Troi. ne petisti Italiam metire iacens*, quia terram non enimus, nisi prius metiamur. Est enim Sarcasmos, hostilis irrisio super mortuo: inter Elogia quidè enumeranda, si spectes accommodationem. Sin autem vim ipsam consideres orationis, frequentius ad Ironiam accedit, sine qua etiam sæpe fit, vt à Mezentio, *Nunc morere: ast de me Diuim pater atque hominum Rex Viderit.* Non est igitur verum, quod aiunt Grammatici, Sarcasmos esse Ironiam. non enim semper. Nominis autem Etymologia aliter vexauit literatores. Nonnulli qui cum risu amaro orationem definiuere, aiunt à labiorum deductione quæ in risu carnis illius motus est, Sarcasmos dictum. *παρὰ τὸ σαρρύνει τὰς σάρκας.* quo nihil mihi videtur *χαμμηκώτερον*, id est ineptius. quinetiam *σάρκας* ab Æolensibus dici *σάρκας*: propterea quòd detracta cute, *ἄποστυρῶν δέρματος*, caro extet. sanè eruditionem non contempnimus: rem negamus ipsam. Nos in Originibus ita commentifumus. Carnis vocabulum vix, & rarò in viuente nisi apud Philosophos. at vulgus cadaueris carnè dicebat, quæ iam careret vita. Itaque Carnifex is à Latinis dictus est, qui carnem facit ex viuente. Igitur cùm Sarcasmos non nisi in hostem victum legatur, eumque vel iam mortuum, vel mox certò moriturum, ab ea causa nomen accepisse crediderim. Post cædem frequentior: ante cædem ibi à Camilla:

*Vane Ligur, frustra que animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti perfidus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. & ab Ænea ad Lausum,*

Quò moriture ruis? Fallit te incautum pietas tua.
& ab Opi: *Cur diuersus abis? huc dirige gressum:
Huc periture rui: addit Ironiam, capias vt digna Camille
Præmia. Inde indignatio cum contemptu: tunc etiam telis
moriere Diane? cum ira,*

Caro.

Carnifex:

-tūne hinc spoliis indute meorum Eripiare mibi? cum risu sine Ironia, *Sed quem subridens mista Mezentius ira: Nunc more-re sine risu & Ironia Ascanius;* pertinet enim ad eius ætatem, atque nobilitatem simplicitas: *J, verbis virtutem illude superbis:*

Bis capti Phryges hac Rutulis responsa remittunt. Cum irrisione, *Morre: et fratrem ne deserere frater.* Sarcasmos temperatus à viro magnanimo: *Aeneæ magni dextra cadis.* Irrisio cum insultatione à scœmina: *Sylvius te Tyrrhene feras agitare putasti.* Quippe ipsa quoque venatrix, obicit propter animi impotentiam. tale muliebri ingenium est. Alia insolentia aggrauat: *Aducnit qui vestra dies muliebrilus armis Verba redargueret.* Adiungit iactantiam: *-nomen tamen haud leue patrum Manibus hoc referes, telo cecidisse Camille.*

VEXATIO. CAPVT LXXXVII.

Sarcasmi modus quidem potius, quàm species *δραγμα*: quam nos Vexationem interpretati sumus. Per omnia Sarcasmo similis est, sed extra eadem. Eludit, irridet, obicit, insultat, omnia facit vt eleuet aduersarii autoritatẽ. Turnus ad Drancem:

*Larga quidem semper Drance tibi copia fandi
Tunc, cum bella manus poscunt patribusque vocatis
Primus ades, sed non replenda est curia verbis:
Quæ tuto tibi magna volant: dum distinet hostem
Agger murorum: nec inundant sanguine fossæ..*

Cum factò opus est, loqueris: in Curia, non in campo. *Poscunt res manus:* tu lingua abuteris. Curia defendenda, non replenda verbis. *tuto,* vt confidentem dicat. *magna,* vt tumidum, gloriosum. *volant,* incòsultò, sine meditatione. *Agger hostem distinet,* non tu.

APOLOGIA. CAPVT LXXXVIII.

EX his patet non rectè sensisse Quintilianum: cum Simulationem putauit *κρυψα*, Dissimulationem *τροπον*. Neque enim verba quicquam efficiunt aut sono, aut situ, aut numero, sed significatione, -scilicet *is superis labor est.* Nam figura manebit, etiam si dicas, *Hic est decorum labor.*

Et

Et exempla quæ de Cicerone sumit in Catilinam, contra eum faciunt. Vbi enim Metellum vocat virum optimum: in sensu vis est, non in verbis mutatio ab usu communi. Si igitur non est mutatio verborum, non est in verbis figura. Quemadmodum ne illi quidem audiendi, qui Ironiæ speciem putarunt Allegoriam. nam quo conuenirent, atque diffiderent, suprâ diximus. Sed pro Ironiæ specie accipienda est ea, quam Græci vocant Apologiam. non illa de qua suprâ diximus, quamque appellauimus Refutationem: sed hæc quam cum Translationis vi oppressiorem vocabamus. Et cum Interrogatione vrget acrius: *Meduce Dardanius Spartam expugnavit adulter?* nec sublata interrogacione mutatur.

APOPHASIS. CAPVT LXXXIX.

Cuius naturam maximè Apophasis æmulatur. Nam ad interrogacionem illam responsio est: Non. In negacione igitur posita est hæc: quasi si Venus suasura Paridi adulterium dixisset: non suadebo tibi, vt pulcherrimæ fœminæ dominus sis. est autem eadem quæ Occupatiõ, aut cum ea mista, aut ab ea orta aut eius parens: etenim non dicèdo dicimus. sic Dido: *Neque te teneo, neque dicta refello.*

ANTIPHRASIS, ANTIPHASIS
CAPVT XC.

Antiphasis est forma deducendæ vocis, sicut & Analogia. nânque Etymologia est vocis ratio. i, vis qua vox à voce generatur. Fit igitur aut à recta, aut à contraria. à recta, veluti quum locum *παρα τὸν λόγον* dicimus: quia proportio est inter locum & locatum. λόγος infidiæ dicuntur, quia veteres Græci locum prisca, & abolita voce sic *Loquor* appellabant. Loquor non à loco, vt ait Varro, sed *παρα τὸν λόγον* vnde. Quare? quia proportio est inter mediam & tenuem mutam. Locus autem cum sermone nullam habet affinitatem proportionis, quam Analogiam Græci vocant. Deducita volunt Grammatici quædam à contrario, *Libitina* vt libitinam quæ nemini libeat. Quidam irridere vsi sunt hoc consiliū Grâmaticorū. Nos tamen neque probamus rationes quibus ad id sentiendū adducti sunt. quippe Lucū *Lucus.*

Bellum. aiunt, quòd non luceat: nos quia sacrificio rum frequen-
tia luceat. Bellum, quod minimè sit bellum. nos, quia fuit
initio Duellum à duobus. nam licet multi sint milites: duæ
tamen partes sunt. & inter duos tantum primum bellum
fuit. Ac quemadmodum *dis*, bis. duonú, donum, bonum:
Duellum. sic duellum bellum. Parca, quòd nemini parcant. Nos
quia parcant. vna enim tantum dicitur filum incidere,
Parca. duæ verò, altera vitam dare, altera vitæ tractum conti-
nuare. A pluribus igitur fit nominatio. quin illa quoq. par-
cit: sustinet enim aliarum opus, quoad fatorum iussibus
pareat. neque Libitinam primum dictam suspicor, sed
Labinam, quæ omnes mortales caperet tandem. i
qua origine alia quoque Labor, Labrum. Vespilloncs
autem rem duram ex officio suo meliore vocabulo fe-
cisse molliorè. Hæc igitur, in quibus dissentio. Antiphra-
sim autem veram esse fateri cogimur, ex cognomento
Furia. Furiarum. quas Græci Erinnyas cum appellassent pri-
mum, postea bene ominata voce *Ἐρινύες* nominare
maluerunt. Ita habes eorum quoque errores, qui bellum
à belluis ducebant: imò bellux à bello, cum bestia prius
dicrentur. Qui parcas à partu. vna enim parca esset non
tres. Qui lucum à luce numinis. sanè arcessitum nimis.
Qui montem à monendo, non à mouendo: quemadmo-
dum illi, quibus contradicunt, sentiebant, quid enim
Mons unde moneat mons? sed à manendo *μάνω ἄρχω, μίμωνα*, unde
μῶνος, qui solus mansisset, neque abiisset. Hæc est Anti-
phrasis in voce vna, non figura in oratione. Proinde qui-
bus de causis Rhetores recentiores apud Quintil. qui
Antiphrasin figuram inter Ironias enumeraret, hoc ge-
nus Antiphrasis quæ facit verbi priui deductionem,
adduxerint in suos Cómentarios, sanè nescio. Antiphra-
sis igitur figura est, quæ ad eò meretur cum Ironia con-
iungi, vt eius quasi norma, aut anima sit. Ac si nomen i-
psum consideres, longè prior quàm Ironia esse videatur.
Quemadmodum enim *ἀπράσις* erat negatio quædam
cum permissione: vt, *neque te teneo, neque dicta refello*: sic
Antiphrasis cum expressione affirmationis, aut imperii:
I, sequere Italiam ventis, &, *Infere nunc Melibæe pyros*. Ac
sicuti erat in apologia Occupatio, qua crimen aduerfa-
rii nobis ipsis attribueremus: Ita è contrario in Antiphra-
si, cum lances nostras ascribimus aduersario. qualis in
oratione

oratione Turni aduersus Drancem: *-quando tot Stragis a-
ceruos Teucrorum tua dextra dedit.* In vtraque est occulta
Collatio. Nonnunquam manifesta est magna cum ele-
uatione ac despectione, *scilicet is superis labor est.* Nec for-
tasse absurdum fuerit, si Antiphrasin dicas: consistit enim
in Affirmatione. sicut *ἀντιφρασις* in negatione. nam sanè
ἀντιφρασις esse etiam quit in negatione. Itaque si vim vocis
propius contemplare, Antiphrasis significat contrariam
locutionem, quod non tam distinguit hanc ab aliis figu-
ram, quàm ostendit esse omnium istarum genus. *ἀν-
τιφρασις* autem non nisi species hæc affirmatiua esse
potest.

Huiusce figuræ modos tres docet Quintilianus. V-
num appellat Confessionem: vt pro Ligario, Habes i-
gitur Tubero, &c. Hoc tamen verum non est. Nihil e-
nim simulat ibi Cicero, sed vera narrat. Tubero e-
nim in Africa fuerat contra Cæsarem. neque sentit con-
trarium Cicero. Est enim maximè optandæ accusatori cri-
minis confessio. Alterum genus, Concessionem vocat.
Virgarum metum Nauarchus precio redemit. huma-
num est. Hic est manifestissima Ironia: inhumanum e-
nim est. Tertium nominat Consensionem. Cùm crimen
aduersarii laudamus, vt grauius premamus. Is modus
est illi contrarius, quem dicebamus per Eleuationem.
Nam hic est per Exaggerationem. Totus ille locus de-
cimi Æneid. pro exemplo sit, si sine interrogatione lega-
tur. *-num linquere castra Hortati sumus? aut vitam cõmittere
ventis.* Facit enim Venerè authorè tametsi de se loquitur.

Est præter figurá modus quidam orationis, de quo su-
prà dictum est ex Demetrio Phalereni, quoties suade-
mus aliquid ita, vt dissuassionis finem consequamur. Aut
ita laudamus, vt velimus vituperari. Talis oratio Iuno-
nis ad Venerem. suadet enim Veneri Æneæ commoda in
Africa, vt ab Italiæ commodis maximè auertat. Quod
Poeta interpretatus est *-simulata mente loquuntam, Quo re-
gnum Italiae Lybias auerteret oras.* Hæc, vt dixi, figurá non
est, sed id, quod ex recentioribus toties orationis du-
ctum appellauimus. Quem Trapezuntius agnoscit in
procemio M. T. pro Ligario: tametsi à Fabio pro figu-
ra Ironia designatur. Trapezuntium recentiores cum

reprehendere voluerunt: nihil aliud argumenti afferre curarunt, nisi illud: Græcus homo Latinæ linguæ elegantiam non apprehendit. rectè sanè iudiciū peracutum. At causa statuenda est, qua illius correctio corrigatur. Quæ profectò fuerit hæc. Orationis ductus simulatus est cum dicimus quod est, sed ad contrariū finē trahimus: vt vna dicebat Iuno, sed vt auerteret. Ironia verò est oratio falsa: atque ita falsa, vt ab omnibus pro falsa accipiatur. ergo est Ironia in illo Procæmio, Nouū crimen C. Cæsaris, atque ante hunc diē inauditum. nam & vetus erat, & quot idie iactatum: penè infinitos contra Cæsarem in acie stetitisse.

INTERPELLATIO, REMINISCENTIA, Memoratio, Admonitio.

CAPVT XCI.

Sui ipsius Interpellatio pertinet ad dissimulationem: vt Silla, *quis fuit alter Descripsit radio totum qui gentibus orbem?* Fortasse pastor nesciebat. quare non ex illius, sed ex Poetæ persona erit dissimulatio. cui persimilis est *αιδμαμωνος*, quam Memoratiōem malo dicere, quàm Reminiscentiā. Est enim Memoratio, quum aut petimus ab aduocato vel à reo quippiam, quod nihilominus est notum nobis. sed iccirco facimus, vt videamur imparatiores. Qua ex simplicitate ficta exuamus Iudici suspitionem doli aut vaftricæ. Fit etiam sine interrogatione nostra, quum instructus aliquis nostrū suggerit. ita habes exemplū huius posterioris, Bene mones. Prioris verò multa, eaque vulgata: Poetæ non nisi in Dramatibus necessaria: vt in Hecyra, *Noli fodere latus. Iussi.* Reminiscentiā verò est, quum per ambages similes deducimur in memoriā rei quæ nobis exciderat. Talis apud Plautinum sycophantā in reminiscendo Charmidæ nomine, in ea fabula quam Trinummum inscripsit. Nec absimilis Memoratiōni Admonitio, vel sui, vel Iudicis, vel Aduersarii. quæ in Dramatibus solis ponitur à Poetis: quum id quod sciunt, quasi nesciant, studiosè representamus. sic Dauos illudentes senibus introducemus. talis Syrus in Adelpis.

QVI ET IDEA.
ERRORIS INDVCTIO.

363

CAPVT XCII.

ERroris inductionem inter figuras posuit M. Tullius, neque est interpretatus. ergo ne apud alios quid em inueni. Videtur autem spectare ad Ironiam: quasi fingamus nos ad id vsque temporis hoc latuisse. Id quod & in figuræ ratione, & in ductu orationis potest consistere: vt quum fatorum sese ignaram fingit Venus, deceptamque opinione suasisse Æneæ vt peteret Italiam. Errasse hoc apud Iouem operata oratione profitetur.

QVÆ NON SVNT FIGVRÆ,

Ad hilaritatem impulsio, Conciliatio.

CAPVT XCIII.

Est inter figuras commemorata à Rhetoribus, Ad hilaritatem impulsio. id quod equidè reor potius figuris iocosis fieri, quàm esse figurá. Quippe existimo ductum orationis, sicut & impulsio ad iram & indignationem. Neque ioci, quã ioci sunt, videntur figuræ mihi. Sane idem iocus aut simpliciter enuntiatur, aut figuris pingitur. quippe figuratus ille ex Allegoria, A sacerdote malefactum, qui Verrem non interfecisset.

Qua ratione videatur ne Cõciliatio quidè inter figuras enumeranda: figurari posse tamen. Etenim M. Aquilius quum laudat Cicero, ac primum nominat, figuratè facit. verùm medulla Conciliationis, nulla figura est. Profectò si esset figura, semper esset: nuda tamen plerumque videtur. veluti si dicam, O Cæsar, tuus me pater moriens testamento commendauit tibi. simplex est: figuratè sic, Quis tibi magis hæreat in memoria, quàm fortissimus pater tuus? quid eius facta ac dicta? At enim uerò quid viuens de me fieri voluit, quum etiam mortuus loquitur in testamento, quo me apud te esse voluit in prima commendatione. ecquid hoc tibi excidit, qui nihil nisi iniurias soles obliuisci? Est Conciliatio igitur cum figura, non autem ipsa figura.

PVRGATIO, SENTENTIA.

CAPVT XCIIII.

Purgatio quoque à veteribus inter figuras numerata, à nobis videtur esse constitutionis pars aut modus: id

quod etiam de *Metaſtaſi* dicebamus. Etenim ſi dicam, Non feci, non hoc, non ſic, non tunc : coactus, neſciens, quænam hæc tandem figura fuerit ? qua ratione Sētentia debet à figuris excludi. nihil fanè figuræ ſit, ſi dicam, *Mori miſerum non eſt*. Figuram tamen admittit, ſicut & cæteræ ſpecies orationum: puta, per interrogationem, *Vſque ad eōne mori miſerum eſt?* hoc quoque contra veterum opinionem.

E P I L O G V S.

CAPVT XCV.

Multæ alię fortasſe aut ſunt aut eſſe exiſtimātur figurę præter has, quæ hic poſſe deſiderari videātur. Verùm ſi ita cōtigerit vt à nobis poſitæ nō ſint, id adeo propterea factū iudicetur, quod aut Poetis inutiles, aut eadem cū hiſce noſtris exiſtant. Quod autē figurarum genera, definitiones, præcepta, exempla deſcribere aggreſſi ſimus, quæ à nonnullis putabantur ex Oratorū libris peti debere, multæ magnæque cauſæ interceſſerunt. Principiò non omnes figuræ oratoriæ ſunt: quædã enim ſolis ſunt Poetis peculiare, vt *Proleptiſis* ſpecies illa, *Portuſque require Velinoſ*. & *Suſpenſio* ex narrationum intermiſſione, & aliæ, quę quum ſint iis affines quibus vtuntur Oratores, neceſſe nobis fuit illas quoque attingere. Deinde Poeti quæ eſſent adhibendæ, & vtendæ item ex Poetis erant: vt ea ſimilitudine faciliò eſſet aditus ad inuentionem. Præterea qui eas tractauere, non omnes perfequuti ſunt. Quidam nominibus tantum poſitis, rem non docuere. Definitiones atque naturas earum multi peruerſo iudicio deprauarunt. denique confuſas illi, atque omnes quidem, indigeſtãſque diſſipauere. Nos primi, quemadmodum alia multa, non ſine magno diſcrimine iudicii ad certa capita reduximus.

PRÆCEPTA IN VNOQVOQUE
genere Poematum. Heroica.

CAPVT XCVI.

Dicebamus ſuprà, omni in re vnum quippiam eſſe rectū ac primū: quod aliorū norma ſit, iſta vt ad id cætera omnia referantur. Tota igitur in Poeti, Epica ratio illa, qua Heroū genus, vita, geſta deſcribuntur, princeps eſſe videtur: ad cuius rationē reliquę Poefeos partes dirigātur. Quæ partes propterea quod variæ, vt in primo libro

libro indicauimus, existant: ita superiora præcepta vniuersalia ex Epica maiestate mutuabimur, vt secundum cuiusque aliarum idearum naturas, aptentur argumenta rerum. Post igitur communes leges, priuilegia specierum instituamus, ab ipsis Heroicis sumto initio. Inuentis ergo rebus & personis, quas temporibus locisque accommodes, è quibus euenta deducas: reliqua est dispositio, cuius ratio sanè peruulgata est. Nequaquam ab ouo, vt monet Horatius, incipiendum. hoc primum præceptum esto. Id est sumèdum principium ab illustri re, eaque tum cognata tum proxima. Quod à Lucano obseruatum fuit: qui bellum ciuile scripturus, statim apponit Cæsarem ad Rubiconis transitum: vnde hostis à Senatu iudicatus, bellum facere coactus fuerit. Altera lex: Non recto tramite ducendam narrationem, ne tædium pariat. Res enim eadem sæpe iteranda, sæpe etiam inculcanda est necessariò. id quod communibus præceptionibus, quæ supra positæ sunt, maximè aduersatur. Hoc ipsum igitur quod pro principio sumes, ne statuas in principio. ita enim auditoris animus est suspensus: quærit enim quod nondum extat. Ea sanè vel vnica vel præcipua virtus, auditorem quasi captiuum detinere. Quare summus Poeta ad eum modum digessit, vt Æneæ narrationis finis, fuerit operis initium,

Hinc me digressum vestris deus appulit oris.

Reliquus tractus æquabilis, sed interruptus rerum nouitate: quæ tamen aut partes sint argumenti, aut ad ipsum pertineant. Inserta enim historia de Camilla eò spectat, vt eius mors Aruntis luatur morte. Quo item loco non obseruata à Criticis varietas admirabilis est. nânque in catalogo, quum multorum patriam, parentes, genus, ne talia scripssisset, pauca de celeritate Camillæ aspersit: cuius integram vitam ex narratione Dianæ declaraturus esset, pari sanè cum priori lege ratione. Hanc disponendi rationem splendidissimam habes in Æthiopica historia Heliodori. Quem librum epico Poetæ censeo accuratissimè legendum, ac quasi pro optimo exemplari sibi proponendum. Diuides autem vniuersum librum in libellos, naturæ imitatione: quæ partium partes facit, quibus confiat totius corporis constitutio. Verùm quod nemo præter diuinum Maronem seruaui,

*Æthiopi-
ca Heliode
r.*

ita certas coniciias in materias : vt libri ipsi illos sibi terminos quæsisse videantur. Id quod in Æneide si contempleris, faciliè inuenias. Non in Georgicis res ipsæ sanè vel imprudentem coegissent. Totum verò argumentum petitur è vita ciuili, Partes tamen potiores inter personas dantur Regibus atque Heroibus. Dii miscentur, vt suprà docuimus. Inter negotia, præliis agitur. Cætera attextuntur ad varietatem. Ambitiosè igitur fecisse videtur Salustius quibusdam, quòd Poetarum more quum dicere orsus esset de Catilina, omiſſa ea narratione, repetit historiam ab ipsis vltimis Romæ rudimentis. Nos virum suo in genere præstantem atque incomparabilem, cum rectè tum necessariò fecisse iudicamus : vt ostenderet corruptam ciuitatem, cuius & pars esset Catilina nequam ipse, & participes habere posset multos sceleris ac nequitie suæ. Neque Musæus in Leandri historia lepidissima damnandus est, quòd eiusmodi legem non seruauit. Est enim illa quasi Tragedia, vt rei & principium & finis suo vtrunque loco rectè sit.

*Sallustii
Catilina.*

*Musæi
Leander.*

TRAGŒDIA, COMŒDIA,

Mimus.

CAPVT XC VII.

TRagedia, quanquam huic Epicæ similis est, eò tamen differt, quòd rarò admittit personas viliores: cuiusmodi sunt nuncii, mercatores, nautæ, & eiusmodi. Contrà, in Comædia nunquã Reges, nisi in paucis: quæadmodum iussit Plautus in Amphitryone. de palliatis loquor: nã Togatarû & Trabeatarû dignitates pro suo arbitrio Romani confinxere. Satyrarum personæ ludicræ, bibaces, iocosæ, hilares, dicaces. Mimi, fullones, calcearii, lanii, factores, salsamentarii, olitores, quos ne vetus quidè Comædia excludit. Neque enim longè à Mimi idea abest Comædiæ veteris argumentum. Actuum tantum diuisione, & Chori interpositione auctior. Tragediæ ac Comædiæ idem modus repræsentandi: sed diuersæ res & ordo. Res Tragicæ grandes, atroces, iussa Regum, cædes, desperationes, suspendia, exilia, orbitates, parricidia incestus, incendia, pugnæ, occæcationes, fletus, vlulatus, cõquestiones, funera, epitaphia, epicedia. In Comædia, lusus, comestationes, nuptiæ, repotia, seruorum, astus, ebrietates, senes decepti, emuncti argento. Satyrarum

tyrarum materia, saltationes, contiuia, potationes, dicitates. Mimorū mercaturæ plebeia, ignobiles, doli, astus rustici, productiones, lenocinia, ioci, lusus, imposturæ. Tam exitus quàm initium Satyrarū, procaces, instabiles, incerti, varii, non cohærentes. Mimorū abrupti: adeò vt persona vna abeunte, cæteræ discedant re plerunque infecta. Fugæ, infectationes, ignauia, væcordiæ. Parodiæ, quibus seria imitantur, imitando subuertunt. sententiæ inexpectatæ. Exempli gratia, Iururādū si violandum est, bibendi causa: cæteris rebus *meiv* colas. Ex Euripide, cuius verba Cicero: Regnandi causa. & pietatem colas. Allusit enim simul & subuertit ex pietate *meiv*. Tragedia verò tota grauis, ea sanè quæ vera Tragedia est. nā quædam fuerunt Satyricæ, in quibus præter quarundam personarum grauitatem, parum differunt à Comædiis: qualis est Cyclops Euripidæ. tota enim vinum est, tota ioci. exitus tam lætus, vt omnes Vlyssis socii liberentur: solus Cyclops oculum amittat. Neque ab similes Mimorum exitus: quippe tota Scena Vlyssis abitu deserta fuit: solus Gigas cum saxo relictus. nam & Comædiæ multæ infelices quibusdam fines habent. sic Miles Plauti, & Asinaria, & Persa, & alia. nec minus lætæ Tragediæ non pauca. In Electra enim præter Ægisthi cædem lætitia multis apud Euripidem. In Ione felix exitus, & in Helena. Æschyli quoque Eumenides, res quidem continet Tragicas: quippe cædes ac furias. ordo tamen Comædiæ similior. Initia læta *φύλακι*: Clytemnestræ turbida, ob mariti aduentum. inde cædes. læta Electra & Orestes. finis omnibus lætus, Apollini, Orestæ, populo, Palladi, Eumenidibus. vt nequaquam sit quod hæctenus professi sunt, Tragediæ proprium, exitus infelix: modò intus sint res atroces. Quum igitur ex historiis argumenta petant, curandum est ne multum ab ea deflectantur. Ac priscis nequaquam ea cura fuit. Æschylus enim Prometheū affixit rupi ex historia Græca, fulmine tamen abruptū fingit, vt ex hoc perficeret Tragediā. Nihil enim durum in fine esset: sed in principio tantum, vbi affigitur Caucaso. Tradunt tamen ab Hercule aquilam depulsam, alii etiā interfectā sagittis: eumque ab Ioue solutum, pro eo quod monuisset ne cum Thetide concumberet. Fore nāque vt pareret illa patre puerum præstantiorem.

Etiam Euripides de Helena ea finxit, quæ vulgatæ historiæ maximè aduersentur. Obiigerunt autem Euripidæ, quòd scelestas atque impuras fœminas adduxerit in Scenam. Quid enim fœdius Phædra, & Iocasta, & Canaccæ, & Pasiphææ? quarum turpitudine populus fieret deterior. Ille contrà, ab sese non fictas: sed quales quales fuerint, ostendisse. quin historias ipsas quoque abolendas esse, si nequitia nullæ sint audiendæ: qua de causa etiam Comœdiæ in precio sint, quarum cognitione damnentur vitia quæ in eis recitantur: præsertim quum impurarum mulierum vitam mors infelix sit sequuta. Quum autem sententiarum duo sint modi, vtrisque tota Tragœdia est fulcienda. sunt enim quasi columnæ, aut pilæ quædam vniuersæ fabricæ illius. Sanè sententia simplex ac præcisa est, vt illa, Mors bonos beat. Alterum verò genus pictum ac fustum: veluti sic eandem si dicas, Nolite existimare bonos interire, quorum animus per se immortalis, ad eas sedes vnde profectus fuerat, euolat ex his miseris. Minus etiam apertè in persona: veluti quum loquitur Socrates in Apologia, & in Phædone. Res autem ipsæ ita deducendæ disponendæque sunt, vt quam proximè accedant ad veritatem. neque enim eo tantùm spectandum est, vt spectatores vel admirentur vel percillantur: id quod Æschylum factitasse aiunt Critici: sed & docendi & mouendi, & delectandi. Delectamur autem vel iocis, quod est Comœdiæ: vel rebus seriis, si vero sint propiores. nam mendacia maxima pars hominum odit. Itaque nec prælia illa, aut oppugnationes, quæ ad Thebas duabus horis conficiuntur, placent mihi. nec prudentis Poetæ est, efficere vt Delphis Athenas, aut Athenis Thebas, momento temporis quispiam proficiscatur. Sic apud Æschylum interficitur Agamemnon, ac repentè tumulatur: adeoque citò, vix vt actor respirandi tempus habeat. Neque probatur illud, si Licham in mare iaciat Hercules. non enim sine veritatis flagitio repræsentati potest. Argumentum ergo breuissimum accipiendum est: idque maximè varium multiplexque faciendû. Exempli gratia, Hecuba in Thracia, prohibente reditum Achille. Polydorus iâ interfectus est. Cædes Polyxenæ. Exoculatio Polymestoris. Quoniam verò mortui quidam non

Sententiarum duo modi.

possunt

possunt introduci, eorum phasmata, siue idola, siue spectra subueniunt: vt Polydori, vt Darii apud Æschylum, quod & suprâ dicebamus. Sic Ceyx apud Ouidium apparet Halcyone. Ex qua fabula si Tragœdiam contexes: neutiquam à digressu Ceycis incipito. Quum enim Scenicum negotium totum sex octôue horis peragatur, haud verisimile est, & ortam tempestatem, & obrutam nauem eo in maris tractu, vnde terrę conspectus nullus. Primus actus esto conquestio. hinc Chorus detestans nauigationes. Secundus actus, Sacerdos cum votis, colloquens cum Halcyone & nutrice: aræ ignis, piæ sententię. hinc Chorus vota approbans. Tertius actus, Nuncius de orta tempestate cum rumoribus. hinc Chorus, exempla adducens naufragiorum: multa apostrophe ad Neptunum. Quartus actus, turbulentus, vera iam fama: Naufragia ex nautis, mercatoribus. hinc Chorus rem, quasi defunctum sit, deplorans. Quintus actus, Halcyone anxia mare spectans, cadauer procul videt. hinc mutatio vtriusque, quum ipsa sibi manus consciscere vellet. Quę exempli gratia pro formula posita, augebis aliis personis. Illud verò maximè inspiciendum est: Cuiusmodi vtaris inscriptione. nânque ab eo facto, aut ab ea persona, quæ est celeberrima dignitate & infelicitate, aut quæ plurimùm versatur in toto argumento, titulus est imponendus. Quare Hecuba dicitur illa Euripidæ, quia ab initio ad calcem vbique est. Verùm quum Tragœdiæ sit infelix exitus, & Tragœdia sit Hecuba, oportuit Hecubam in fine quàm in principio mœstioiorem. Id autem nequaquam fit: vltione enim paulò minus triftis. Non igitur rectè Troas inscribitur apud Senecam. Nihil enim de Troia. sic neque à Choris bene inscribuntur. Quid enim Phœnissæ in tanta clade Thebanorum? præsertim tam longè repetita appellatione. Iam enim Thebanae erant, non Phœnissæ. Sic neque Trachiniæ. quid enim à mulieribus rogas Hercules? nam Trachiniarum malus casus nullus. Melius igitur Euripides quàm Sophocles, Hercules Oetæus. Melius quàm Euripides Æschylus, *in la vni d'Alcay.* sed neque Æschylus rectè Eumenides: nihil enim patiùtur. melius Euripides, Orestes. vt videatur certatim eidem argumento alia indidisse nomina. Ceterùm omnes artes rudiores

*Inscriptio
& titulus
quales.*

primùm, tractu deinde temporis excoluntur. Quare primùm Thespin egisse puto simplicissimè. Laertius ait solo Choro primùm actas Tragœdias. Post Thespin Phrynichus, cuius personas *μῶρῶς* vocat Aristophanes. Post hunc Æschylus tumorem addidit : sed argumenta minimè varia. nihil aut parum aut rarò noui. vnus modus, tenor, tractus. At ea Tragœdia quæ spectatorem explere ac saturum dimittere potest, vnum aut plures euentus habeat. *περιπέτειας* vocat Aristoteles. ex positæ sunt in fortuna aut hominũ consiliis. Ita sæpe ignotæ vel personæ vel loca agnoscuntur fortuitò, aut signis, aut ominibus, vt fatale crustum Virgilii, aut oraculis. Itaque totum corpus fatale dicitur ab eo *σύρασις*: Turbatio negotiorum, *ἀέτης*: multa enim connectuntur. Exitus, *λύσις*. Articulus ille quo coniungitur vtrunque *παράστασις*. Est autem euentus aut infelix, aut cum infortunio coniunctus. Malorum lætitia in luctum. Bonorum mœror in lætitiã, sed cum periculo aut damno exilii, iudicii, cædis, vltionis.

Chori quoque ratione ac modum si animaduertas, facile deprehendes non in quinque, vt nunc, actus diuisas fuisse fabulas. Siquidem verum est quod aiunt, inter actus Choros insertos pro tibicine : quemadmodum in primo libro satis demonstratum est. Sanè in Æschyli Prometheo Chorus bis terte inferi videtur. nisi Iò & Oceanum pro Choro quoque accipias. Quãobrem quinquies ibi Chorus adduceretur, sicut in Agamemnone eiusdem, & in Hecuba Euripidæ, & in Sophoclis Philoctete, Electra, Oedipo, in Colono, & in Senecæ Oedipo. Igitur si quinque sunt Chori, sex erunt partes. suam enim quisque sequitur. & post quintum adhuc sexta pars in ipsa Catastrophe. Non enim numeratur pro iusto Choro is qui fabulam claudit, qui semper apud Græcos, apud Senecam semel: sicut ille in tota Thebaide nullũ: in aliis sex fabulis quater tantũ, vt verè in iis sint actus quinque. Is autem quo clauditur fabula, semper quasi iudex ostendit quid factũ sit, cum sententia. In Sophoclis Philocteta suavis admodũ, ac potius Comœdiæ feruiens. totus enim exhortatorius est ad abitionem. Sophocles in Trachiniis sex posuit Choros, in Aiace quatuor tantũ iusti sunt. Euripides verò in Hippolyto coronato,

ronato, Choros octo videtur adduxisse, atque eos aded inæquales, vt primus ex nouem versiculis, secundus ex octo, tertius ex multis, cum Phædræ oratione mistis: quartus ex multis sine interpellatione: quintus paucis: sextus multis: septimus non multis: octauus multis. Totidem in Alcesti, neque valde ab illis dissimilibus. In Iphigenia in Tauris, sex manifesti. In Troadibus haud facile distingues. Est autem modus Choris apponendus. Primus Chorus Iphigeniæ in Aulide plus centum quinquaginta versibus constat. In Æschyli Agamemnone supra ducentos legas. Neque id negligendum, vt Chori materia semper ducatur ex idea argumenti vel totius fabulæ, vel præsentis fortunæ, loci, personæ, & eiusmodi, id quod optimè ab Euripide seruatum, à Sophocle neglectum est. Non semper canit Chorus: sed omnes interdum loquuntur, aliquando vnus. Videmus ergo & Iambicis loqui, & inter diuerbia versari. Sicuti contrà, personas colloqui & cum Choro & inter se eo genere versiculorum, quod Choris attribui consuevit. Constare autem potest quouis carminum genere. Sophocles anapæsticorum obseruantior. In iis enim quæ extant, rariorem trochaicum inuenias, vt in Oedipo tyranno, quibus claudit fabulam. quibus crebrius vtitur & Euripides & Æschylus. Vfus Chori præter eum quem dicebamus, ille quoque est: vt post longam cuiuspiam orationem, bini Iambici ab eo apponantur. In fabulæ fine frequentius anapæstici tetrametri acatalectici, quorum vltimus trimeter hypercatalecticus magna ex parte. non enim semper: vt in Iphigenia in Aulide. In fine tamen Ionis trochaici sunt. Festius ille profectò, qui multas suas clausit eadem sententia iisdem versiculis,

Τῶν δ' ἀδωάτων πύργῳ εὐρεῖ θεός,

Τοῖονδ' ἀπέβη τόδε ἀράσμα.

Quippe Alcestin, Andromachen, Bacchas, Helenam. Erat autem multiplex officium Chori. Interdum consolatur: aliquando luget simul: reprehendit, prælagit, admiratur, iudicat, admonet, discit vt doceat, eligit, sperat, dubitat. Denique Chori omnino est ἰσοποισία & πάθος. Negat Aristoteles ἀιτηρόφους habuisse Choros tragicos, quia non in narratione simplici, sed in imitatione versarentur. Itaque etiam leges illas quas

νόμους dicebamus, ab eius sustulit: permisit cantiones. *αε* que hanc ob causam harmonias illas duas admisisse, *τιῶν ἰσοδορεῖσι, καὶ τῶν ἰσοφρυγῖσι*. Quia, inquit, eiusmodi harmoniz non constant, cantionum formulis quæ dicuntur *μέλαν*, quæ potissimum pertinent ad Choros. Sed propterea quòd Chori sint in primis, ut dicebamus, *ἰσμοῖ*, illam quæ vocabatur *φρυγῖσι*, eis maximè competere. ea nãnque actiones aptissimè representari. Abolet etiam ab usu Chori *τιῶν ἰσοδορεῖσι*: quòd hæc, ut suo loco monebamus, magnifica esset ac stataria: quorum neutrum conveniat Choris. Sed præter ceteras eã citharædi sibi vindicarint. Scenicis igitur negotiis aptari hypodorion: quoniam ea interfuit Regum atque Heroum. Phrygium decere personas humiliores: è quibus Chori consent. quæ fuit causa ut eorum animi demitterentur ad lamentabiles conquestiones in canticis, quæ à turbulentis abhorrerent. Contrà Hypophrygion ad Bacchanales commotiones atque percussiones. Quum igitur Chorus sit otiosus curator rerum atque eventorum quæ in fabulis exciperentur (sic enim illius interpretor *κἀδυστῆς ἀφαικτοῦ*) non ei competeat harmonia *αερατικῆ*, qualis hypodorion & hypophrygion, id est negotiosa: siue, ut opici solebant, exitiosa. Chorus nãnque profitetur affectus solos benevolentie erga illos quorum esset affecta. Ipsam enim cantionem, quæ suapte natura mollis sit ac lenis, ne fieremus asperam atque motibus concitatam, cautio fuit.

Quod autem de Prologo scriptum est in primo, nequam pro ea parte recipitur in Tragædiis, quæ est apud Comicos separata: sed pro ea quæ Protasis dicitur, qualis est in Andria Terentiana. Cuius quidè propositionis atque argumenti narrandi studiosum fuisse dicunt Euripidem. Frequens enim apud illum. In Rheseo (si tamen eius Poetæ Rhesus est) nullus Prologus. Hæ rationes igitur ac partes, earumque modi Tragædiis, quas neque, sicuti dicebamus, simplices oportet esse, neque verò monstruosas. cuiusmodi reprehendunt apud Æschylum: qui in scena sedere fecit Achillem, Niobem verò etiam opertam: quorum neutri ullam attribuerit orationem. Id quod eo consilio commentum ferunt æmuli, quo spectatores animi penderent, atque expectarent, quorsum tandem,

aut qualem in orationem eorum erumperet silentium. tum interea staret fabula, etiam si minus placeret. Sed hinc occurreret aliquis, Positam esse in poeseos definitione delectationem. at in Tragœdia mœror, luctus, planctus, miseriar, qui possint oblectare? Quia enim non in lætitia sola iucunditas sita est, sed ex quacunq; disciplinæ adeptione capi potest. Discit autem spectator. quemadmodum picturarum quoque facies horribiles nihil se-
cius spectantur & iuuant.

Comœdiæ autem ratio non vna fuit. quidam enim modo risum captarent, nihil cætera curabant: qualis fortasse fuit Epicharmus. eius enim ad exemplum properare Plautum scribit Horatius. Quod si Apollodorus aut Menander eiusmodi existunt, qualis eorum Terentius imitator: sanè sunt languidiores. vt non temerè scriptum sit, à Philemone Menandrum sæpenumerò populi iudicio superatum. Erant enim Iudices, quorum sententia palma deferrebat victori: quum in ludis publicis plures Poetæ certarent. Ita se declarat Hesiodus vicisse. ita sæpe optat in Parabasi aut Epirrhemate victoriã Aristophanes. cuius Commentarii ea in fabula, quæ Pax inscribitur, aiunt illos *παλοδύχους* appellatos: quos etiam *ἀισομνήτας* alibi diximus in certaminibus. Tametsi verius esse quod alii dicunt, existimo: *παλοδύχους* fuisse magistratum similem Ædilibus, aut Ædilium apparitores: qui darent operam ne quid noui fieret inter spectatores, vtque suo quisque sederet loco. inter quos Oceanum nominat Martialis. Ac veteris quidẽ Comœdiæ argumenta omnia salsa, festiua, mordacia, maledica: vt quocunq; verbo pronuntiato; illico capiatur occasio ad aliquid subsannandum. Quid alii ea in parte valuerint, quia nihil extet, parum constat: quantus fuerit Aristophanes, satis ex eius scriptis patet. Nihil ferè à quoquam dicitur, quod non ad alicuius perniciem accommodetur. Omnia oportet esse aut noua, aut repentina. Quid enim nouum magis, quàm vrbis edificatæ respublica in aère? exitus omnis ad illius aduersus quem scripta est fabula, probum atque vituperationem, aut irrisiõnem. Qui risus ex incendio Phrontisterii in Nubibus? Qualis fortunæ commutatio in iuene & anu à lepidissimo Pluto? Cuiusmodi traductio Cleonis & Lamachi. Quanta

Epichar-
mm.

Menãdis.

expectatio in iudicio Liberi de eligendo tragico Poeta? multi enim ex spectatoribus Euripide, alii Æschylo fauebant. Quæ Poetæ prudentia, ne quem è populo offenderet, apud quem sine controuersia Sophocles plurimi fieret? Sententiæ verò ipsæ ancipites semper, quas, ob risum deinde aliquis in deteriorem vertat partem: aut in meliorem propter admirationem. Dixit Æschylus cum Euripide simul mortuam Tragœdiam: quàm id est ambiguum? potest sanè intelligi post Euripidem nullum relictum tragicum Poetam. at aliter sese habet res. Sciuerat populus Atheniensis, vt solius Æschyli fabulæ post eius mortem referrentur: quare eius poemata etiamnum viuebant. Risus autem frequens etiã ex parodia, quum serium versum deflectunt in ridiculum. Exempli gratia vnum ponam ex Acharnensibus. in armorum iudicio apud Æschylum ille fuit,

Δέσπονα πνυτικόντα υπερίδεν χυρόν.

Ad anguillam à Thetide transtulit Poeta,

Πρὸς βερεχ πνυτικόντα καπαίων κοζάν.

Similis modus vbi Lamachus petit arma à puero: Diceopolis, qui bellica & irrideret propter incommoda, & detestaretur propter atrocitatem: pacemque iccirco & procuraret & suaderet. contrà totidem versibus ac penè verbis petit, instrumenta culinaria. Illud verò festiuissimum, quum detractus è lancea thecam, iubet puero vt altrinsecus teneat, quoad educat ipse. Veru Diceopolis imperat puero vt teneat, quo ipse turdos eximat. Vides enim facti similitudinem ad vnguem: rerum tantam dissimilitudinem, quanta videtur inter curam viuendi & ambitionem moriendi. Cætera per se quisque aut ex illo petat ad imitationem, aut noua inueniat, quæ alii queant imitari. Qualem fabulam scripseramus nos, cui Senio nomen fecimus: in qua Batauo tintinnabulo sonum, sustulimus. tanta rerum nouarum inuentione, vt septem Erasmi non vni potuerit esse satis. Ex hac veteri potissimum Mimi orti sunt. Perpauillum nãque differunt. Omne personarum genus introducere licet. Quatuor etiam in eadem Scena loqui, nulla religio est. Vel animaduertas quum excitat in Ranis Aristophanes cadauer, & facit loqui. Quot personæ subinde in fine Pluti? quot in Auibus? etiam Mercurius ipse. item in aliis.

aliis. Quin non sola Parabasis, aut Epirrhema, aut Antirrhema ad populum verba facit: sed etiam personæ ipsæ in diuerbiis. Quum igitur noua Comœdia castigatior sit, nihilo tamen secius & in Mercatore & in aliis. Plautinæ personæ cum spectatoribus sermonem ferunt; nulla sanè populi offensione: quippe non ad discendam sermonis puritatem eò confluebant, sed ad animum risu ac iocis relaxandum. Quò factum est vt & lectissimam orationem, & artem summam Terentii multorum Connicorum facietis postponerent. Nam qui Terentii stultiosi aduersus Volcatium Sedigitum, eum anteponunt is quos ipse illi prætulisset, non pessimè faciunt, non rectè tamen sentiunt. Quid enim mea si Attilius, vt aiunt e: Ciceronis iudicio, ferrum aut lapides loquatur: sanè pito vnumquenque ipsorum suis temporibus, quod ad loquendi rationem pertinet, satisfecisse: at res putentur ipæ: profectò languidiores erunt Terentianæ. Cur igitur nos pluris hunc quàm Plautum, facimus? Propter ea quòd summum nobis nunc studium est bene loquendi: rerum plurimarum non solùm notitia scientiam, verùm etiam nobis inuentio gloriam attulit. Quamobrem Mquoque Tullius in prima est hodie commendatione Seneca à paucis probatur. Quum tamen pauillura sapientiæ vel summa optimæque dicendi ratione longe sit præstantius. In noua igitur Nuptiæ & Amores maxima ex parte: Riualitates multæ; Virgines emptæ à lenonibus, quæ sint liberæ, quæque liberæ inueniantur, aut annuo, aut crepundiis, aut nutricibus, à patre, à matre, ab anatore, à fratre, semper cum lenorum infortunio. Cæteùm, vel ex Authoribus, vel ipsius vitæ nostræ exéplis sibi quisque quantum volet, sumet. Differt autem à Tragedia in eo quoque. Illa enim accipit ex historia & rem & nomina primaria: vt Agamemnonis, Herculis, Hecubæ aliqua affingit: at Comœdia fingit omnia, atque personis, maxima ex parte, pro re imponit nomina. ^{in his} ~~ita~~ ^{vero} ne putes esse Tragediæ aut Comœdiæ tantùm. quodcunque enim introducitur præter propositum argumentum, eo nomine ab Aristotele significatur. Sic ergo vestit Ariadnæ apud Catullum, & apud Virgilium Camillæ naalia clypei celatura, apud Sophoclem recensio proceum in Philocteta, Io in Æschyli Prometheo. Fabula

Europæ & Hypermestraz apud Horatium.

Chori autem ratio ita est nobis incunda. ac partes quidem ipsius in primo libro exactius sunt declarata. nunc earum vsum certis præscriptionibus instituamus. In Pluro Chorum introducit Aristophanes paucula concinens. Mox cum personis vnum aut alterum versum edit. duobus quoque versibus idem fabulam claudit. Reliqua in fabula nullus, satis tamen constat aut exemptum aut nunquam interpositum: vt iam tum eius sit vsus interdicitus, nânque Aristophani dies est dictus, quod coram legatis lacerasset mores ciuitatis. Interstitia sanctorum chori sine choro à Criticis notata sunt. In Commatio igitur alloquitur chorus aliquam è personis. subditur Parabasis, in qua mouetur chorus è loco vbi erat: & ad populum conuersus, aut ex sua, aut ex Poetæ persona dicit aliquid de se, de suis studiis, de furtis ineptisue aliorum Poetarum. Taxat, tollit, deprimit pro arbitratu suo, vel ex fama, rumoréue aliquem è ciuibus, aut vniuersæ nomen ciuitatis, aut aliud tale quid agit. Idque tum Trochaicis, tum Anapaesticis. etiam Senariis dactylicis, v. apud Cratinum obseruatum est. Sequitur tertio loco *ἀντιστροφή*, quæ interdum canitur cum conuersione, id est cum strophe, interdum siue motu: idque quocunque genere versiculorum solutorum: quales apud Melicos Poetas metimur, aliquando tetrametris Anapaesticis. Finita Strophe consistunt ad spectatores conuersi denuò: ibique aliquid profitentur noui Trochaicis, aut Anapaesticis longis, aut etiam Dactylicis. hoc dicitur Epirrhema. Post Epirrhema relegunt vestigia Strophes motu contrario, tetidem versiculis atque numeris, quot qualésue fueran in Strophe. quare appellatur Antistrophe à motu, *ἀντιστροφή* à cātu cantui respondente. Qua expleta consistunt vt respondeant Epirrhemati, tum quietis similitudine, tum numeris. Igitur hæc inter se respondent, Commation verò & Paracasis: nulli. Quin ipsam Paracasin post hos versus multos claudunt aliquando versiculis aliquot. Plato verò comicus Strophes & Paracasin miscuit, vt vertendo loqueretur. in qua esset tum versio Strophes, tum sermo Paracasis, in, fabula *παιδείων*: cuius verba iccirco

Εἰ μὴ μὴ λίαν ἀνδρῶν

λίαν

ὡς αἰεὶ ζῶμιεν σπείρασι δ' ἔσο:

ἢ αὖ παρέλλω εἰς λέξιν τοιαύτην ἔχω: sunt, σπείρα ob σπείρω & παρέλλω propter παύλασιν. Nonnunquam introducta chori Strophe pauculis versibus, postea interponunt personam cum proluxa oratione. postquam Strophe respōdet chorus per Antistropfen. Interdum canit Strophe cum versiculis: postquam consistit: quare σύσημα vocatur. Tertio loco dant Antistropfen: quarto alterum σύσημα priori respondens. Habere videtur ergo σύσημα naturam πῦ ἐπαρδδ Lyricorum. Ne tamen putes eundem esse ἐπαρδδν & ἐπαρδδν. Nam quemadmodū alibi dictū est, παρδδν erat ex aliquot versibus longis magna ex parte. Deinde Strophe. tertio loco μεσδδν respondēs τῇ παρδδν. quarto Antistrophe, respondens Strophæ. postremo ἐπαρδδν par duabus odibus superioribus. ἐπαρδδν tamē etiā ἐπαρδδν dictā lego. sicut & παρδδν ἢ παρδδν: sed eam tantū cui non respōderet alia ode, neque in medio, neque in fine. Cui subdebatur Strophe cum Antistrophe: atque his in fine loco ἐπαρδδδν σύσημα. Aliquādo Strophe ex versiculis aliquot, quibus subduntur longi versus, post quos Antistrophe per omnia par. Est etiā modus alius longē diuersus, ponunt enim χορδδ μέλος in quo loquitur de re ipsa & peronis, deinde Strophas alias super alias, vel sine systemate, vel systemate interposito. Quin etiā post Stropfen statim παρδδν. Sunt igitur omnes hi Chori compositi, sæpe tamen etiam simplices iuuenias: vbi sine motu, sine Parabasi, aut Epirhemate canit. Sophocles in Philoctete multos posuit versus ex personis Neoptolemi ac Philoctetæ, inter duos Choros: quorū variis vterque numeris cōstituitur, nusquā similibus inter se. at ipsi integri alter alteri respondet. Atque hæc quidem præceptionis causa, nam si quis aliter nunc fecerit, puto ei licere posse, quemadmodum sibi licuisse voluerunt illi. Illud nequaquam negligendum est, propterea quòd fabulæ scribuntur non solum vt agantur, verūm etiā vt legantur: multa ponuntur à Poeta, facilius à lectoribus vt intelligantur. Exempli gratia quod est in Amphitruone Plauti: vbi Iupiter, & Amphitruo cicatricem detegit. Etenim cū in Scena essent: satis erat si detegerent. scriptum est tamen, *Deteximus: vide.* Eadem arte Mercurius Vulcano narrat se peruenisse in Scythia de terra, vt id intelligerēt & tūc spectatores, & postea lectores

apud Æschylum. neque enim id erat Vulcano ignotum, qui esset deus, quique ab Ioue iussionem illam acceperat. De Mimo satis dictum puta, quum de veteri diximus Comœdia: nunc Satyræ præcepta aggrediamur.

S A T Y R A.

C A P V T X C V I I I.

Satyræ non esse Latinam rem, quemadmodum professi sunt, suo loco monuimus. Impræsentia ponamus præcepta inuentionum. Principiò id est edicendum, ne quod fecit Persius, abstrusam ostentes eruditionem, quum enim id vnum studeamus, vt meliores fiant boni, mali à nequitia deterreantur: quoniam consilio eam institutam orationem, quæ ab auditore non intelligatur? Alterum est non minoris precii præceptum: vt ne, dum vitia insectamur, eas ponamus voces, è quibus qui lægunt, euadant deteriores. nam sanè scditates nemo bonus nominare debet, nedum vt literis mandet. Quid enim cogitet adolescens, qui certarum ignarus obscœnitatum, audiat verba aut vocabula tam nefanda, quàm monstroso sunt ingenio ij qui ea scriptis suis audent inferere? Malo igitur non reprehendere vitia detestanda, quàm in execranda oratione mereri reprehensionē. Siquis igitur aliena peccata insectetur: eà modestia vtatur, ne suum librum efficiat eo nequiores, de quo verba facit. Quid enim tetrius quibusdam versibus Iuuenalis, propter quorum insolentiam vel iusserim vel optarim toto opere abstinere virum bonum. Sunt tamen inculpata argumēta quædam, in quibus hoc Poematis genere oblectare possis etiam casta ingenia. quòd si aggrediare, intelligendum tibi quot qualisue sint huiuscemodi scriptionis species. Vnum genus est quod diuiditur per Ideas. quippe graues personæ tractantur, grauesque res aliquando, aliquando verò tenues. Sic aut atroces aut ridiculæ. Atrox est res veneficium: tenuis Nasidieni cœna. Personæ varietas in Vlysiæ, Dauo, Messo, Samento. Alterum genus quod diuiditur per modos. Narratio simplex in prima Iuuenalis: Dramatica, i. per diuerbia in Horatianis quibusdam, sine Poetæ persona. Et tertia mista ex vtraque, qualis illa venustissima: *Egressum magna me cepit Aritia Roma*. Tertium genus, quod diuiditur per Characteres. nânque Iuuenalis ardet, instat aperte, iugulat. Persius insultat. Horatius irridet. iccirco illi

illi Satyras inscribere : hic Sermonis titulo cōtentus fuit. Surrepit enim atque insinuat sese in eius gremium , quem mordere vult. Hoc differunt. commune autē omnib. est profiteri sese omnium penè hostem , paucissimorum parcissimum laudatorem. se quoque vulnerare , vt alios interficere liceat. nam ne amicis quidem parcut. Ingratus Horatius, atque animo barbaro, atque seruili : qui ne à Mœcenate quidem abstinere potuit: siquidem quod a iunt verum est, Malchinum ab eo appellatum , cuius demissas notaret tunicas. Ager enim Sabinus, quo canicula illa à diuino viro donata fuesat , tantus tantique erat , vt obiectu suo posset malefici oculi visum intercipere , quò minus tunicarum demissione offenderetur. Partes in Satyra nullæ : quarum legibus ad certum numerum , certamue dispositionem deducaris. Nullum proœmium si non vis. abrupta omnia, non tamen nō cohærentia. nāq. aut eiusdē vitii multos damnas, aut multorū vnū: aut mices. Verba vulgaria aut sordida, interdū éque macello petita , Latina tamen , aut Græca , aut ei genti familiaria, quā incessis: quēadmodū Mastrucatos latrunculos vocat Cicero. Tanto magis Satyro licebit. An verò liceat Græca Latinis interserere? sanè hoc irridet Horatius. Interposuit tamen Iuuenalis semel atque iterum. verùm semel, vbi referebat amántium lenocinia : qui putidula ac Græcula vterentur oratione. *ῥωνὴ ψυχῆ.* Iterum autem prudentissimè. nam rectè Ausonius. Dicere enim Latinè flagitia neutiquam decet. Stilus quoque tametsi pro re altior, aut depressior, aut lasciuior: tenuis tamē atq. humilis, atq. de medio sūptus , lōgè tamē melius arridet si cū Romana puritate iuncturæ sint molliusculæ. quales Iuuenalis felicissimè est consequutus. duriusculus Persius , Horatius modò sententię lacertos expressos ostendat sermone vulgato, sed lecto tamen: parū curat numeros. verùm hoc in sequenti lib. aptius atqne opportunus.

PASTORALIA.

CAPVT XCIX.

Pastoralia continent, vti suo loco dictum est , Bucolica, Arationes, Messes, Fœnifecia, Lignatoria, Viatoria, Capraria, Ouilia, Holitoria. quibus magnus vir Sanazarus ex Theocrito etiam addidit Piscatoria : nos

etiam Villica. Quorum omnium argumenta inter se sunt varia. Commune autem illud habent: vt cuiuscunque generis negotium semper retrahant ad agrorum naturam. iccirco præter nemora & agros, siquid ex vrbe oblatum canant: ita tractent, vt quasi in agro ortum, aut inuentum, aut actum dicant. ergo Altercationes, Gaudia, Gratulationes, Amores, Preces, Conquestiones, Cantus amatorii, Monodiæ, Vota, Euentorum recitationes, Pompæ rusticæ, Laudationes, Oarystia, Proci & puellæ disputationes. Quemadmodum verò dicebamus, quodcunque processerit, sub agresti persona comparandum est. quare diuinus Poeta quum ad Pollionem Saloninum seculi vellet deducere tranquillitatem à libris vsque ipsis Sybillinis: hæc omnia Silenum canentem finxit: haud sanè temerè: tametsi à Grammaticis commentariis nihil sit animaduersum. Est enim, vt videmus in Platonis conuiuio, Silenus reconditæ atque compositæ sapientiæ deus. Ex Æliani quoque historia satis est de eius narratione ad Midam regem à nobis proditum in 1. libro. Ita prudens Poeta neque sylvas egressus est, & magna potuit in syluis loqui ex ore dei syluatici quidem, sed mystici. paulò grandiuscula Bulbulcis attribuuntur: minora Opilionibus & Caprariis: tenuior stilus Holitoribus. Frondator, Vindemiator, Messor, Lignator, Fœnifeca nunquam in opere loquuntur: ne Arator quidem. Viatores aut colloquuntur aut concinunt. Per Hyemen verò ad focum fiximus nos nouo modo Aniculas, & puellas, quæ Villica inscriptimus. verum quum minus essent placita, meritò abdicata sunt.

S Y L V Æ.

CAPVT C.

Materiam dixerunt *ύλη* Græci, inde sylua nobis: innumeris enim penè vel opetibus vel officiis supeditatur à lignis materia. Grammatici recentiores, quòd inuenissent in libris vetustioribus alia vocali quàm Græca scriptum, à silendo deductum maluere. sanè ridiculé. Nusquam enim minus quàm in syluis silentium. minima nán que aura maximi strepitus excitatur. Poematia ergo quedam, vt docet Quintilianus, subito excussa calore syluas nominarunt veteres, vel à multiplici matéria, vel à frequentia

quentia rerum inculcatarum, vel ab ipsis rudimentis: rudia nánque Poemata, & sanè effusa, postea castigabant. Quum igitur cuiuscunque rei argumento accepto afflari possis ad meditantam atque illico pronuntiandam syluam: opera precium erit nos híc ponere sua cuiusque loci præcepta, quorum delineationibus tot tamque diuersæ facies figuras proprias adipiscantur.

EPI THALAMION.

CAPVT CL

Laudationum præcepta cuiquam fortasse videbuntur disponenda: propterea quòd cuius sylvarum materiæ congruant, siue locum celebres: siue personam, siue factum, siue fortunam. Item in consolationibus latè patet locus laudibus. verùm à dicendi magistris atque ex eorum libris eiusmodi institutiones petendæ sunt. Vna tantùm lex esto: cuius obseruatione numeros omnes explere possis vniuersæ laudationis. necessitas, vtilitas, delectatio. hæc capita conspicienda, atque aut ex vero afferenda, aut ex verisimili confingenda. Eligendum verò quod maximè sit illustre. nam si quæ sunt proxima, minus nobilia videntur: longinqua petenda sunt: cætera aut adumbranda, aut silentio inuoluenda. Denique pro Poematis argumentique dignitate caput hoc exequendum: siue Epithalamio accommodes, siue Genethliaco: siue aggrediare Propempticon, siue in eas cõsolandi rationem. Epithalamium carmen igitur est, quo nuptiæ celebrantur: à Thalamo dictum. est autem *Θάλαμος*, cubiculum nuptiale primo suo significatu, *παιρὸ τὸ Θείλειν ἄμα*, quod est simul genialem vitam agere. Hoc Poematis genus à Græcis est etiam *γαμήλιον* appellatú. Dicas enim *γάμον* nuptias, *παιρὸ τὸ γάνυδι ἄμα*. Idè igitur sonat quod & illud: nisi maioris *παιρὸ τὸ γυναι.* Eius carminis argumentum consistit è sponsi sponsæque desiderijs. Verùm illius apertè dices studia, curas, celebritates cantionum, ludorum, armorum: virginis gratia facta omnia. huius autem animum tectis indicijs, conditis suspicionibus innues potius quàm profiteberis. Expugnatum castissimum pectus pietate erga iuuenem tabescentem: cuius virtutes commemorando excitablem excusationem. Aliquando finges à Venere aut Cupidine vi coactam: quæ pridem eorum regnum contempni habuisset. Secundo loco explicabuntur laudes vtrius-

que : à Patria, Genere, animi studiis, corporis præstantia. Tertius benè ominabatur. quarti lasciuia lufiſque eſt totius alterutrum aut vtrunque blandè appellando : modestius virginè, haud modestiſſimè tamè obiiciendo quædã: puta prælii futuri metum, victoriam, è lacrymis riſum, è ſpe lætitiã certam. Quinto loco ſobolem pollicetur, vota facit, vaticinatur. Poſtrema pars exhortationè continet ad ſomnum: ac ſomnũ quidem aliis, illis verò vigiliã. Thalamus ipſe interea laudatur, aut ſine laude pingitur, aut nuptæ veſtis, aut *παιδς*, i. velũ tori maritalis, cuius obtentu ſacra illa pudentiùs peraguntur. Intermiſcuntur verò etiã ioci petulantiores, quæ ab antiquis Feſcennina carmina dicebantur. Nominis moriſq. origo à Campania oppido Feſcenio, vel vt alij malunt, Sabinorum, ſic deducit Feſtus. nam quod addit à Faſcino quoque dicta credi poſſe, minus probant verba ipſa, quæ non laſciuia ſolum, ſed ſubturpicula quoque ſæpe audiuntur. in illis enim aliud quàm faſcinum ſubintelligas : niſi iocari mauiſ, atq. non *βασκανοι*, ſed Horatianum agnoſcere faſcinũ. Cæterũ hoc faſcinũ in nuptiis & admittitur & vtrò arceſſitur: neceſſarium nanq. eſt. faſcinum autem illud cantibus, votis, medicamentis arceſſitur. Quare mariti ædes eius ergo ita muniebant, vt poſtes vittis laneis adornati, oleo, aut adipe ſuillo lupinœ inungerentur. Quod ſi in ipſa adhortatione laudare velis nuptias, tum exemplis ages ab hitoriis : tum naturalium rerum principia poteris aſpergere. ergo Peleiac Thetidis felicem canes coniunctionem: quam præſentia ſua dii omnes dignati ſint: cuius celebritatè Parca ipſa ſuo cantu fecerint auctiorem : è qua omniũ mortaliũ fortiffimus Achilles ortus ſit. Liberi patris atq. Ariadnæ torũ. Satyrorũ Silenorũq. laſciuia illuſtrè in mediũ afferes. Herculis atq. Hebes cõiugium licebit memorare : cui nihilo ſecius aſtiterit vniuerſus deorũ cœtus. In quo Pyrrhicã ſaltauerit Mars: Mercurius palæſtricos ediderit motus: Apollo cecinerit Hymenæum: Venus pronuba fuerit: Gratię tulerint tedas: Muſcẽ modos fecerit: Sol fuerit œconomus: Diana ſtruxerit. E ritibus etiã nuptiarũ, laudibus aliquid addi poterit. Etenim Flamè Dialis apud Romanos mortua vxore ſacerdotio ſe abdicabat. De rerũ verò natura educes Amorem atq. amicitia à primordiis ipſis atque rudimentis mundi. qua tempeſtate poſt

post digestum Chaos, Cæli terraque sunt nuptiæ celebra-
 ræ. Quorum conjunctione & tunc species omnes produ-
 ctæ sunt: & ad eorum imitationem generando propaga-
 tæ: vt quod materia prohibebat, formarum ordinata suc-
 cessio adipisceretur immortalitatem. Amoris præterea
 multa laus peti potest è Platonis Symposio: sed ita vt
 & quæ dicuntur ibi, & quæ à nobis hic allata sunt, à pru-
 denti Poeta dissimulentur. Quid enim? si hinc hæc sibi
 quisque depromat præcepta, vnum atque idem omnes
 sanè dicēt. Alloquemur etiam per Epiphonemata Hyme-
 næum: quem tanquam nuptiarum deum per intercalares
 versus inuocant aliquando: nonnunquam in ipso statim
 carminis aditu. addimus eius laudes, miscemus ioca. Ab
 ea pellicula, quæ in virginum natura obtenditur, eius du-
 cunt appellatione: Latinis Talassio dictus est. Causam af-
 ferunt è raptu Sabinarum, quæ historia est etiam à Plu-
 tarcho scripta. ambigit tamen indène an à lanificio du-
 cta sit ea vox: τὸς ταλάρους enim etiam ταλάσσους vocatos
 ait, in quibus lana contineretur. vnde & ταλασιουργοὶ lana-
 rii opifices. haud sanè ineptè: Nouæ enim nuptiæ pellem
 cum vellere substerni, lana, quemadmodum dicebamus,
 postes obnubi: colum in pompa, vti mox dicemus, ferri.
 quasi verò ad opus faciendum, non ad deponendam vir-
 ginitatē deduceretur: aut sanè quòd eiusmodi argumentis
 fedulitas futuræ matris familiâs designaretur. sicut apud
 Græcos etiam cribrum præferebatur, & ante thalamum
 pistillum alligabatur. Non id Romæ. facta enim de ra-
 ptu cum Sabinis pace, inter eos conuenit ne eorum vxores
 molerent, néue coquinam facerent. A lana igitur sic
 Talassionē deducunt. illud tamē secretioris fortasse fue-
 rit eruditionis. τέλει πλεὺς μαλλονύμφω, i. desponsatâ virginē
 dicebant veteres. quare eadē vocis vestigia cum Talassio
 maximâ habere videntur affinitatē. sed de hoc amplius in
 Originibus. Ea voce vsus est Sophocles in Antigonâ: at-
 que hæc quidē ad hunc modū. Cæterum vt multis è locis
 argumētī varietas excipi queat, rē ipsâ, quæ admodū apud
 Romanos apudq. exteros fieret, indicabimus. Nuptiarū
 dies erāt legitimi tres. Primus à Græcis dicebatur *πρωάλια*, *πρωάλια*.
 non pessimè Latine à nobis Despōsalia: in eo enim despō
 debatur virgo. Alter dies appellabatur *ἀπαύλια*, in quo nu-
ἀπαύλια.
 piæ fiebant. Latine potes, Decubationem. sic enim erat

ἐπαύλια.

in legibus flaminis Dialis: De lecto suo trinoctium ne decubato. In foceri nânque ædes transibat sponsus, vbi fiebant nuptiæ. qui eum illô deducebat, dicebatur Paranympus. Diem tertium *ἐπαύλια*, Latini Reputia. In quo sponsi affines de suo faciebant conuiuium. ita verò demum in foceri sponso thalamus adornabatur, vbi fierent nuptiæ, si sponsa esset virgo. Quæ viro tunc dona dabat, iccirco eadem voce dicta *ἐπαύλια*. inter quæ dona vestis etiam eadem appellatione, *ἐπαυλισθήρα*. Si autem vidua esset, ad sponsum ducebatur. qui deducebat Nymphagogus nominabatur. Apud Rhodios mos erat per præconē sponfas arcessiri. sponsum domi sedens aduenientem excipiebat. In prima verò die vbi desponsatio futura esset, nobiliores familiæ non nisi auspiciatò conueniebant. Optima auguria à turture & cornice: ita verò demum, si par integrum apparuisset. singulares autem vidisse, pro pessimo habebatur. iccirco in ritibus antiquis, ait Orus Apollo, tenuisse consuetudinem, hæc vt verba in nuptiis accinerentur, *ἐκ κέρει κέρη κορώνη*, quibus ex felici domo cornix singularis, i. vidua, vt exigeretur, ancillæ imperabatur. quamobrem in commentariis Pindaricis non rectè scriptum est in plurali *κορώνας*: coniunctio enim auspiciatissima. Sanè vtrunque animal adeò sui coniugis studiosum, vt eo morte affecto, superstes nullius appetat præterea coniunctionem. Cornix verò adeò casta, vt nullam coitus persequi sceditatem, ore concipere credita sit. tamen opinio hæc in III. De generatione animalium reprehensa sit. Non parua gratia ex hisce auibus Poemati adtingetur. Post auspicia, sacra faciebāt, porcūmque Iunoni immolabant: quam *τέλειον* fas erat nuncupare. Præterque eā inuocabant Iouem *τέλειον*, Venerem, Dianam Cinxiam, Suadelam. ac *δία* quidem *τέλειον*, & *ἥρα* *τέλειον* vnus & alter Iouem adultum & Iunonē adultam sunt interpretati, minus sanè bene. Vt quid? an quia non nisi adultis nubere, atque vxorem ducere licet? Alii τὸ προτέλειον, quod verbum attribuit Pollux sponsalibus sacrificiis, initiari Latinè dixerunt: *τέλειον* enim sic dicebantur. Verum haud ita est. *τέλος* veteres aiunt idem fuisse quod & *γάμος*. propterea quòd humanæ vitæ perpetuatio nuptiarum merito perficeretur. iccirco *τέλειον* nuptiale sacrificium & nuptiarum diem æquè dixerunt. atque etiam tum à nuptiis tum ab earum

earum numine idem sacrificium *ἡραπέλεια*, vt ait idem Polux. *ἡραπέλεια* verò sacrificium pridianum. Quam vocem etiam apud Lucianum habes *ἡραπέλεια ἐν τῆ μυστῶ σωνόντων*. Igitur profectò erit *Ζεὺς πέλος* Iupiter nuptialis, quibus diis deabusque comæ partem virginis tanquam primitias offerebant. Hostiæ verò exemptum fel circum aram pro iici solitum. Cæteræ autem partes adoleri, quod expectatione faceret futuræ inter coniuges tranquillitatis. Absoluto sacrificio diei nuptialis in foceri ædes deducebatur sponsus ab eo quem Græci *παρένυμφον* quasi eius affectam nominarunt: aliqui etiam *νυμφευτῶ* alii *πέρσχον* vocabânt. quem admodum mulier quæ sponsæ aderat, *προμνήστρια* dicebatur illis, nobis Pronuba. Ad quos etiam carmen diuertere tuum poterit. Quum autem festiuitas sibi vesperum, aut noctu potissimum celebraretur: de illius temporis comoditate nonnihil dicere soliti sunt Poetæ. De mora noctis segnioris, Ad sidera, ad Luciferum, ad Lunam conuertetur oratio. quûque prisca putarent Aquam rerum omnium elementum esse, Ignem verò formam: vtrunque in limine positum ab utroque manu tangebatur: ipsaque nupta eiusdem aquæ aspersione lustrabatur. Tum ex eo igni faces accedebantur ab ædilibus quinque numero, quot & illos fuisse Varro autumat, vt scribit Plutarchus. quas faces Cereos appellarent. Sanè vnus tantum cerei mentionem facit Plautus. eas faces aliarum gentes ex picea pineæue teda cædere. Romanos pastores raptis Sabinis ex spina arbore temere inuenta confecisse: quam materiam posteri quoque expetuerint. Alii malunt facularum numerum à numero deorum conjugaliū. Ædiles enim tres tantum fuisse, non quinque. accendes igitur hinc tuum spiritum ad Poeseos venustatem. Spine arboris naturam attinges. eius ignem neutiquam esse olidum fumiferumque, vt ex teda. quanquam miseram admodum flammam spina elici posse scio. Iam inde adornabatur atque comebatur virgo: cuius comam hasta cuspide discriminabât. Plutarchus causas assignat. tum verò operiebatur virgini caput atque facies: vnde ab obnubendo nuptiæ dicte sunt. Id velum à Græcis *καλύπτρον* & *καλύπτρα*, à Latinis Flâmeum, propterea quòd lutei coloris esset: vt ne pudor virginis proderetur: aut siquid animaduerneretur in facie ruboris, is è velo color, non è

genis emicare putaretur. Ferreum ibi annulum sine gemma dabat ei vir. Gemma aberat, vt rei describeret simplicitatem. Materia ad constantiam spectabat. Forma annuli ad perpetuam vinctiōē. contrā, sponsa ex tribus assibus, quorum vnum in manu, alterum in pede, tertium in facciperio ferebat: primum sponso dabat, quasi eum sibi illo precio coemptum esset habitura: alterū in foco diis Laribus deponebat: quem & igni luculento, & corollis sua manu (nāmque alia nō licebat) plexis, vt ait Plautus, augebat. Tertium in vicino compito fodiebat. Far quoq. tostum præferebāt, tametsi nō omnibus in nuptiis, sed in iis duntaxat, in quibus viro virgo dabatur vsui tantum, non autem mancipio: atque iccirco appellabatur ius eiusmodi nuptiarum, *Confarreatio*. Alius verò modus quum sine farre dabatur à Pronuba virgo in manum viri. ea hoc iure transibat in mariti familiam, atque matrisfamilix nomen consequebatur. non enim vsui solum, sed etiam mancipio dabatur. quos ritus & Lucretius innuit illo versu, *Vitæque mancipio nulli datur, omnibus vsu*. Is nubendi modus, *Coemptio* vocata est: de qua modò dicebamus. Reliquum erat vt coniuuii ratio iniretur. Parata ergo cœna nuptiali ex Hethrusca disciplina porcum mactabant, qui etiam ad acuendam venerem bulbos, pineos, nucleos, erucas, piper, præter cæteras epulas apponebant. ab Hethruria hæc: alii alia, vt dicemus. Inde dicebatur Hymenæus cum choreis. ita vt vnus quispiam caneret, quoad Epiphonema subinferret: quo pronunciato vniuersa chorea Hymenæum totidem numeris recinebat: Interea tot quot diximus cum facibus Patrii, & Matrini astabant. vbi satis & cantus, & saltationum, iam pronuba manu apprehensa sponsæ ad Genialem ducebat lectum, sic enim appellabatur: sic à Catullo dictum puluinar est, vt reor à generando. à Græcis *παρθένοισι* ille torus, propterea quòd velo esset obiectus: de quo suprā dicebamus. eum lectum duabus culcitrīs adornauerat iam scœmina, quam & *νυμφεύτρια*, & *δαλμαίτρια* Græci vocitarunt. Ad eum perducta à sponso detegebatur: à quo etiam eius detectionis causa dona accipiebat, quæ & iccirco *αἰκαλιπτήρια*, & quia tunc ab eo quasi primum videretur *ὀπλήρια*, quoque: & quod eam alloqueretur, *προφθικτήρια* etiam dicta sunt. Nam sanè

Confarreatio.

Coemptio.

fanè ὀπίθεια apud Callimachum dona sunt affinium & parentum, cum primùm infantes vident. sicuti μάωτρα, quæ darentur obstetricibus, & σῶτρα seruatoribus, & λύτρα siue ἀπονα liberatoribus, & δίδαστρα præceptoribus. Antecedebant autem sponsam ad lectum vsque δαδρόεσι illi, siue faciferi: duoque præterea, qui colum, vt dicebamus, cum lana, & fusum ferrent cum stamine: tanquam operis, in quò futura esset, auspicia. De cribro quoque ac pistillo Græco ritu suprâ satis dictum est. Ad hæc alii mundum muliebrem, aurum, spintheres, stalgmia: præterea pelues, pectines, speculum, sandalia, atque id genus alia, quæ præter dotem dicuntur ab iureconsultis parapherna. Eam luxuriam ad trium tantum vestium modum, ac modici precii vasa aliquot à Solone reductam, memoriæ proditum est. Ibi pronuba accepta vna ex facibus Lucernam coniugalem peruigilem, pernoctémque futuram accendebat: atque illico facces extinguere mos erat: eas verò ne sub lecto conderent, néve seruatas ad rogam struendum deferrent, pro auspicatissima lege habebatur. Cunctabundæ virgini promnestria duobus digitis cingulum soluit, quod Dianæ ob eam causam λυσίζώνη, à Latinis Cinxie cognominatæ dicebat. erat autem cingulum illud ex ouillâ contextum lana, eoque nexum nodo, qui Herculeus vocabatur: propterea quòd Heros ille sæcundissimus ab antiquis creditus sit: quippe cui septuaginta liberi superstites fuissent: quique septem diebus quinquaginta Thestie filias è virginibus mulieres fecisset. De virginum cinctu ambigitur: quidam enim dixere, cingi solitam virginem in ipso sponsalium apparatu. quæ tamen sententia Catulli auctoritate deletur. quippe in Hendecasyllabis Atalantam virginem non in ipsis nuptiis à pronuba aut alio cinctam innuit. sed tanquam mos is fuerit virginibus, nunquam discinctam processisse: versus auté indicii ille est, *Quæ zonam soluit diu ligatam.* Vbi omnes discessissent, sponsus clausa ianua disponebat custodes foris, quorum opera muliercularum importuna vel pietas vel simulatio à foribus arceretur: si qua commoueretur virginis clamore, quum intus vim pateretur. interea iuuentus cum nucibus, quas cum strepitu, fremitu, cantu spargerent, quarum mentionem habes & apud

*Nuces in
nuptiis.*

Virgilium, & in Epithalamio Catulli. Causam aliter alii agnoscunt: vel quia (inquiunt) quasi tripudium faciunt iactæ nuces: vel propterea quòd illæ putamine, cute, testa, corio medullam tegunt: ut pari munimento à coniugibus protegantur fœtus. Alii existimarunt earum strepitu virginis gemitus in illa vi obrui posse: atque iccirco id veteres commentos esse. Nostra tamen sententia minus vulgaris. Nucibus olim priscos luisse, tum nos quoque in pueritia nostra certum est. Proinde Persius per illa verba, *Nucibus facimus quæcumque relictis*, ostendit è primori ætate egressionem. Spargi nuces igitur: id est omittendas animi laxationes, nouaque œconomiz studia auspicanda. Posterum diem, qui à nobis *ἱπάλια*, quasi nuptiarum appendix Græca voce dicebatur: à nouis atque iteratis epulis Latine Repotia nominarunt. In eo nânque sponsi affines conuiuium instaurabant. is dies nouæ nuptiæ initium erat iuris quod in familiam esset habitura. quam ob causam clavis dabatur illi, ad dominium potius atque possessionem, quàm ad designandam ut aiunt partus facilitatem. Quidam putarunt, id quod etiam vero similis est, non quum in thalamum, sed Repotiorum die, quo è patris ædibus in sponsi domum deduceretur: pompam illam, de qua supra diximus, explicari consueuisse. Cû donis enim tunc procedere solitam par est: quæ dona ipsa marito ferret. Ea sanè *ἐρίην* vocabant Græci: quæ verò ei rependeret maritus, *ἰδνα*. Quintetiâ simul cum illis vas quoque à focero, opertum illud atque oppletum minuta supellectili: in quo etiam virginis essent crepundia. Vasi nomē Camillus, ita enim ministris appellabant prisca. Posteaquàm verò in maritiam esset, ecce à patre dona iterum, quæ *ἱπάλια δ᾽ ἄρα* nominarunt. Iam illud nunc quoque aliquot Italiz locis seruari vidimus, ut egrediens paterna domo nupta pedē tollat, neue attingat limen. Ei rei diuersas causas assignarūt: mihi illa propior vero videtur. ne Magicis pharmacis lædi possit, quæ sub limine ad destruendam coniugū vel concordia vel vim genitalē, defodi solent à veneficis. Hic vides quot quâtaque loca tibi tuoque carmini suppeditentur. Varia nânque nec contēnenda eruditione poteris aspergere. nūc simplici narratione, nūc per Apostrophen modò ad hoc, modò ad illud numeros tuos aprans.

Repotia.

Cur limen non tangat iuxta.

aptans. etiam de tempore aliquid apponere. Maio enim mense Plutarchus non nupsisse priscos prodidit: Ouidius malas tantum eo mense nubere solitas. atque ex eo etiam prouerbum iactatum scribit: illud quoque fuisse in more positum, uti viduæ festis publicis diebus nubent, virgines non propterea quod populi publica celebritate occupati, nihil intererat viduarum matrimonia spectare. at quia virginibus adesse opus erat, non fuit æquum aliis maioribus festiuitatibus distineri. Malè ominatis etiam diebus connubia interdicebantur: postridie Calendarum, Nonarum, Iduum. Præterea quo die occiso Remo parentabant, quod festum ab eo Remuria primum, postea Lemuria dictum fuit. Cæterum ex aliis antiquorum ritibus, qui apud diuersas nationes obseruarentur, multum luminis poemati afferretur. quorum aliquot illustriores hic explicandos curauimus. Persarum matrimonia non nisi vere ineunte legitima erant. Græcis, Macedonibus, Thracibus, Triballis, Pæonibus mos fuit: ipsa in conuentione sponsum sponsamque panis gladio diuisi gustare particulam. Græci non pueris, sed sponsi sponsæque matribus gestandas tradebant faces. Galatæ non ex pane sumere, sed ex eodem poculo potare soliti, quum in manum conuenirent. Apud Lacedæmonios pronuba sponsam in veste virili, raso capite in cubiculo solam sponso offerebat: atque ei sine ullis facibus rem peragenda permittebat. contra, in Coo insula sponsus veste muliebri. Quin eorundem Lacedæmoniorum consuetudo longè maioris licentiæ. quippe liberi adolescentes cum totidem virginibus in perobsuro inclusi loco, quam quisque nactus esset, eam in matrimoniū, atque indotatam quidem, sibi abducebat domum. quod vel consiliū vel fortunam nemini vel culpam vel mutare licitum fuit: nullus enim penitentiam locus relinquebatur. Quomodo Lysandro quoque multam dixerunt Ephori, propterea quod cum ea quæ obtigisset, diuortium faceret, ut haberet pulchriorem. Carthaginensium tenuit consuetudo, ne prius matrimonio iungeretur quam Thyngni concisa gustassent frustra. In cæna Atheniensibus è Solonis præscripto malum Cydonium estandum apponebatur. Odores quoque addebantur à Babyloniis: Persæ mala cum medulla Camelina. Scribit Athenæus in IIII, popularibus suis Naucratis lege cautum, ne in cæna nu-

ptiali, aut ouum, aut *μελίτικτον* quippiam, i. è melle bellarium inferretur. Athenis ingredienti sponso in caput ex editiore loco, ficus, palmule, legumina spangebantur. nunc quibusdam locis etiam triticum demittunt. Lacedæmoniorum virgines nullo utebantur flammeo: Viduæ que nubent, facie velata, capite aperto prodibant. Illud imprimis ad Coniugii faciet commendationem: quippe apud eisdem festo die quodam Cælibes à mulieribus circum Aram tracti, cædebantur flagris: qua ex ignominia ad dandam liberis operam excitarentur. Cecropis quoque meminisse conueniet: qui primus Athenis vagam atque incertam venerem ad vnius cum vna cõiunctionem reductam castigauit. Nam quod aiunt de Socrate, duas illi vxores fuisse, Xantippen & Myrto, falsum esse cum alii tunc Rhodius prodidit Panætius. Sunt Laponæ populi Septentrionales ad Sueciam: ii (vt olim Romani) ignem præferunt in nuptiis, ac præterea silicem. De igni constat: nihil enim magis necessarium illi regioni. quare ad eius quoque reparationem puto silicem comparari. In Bœotias sponas aiunt asparago coronatas: quod deposita feritate, ad alterius voluntatem mæsuescere discerent. quippe ex Corrua asparagus altilis atque, esculentus sit. Nihil etiam te prohibebit quam mollissimo carmine duos Atticos fontes appellare, Callirrhoen & Enneacrunon, è quibus hauriebatur aqua, vnde fierent virginum lauacra antequam in lectum reclinaretur. Neque prætereundum, quod Græcorum sponsæ nobiliores rhæda uehebantur ad sponsum (si qua pedibus incederet, *χαμάπους* appellabatur) cuius rhædæ axis pro foribus combureretur. argumento constantiæ atque moderationis: ne coniunctionis alienæ, neue noui coniugii fluctuantem animum occuparet cogitatio. neue hac illac euagandi: quod vitium maximè est fœminis familiare, caperet impetus. Postridie nuptiarum, in oppido Leptæ mos fuit vt ad socrum sponsa mitteret ollam petitem. roganti responderent familiares: neque habere sese: & si haberent, non duros. Quo iam inde ferendis socrus (difficiles enim magna ex parte sunt) moribus assueheret. Sed de his satis.

Laponæ.

*Duo fontes
Attici.*

*Carmen
multiplex
in nuptiis.*

Est autem carmen multiplex: nam ipso in conuiuio Scolia canebantur: de quibus inter Pæanes iam dictum est.

est. Post cœnam Epithalamium, quum in cubiculum de
ducebatur. Tertium genus apud Poetas, quo res ipsa
describitur: cuiusmodi est apud Musæum de Leandro.
Apud Ovidium in nuptiis Orphei, apud Statium Stel-
læ. Tale fecit Claudianus de Honorio & Maria. Ta-
le est operosum illud Ausonii. Postremum genus mi-
stum est, & ex narratione & ex cantione. quale pulcher-
rimum illud Catulli, quod malè inscripsit Argonauti-
ca. Est enim Pelei Epithalamium mistum. Quin ex-
tat & Claudiani Epithalamium suauissimum, eius ge-
neris quod canebatur. Quare vt iam te expediam,
exempla aliquot ponam ex Catullo: quorum in vestigiis
ita pedè ponere possis, vt gloriæ illius metâ facilius con-
tingere liceat. Tria diuersa initia, Ad Hymenæum statim:

Collis ó Heliconii

Cultor, Vranie decus,

Qui rapis teneram ad virum,

*Virginem, ó Hymenæe? Alterum autem initium à tem-
pore, ad iuuenes,*

Vesper adest, iuuenes consurgite, vesper Olimpo

Expectata diu vix tandem lumina tollit.

Tertium ad ipsum Peleum,

O decus eximium, & magnis virtutibus augens

Æmathiæ columen Pelæu. Flammei mentionem illis
verbis, *Flammeum cape.* Claudianus, quia Heroico pedi
hoc numero seruire non poterat, dixit alio,

Flammea virginis accommodat ipsa capillis.

De curru quæ diximus suprâ, idem quoque ita scripsit,
-pilentæque sacra Præradiant ductura Nurum. verùm sanè
ibi in fortuna Imperatoria. Catullus tedam Hymenæo
attribuit: vnam quidem, quia vnus:

-manu pineâ quate tedam: non tamen solam: ait enim,

*Viden' vt faces splendidas quatiunt comas? Carmen autè
Amœbzû, non solùm cum Hymenæi nomine, sed etiam
aliud, vt*

Currite ducentes subtegmina, currite fusi. Neque verò v-
num, sed diuersa in eodem Poemate: vt apud eundem,

Quis huic deo comparier ausit? &

Abit dies? prodeas noua nupta. &

Concubine nuces da. Quos versus virgines à cantore
auditos recinebant. ait enim,

Vos item simul integre

Virgines, quibus aduenit

Par dies: agite in modum

Dicite, ô Hymenæe Hymen,

Hymen, ô Hymenæe. & in altero Epithalamio,

Aspicite innuptæ secum ut meditata requirunt.

& Dicere iam incipient, iam respondere decebit,

Hymen ô Hymenæe, Hymen ades ô Hymenæe.

Verbum quoque *ἀπανύξεν*, quod suprâ posuimus, atque ex libris Pontificiis priscis, decubare interpretabamur: ipse, secubare,

At tuis teneris volet

Secubare papillis. Fesceninæ autem licentiæ imaginem quandam expressit: quam ut cognoscas, apposui: non ut imitere,

Ne diu taceat proca:

Fescenina loquitio, & quæ sequuntur, malo nânque abstineas me præceptore, aut condias pudore liberali. Magno enim in periculo tum famæ, tum vitæ versatur, qui impudicè loquitur: utque cuiusmodi est oratio, talis quoque mens esse videatur. De eo quoque quod recitabamus, ne nupta pede limen attingeret,

Transfer omine cum bono

Limen aureolos pedes. Vbi non videtur in paterna domo transigi: si verum est quod aiunt, Transmitti à noua nupta limen: ut quasi inuitam à patriis ædibus eam discedere appareat. Vota autem pro liberis,

Torquatus, volo, paruulus

Matris è gremio sua

Porrigens teneras manus

Dulce rideat ad patrem.

In Argonautico autem penè totum carmen pro ea materia est. Claudianus quoque,

Sic natus in œstro

Paruus Honoriades genibus confidat auitis.

Aristophanes autem fabulam, quam inscripsit Pax, clausit choro: cui præter vota quædam, atque preces attribuit ludicrum quendam Hymenæum. quemadmodum & in alia cui nomen fecit Aues. Catulli verò carmen Glyconium dicolon est ex Glyconiis quatuor & quinto Pherecratio, pentastrophon. Quod autem aliquando,

aliquando, Throchæi loco Spondæum ponit in prima, id veterum facit exemplo : quemadmodum & in secunda sede pro Dactylo. velut in illo, *Nutrium humore.* similem nânque oden habes apud Aristophanem in fabula, Equitibus. In qua etiam maiorem licentiam animaduertas. Etenim pro dactylo amphibrachion posuit in illo τοῖς ἀμφιβραχίονισι. Nec minus in alio amphimacrum, ὅς ἐι μὴ γένοιτο ἕσσά ἐν. & ibi, -σπυ σκευὴ δ' ὕω χηστίαμα.

OARISTYS, GENETHLIACVM.

CAPVT CII.

AEquum fuit post Nuptias primo quoque tempore tractare natalia liberorû: nisi cui piâ plus libeat effingere confabulationes quæ inter virum, atque vxorem fieri consuevere, quas oaristyas veteres appellarunt. Cuiusmodi habes apud Homerum Hectoris & Andromaches. verûm id vnum exemplum memini: idque in opere iusto: non autem in Poematio separato. Quod si quis ea perftet in sententia vt is ei locus debeat: non laboro. Verûm idem sciat, æquali ratione præponendas Epithalamio susurrations inter procum & puellam. Quale genus poematis habes apud Theocritum. Nos quoque aliquid conati sumus in Nymphis nostris indigenis. vtriusque præcepta ad eò varia sunt, vt penè omni ex vita duci possint. Argumentû ac materia penè eadem. vita quemadmodum suo loco descripsimus in personarum tractatione, aut ciuili, aut militaris, aut rustica. pro quibus tibi in diuersa opera standum est. Genethliaci verò natura atque ratio, & multorum habet imitationes, & vias penè innumeras vnde ducantur. Duo tamen primaria capita: alterum à maioribus: alterum à spe ipsius infantis. Multæ vtriusque *ῥησιώσεις.* Neque enim stemmata, aut res gestæ sine locis: in quibus amœnissima Poesis diuerticula sæpè reperiuntur. neque spes sine comparatione virtutum præteritarum cum futuris. sic enim potuissent prisca poetæ canere Genethliacum Q. F. Maximi. Sic potuit Statius Lucanum celebrare. Etiam si hæc non adsint, argumentis nostris: tamen aliqua attingere, atque adducere ad exornationem. Ad hanc

*Mecœnas
Floralibus
festivatus.*

considerationem pertinet Cyri, ac Romuli natalia: quorum uterque expositus, à feris nutritus, maximorum regnorum iecerunt fundamenta. Diuinus poeta eruit è Sibyllinis vaticinationibus laudes Salonini. Communes loci: dies, tempus, temporis partes. Diem intelligo, vt festa aliquot, Saturnalia, Liberalia, Floralia, qua die Mecœnas nisi fallor. Licet Aurorâ, Solem, Noctem, Astra alloqui, Temporis partes, Ver genitale, Hyemem genialem, Æstatem opulentam, Autumnum fructiferum: cuius numen Pomona afferet versibus iucunditatem. Plurima in ore Lucina, & Parcæ in carmine heroico. Si lyricum pangis, ad amœniuscula potes te demittere: atque etiam ad inferiora si Hendecasyllabos canis. Ex Varrone, & Gellio educere potes minora numina: qualis Morta, Edusa, Potina. Omnino verò Genium celebrabis: quippe nascentibus nobis suus cuique datur. Vnde & dies Natalitius idem & Genialis dicitur. Vocabis eum igitur ad sacrificium, cui offeres & merum, & corollas. Neque enim hostiâ licet cædere. vt quid enim? Qui tum vitam primùm adeptus es, alii suam adimas? Iccirco ad aram Deliam vllam cædere hostiam nefas erat: propterea quòd nuncupata erat Apollini Genitori. Prisca quoque monumenta ab illo repetes: cuius natalia ex Callimachi hymno in Delum excipere poteris. A quo non minus Iouis incunabula cù Rhea & Corybantibus, ac Dactylis Idæis. Quinetiam si recòditæ studes eruditioni: præter Amaltheam capellam, cuius lacte imbutum illum prædicant: habes etiam suem, cuius grunnitu produnt Cretenses infantis vagitum occultatum. Quamobrem Præsis eius insulæ popularibus animal illud non solùm summa in veneratione, verum etiam diuino cultu obseruatum. Ei enim ab illis solennia sacra facta Athenæus author est. De Liberi verò patris natalibus quid dicam tibi? quot inde illecebras, ad permulcendos auditorum animos mutuare licebit tibi? Adsunt Nymphæ, Bacchæ, Sileni, Satyri, Pantheræ, Currus, etiam Cupido exhibere quit carminibus tuis sui ortus initia: quo tempore cùm è Chao exiit primus, omnia comparibus suis cohæserunt. Generatio parit immortalitatem, accepta parentum semina perficit: in quibus illos suapte natura deficientes, rediuiuos repræsentat. Quòd quotidiana indiuidua poscenti dependunt Fato, in aliorum subeuntium

tium instauratione species restituit. Quid aliud est æternitas, quàm continuata generatio? quodcunque mutat, generat. Augmentatio quantitatis, alteratio qualitatis, generatio est. nihilò secius loci mutatio. Sermo verborum: cogitatio notionum: prudentia consiliorum, bellum pacis, diligentia opulentia, virtus beatitudinis genitrix est. quid quòd Deo cum deesset nihil, ipse sibi esset omnia, ex nihilo voluit esse aliqua, quæ hoc ipsum quod ipse est, & essent, & nò essent: idque per generationem. Quanquam ambigè dicitur *ἄπειρος*, apud Platonem, de mundo cum à Deo ille ait genitum: & de iis, quæ in mundo à nobis dicuntur generari. In hæc rapuit me calor poeticus: vt quæadmodum cætera omnia, quæ nostris commentationibus continentur: ita hæc quoque pars quàm maximè à vulgo abhorreret. Quare iam sit satis.

Προσηυτικὸν, Ἀπειυτικὸν, Soteria.

CAPVT CIII.

Natum hominem multa variæque sequuntur euenta. Nconditio, status, negotia, valetudo, mors. quæ omnia Sylluarum materia esse solent. Itaque laudantur Consulatus, victoria, triumphus, statua, festa, ludi, togæ pura, bullæ, prætextæ, prædia, naues. laudantur, inquam, pro conditione, statuè personarum. In negotiis sunt Exhortationes, prosecutiones, consolationes, votorum susceptiones. Quare & in bellum profecturos profequimur beneominata oratione: neque eos solos, sed etiam quomodocumque peregrè futuros. Pro quibus vota quoque suscipere ius, fasque est. Quemadmodum pro ægrotis. quod carmen suis Lyricis inseruit Horatius. Aliis titulos fecèrè, Propempticon, Protrepticon, Paramytheticon: huic *προσηυτικὸν*, Latine Votium. Nauiganti idem Horatius: *Sic te diua potens Cypri.* ad bellum eunti Messallæ,

Ibis Liburnis inter alta nauium

Amice propugnacula. Ægrotanti Mecœnati,

Quid me querelis exanimas tuus.

Et pro seipso Tibullus. Recepto verò duce atque exercitu incolumi sacrificabant Soteria. sicut & amico aut patre, aut filio, aut marito restituta sanitate. cuiusmodi cecinit Staius, quod ab Orpheo primùm factum memo-

ria prodidere. est autem in genere τῶ ἀρχαϊστικῶν, id est, eorum quibus agimus gratias, scilicet Dīs immortalibus. Proseuētico autem cognatum ἀπειυκτικόν. idem nāque filum orationis, idem modus, tenor: finis diuersus. Nā Proseuētico petimus aliquid fieri, aut esse. Apeuētico aliquid non fieri, aut non esse. Sunt igitur congeneres orationes. vtraque petit sanè fieri quod non est. sed Proseuētica fieri bonum simpliciter: Apeuētica fieri bonum sublato malo. Prioris modi multa diximus: & illud Virg ilii est:

Armipotens belli præses Tritonia virgo

Frangere manu Phrygii telum prædonis.

Alterius generis apud Catullum de re præterita:

Iuppiter omnipotens, vtinam ne tempore primo

Gnosia Cecropia tetigissent littora puppes.

Et illud, in vi. Æneidos simile. differt enim sola breuitate,
-ne seui magna sacerdos.

Et apertius, in tercio:

Dii prohibete minas, Dii talem auertite casum

Et placidi seruate pios.

Vocantur autem etiam ἀντιπρονοια carmina: quæ ad auerendam auerruncandamue inferorum numinum iram comparantur. Supplex est Proseuēticon: petit enim. omnis autem qui petit, eget: minor igitur est hoc ipso, quàm is à quo petit. suauius igitur oratio petitioni accommodanda. Ipsa argumenta condita humilitate, ne videaris velle vim facere, atque extorquere. Insinuatione opus est, & occulta surreptione. Decet etiam Poetam profiteri se esse beneficiarium illius quem appellat. Vita, dignitas, opes, tria sunt primaria. horum vnum, aut omnia ei abs te deberi. In Apeuētico assurgere licet altius, atque instare. Miseratio nāque maior mouetur in periculis, aut alia qua re atroci. In Soteriis liber animus à malo, aut à metu, feruus eius cuius opera tam bene affectus est: exultans lætitia: narrans commoda: omnia studiosè amplificans. figuris comptis, acribus, frequentibus.

PROPEMPTICON, Apopempticon,
Hodæporicon. CAPVT CIIII.

PROPEMPTICON quoque in genere Proseuētici continetur. Est enim Poema quo prosequimur abeuntes,
vel

Petito
qualis esse
debeat.

votis, vel bonis omnibus. Sumemus autem argumentum à tempore, loco, officio, comitatu. Suppeditabitur enim à tempore canēdi materia: etiam initia poematis aliquando, quibus affamur ventos, diem, noctem, ver & alia. hymnis incommoda deprecabimur. Loci ratio duplex, quò, & quâ. Exemplum tibi ad carmen tuum variis pingendum coloribus ex Æschyli Prometheo sumes, à quo Io vaticinium audit fugæ suæ. Iisdem vestigiis deduces argumentum, veluti si discedens Roma Veronam petat. Huiusce vrbs diuinitatem collaudabis, situm incomparabilem, Athesis amœnitatem, Vetera monumenta, Aquæductus, Pontes, Theatra. Alterius loci ratio, qua illi est iter faciendum. Apenninus, quem tot fluuiorum patrem appellare poteris, imprimis sese offeret. Deinde Florentia omnium penè vrbiū elegantissima. Tum Padus fluuiorum rex: postremò Ferraria, quæ nihil mūdus, nihil illustrius videt Sol. vniuersa quoque natura locorum alias, atque alias admittunt dicendi occasiones. Etenim ei si est nauigandum: quot, quanta è mari? votum aduersus pericula: sacrificia tempestatibus. Neptunus, Nereides, Delphin, Pompilus, Aquilones, Cauri, Auræ tibi præsto sunt. ab officio, veluti si Legatus, si cum imperio, aut exercitu: si pro pace. ilico sese tibi dabūt Viri laudes: electū è multis genus, virtus, fortuna. Diertes deinde ad socios, comites, collegas: quorum è virtutibus illius agnosces comoda. Est igitur laudandi occasio cum ea parte coniuncta. nam qui Propemptici speciem fecere vnam, ἐγκαμασικόν, nihilo melius iudicant, quàm ii, qui nobis eloquentiæ candidatis affirmabant orationem pro lege Manilia esse in genere demonstratiuo. Quid? admittemusne illā quoque diuisionem? Partiuntur enim ἀρεπεμπικόν in duo: ἠρωτικόν, & συμβουλευτικόν. Aiunt Amatorium Propempticum esse, cum amicus amico dat hoc, vt eiusmodi carmine eius celebret abitionem. Quòd si maior prosequitur minorem: illud esse συμβουλευτικόν: propterea quòd ad præstantioris dignitatem pertineat dare consilium inferiori. quam Sophistarum superstitionem vides omnino carere iudicio. Si enim ita sit: minimè dubium est, quin etiam à quocunque vitæ vel genere, vel officio, ducendæ penè innumeræ sint species. summa poematis huius est ἄσρημα. Cui vel ἄθῆ, vel παῖθῆ possint adhærere

tum multa, tum varia. Si enim Comicum abeuntem appelles qui paruulos relinquat liberos, etiam consolatione vtendum fuerit, etiam promissis eius expectatio de tua fide oneranda. si amicam propemptico alloquere: quales tibi affectus vel mouendi, vel declarandi? Quas attinges tum fabulas, tum historias. Qui flores ex intima rerum natura delibandi? Ab animalibus, à plantis, ab elementis ipsis: quorum conditio vniuersa spectat ad vnionem. quare tibi illum dederit Fatum, vt auferret? Quid amplius tibi sperandum: quo viuendum modo, qui sine te ipso sis futurus? Esto igitur hoc *ἰρωπικόν*. Qui si in exilium misso amico, vel filio, vel patri eiuscemodi pares Poema? nonne meritò hæc item pars speciei certæ nomen sibi vindicabit? Quis igitur dicat *προπεμπτικόν φουραδικόν*: Acutius agnoscas ab hoc genere genus illud diuersum, quod non ei qui manet attribuitur, tanquam *προπεμποντι τὸν ἀποχρύβρον*: sed ei qui abit: qui amicos, quos relinquit alloquitur. Eiusmodi felicissimum simul atque miserrimum Ouidii fecit ingenium. Abiens enim in exilium, cuius erat is dignior, qui illum relegabat: diuina illa excussit, quorum initium est:

Cum subit illius tristissima mortis imago.

Etenim hanc elegiam si cum superiore, in qua describitur nobilis illa tempestas, quispiam coniungat: ex vtraque abeuntis Nasonis condet *ἀπὸ προπεμπτικόν* singulare. Quod hunc ad modum nominare libuit nobis, quia vicissim Propemptico respondet. E' Statio multa poteris contemplari: nec tua facere minora. apopempticon non est nisi nomine diuersum: res eadem.

Συμβουλευτικόν, Προπρητικόν, Παραρηπτικόν,

Νουθετικόν, Παραμυθητικόν.

• CAPVT CV.

CVM omne genus orationis ad deliberatiuum reduxerimus: finis enim iudicii est Iustitia. Iustitia ab electione. Electio à deliberatione. Itē Laudationis finis, imitatio: tum superiora, tum hæc ipsa, quæ deinceps recēsebimus sub deliberandi genere continebuntur. Quippe nuptiale carmen facillè sub illo collocatur. Non minus Geniale. Est enim sub Eucharistico. Gratias Deo Opt. Max. cuius beneficio liberis aucti sumus.

Tanto

Tanto magis προτρεπτικόν, quod Adhortatiuum Latini. sub quo statuetur παρανεπικόν, νοουδεπικόν, παρεμυθηπικόν. Est enim Paræneticon quod præcepta continet Sapientiæ. Nutheticum, quod cuiuscunque modi complectitur admonitiones. Paramytheticon, quo aliquem consolamur. a dhortamur enim ad animi compositionem, atque tranquillitatem. Neque differt Adhortatio à Dehortatione, nisi quemadmodum Suasio, & Dissuasio. Hæc verò ita sunt diuersa, vt affirmatio à negatione. Nam qui negat, hoc ipso, quo negat, affirmat negationem. Et qui dissuadet, suadet non esse faciendum. Omnibus autem his tum laus, tum vituperatio adiunctæ sunt. quæ sunt quasi calcæria quædam ad electionem. Id quod in Parænetico tam perspicuè patet, vt etiam in ipsa voce laudis vocabulum constituatur. Protrepticon igitur tot modos aut species continet, quot habet fines. Iam verò à nobis sæpe declaratum est, vnum esse finem nostrum extra nos, Deum. Vnum in nobis vltimum, Beatitudinem, quæ appetiti boni fruitio est. Sunt autem bona, Animi, Corporis, Fortunæ. ad quæ cum animum appulerimus, inchoatæ cuiusdâ beatitudinis affectio est. Ad quam consequendam mouemur aut ea, quæ in mente nostra est, ratione: aut extrinsecus aliorum impulsu. Is verò dicitur Hortatio, quia Græci sic loquuti sunt. Est enim ὄρμη impetus. Aut igitur est adhortatio ad rem vel actionem quampiam sine comparatione atque deliberatione electionis: eiusmodi Idea est τῆ προτρεπτικῆς. Exempli gratia, si tibi dem consilium vt in eas militandi rationem ita, vt neque cum otio, neque cum studiis literarum, neque cum questu mercaturæ comparem. Aut est admonitio simplex qua instruaris ad aliquam prouinciam capeffendam. Cuiusmodi est oratio Q. Fratris ad M. Tullium de petitione consulatus. hoc est τῆ νοουδεπικῆς. aut est cum præceptionibus. Hoc est τῆ παρανεπικῆς, siue παραγγελλεπικῆς. qualis est Isocratis ad Demonicum: & Plutarchi παραγγελλεπικῆς. Cum igitur bellum suscipiendum est, dubitaturque faciendumne sit: ea oratio est planè deliberatiua, à Græcis συμβουλευπικῆς. Cuiusmodi in XI. Agit enim Latinus de consilio belli cōtinuandi: quod idem est, atque in suscipiendo:

*Autè quidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, et fuerat melius: non tempore tali*

Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.

Hoc Poematis genus non cadit in sylvas. Conflato autem bello, protrepticus carminibus locus est. Neque enim amplius est electio, sed iter ad finem. Hoc carmine syluam componere licebit. quò vel Imperator, vel vniuersus exercitus ad victoriam excitetur. Gerit autem quendam, vt ita dicam, vultum Propemptici. Simul addit impetum sumptis argumentis à patriæ charitate: Focis, Aris, Penatibus. Rebus gestis, periculis impendētibus, seruitii, ignominia. proposita spe quietis, opulentia, honoris. Beneominata verba huic conueniunt. Votis quoque claudere poteris, cum appellatione numinum, quorum in tutela gens est. Excutienda loca suaforiarum, à necessario, vtili, honesto. Hoc est Protrepticon. *Προτρεπτικόν* verò si addas ad Protrepticon, rationes aggrediendi hostes, cauendi ab illis, debellandi. *Παραπροτρεπτικόν* autem si adiungas Nùthetetico, præceptiones. Est autem Protrepticon generis nomen ad multas actiones, neque propterea nomen mutauit nisi in re maritima. Id enim *Ἐπιπέλαγον* Græcis libuit appellare. Talis apud Poetam in V.

-nunc nunc insurgite remis

Hæctorei socii, Troia quos sorte suprema

Delegi comites: nunc illas promite vires,

Nunc animos: quibus in Getulis Syrtibus vsi,

Ioniòque mari, Maleæque sequacibus undis.

Non iam prima peto Mnesthem, neque vincere certo.

Quamquam ô. Sed superent, quibus hoc Neptune dedisti.

Extremos pudeat rediisse. Hoc vincite ciues,

Et prohibete nefas.

EPIBATERION.

CAPVT CVI.

CVM quis longam post peregrinationem, aut diuturno postliminio in patriam reuersus esset, certa die ciuibus conuocatis aut habebat orationem: aut canebat carmen: de illustribus viris dico. Id poematis genus *Ἐπιπέλαγον* dicebatur, ὅτι ἐπέβηκε ἐς τὴν πατρίδα. Ea in ciuitate aut erat princeps, aut Præfectus à principe impositus, aut Respublica. Ergo & principem, & præfectum celebrabant: sanè post lætum proœmium: quòdque ostenderet omnium desideriorum finem. Is enim est huius Poematis

matis modus, vt diis agat gratias, quorum beneficio bis natus sibi videatur is, qui illa canit Epibateria: & ciues benignè appellet: quorum animos ex frequentia, ex vultu, ex plausibus deprehendat, atque agnoscat. Quòd si postliminio reuersus hoc agere aggrediatur, maiores addet affectus. Patrios primùm lares salutabit: quorum ante aras focosque primùm hauserit cælum. Eúmque diem quasi natalem suum colet. Tum verò conuersus ad ciuitatem, ordietur laudes tanquam parentis, tanquam altricis. Ab ipso conditore sumet initium. à matrice vrbe, si colonia sit. A beneficio & magnitudine vrbis Imperatoris, prætorisue si sit municipiû. Cùm autè hominû conuentus propterea sint instituti: vt & tutius, & commodius viuerent: à situ maximum capiet argumentum. Situs verò etiam loci naturam demonstrat. Locum intelligo Regionem: situm regionis partem. regio commendatur à seipsa ob fertilitatem: & si non sit fertilis, ab iis commoditatibus, quibus vtimur ad ea, quæ sunt necessaria importanda. vt à mari, fluminibus, camporum planicie. Altera commendationis ratio ab asperitate, quia inuia atque inaccessible, tutiores incolas faciat. Hęc à seipsa habet. Cæterùm & à vicinis, siquidem boni sint: sic laudis patet aditus. Sin mali: illorum vituperatione magis etiãnum laudatur ipsa: quorum nequitix neuiquam particeps sit. Vrbs autem situs tribus potissimùm probatur causis: sanitate, munimento, voluptate. Sana vrbs creditur alia aliis. Illud sine controuersia, in aère perflabili. Id sanè disputant: editane loca, an latè patentes campi aptiores existant ad tuendam sanitatem. suas vtrique afferunt rationes. Quòd si in plano sita cedat aeris præstantia ei, quæ in monte posita est: at enim uerò facilitate commoditatèque commeatum, atque subuectionum superior esse videbitur. Quòd ad munitiones attinet, id vel in natura, vel in opere positum est. Priscis celsa loca munita ostendit natura, quibus ars adderet pauca. In planis constituta, fossis atque muris suam debent securitatem. Nunc hæ probantur magis in re militari. Quæ sunt in collibus, difficilius emittunt milites ad obsidiones impediendas: Facilius è superiore loco detectos hostes petunt missilibus. Quæ in planis, faciliores habêt exitus, minus commodè detectos aggeribus inimi-

cosinceffere queunt. Ita in vtramque partem diducere poteris orationem. Quinetiam si muris cinctus non sit vicus natalis tuus: nam ex iis maximi quoque viri prodire: & sanitatem laudabis, quæ à murorum claustris malè sæpe afficitur. Et libertatem celebrabis: quæ non cohibeatur, tanquam pecora præsepibus. Aurea ætate sic habitasse mortales. Ad eum modum & vixisse, & regnasse Lacedæmonios. Apud Scythas nihil commendari magis, quàm carere mœnibus. In fide audacia, robore ciuium perpetuum esse imperium. Intra murum delitescere, fugæ perquam esse simillimum. à voluptate locus dabitur argumentis, si vicinæ sint syluæ, colles, frugiferi fontes, prata rigua, horti. Tempa, ædes, portus, porticus, magnificè structa omnia. Igitur vetustatis finis Nobilitas. Nouitatis necessitas. Neque enim sine maxima prudentia, maxima vsus spe, adduci potuisse accolas: vt relictis suis certis sedibus eò commigrarent. Sanitatis finis, vita. Munitionis Libertas, Imperium. Ornatus atque magnificentia, Voluptas. sine qua nullius rei possessio vera dicitur. Est enim voluptas fructio boni expetiti. Quam qui damnarunt: nesciuere quid esset rerum finis. Hæc igitur ab ipsa quasi materia vrbis. Forma verò ipsius ipsi ciues existunt. à quorum corporibus, animis, fortunis excitabis ad laudes auditores. si corpore delicati sunt: venustas hinc habebit partes primas: Sin asperiores fuerint, robur prædicabitur. Si absit à fœminis pulchritudo, ea prætermissa ad animorum laudationem aduolabis: Sedulitatem, sobrietatem, castitatem. Prænotum fœminæ ex Herodoto in memoria habendæ: ex aliis Patauinæ, Romanæ, Spartanæ, Cimbræ. Præterea virorum studia in armis, in literis, in artibus, in mercaturis. Leges, mores, consuetudines, res gestæ: si quæ sunt illustriores, ac maximè dignæ memoratu. Parcè omnia, ac breuiter: ne in *παρρησιᾷ* excrescat oratio. Quinque imprimis commemoranda sunt. Erga Deum pietas, Inter ciues concordia. Peregrinis hospitalitas. Subditis humanitas. Contra hostes fortitudo. in fine Poematis, bene precari patriæ. sese illi deuouere.

A P O B A T E R I O N .

C A P V T . C V I I .

Contra

Voluptas.

Contrà, Apobaterion carmen erit : quo discedentes
 vtùtur. Discedimus autè aut à patria, aut ab aliena.
 Si à patria, aut officii, aut peregrinationis, aut exilii cau-
 sa. Si ab aliena, aut ad alienã, aut ad patriam. Atque ita
 vt ea in terra aut sedem fixerimus, aut non, sed quasi in
 diem vixerimus. Varia sanè materia, variòque tractan-
 da modo : verùm cuius summa sit affectus omnibus sanè
 communis, ita tamen vt in quibusdam sit verus, in
 aliis fictus. Nam qui à patria discedit sanè habet multa,
 quæ eum commoueant, qui redit in patriam, quid ei po-
 test tunc vlla in terra relinqui, quod præsentì voluptate
 desiderii faces queat extinguere ? Cætera, quæ inter hæc
 sunt, vt media natura eorù est, ita partè capere debent e-
 ius tractationis, in quam magis vergunt. Exèpli gratia si
 apud Gallos, quæ gens est & opulentissima & humanif-
 sima, legatum: agens Romam sit rediturus: non eodem
 afficietur modo, quo nos in Vasconia profugi, si fortu-
 nè imperio in veterem patriam reuocemur. Huius gene-
 ris est Æneæ oratio ad Helenum, atque Andromachen.
 Qui iturus est in exilium commiseratione interdum et-
 iam lapides ipsos mouet. Qui ab senatu, aut rege, vel
 legatus, vel cum exercitu mittitur, temperatiore vtitur
 oratione. Hæc à syluis & cantu musico valde sunt aliena.
 verùm si grande poema pangis, ad hunc maximè mo-
 dum introducendæ sunt personæ. Quòd si quis Poeta &
 sit, & à patria habeatur: ei sanè carminibus pro oratio-
 ne vti licet. Proponitur populi fides, clementia, pietas:
 quibus familia, vxor, liberi commendentur. Oratio quæ
 Ciceroni ascripta est, ad Equites priusquam iret in exi-
 lium tametsi illius non est, tamen eam talem censeo,
 ex qua multum fructus ad tuum Apobaterion capere
 possis: Decedens aliena terra, in qua diu vixeris, eam pa-
 triæ nomine appellabis, salutabis. Beneficiorum memo-
 riam æternam fore polliceberis. quanquam veterem ve-
 ramque petas patriam: tamen te bis natum existima-
 re. Hic meliora natalia iam adulto, atque intelligen-
 ti: ibi vulgatiore. Hic te semper futurum, vbi inueneris
 id, quod vbi fueras denegabatur. Cælum ipsum, in-
 quam, quod ibi ablatum, hic recuperavi. Claudes poema
 beneominatis verbis, faustisque precationibus. Genus
 hoc poematis siue orationis, quare à Græcis dicendi ma-

gistris *ἄνταρτικόν* sit appellatum, sanè nescio. quid enim in hoc potius, quàm in aliis mihi sit componendum. Nobis ita libuit *ἀποβατήρια* vocare, quomodo *ἄνταρτικόν* id, quo reditus in patriam celebratur.

Παρθενία.

C A P U T C V I I I .

INter *ἄχαιϊκῆ* nihil prius, nihil sanctius eo poemate, quod à nobis Græcè dicitur *παρθενίον* quo præcepto-ribus nostris gratias agimus, deque cælesti ac diuina semēte ab illis facta vberè messēm grati reddimus. quid enim optabilius à Deo opt. max. huic brutæ atque incompositæ materiæ tribui potest, quàm forma illa, quam sui similem fecit ipse, vt nos eius similes euaderemus? Quid ergo conducibilius homo homini præstare queat: quàm illum ipsum animum, qui nos aptos facit atque proclives ad beatitudinem, ita colere, vt eam & cognoscere, & expetere, & consequi valeamus? Hoc igitur quod esse debemus, Dei benignitati: hoc, quod sumus præceptorum nostrorum beneficio acceptum ferre oportet. Ergo cùm tyrociniorum nostrorum tam in armis, quàm studiis literarum tot tantæque rudimenta multis virtum sanctis, tum fortibus debeamus: primis adolescentiæ nostræ auspiciis commemoratis, in laudes continuo institutorum abeundum est. Quorum & fides, & probitas, & solertia, & sapientia, & æquanimitas, & sedulitas frequentes illustresque sententias suppeditabunt. Imprimis verò liberalitas, qualis Socratis erga discipulos suos: quorum opibus ne nummo quidem ditior factus fuit. Non quemadmodum Gorgias, aut Hippias, aut Protagoras. Chironem quoque adduces, & Phœnicem, Achillis vtrunque moderatorem. Aristotelem Alexandri. aliorum alios. Neque solùm artifices, sed & artes ipsæ locos tibi communes dabunt. Quarum laudibus, multum refert si addas inuentores: quicunque vel ex Plinio, vel ex aliorum narrationibus erui poterunt. Eorum nânque splendore multum sæpenumero lucis adducitur Poemati. Cæterùm propterea quòd penè in omnibus cum cætero argumento laudationum quoque rationes coniunctæ sunt: videamus tandem quibus legibus Panegyricum Poema confici consueuerit.

Veteres Græcos tenuit consuetudo, certis vt celebri-
 tatibus vnum in locum vniuersi conuenirent: vt eo-
 rum animi vel præceptionibus sapientium, vel fortium
 æmulatione, componerentur, atque colerentur: vel lu-
 dorû festiuitatibus laxarentur. Nânque tum Poetæ, tum
 oratores, tum Aretalogi, tum historici suas recitabant
 lucubrationes. Legimus enim suas musas proprio ore
 Herodotum pronuntiasse. Hesiodus verò etiam se victo-
 rem fuisse prædicat. Præterea currus, athleta, equi: cæ-
 teraque id genus, quæ in primo libro à nobis narrata sunt.
 Adhæc fabulæ multæ dabantur vel à Tragicis, vel à Co-
 micis. Quorum iocis, & præteritorum laborû lassitudo,
 & præsentis moræ tædiû tolleretur. Nomen igitur gene-
 ris πάνθους ὅτι πάντας ἤγυρον, i. omnes congregabat. eius-
 dē enim originis est, ἄγους, ἀγείρον, ἀγροά. Fuit autem mos
 Græcis addere vocem illam παν multis verbis vbi vni-
 uersitatem consignificare vellent: quemadmodum fu-
 sius in Originibus dictum est. sic πανλασιεύς, πανδεχτής,
 παντόννης, πανίδιως, quo vocabulo vsus esse Archi-
 lochum author est Strabo in octauo. Itaque & Atheni-
 enses cūm ex omnibus vicis ad ludos conuenirent, πανα-
 θιωῶν celebrabant: & ad Heliconium Neptunum Io-
 nes Panionia: sicut idem prodidit. Ab ipso igitur Deo
 eiusque potentia tibi carmen auspicari licet: parcè ta-
 men: vulgata nânque res est admodum. nisi ex abdita
 quapiam eruditione aliquid erutum promas. verūm si-
 ne ostentatione, atque arrogancia: itēque ne anxios
 habeas auditorum animos in ipsa historię quæstione.
 quod vltimum quorundam poetarum vel maximum exi-
 stit: qui dum malunt admirationi esse, quàm intelligi,
 pro attentione quam captant, odium consequantur.
 Deinde ad Gētis laudes: quarum leges in superiore com-
 mentatione positæ sunt. Hic res gestas mos est oratori-
 bus liberius explicare: non solum quòd ea res faciat ad
 laudationem, sed etiam vt incitentur animi ciuium ad si-
 miles & exercitationes & glorias. quo loco non historias
 modò veras, sed fabellas quoque inferere plurimum con-
 fert aurium voluptati. Atque ex his excitari potest mo-
 dus comparisonum. Plurimum sanè splendoris assert

rebus nostris alienæ lux laudis. Tertius locus continet
 celebritatis ipsius commédationem, quam pro cuiusque
 rei studio deduces in tuos numeros. Sunt enim Gymnica
 certamina ad robur augendum exercitationibus. Sunt
 Musica ad robur redintegrádum ex remissione. Sunt in-
 condita quædam alia, quæ simul cum seriis ludum con-
 nectunt. Cuiusmodi legimus Consualia, in quibus cer-
 nui pastores saliebant. Et illa quæ à Varrone tradita, à
 poetis repetita: *vnctos saliere per vtres*. Et quæ nostris tem-
 poribus fiunt, cùm quis in scrobe, aut circulo ponit v-
 num pedem, alterum suspensum habet. Colluctator vno
 item stans pede, atque eo, saliens aggreditur expectan-
 tem. Vter eo, qui suspensus est, pede terram attigerit,
 pro victo habetur. Si aggressor, abit: alius succedit, ille
 adhuc manet. Si is qui in circulo stat, vincatur, abit, qui
 eum aggressus est, in eam subit stationem. vetus profes-
 sò exercitandi genus, & quod legimus de Milone Cro-
 toniata. Stans enim in pelle vncta oleo, aggredientes
 propulsabat. Ipse de vestigio ne tantillum quidem. Alia
 quoque leges apud Pollucem, quæ in conuentibus fe-
 stis fieri consueuerant. Eorum iucunditate carmina tua
 poteris aspergere. Adde iis post hæc certatorum præmia.
 Præconis voce declarationes primùm quibus tum Athle-
 ta, tum patria, atque parentes beati pronuntiabantur.
 Dona deinde alii alia. Lebetes, pelles, coronæ: quemad-
 modum è Pindaro colligi potest. Coronarum materia
 varia. E quercu. Eius laus multa. Victus priscus. Olea
 non minore prædicatione. Ex ea enim veteres Trophea
 erigere soliti. Ea sese coronauit Pallas Neptuno supera-
 to. Quid? sterilis arbor est, vnde coronæ fiant. veluti
 Picea, Apium, Cypressus: ex his enim nullus vsus
 ad vescendum nobis. Tum verò vis orationis, quo se
 intendat, habet. Pro se satis præstare virtutem sibi.
 Non esse precium coronam, sed præmium. Quin ne
 præmium quidem, si ab emendo dicatur: sed indicium
 tantùm, ac testimonium. Secundum hæc præsidem cer-
 tamini atque celebritatis appellabis: siue is sit Rex, si-
 ue præfectus, siue plures, vt apud Græcos olim *ἀριστῆται*
 tum alii, tum Amphictyones. Legimus etiam multos
 priuatos viros, edidisse ludos publicos, vel ad augen-
 dam nominis magnificentiam: vel ad eluendam aua-
 ritiam

ritæ maculam. Quemadmodum iis facere mos fuit, qui Decumam Herculi pollucebant. neque enim epulum sine aliquo ludorum genere dabatur. Tum autem qui parentibus aut patronis ludos funebres faciendos curabant. Postrema Poematis pars in votis, atque exhortationibus sita est. Discedant bonis omnibus, memores tam felicitis diei, cuius tractum breuem longinquæ vitæ inertī anteponendum putent. Si quid spectarint gloriosi, ad idem sese comparent: sin quippiam sese obtulerit, cuius offensione sit animus alienatus: eo relicto tanto acrius ad virtutem accingantur. Panegyricus igitur est oratio laudatoria quæ dici consuevit apud multitudinem cōgregatam. Differtque ab aliis orationibus demonstratiuis: propterea quod multæ scribi possunt de cuiuspiam laudibus, quæ nunquam recitatæ, solâ lectione contentæ sunt. Quales Euagoras Isocratis, & de laudibus Helenæ, atque Busiridis. quinetiâ si pronuncietur apud aliquot auditores: ne tum quidem Panegyrici nomen obtinebūt. Plinius quoque Traianum laudaturus, illustri titulo auxit orationē suâ. Neque enim vniuerso populo conuocato, sed Patribus tantum conscriptis in Senatu dixit de principis laudibus. Præsertim cū totius argumenti vis posita sit in genere *ἡ ἀρχαῖσι μὲν*. Eum enim finem spectat, vt pro Consulatu gratias agat Traiano: ac propterea in laudes eius adducatur. Quod vt melius intelligatur, de generibus laudatoriarum aliis agendum est.

L A V S,

Laudatio.

CAPVT CX.

E *Ἰπαρον* igitur aliud dicunt Græci, aliud *ἐγκάριον*. Falluntur enim, qui idem putant: quod vt clarius pateat à Nominis ratione, rationē rei, quod vocat Aristoteles *τὸ τὴν ἰσὶν εἶναι* venari oportet. Est igitur *ἰπαρος*; quemadmodū supra dicebamus, idē quod *μῦθος*. *Μῦθος* autem idem, quod dictū, aut sermo: vt veteres loquebantur. Nā postea vtriusque significatio ad fabellarū angustias redacta est. Ergo cū de re quapiā *ἰπαρος* esset propositus: auditorum consensu expressius oratione *ἰπαρος* appellabatur. quasi *ἰπαρος* prioris narrationis additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quàm comprobatio

Laus.

dictorum. Inde tractum est: ut hoc testimonium, vel bonæ rei, vel bene cuiuspiam facti, dictiue ἔπαρος vocaretur. Satis igitur erat & breuitas orationis, & paucitas comprobantium: comprehendebat autem veritatem, atque ab eâ comprehendebatur. Hoc à Latinis laus dicta fuit veteri voce Æolica: cuius composita durant adhuc, ἀπολαύς. fuit enim λαίος fruor. Nullus sanè maior fructus ex virtute, aut actione illius, quàm laus, sic itaque definire ἔπαρος μαρτυρία πινός ἀπ' ἀρετῆς: atque eodem filo alii. λόγος ἐμφανίζων μέγδος ἀρετῆς. quanquam mihi videtur vox illa, μέγδος, esse superuacanea. Satis enim est ut sit, vel testimonium, vel iudicium virtutis. nam virtutis magnitudo, siue alius quis modus nequaquam ingreditur definitionem. Sed magnæ virtutis magna quoque laus esse potest. Erit igitur laus & simplicis rei, & simplici nudâque oratione, & semper vera, ut volunt. Tametsi nobis aliter iudicatur. Euenit enim ut etiam testes mentiantur: aut fallantur saltem ii, qui vel amici, vel possessionis suæ laudem proferunt. Sed mea quidem sententia, tum vera, tum falsa oratio de cuiuspiam perfectione: modò sit sine ornatu, simplex ac breuis, ἔπαρος erit. Dico autem perfectionem, non virtutem, ut illi, propterea quòd etiam ab arte quapiam, quæ à virtutis natura alia est, laus proficisci potest. Quemadmodum ne iis quidem assentior, qui vnus tantum virtutis ἔπαρον esse autumant. Quippe si quis hunc ἄρον mihi narret: Benedictus Scaliger cum Matthia Coruino Rege Turcarum exercitus multos fudit: Equitem è suis nullum stipendiis, ut alii faciebant, defraudauit: Dei opt. max. cultum, præter morem militarem, prima summâque habuit in commendatione: subditorum multis, quos Bonifacius frater supplicio dignos iudicabat, ignouit: hunc ego ἔπαρον appendam. Benedictus igitur Scaliger Fortis, Iustus, Pius, Clemens fuit. Sanè hæc laus & de multis tamen. At ἐγκώμιον pusilla quædam quasi πανήγυρις est. Quippe ἐν ταῖς κόμαις tribulibus audientibus cum laudes alicuius ita recensebantur, ut longiusculè procederet oratio: ἐγκώμιον appellarunt. quæ neq. breuis, neque simplex esset: sed figuris ac numeris ornata, certis diuisa partibus, locis digesta suis esset. quare eadē sanè res: modus nō idem, Omnisque ἐγκωμιάζων ἔπαρής: non

ἐγκώμιον.

non autem è conuerso. Ac sanè ἔπαρος videtur ἐγκώμιον
pars, & ἐγκώμιον multi ἔπαροι, atque ἔπαρος quidem persua-
dere potest, non quærit tamen. ἐγκώμιον semper vult: af-
fert enim rationes, quibus credas ita esse, vti dicitur, qua-
re vel exercitationis, vel officii causa multa ἐκώμια scri-
pta sunt: quibus ἄτοπα, i. res damnati argumenti, quæ-
que nullum artis admitterent locum, etiam nefaria quæ-
dam commendarentur, cuiusmodi est oratio de Busiride,
de febre quartana, de pestilentia. Quædam etiam ridicu-
læ, de caluitio, de ventris crepitu, de musca, de culice, de
ansere. Ex officio verò vt si filius Phalarin aut legatus
laudat. Aristot. ἔπαρον virtutum esse ait: ἐγκώμιον verò fa-
ctorum. μακαρισμὸν hominum beatorum, id est, diuinitum.
θεοδαιμονισμὸν, deorum. Facit etiam in Eth. τὸ τιμητὸν pluris
quàm τὸ ἐπιαινετὸν. Quemadmodum verò Latine dicas
ἐγκώμιον haud sanè in mentem venit, nisi sit, Laudatio.
Inscribuntur tamen sæpius de laudibus, quæ igitur vel
ἔπαρον vel ἐγκώμιον, consequantur, Græci κλέος, & δόξα, si κλέος.
à virtute proficiantur: si ab alia causa, puta à pul- δόξα.
chritudine, à cursura, à cātu, à fabrica & eiusmodi τὸ ἑπι-
σημιον, appellarunt. κλέος sanè esse. τίω δὸτ ἀρετῆς ἐπιφά- ἐπίσημιον.
γεται ἢ εἰ παρ' ἑλίθρις, δόξαν autem τίω παρὰ πολλοῖς. Quare
κλέος gloriam potes dicere: δόξαν dignitatem, vnde ἀδόξοι
& ἠδόξοι, de quibus etiam apud Gellium ex Enniano
carmine. ἐπίσημιον autem nobilitatem ad amissim de-
signat. Ita dicimus nobilem citharædum. Nobilitas
ex laude, laus ex artis perfectione. Fecerunt autem δι-
λογίαν speciem ἐπαίου, quam nos aptissime prædicatio-
nem appellamus. Sic enim vtitur Cic. Nam verbo be-
nedicendi barbari in sacris libris sæpe sunt abusi. Quin-
etiam cum quis de seipso prædicaret aliud finxere ver-
bum felicissimum πελαιωτολογίην, quod eidem suum con-
sulatum toties ventilanti, maximè potuit conueni-
re. Ex his patet non esse verum, quod aiunt. ἔπαρον esse
περὶ τὸ μέγδος τῆς ἀρετῆς. ἐγκώμιον autem ἢ περὶ τὸ μέγδος ἢ
περὶ τὸ ἀρετῆς. nam actionum sua simplex, breuissique laus est.
Et rerum legimus Laudationes, vt Herculis, Helenes,
Romæ. Illud præterea quàm isti diligentius. Námque
cum τὸ ἐπαίον aliud quàm τὸ ἐγκώμιον contrarium ag-
noscerent, vna tamen voce vtrunque appellarunt, φόρον.
Nos verò φόρον τὸ ἐπαίον, & τὸ ἐγκώμιον τίω κατηγορεῖαν.

Qua voce vitur ad hunc sensum in Phædro Plato. Aristoteles autem τὸ ψῆγειν, etiam κακολογεῖν, & τὸ ἐπαινεῖν etiam ἀλογεῖν. Hæc igitur de laudationibus. Nunc earum genera secundum rerum partitiones explicanda sunt.

QVÆ quisque laudare possit.

CAPVT CXI.

Quæcunque sunt, Dei opt. max. beneficio sunt. Cælus Elementa, quæque ab iis, quæque ex iis, quæque in iis existunt. A Cæli nânque vi, vis hæc inferior vniuersa pendet, à motu motus, à quiete quies. Ab elementorum formis per certas qualitates multæ sunt actiones, calefactio, infrigidatio, humectatio, desiccatio, elatio, depressio. Ex Cælo nihil fit, ex elementis omnia materialia. In Cælo astra sunt: Cælum ipsum diuinum animal continet & globum hunc, quem videmus, & Mentem illam, qua rotatur gyris sempiternis. In elementis omnibus aliquid inest Animalium, plantarum, gemmarum, lapidum, metallorum. Cætera omnia vulgò etiam nota. In igne verò animantes aliquas viuere tum ex aliorum historijs, tum ex Aristotelis fide persuasum est. Ac quemadmodum elementorum actiones agnoscebamus, ita etiam eorum, quæ ex elementis facta ab ipso Cælo diuina principia ad agendum consequuta sunt. Neque enim formæ vllæ vel à materia sunt, quemadmodum quidam Philosophi existimarunt: vel ab elementorum mixtione. Si enim auri forma ab elementorum mixtione esset, nihil esset aliud aurum, quàm elementa. igitur homo quoque nihil sanè aliud. Quod si fateri coguntur in homine formam esse præter elementa: ad eandem rationem in auro quoque. Formæ igitur omnes ab eodem opifice, à quo & materia. Quare Animantium actiones nihilò secius celebrabuntur: Equi vigor, Canis fides, Psittaci cantus, Passeris nequitia, Cicurati leonis lenitas atque mansuetudo, Præcipuè verò hominis opera, officia, consilia, actiones. De quibus omnibus via ac ratio præscribenda est.

H Y M

HYMNI.

CAPVT CXII.

AC Dei quidem laus semper in toto animo, vniuersaque cogitatione nostra versari debet. Quicquid sine eius communione facias, id verò factum ne putes. quantò magis appellendus animus ad eas modulationes, quæ quantum illius complectuntur, tantum eius concipiunt diuinitatis: sũntque illorum affines concentuum, qui cælestibus anfractibus atque rotationibus sunt ab opifice attributi. Dicitur autem Dei laudatio à Græcis ὕμνος, à Latinis celebratio. Vnus igitur ille cùm sit, idemque trinus, vel vt solum canere, vel personas seorsim celebrare ius est homini Christiano: additis verecundè proprietatibus. Non vt disputatores morosi: sed vt pii Poetæ facere consueuere. Id quod post alios multos nos quoque conati sumus. Nánque in Deum patrem Hymnum cùm scriberemus: tanquam rerum omnium conditorem ab orbis ipsius creatione, ad nos nostraque vsque duximus. Deum verò filium Dominum nostrum Iesum Christum tanquam humani generis Seruatorem. In quo abduximus animum nostrum à corporis carcere ad liberos campos contemplationis, quæ me in illum transformeret. Tum autem sanctissimi Spiritus ineffabilis vigor ille tanto ardore celebratus est, vt cùm lenissimis numeris esset inchoatus hymnus, repentino diuini ignis impetu cõflagrarit. In Deo quicquid est, ipsemet est Deus: cognitionis autè nostræ imbecillitate, horum inferiorum exemplo atque imagine quasi multa distinguuntur. Intellectus à quo voluntas, post quam potentia. verùm neque antè, neque pòst quicquam. Sed non solum simul, verum etiam vnum. A quo duo duxerunt veteres maxima rerum actionumque omnium principia: Naturam, & Fortunam. Natura enim est, Potentia Dei: Fortuna verò voluntas.

Veteres igitur Theologi Orpheus, Linus, Musæus, non solum hæc quæ maxima, & prima sunt, sed etiam alias minutiores potestates ita diuisere, vt varia ac diuersa numina, quos item deos appellarent, constituerent. quare Iouem summum deum cùm agnoscerent, cæterorum finxerunt patrem: è quo scilicet omnia profecta essent. Ita Palladem, Martem, Vulcanum, Proserpinam, Venere[m], Bacchum pro iis officiis, quæ vnũ in vno sunt à nobis

412 POETICES LIBER III,
 cognita. Quamobrem nequaquam mirum videatur:
 si Hymnorum naturam varia in genera sunt partiti, in κληπ-
 κούς, ὑποπεμπλικούς, φυσικούς, μουσικούς, γρηγορολογικούς, πεπλασ-
 τήνους, εὐκτικούς, ἀπευτικούς, μικτούς. Ad quæ genera si παράνομα
 & προσώδια non reducuntur, diuersarum rationum species
 cum illis connumerabuntur. Didymus enim author est
 hymnos cum Cithara, προσώδια cum tibia ad aras ab A-
 theniensibus cani solitos.

E V O C A T O R I I, S I V E
 Inuocatorii.

C A P V T C X I I I.

E Vocatorii, siue κλητικοί, dicuntur à Græcis ii, quibus
 deos vel inuocamus, vel etiam euocamus. Nō quem-
 admodum prisca Romani cum eorum oppidorum, vr-
 biūmue, quæ obsiderent, numina euocabant. sed quo mo-
 do Orpheus in Hippan liberi patris nutricem, ubi non
 vnius loci facit mentionem:

Κλύθι μου ἄκουσέ με χθονία μήτηρ βασιλεια

Ἐπε σὺ γ' εἰ φρυγίη κατέχεις ἴδης ἄρης ἀγρόν,

Εἴ τι μῶλος τέρπει σε, κελὸν λυθῆσι θεάσμα

Ἐρχο πρόσ τελεταίς. Sunt autem omnes Euocatorii vo-
 titiui. Quemadmodum primus statim, in quo idem omnes
 deos suos inuocat. Apponunt enim preces in fine. tales
 omnes Procli hymni. In principio igitur: κικλήσκω, καλέω,
 ὑπὸ κλήρομαι, κληίζω. Clauduntur autem petitione, παρῆνα
 τελεταίς ὁσταίς. sicut ad Lucinam, δίδου γοναίς ἢ τῶζε. Sic
 cum dixit, ἐκπροκαλέωμαι, concludit, βῆνε γεγηθῶς εἰς τελετῶν
 ἀγῶν. & ἠδ' ὡς δὲ βίον μύσαισι προσφάνοις, & ἀγαθῶν ὅσασιν βιό-
 τοιο τελευτῶν. & ἀγῶνμαι θυσίας ἢ εὐχολαίς λιτανεύειν.

Ἀποπεμπλικοί.

C A P V T C X I I I I.

L Atinè satis commodè dici nequit τὸ ὑποπεμπλικόν. a-
 mittere, emittere, allegare, amandare verba satis id
 significant: vocis flexus insuauis est. Proinde veteres
 Poetæ ne ὑποπεμπλικόν quidem Latine potius, quàm Græ-
 cè dicere voluerunt. Rarissimus horum hymnorum v-
 sus: Quippe ex Homeri in hymno in Apollinem mul-
 tas inuenias eius dei peregrinationes. Quamobrem
 cum ex iis locis abiret, in quæ venisset, ὑποπεμπλικῶν
 ὕμνων

ἄλλα eum populi prosequerantur. Præterea certi dies facti apud Priscos fuere, in quibus quidam dii quasi antea aduenissent, compositis carminibus ad suam quisque patriam, dimittebantur. Cùm enim multorum locorù patrociniũ suscepissent: partiri tempora æquum fuit: vt a libi aliàs præessent sedibus suis. Itaque apud Delios, & Milesios Apollinis, apud Argiuos Dianæ festa quædam celebrata sunt, quæ *ἑσθημεν* dicebantur. Quasi eo potissimum tempore inter eos numina illa versarentur. Igitur postremo festorum die, quasi abeuntes deos suos ad aras certis hymnis prosequerantur, qui ea de causa dicti sunt *ἀποπμπητικοί*: quemadmodum suprà diximus discedentibus amicis *προπμπητικοί*. Aiunt à Bacchyllide Lyrico Poeta huiusce generis hymnos esse conscriptos. Statuunt autem differentiam inter *κλητικούς* & *ἀποπμπητικούς*, quod illos breues esse conueniat, hos autem prolixiores. Quasi mora desiderium abeuntis condiat. Cùm enim inuocamus, volumus quàm celerrimè eos aduenire: cùm decedunt, tardissimè amoueri.

Φυσικοί, Μυθικοί, Γεωλογικοί, Πεπλασιῶφοι.

CAPVT CXV.

Quemadmodum *ἔκτικαί* sunt partes *ἡδὲ κλητικῶν*. neque enim, vt dicebamus, inuocantur dii, nisi vt opem ferant; ita *φυσικῶν* partes sunt *οἱ πεπλασιῶφοι*. Ficti nãque sunt: quemadmodum, Dies, Nox, Tempestas, Iustitia, Lex, Virtus, Honor, Fama. Orpheus autem mortem quoque celebrat pro numine. Hæc itaque omnia naturalia sunt. Sic & Marullus Cælum, Elementaque Hymnis canit. sic Apollinem Solem dicis: Dianam Lunam Iunonem aerem: Iouem ætherem: Saturnum tempus: Venerem calorem genitalem: Martem sanguinis efferuescentiam: Mercurium ingenii dexteritatem. Horum duo genera. Alterum, quod celebrat tantùm, neque exponit. Alterum quod rei naturam explicat. vt illud Poetæ,

-uos ô clarissima mundi

Sidera, labentem Cælo, quæ ducitis annum,

Liber ex alma Ceres. Hactenus inuocatio nunc expositio,

-vestro si munere tellus

Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Poculáque inuentis Acaeloia miscuit viuis.

Qui Sol, & Luna ducunt annum : formántque fata sua vi.
Lucretius quoque multa interpretatur. Hoc genus com-
plectitur, & *μουσικούς* & *ἡρωϊκούς*. Ex Genealogicis edu-
citur aut origo, aut causa cuiusque potestatis. Exempli
gratia Bacchi ortus. Iouis filius, qui Iupiter æther est. Se-
mele arsit. Vtrumque vim igneam vini ostendit. Prætere-
a immaturum fœtum, nisi succo abundet. Vritur enim vitis
sine humore. Itcirco exemptum, in coxa infutum, perfici-
cit Iupiter. Iupiter, inquam, aut, quemadmodum mauult
Orpheus, Saturni filius Sabazius. Sic enim scribit,

Κλύθι πάτερ κένην ἤδ' Σαβάζιε, κύνδιμα δ' ἄμμον,
Ὅς Βάκχον Διόνυσον ἐρίεθμον, εὐρυσιώτην
Μηρῶ ἐκαστέρας, ὅπως τετελευσίδης ἔλθῃ
Τμήλον ἐς ἠγάθειον παρ, ἵππαν κραιπίπαρην.

Eodem modo etiam *μουσικοί*, siue, vt ego solitus sum ap-
pellare, *μουσικοί*. Officia nánque & opera numinibus attri-
buita multa tegunt arcana manifestis inuolucris. Pugna
deorum aduersus Titanas. Sunt enim Titanes exhalatio-
nes, vapores, fumi: quas, quósq; discutunt astra. Coniu-
gium Iouis, & Iunonis: id est, ætheris, & aeris. Discordiæ
inter eos, ob alterius humiditatem, alterius siccitatem. &
alia talia. In quibus raræ fiunt petitiones. Cognomina ve-
rò multa: quot apud Orpheum videre est. Sunt itaque
ἡγελογικοί fabulosoꝝ, siue historicorum partes: non
enim semper fabula cum natálibus: natalia verò cum fa-
bula semper. Fictorum verò numinum ratio mollis sit,
non coacta, non insuauis, neque enim delectat me fictio
illa: cùm Iouis caput scindit securi Vulcanus, vt pariat
Palladem ac ne antiquis illud quidem probatum. Apud
quos damnatur in primis illa, quam *πεπέρηον* vocant. Nam
προὔρηον, quod pro opere est: *πάρερηον*, quod extra opus:
πεπέρηον quod supra opus. Prohibent igitur ineptam affe-
ctationem. Quemadmodum aiunt à quibusdam factum
esse: qui Zelotypiæ numen cùm fingerent: velum ei attri-
buerunt, Inuidiam: Pro cingulo autem litem. Sunt au-
tem duo genera eiusmodi numinum. alterum, quod
cum diis habet coniunctionem: Alterum, quod ad natu-
ram nostram maximè pertinet. Primæ classis sunt, venti,
horæ, tempestates, fortuna & eiusmodi. In his & res & sti-
los grauiores esse oportet. Secundi modi sunt, somnus,
vigi-

vigilia, paupertas, sanitas, rumor, obtreſtatio, luxuria. quibus humiliores tum fictiones, tum numeri ſunt attribuenti. Qui verò ἀπεικτικοί, vel προσεικτικοί dicti ſunt Hymni: eorum præcepta tum in δεικτικοίς, tum in ſuperioribus ſyluis poſita ſunt. Miſti autem cuiuſmodi ſint, ſatis patet ex his. Inuocant enim, narrant natalia, geſta, aras, vota concipiunt. Qualis Callimachi in Delum. In Cererem inuocatio, & preces poſt fabulã. Homeri hymni nulli inuocant: partim narrant natalia & geſta: vt Apollinis: partim geſta tantum, vt Bacchi. Alii ſolum laudant etiam ſine inuocatione: vt maxima eorundem pars. quare hæc quoque ſpecies ſeparata à cæteris ſtatueda eſt. in qua illud ſolum verbum αἰείδω, aut κληίζω. Theocritus verò verbo uſus eſt in Caſtoris, & Pollucis, ὑμνεῖν.

HEROICI, Pæanes, Scolia.

CAPVT CXVI.

A Modo igitur eæ ſpecies diuerſæ circa materiam vnam tantum: quippe deos. A materia verò alia ſpecies, qua Heroes celebrantur. Quemadmodum Hercules, Cabiri, Corybantes ſive Daſtyli Idæi, Semele, Helena. Quam Stęſichorus cum ode quadam vituperaffet, atque vt mentiuntur more ſuo Græci, oculis propterea captus eſſet: recantauit carmen, quod iccirco inſcripſit Palinodiam: cuius initium eſt apud Platonem in Phædro:

ἐκ ἕς' ἔτυμος ὁ λόγος εἶπ'.

ἔδ' ἕσας ἐν νηυσὶν ἀσέλλμοις:

ἔδ' ἕλεο πέρματ' Ἐγίας.

Eſt autem Latine παλιν ᾠδία, Recantatio, veluti ex Horatiana ode colligi poteſt. In ſua nanque Palinodia dicit:

Fias recantatiſ amica opprobriis.

In Heroicis hymnis eadem ratio Genealogiæ. Qualis in Theocriti Heracliſco. Frequentior tamen geſtorum narratio, vt in Heſiodi aſpide, & in Hercule Leonida. ex facto etiam Hippan celebrat Orpheus. Igitur cum Heroes ab antiquis ἡμίθεοι κ' ἡμιθεῖτες crediti ſint: fanè iocandum nobis eſt, vt non verè hymnos dicamus eorum celebrationes, ſed ἡμύμνεσ. Quibus autem modis Pæanes, quibufque Scolia canerentur, ſuo loco dictum eſt. Nam quòd ad materiam attinet ab hymnis differunt nihil.

DITHYRAMBI.

CAPVT CXVII.

AB his haud longè absunt Dithyrambi. eorum argumenta duxerunt originem à Baccho. Ideo Philosophus in 8. Politicorum, ὁ διθύραμβος ἡμολογούμενος εἶναι δεξιὸν φρύγιον. Et frustra Philoxenum tentasse τῆς ἁρμονίας ἀπταρὲς δὲ dithyrambum, raptumque ab eius natura in φρυγίῃ. itaque ταύτην τὴν ἁρμονίαν ἐν φρυγίῃ μάλιστα λαμβάνειν τὸ φρίγον. In vndeuigesima sectione, negat suo tempore διθύραμβος habuisse ἀντίστροφους. sed olim habuisse: quo tempore εἰ ἐλάτρευε ἐχόρευον αὐτοὶ ἐν ἁρμονίᾳ μίλην ἤδον. vt postea videantur conductitias operas ad chorum serui præstitisse. Rationem reddit quare desita sit ἀντίστροφα, quia facti essent μιμητικοί. Quoniam in choris essent ἀντίστροφα ἐν τοῖς ἀπὸ σκηνῆς non essent, id est, in diuerbiis, & allocutionibus. Itaque Tragica non habere ἀντίστροφα: neque eis aptam esse τὴν ὑποδαρσίτην, neque τὴν ὑποφρυγίτην.

LAUDATIONES.

CAPVT CXVIII.

HVnc igitur ad modum & dii, & Semidei celebrantur. Cæteræ commendationes orationibus comprehensæ dicuntur laudationes. quarum naturam communem supra declarauimus. Nunc materiarum modos sic diuidamus. quæ laudantur, sunt, aut ἐνδοξα, aut ἀδοξα, aut ἀμεριδοξα, aut παρὰδοξα. Endoxa voco Latine nobilia. id est, quorum laus nota est. ἀδοξα autem ignobilia. Illaudatum Busiridem ἀδόξον dixit Virgilius. Ennius ex Hecuba Euripidæ. τὸν ἀδόξιον τα ignobilem, opulentum τὸν δοκίμων τα transtulit. Id reprehendit Gellius: negat enim omnes ignobiles ἀδόξων: & omnes opulentos ἀδόξων. Sanè dimidio eius sententiæ accedo. non enim omnes opulenti ἀδόξων. sunt enim multi opibus differti ignobiles. At verò ἀδόξων siue ἀδόξιων τα sanè ignobilem interpretor. Sunt igitur ἀδοξα argumenta quædam, quæ nullam admittunt laudationem. ἐνδοξα igitur, cum per se clara, atque nobilia sunt, quare laudantur? quippe dii immortales nullius egent nostræ laudis. Non enim Sol aut Luna, cæteræue sidera maiora, auctiora, notioræue euadunt nostris laudationibus. tantò minus verus ille vnus Deus. Sanè non omnibus omnino omnia nota sunt. Ille sanè non eget, audito-

auditores eius indigent cognitionis, qua illius similes fiant. quin ille ipsemet, qui condit, componitque illas Dei laudes, eundem capit, quem auditor, fructum. Neque enim ex animo quicquam in orationem exire potest, quod ipsius mentis prius non extiterit forma quasi quædam tamen accidentalis. *ἀδύνα* igitur sunt, & suapte natura ignobilia, & quæ ab arte prædicationis cultum quam difficillimè queunt accipere. Cuiusmodi genus causarum in duas partimur species. Vna est vilis & *ἀσπύς*. pura si ventris crepitum, aut ructum, sterçusve laudare institueris. altera est, quam *ἀόυστων* Rhetores: idem Gellius parum consistentem causam videtur interpretari. quam Græcè *ἀποειν* vocat, id est, vt ipse dicit, inexplicabile. Verum tertiam adhuc speciem intelligemus. Est enim hæc secunda in duas diuisa. Altera est *ἀποειν*: vera, i. quæ nulla subministrat argumenta. Inopem appellare potes: exempli gratia, Parricidium. Quod tamen, si per verecundiam liceret, nefaria illa quidem, non inepta tamen oratione laudarem, nedum defenderem. Altera est *ἀμείωντος*, id est, vt ille ait inextricabilis. exempli gratia illa, quam ipse affert. Septem iudices de homicidio cognoscant. Rata sententia esto, quæ à pluribus. Duo censent pecunia, duo exilio multandum. Tres morte afficiendū. Difficultas est: quia accusator dicat tres simul hæc esse. in aliis sententiis binos. Reus contra. quatuor à morte absoluere: Tres tantum non ortis damnare. *ἀμύπη* autem quæ dubitationem, & disceptationem vtrinque capiunt. Veluti Monarchiæ laudatio, belli, nauigationis. *μαερίδινα* verò quæ præter vulgi opinionem, vt mortem si quis laudet, & paupertatem anteferat Tyrannidi. Cæterum oratori tribus hæc postremis relictis *ἐνδύνα* tantum, hoc est laude digna, in Syluis nostris excepta poeticis numeris ornada sunt. Sunt autem hæc: Persona, actio, locus, tempus. Sub Persona comprehenditur etiam quasi persona, equus, canis, leo, turdus, psittacus, laurus, platanus, rosa. Actionis autem non solum fluxus ille, vt cursus, scriptio: sed etiam finis ipsius, i. opus. vt statua, pictura, ensis, currus & eiusmodi.

PERSONA. CAPVT CXIX.

AC personæ quidē laus tamen ab iis, quæ suprà dicta sunt, argumētis duci potest: tamen breuissimis, ma-

ximéque necessariis locis hinc eam constituemus. Natura, Fortuna, Institutio, Actiones, Circumstantiæ. Natura comprehendit Genus, Corpus: Animum. Fortuna Opes. Institutio & fidem facit naturæ, & addit. Actiones naturam perficiunt, & institutionem. Circumstantiæ continentur loco, tēpore, modo, causa. quæ & si scio à Rhetoribus aliter explicata: mihi tamen nostra potius acutè procedere, quàm aliena supinè sequi, semper in animo fuit. Genus intelligo parentes, auos, affines. Corporis bona quatuor, Sanitas, Robur, Agilitas, Pulchritudo. Animum commendant habitus duo, perfectæ contēplatio, cuius finis cognitio: & perfectæ voluntas, cuius finis actio. Opes sunt aut cū imperio, aut priuatæ. Imperium aut singulare, aut cum aliis commune. Singulare aut iustū, vt regnum: aut violentum, vt Tyrannis. commune aut cum optimatibus, vt in Aristocratiâ: aut cum omnibus, vt in popularitate, quæ à Græcis dicitur Democratia. Institutio naturæ bona auget vt Chiron, & Phœnix. Actiones aut publicæ, aut priuatæ, vt bellum, legatio, agricultura, nauigatio: quæ omnia laudantur à fine. Priuatarum actionum quarundam manet finis, aliarum aboletur. Manere nunc dicimus eum, qui sensui subiectus est, quales sunt fines artium multarum, quæ opera dicuntur, vt naues, ædificia, statuæ. Circumstantiæ sunt quibus laus, aut vituperatio augetur. Quarum numerum non rectè scripserunt antiqui. Sex enim recenset cum aliis Hermogenes, locum, tempus, modum, personam, causam, rem. Quem numerum etiam Trapezuntius est sequutus. sic enim *θεῖσασιν* nouo nomine interpretatur, rectè sanè. Nam quo iure dicimus constantiam, eodem etiam circumstantiam. Quintilianus in tertio Negotium Latine appellat *θεῖσασιν*: verùm laxa voce nimis. M. Gallio verbo vsus est in participio, nomine abstinuit: dixit enim res circumstantes. Fabius multò plures commemorat circumstantias. Contrà subtilius Trapez. omnes ad duas reducit, Rem, Personam. Caterùm cū Hermogenes dicat, *θεῖσασιν* esse τὸ παρὶ ἐν ἡμῖν, καὶ λόγους, καὶ ἀρετὰς, καὶ δεικνύειν, καὶ ἰσοδύναστον, καὶ εἶναι, profectò & multa confudit, & à seipso alienus est. nam quomodo distinguit τὸν εἶον ἀπὸ τῶν λόγων, καὶ ἀρετῶν? quid enim aliud est in vita nostra, quàm facta & dicta? Præterea si circumstantia est in rebus: quomodo res erit

erit circumstantia? Quòd verò alii quoque vt idem ait, Materiam addunt: sanè sub re continetur. Sanè actionis cuiuspiam circumstantia res est, id est, materia, puta instrumentum, vt ensis in vulneratione. Ad hæc circumstantia facti est persona: sic etiam personæ circumstantia, factum est. Nam quemadmodum detrahetur testi fides, nisi ex aliis falsis testificationibus? sic loci quoque sunt circumstantiæ, frequentia, solitudo. Quare circumstantiæ circumstantia erit, porrò frequentiæ quoque ipsius erit circumstantia. Puta nobilium personarum, aut ignobilium. Ciuium, aut peregrinorum, Postremò vel illustrem quandam circumstantiam videntur omisisse τὸ ἀνόλεθον. vt non solùm actionis causam inuestigemus: sed illud etiam: an ipsa actio melioris, aut atrocioris rei causa fuerit. Quare Latine Euentum appellabo. Exempli gratia. Si ex Milonis cæde melius, deteriusue fuerit Reipub. Sic Cæsarem laudaturus: non ab iis quæ fecit solùm, sed ex illis quoque vtilitatibus, quæ eius res gestas sunt consequuntur. vt extincto Tribunitiorum tumultuum, & si quæ sunt alia. Erit igitur *ἁπλοῦς* cohesio, siue coherentia causarum ad faciendam fidem. Quæ causæ cum sint quatuor, efficiens personam comprehendet: materia instrumentum: finis animum personæ: in quo & coniectura esse poterit, & status qualitatis, & interpretatio scripti ac sententiæ: veluti cum Milo in rheda est, ostendit animum suum aliorsum inclinatum, atque ad cædem faciendam. Forma verò complectetur modum apertè, locum autem & tempus consequenter. A loco igitur accepta laus ostendit patriam: quæ maxima affert momenta ad commendationem. Patriæ autem ius duplex. Altera est natale solum: altera vnde oriundus sumus. addere quoque tertiam licebit: quippe vbi bene accepti commodè viuimus. Tales sunt coloniz, vel iure deductæ, vel vi occupatæ. Talia loca vacua, quorum in possessionem ventum fuerit. A tempore quoque si instituat laudatio: seculorum fient cõparationes. Ex otio & pace, opulentiâ, securitatè, seculum illud aureum proferemus. A studiis populorum, religione, armis, literis, agricultura, mercatura. Vegetum Romuli, religiosum Pompilii, reformatum sub Tarquinio, iustum

sub consulibus, fortunatum sub Cæsare, opulentum sub Augusto. Modus autem nequaquam personæ circumstantia est: ut hac quoque parte Rhetorum incuria animadvertatur. sicuti ne causa quidem. Neque enim personæ ulla causa est, sed effectuum tantum. Quare si iudicium de persona fiat: nulla ipsius erit causa pro circumstantia, veluti pro Archia Cicero dicit.

L O C V S.

C A P V T C X X.

Cum igitur à loco sumatur arguméta laudationum: tum propter hoc, tum etiam quia locorum laudes per se frequenter celebrantur: videamus quid ad Poesim nostram conferri queat. Superius loci situm, naturamque eandem negabamus aduersus Græcorum sententiam, quæ id asserbat. Natura enim est loci vis ad procreandum, alendum, tuendum. Hæc verò omnia ab situ pendent. Situs est locus, non quilibet, sed certis affectus conditionibus. Conditio duplex, Cæli, Terræ. Cæli partes appellamus segmenta, & inclinationes: Græci parallelas, & climata. Segmenta sunt præscriptiones æquales inter se factæ à circulis æquè distantibus: quorum punctum medium est in utroque vertice, quem Græci Polum vocant. *πολὸν* enim vertere est. Inclinationes sunt segmentorum certi tractus à vertice ad medium circulum: ita appellatæ, quia medio circulo subiecti populi rectum cælum supra se habere dicuntur: propterea quòd linea ab eo circulo ad axis medium punctum demissa, qui axis est à vertice ad verticem ducta linea, rectum utrinque angulum constituit. Cæteræ quæ ab aliis descendunt segmentis ad idem punctum axis medium non item. His itaque omnibus inclinatum esse cælum par est. Est & alia ratio qua Cælum veteres sapientes partiti sunt. Quippe medium circulum cum in tot secuissent spatia, quot fecerant segmenta: à vertice ad verticem ducta linea per illa puncta, quibus spatia distinguuntur, circulos constituerunt omnes inter se in verticem puncto consecantes. Eos circulos non ineptè recentiores meridianos appellarunt: propterea quòd per soles meridianos dignouerunt in terris locorum intervalla ea, quæ non à vertice ad verticem, sed per aliam directò transversam lineam sita essent: quam differentiam qui ita designarunt, ut alia aliam regionem

regiõnem OrientiOccidentive dicerent propiorem: non meminerant, nusquam esse vel Orientem vel Occidentem, vel Meridiem. Alteram quidem altera citius à Sole illustrari verum est. Orienti autem esse propinquiorem, non est verum. Vbique enim oriens est Sol, & semper idẽmque ibidem occidens. qui enim certis populis oritur, idem eodem tum loco, tum tempore aliis occidit. Quinetiam acrius more nostro, intuẽti patebit illud: Nullam altera prius vnquam videre Solem. Nam si Cataio prius appareret Sol, quàm Olyssiponz in diei principio, qui dies Cataio illucescit: subeunte nocte Cataiensibus, Olyssipona prius accipiet diem quàm Cataium. Cæterum vt ciuilius agamus & lenius: ita instituamus. Quæ regiones putantur prius excipere Solem, inde laudabuntur: quòd videantur lucis habere vel auspicia, vel etiã semina. Quæ autem posterius, recenti munere ditari, quod aliis marcescat. Quæ Arcto propiores, abesse ab æstibus. Æthiopus maledicere orienti Soli: id quod apud Herodotum legere est. nam quod aiunt quidam terræ partem quæ Vrsæ subdita est, esse cæteris terris altiolem, atque ideo laudari pro eo possit, quòd arx quasi quædam terrarum sit: sanè & puerile & falsum est. Nãque à Lunæ montibus & Nilus ad nos, & in Antarcticum oceanum indidem, aut è proximis alia flumina, quæ ab Hispanis nominata sunt. Præterea quot fluuii in Arcticum oceanum euadunt? Intèr quos Pezcera nobilissimus, & maximus, ac sanè immanis. Par illorum error, qui cum Septentriones nominarunt regiones eas, quæ ab illis recedunt æquatorem versus, Meridionales vocant. At enim uerò eiusdem ad modum meridiani sunt Lubeca, Roma, Tripolis. Quare alio modo loquendum est. Quæ igitur ad æquatorem propius pertinent, carete iis incommodis, quæ vitalium instrumentorum hostis frigus affert. Hæ sunt Cæli dispositiones. Terræ autem natura suam quæque laudem ex Poetæ ingenio parabit sibi. nihil enim poeticis afflatus difficile. Montana igitur à celsitudine, ab aeris puritate, quòd Cælo sic affinis. quòd salubriores, vt aiunt, herbas ferat. Nãque hæc sententia suo loco à nobis expressa est. Campi faciles, plani, peruii, & quasi humani. Hæc à partium constitutione. Pinguis verò, aut tenuis

fertilis, aut sterilis ab officio, & quasi forma quadam. Illarum quidem laudes communes: tenuis verò & sterilis, quænam excogitari poterit? Salubritas aeris, ut quod de cibo demat, de vita cibi minus egente addat. Strenui, seduli, gnauis incolæ tantum ab se ponant operæ ad opes, quantum à natura denegatum sit. ipsi sibi natura sunt. Adde alias circumstantias. Si mari vicina, opes ex commoditate. Si procul à mari, procul à periculis, procul à vitiis. Rarò enim fit, quin propter conuenarum colluuiem boni mores emporiorum deprauentur. Tum autem laudis partem sibi vindicent fontes, lacus, flumina, portus quemadmodum hæc vel describi, vel laudari queant, videndum est. Fontes ex rupibus puriores aqua habent, è sabulo commodiores atque faciliores. Qui in Austrum decurrunt salubriores. Qui è paludibus, pinguiores. Illæ ad potandum, hæc ad rigandû flumina eodem modo turbida, quales apud nos riuus, quos *Grognos* vocant multum aduehunt in arua commæatum. Itaque quod è supernis detergunt, reponunt subiacentibus. Vbi nudi campi, mox prata & salicta. Brixianus mella & alii eiusdem Praturæ maximo sunt emolumento. Talia quoque plurima fluentia in Taurinis neutiquam Nilo inferiora, si glebæ vber, quod inueunt, spectes: Grana, & Duria, & alii. Profunda flumina ad subuehendum idonea. Vadosa aucupii apta, & facillimus apparatus piscatoribus. Pontibus, quæ non nisi immani precio poni queunt, indigent. Non pilis, non molibus, non aggeribus. vbi portus sit naturalis, naturæ gratias ages, vbi manufactus, quos Cothonas ait Seruius appellatos, arte commendabis. lacus verò vel inuitum te rapienti ad suas laudes.

Fontes.

Flumina.

V R B S.

CAPVT CXXI.

VR bis encomion, & ex iis quæ diximus, explebis, & paucis, quæ exëpli gratia dabimus. Veronâ matrem si contèplatus fueris, non solùm laudabilem, sed etiâ admirabilem fatearis. Regio delectabilis, utilis, Italiæ clauis. Situs qualis toto terrarû orbe alii nulli. Quem amnem inuenias, qui cum Athesi comparatus, tantâ urbem mediam diuidat. Pontes cum Romanis pontibus comparentur. In planicie est, in monte est: sed ita ut montis domina,

domina, non mons dominus sit. Arces tres. Si ciuitatellam adnumereres, quatuor. Fontes intus aquæductibus antiquis. Theatrum, Amphiteatrum, Arcus, alia nobilissima monumenta. Quid ciues? Genuensiumne sordes atque imposturas, quæstus gratia deuota Orco pectora, cum literatissimis bellicosissimis, omnibus in artibus solertissimis Veronensium ingeniis conferenda putes? Quod de Ligure dico, de aliis quoque eiusmodi volo intelligi. Ita aliarum loca excuties. A conditore etiam non parua argumenta. Si Princeps, si colonia, si Heros, si is qui olim pro deo habitus, aut in deos relatus est. A tempore, vt à vetustate, *παλαιὸν* Thebani. Arcades *ἀρχαῖα*. Athenienses *ἀντιχρόνιος*. iactât enim se simul cum Sole ortos. & aliæ Græcæ nugæ. Disputant etiam Scythæ ne antiquiores fuerint, an Ægyptii. mihi vtrique insanire videntur. Rationes in libris De femine genitali deductæ sunt. Si noua vrbs fuit, aut ex aliarum condita ruinis, vt Venetiæ ac vicinæ insulæ: quibus ea debetur laux quæ proximè accedit ad immortalitatem. sic Roma & Patauium cum Troianis parem nobilitatem, fortunam meliorem. Aut cæteris stantibus, tanquam vel intersita vel inserta. qualis Roma florentibus eo tempore Volscis, Equis, Veis, Samnitibus, Thuscis. siue illis inuitis & posita fuerit & creuerit, maxima profectò laus: siue volentibus, non minor. quippe sese haud satis futuros ad Regionis gloriam obtinendam existimarint: quibus deesset nouum robur, noua auspicia, noua fata. ibi quoque extant indicia laudum. Si eodè semper loco fuit, & virtuti, & felicitati attribuendum. Si mutata sedes, vt Salapiæ, vt Patauii, quis dubitet optioni datum & à natura & à fortuna locum? Mansit locus, corpus ipsum euersum, iisdem aut maioribus finibus denuò restitutum: ibi verò satis patet optimam illam fuisse sedem, quam cum alia nulla mutare voluerint. Atque hæc quidem rei mutatio est: No minum verò mutationes rarò ad laudem, sæpius ad delectandú pertinent auditoré. Pascitur enim animus occulta eruditione: ac tandiu attentus est, quâdiu discit. Velut si dicas vel urbem vel regionem, non Athenas solum & Atticam: id quod sanè vulgare est: sed & Cecropiam, & Erechthida, & Actin, & Carthmiam appellatam. Quas nominationes si ad laudem conferre libuerit,

Franci. ita deducas, vt qui postremum indiderint, virtute & fortuna prioribus fuerint superiores. Itaque Francos laudaturus, ab ea quasi nuncupatione augeas gloriam, quòd fortissimæ gentis domitores, sedem occuparint, leges ac nomen dederint simul. Quòd si de Latinis verba facies, tanto magis commendes, quòd Troianis agro dato, nomen retinuerint. Fit & alio modo mutatio aut imperii, aut pomœriorum. quæ si sunt promota, exhibebunt argumenta multa: sin angustiora, silentio prætereunda.

Latini. A causa etiam propter quam conditæ sunt. Aiunt enim de Rhodo. Quum lateret ea insula sub aquis, emersisse, enatamque Solis & vi & iussu: qui eam sibi terram elegerit, quum illo absente atque aurigante, vniuersum orbem inter se essent omnes partiti dii. hanc habet fabulam apud Pindarum. Ex Callimacho nihilo minora mendacia: Delum è Cælo cecidisse quum Iouis fugere: nuptias: ac propterea Asterien olim appellatam, quòd labentis more sideris sese demisisset. Inter causas, oracula, exilia, victoriæ, casus. Oraculo, vt Thera à Batto: Exilio, vt Massilia. Victoria, vt Nicæa. Casu, vt Venetiæ. auguratio quoque capta loca, vt Romæ. A memoria defunctorum, Caieta, Bucephala. Reducuntur autem causarum capita aut ad necessitatē, aut ad animi libidinem, aut ad casum. Necessitas complectitur oracula, exilia, crementa ciuium, famem, sterilitates, incursiones, ignes, terræ motus, hostiles euerfiones, inundationes. Voluptatem comitatur electio. A ciuibus verò. quippe aut frequentia, aut excellentia, quæ constituitur studiis, factis, operibus. Studia sunt, scientiæ & artes. Facta diuina, humana. Dòmi, foris. Publica, priuata. Opera, templa, ædes, muri, porticus, pontes, gymnasia, thermæ, theatra, viæ, aquæ ductus, turrès, arces, statuæ. Reguntur autem regno, optimatibus, popularitate. Regni imago falsa, tyrannis. Illud βασιλεία: Hæc eadem voce Græcis, à quibus nostra. Optimatum status αριστοκρατία. huius vmbra ἐλιπαρχία. Popularitas Græcè δημοκρατία, quum vniuersi ciues æqua inter se ratione ius partiti sunt commune. Huius facies quasi quædam λαοκρατία: quum plebs plus potest. Latinum nomen non habet. Extitere tamen gentes quædam, penes quas hæc omnia simul fuere: vt veteres Lacones, & Romani sub Imperatoribus. Ibi Rex, Ephori,

Popu-

Populus. hęc Imperator, Senatus, Plebs. appellata est autem *ὀλιγαρχία*, etiam *πλευρωχία* quibusdam. Reducuntur autem ad capita duo, *μοναρχίαν* & *πολυαρχίαν*, quorum utrunque sub *πολιτείας* nomine continetur. Quod nomen Latinè Rempublicam dicere nequeas. est enim idem publicum quod populi: at hęc species est, non genus. Quamquam populi appellatio apud Romanos interdum pro vniuersis ciuibus, aliàs pro plebe capi consuevit. Est enim in carminibus tam Fecialium, quàm iis quibus sese deuouebant Imperatores, Populi nomine Ciuitas vniuersa. Alibi verò pro plebe tantùm. quippe quum dicebant, Senatus Populúsque Romanus.

E P I T A P H I U M, E P I C E D I U M,

Monodia, Inferiæ, Parentalia, Threni, Nenizæ.

CAPVT CXXII.

Quemadmodum defunctorum imagines domi, in foro atque alibi statuæ habebantur, quibus non solum virorum sceminarumque erga patriam beneficia sempiterna memoria celebrarentur: sed etiam ut ad æqualia facinora ciuium animi incenderentur: ita quorum facta nulla possent arte exprimi, publica oratione declarabatur. Quæ quod ad tumulos eorum quos celebrabant, haberetur: *ἐπιτάφιος λόγος* dicebatur. Etiam *ἐπιτύμβιον* dicere poterant: verum vsus non admisit. quemadmodum *ἐπιτύμβια* Venus: cuius signum colebatur apud Delphos, ut ait Plutarchus. Est igitur *ἐπιτάφιος* idem quod *ἐπιτύμβιος*. Solus Seruius docuit nos differentiã. Epicediũ enim dici corpori nondum affecto sepulturæ, Epitaphium ad tumulum ipsum. Epicedium est Pallantis & Euryali. Funeris oratio Latinè dicitur, quæ ipso in funere habetur, quare Epitaphium etiam Elogium ipsum dictum est, quod tumulo inscribitur. de quo inter Epigrammata. Itaque rectè Epitaphiũ vel oratio, vel carmen quod ad Mausoli viri sepulchrum quotannis Artemisia recitari instituit. In historiis antiquis nomen Tragœdiæ positum est Mausolus, quæ Theodecten vicisse illo in certamine prodidere. Epicedium igitur semel tantùm dicitur. Epitaphia etiam anniuersaria esse possunt: quemadmodum Athenis. nam & Pericles dixit. extat apud Thucydidem. Plato quoque idem effecit. Item Aristidæ tres scripti sunt. In-

feriarum carmen idem, & Parentalia. Threni autem laxiore vsu, atque ampliore. In ciuitatum nánque euerfionibus is luctus quem lugerent, *Σπῆνος* dictus est. Monodia verò longè aliter quàm ab eruditis accipitur, intelligenda. neque enim est idem, quemadmodum existimarunt. Fuit enim quoties è Choro prodibat vnus, qui defuncti memoriam lugubri carmine celebraret. Ad tibiam fiebat id Lydiis modis. Quod primum fecisse Pythoni tibi cinem Olympum scripsit Aristoxenus. Est igitur Epitaphium, aut recens, aut anniuersarium. In recenti partes hæc: Laudes, Iacturæ demonstratio, Luctus, Consolatio, Exhortatio. In Anniuersario hæc eadem omnia præter luctum. Nemo enim iam annum bienniũmue defunctum deflet. Multo verò minus si tantum temporis exactum sit, vt neque patres, neque liberi illius illorũmue sint superstites. Materia quoque diuersa: pro Imperatore, pro exercitu, pro urbano Magistratu, pro priuato, viro, fœmina, adulto, puero. quorum vnumquodque peculiari ratione tractandum est. Poematis ingressus interdum cum præmio eoque leni, & mœstis atque etiam attonitis conuenienti. aliquando ab exclamatione aut interrogatione, ita vt nosmetipsos interrogemus, quasi putantes narrationes consilij nostri. Quomodo nobis dicendum simul & silendum. Hoc dolor, illud officium, vtrunque defuncti virtus persuadet. Explicatio personæ vel nostræ, vel iubetis nobis: & excusari non potuit. Laudes non solum mortui, sed etiã mortis. quemadmodum fecimus nos in eorũ Epitaphio, qui ad Viennam bello Turcico occubere. Iactura demonstratur suavi primũ, mox incitatore narratione. in qua immoratio & amplificatio auget amissæ rei desiderium. à qua parte statim luctus. Illa enim propter hoc: vt nos in Epicedio regio,

*Quid mihi mentis crit, tam desolata videnti
Regna tuo lacrymosa abitu: felicia quondam
Auspicijs seruata tuis, & reddita nobis.*

Amisso nánque tã gloriæ claro pignore, nihil aliud quàm lugendum. Post hæc est Consolatio aggredienda. Tam graue dãmnum sarciri posse, puta amisso Rege, successoris virtutibus. Cuius laudes acerrima, sed breui explicatione excitabis. Amissis militibus, commilitonum superstium felicitate. ad quos si habeatur oratio, tanto impen-

impensus prolixiusque laudandi. Claudendum Poema Exhortationibus: tantum abesse ut illi sint lugendi, ut eorum praesens felicitas, quae superstitibus obtingit, non contemnenda: illorum virtus, animus, exitus sit exoptandus. ita enim viuendum in bello, ut vitam nostram virtute comparemus: aliorum vitam, si opus sit, morte nostra tueamur.

CONSOLATIO.

CAPVT CXXIII.

Consolatio, est oratio reducens moerentis animum ad tranquillitatem. nequit autem proficisci nisi ab amico. quamobrem veterum praecipuum fuit: Consolatori quoque dolorem praese ferendum, augendamque rei atrocitatem: atque huius quidem rei nullam afferunt rationem. Credo, apud Oratorem quempiam factum legerant: consilium ignorabant. causam equidem illam existimari. Melius auditori persuaderi posse, acquiescendum sibi esse, si videat nos item aequo animo ferre: quum ex eo doloris quoque participes intelligat, qui rem ipsam tanti faciamus. Sane detestatur amans eorum sermones, qui amissam rem personamve paruipendere videantur. Caeterum ut hoc vehementer placet, ita non semper ad hunc modum agendum censeo. Meliore igitur iudicio sic exequamur. Consolator aut est maior, aut minor, aut aequalis. Magnitudinem intelligo, aut imperio, aut dignitate, aut opibus, aut sapientia, aut aetate. Aliter enim consolabitur Nasonem Liuia, aliter Liuiam Naso. hoc spectat ad imperium. Dignitas autem etiam sine imperio esse potest. Veluti si pater filium, Ciceronem Pompeius. Opibus, ut si e plebe quempiam clientem suum Crassus. Sapientia, quemadmodum Polybium aut matrem Seneca. De aetate non opus est exemplis. Maior interponet auctoritatem, etiam obiurgabit. Sapiens apponet etiam disputationem. Sententiae huic crebriores. Minor ostendet affectum: sese id a sapientioribus accepisse. Aequalis testabitur amicitiam: ius commune benevolentiae. Haec a personis. A re ipsa quoque diuersa extirpienda sunt argumenta: parentes, liberos, amicos, patriam, imperium, libertatem, Regem, alia possumus amittere. quorum varietate varia quoque Poematis genera exorientur. Affectus ergo aliquando intendendi, aliquando tollendi. Vulgi imprimis opiniones,

metus, spes, superstitio, extirpanda. Id quod non solum exaggerationibus augenda, vt volebant: verum etiam diminutionibus atterenda erunt interdum. Atque hæc quidem est consolatio ob amissa. Quod si cuiuspiam rei amittendæ in metu sis: velut is qui apud Tyrannum venit in suspicionem coniurationis: duas in partes erit Poema diuidendum. In prima pones spem, qua vel opinio deleri, vel ira placari possit: in secunda addes animos, euentum contemnes, carissima quæque ostendes esse vilissima. denique à Philosophis mundi vitæque contemptoribus omnia mutuanda. Quæ si vulgata sint præcepta, sententiæ, prouerbia, aliis omnino verbis, numeris, figuris exprimenda sunt. nihil enim minus mouet quàm familiaria, nota, atque quotidiana. Sin à vulgi opinionibus vsuque maxime abhorrent, ac propterea ægrè animum subire valent: tum verò non tam rationibus atque argumentis fides extorquenda, quàm exemplorum frequentia persuasio insinuanda. Atque hæc quidem habui quæ in Syluas conferrem nostras, nunc aliorum Poematum inuentiones exequamur.

L Y R I C A.

CAPVT CX XIII.

L Yricorum materiam planè demonstrauit Horatius. mihi ita videtur. Quæcunque in breue Poema cadere possunt, ea Lyricis numeris colligere ius esse. Laudes, amores, iurgia, insectationes, comestatoria, obiurgatoria, vota; ad indulgendum genio exhortationes. Contra, Sobrietatis commendationes. Gestorum summarias explicationes, desideria, conuestiones, locorum, temporum explicationes, noua consilia, deliberationes, negotiorum susceptiones, susceptorum repudiationes, inuitationes, repulsiones, dehortationes, detestationes, & alia siqua sunt. Amat autem poema hoc animi libertatem, nihilominus quàm vel Satyræ, vel epigrammata. Poscit verò frequentiam sententiarum. quas esse duorum generum habes à Rhetoribus. vnum est apertum, vt illud,

Nec generant aquilæ columbas.

Alterum tectum circuitu verborum, quale

*Tu ne quæseris scire (nefas) quem mihi, quem tibi
Finem dii dederint.*

Aperta enim ac simplex esset sic: Ne sciscitare mortis diem. Tota quoque prima Ode talis est. & illud,

*Terruit gentes grane ne rediret
Seculum Pyrrhe.*

Plana enim sententia ad hunc potissimum esset modum: Deus magni terroris supplicio afficit minutura scelera, vt deterreat à maioribus. Brevitate delectatus est Horatius. quod consilium nos quoque maximè probamus. nihil enim suavius quàm posse plures epulas degustare. atq. hoc præceptum in aliis quoque multis puto esse obseruandum. Qualia sunt quæ in coronis, conuiujs, in foro, interser deambulandum vel canuntur, vel recitantur. Quæ verò conuocatis ciuibus in eorum conuentu pronunciantur: ea neque longa esse opus est, ne tædio afficiantur: & sunt fortasse qui habeant negotia, neque breuia: vt quasi asparagi, aut apnæ vix nunc admissos conuiuas, illico dimittant. Comœdias ac Tragœdias otiosis damus. nemo enim in theatrum venit, qui non libens velit id temporis amittere.

ELEGIA.

CAPVT CXXV.

Quid esset Elegia, suo loco dictum est. eius materiã primùm aiunt fuisse lugubrem, quod & diximus in primo. Nobis non placet. sed ab amantium commiserationibus dictam puto: vox est Tragica *ἐλαγεία*: qua ad amicarum fores vsos fuisse priscos arbitror. voti deinde compotes, quasi eiusmodi carmini gratiam referrent, etiam secundiorem illam fortunam celebrarunt. Est autem carmen aptum conquestionibus. In tres enim syllabas abit, duas breues: tertiam, quæ nullo in versu efficere potest, vt sui ratio habeatur. Subditur ergo constanti Heroico fluxus pentameter. Quamquam Pythiam scribit Athenæus inuerso ordine respondisse Charitoni & Melanippo,

*Ἰδὲ μὲν χαρίτων, καὶ μελαίππος ἴφου,
Θείας ἀγέης: ἐφ' ἡμετέρας φιλότιτος.*

Eius authorem incertum scribit Horatius. Quidam ad Theoclem Maxium referunt. Candidam oportet esse, mollem, tersam, perspicuam, atque vt ita dicam, ingenuã. Affectibus anxiam, non sententijs exquisitis. Non conqui-

fitis fabulis offuscata. Cultus nitidus potius quàm p^{er} xus. Argumenta: commemoratio diei, à quo initium a^{ct}u m^udi factum fuit. Eiusdem laudatio aut execratio. Qu^{er}ela, Expostulatio, Preces, Vota, Gratulatio, Exultatio, Furti narratio, Fl^uctus, Conuitium, Vitij aut flagitij obiectio, Recantatio, Propriæ vitæ explicatio, Sui cum riuali comparatio, Comminatio, Amicæ alterius propositio. Ianuæ, Janitori, Ancillæ, Matri, Marito, Tempestatibus, Cælo ipsi cõuitium. Conuitium Cupidini, Veneri, sibiipsi. Mortis exoptatio, exilii. Amicæ absentis detestatio. Præterea desperatio cum imprecationibus: cuiusmodi sint in Ibin. etsi alia causa. Epicedia quoque, & Epitaphia, & Epistolæ hoc genere Poematis rectè conficiuntur.

EPIGRAMMATA.

CAPVT CXXVI.

CUm omnium non solum Poematum, sed etiam librorum extent inscriptiones: quam ob causam Epigrammatis vox breuibus tatum Poematium propria facta est? An propter ipsam breuitatem, quasi nihil esset præter ipsam inscriptionem? An quæ statuis, trophæis, imaginibus, pro elogiis inscribentur, ea primo verò que significatu Epigrammata sunt appellata? ac sanè ita est. vt ipsum Poema sit statuæ inscriptio. Vbi verò in librum transfertur, è contrario fit. Ipsa enim statua inscriptio est Epigrammatis. Haud sanè statua ipsa, sed statuæ siue imaginis imago. Quænam ea est? inquis. Titulus, quem Lemma vocat Martialis. Exempli gratia, Rufi rhetoris statuæ inscripsit lepidum illud poematum Ausonius. Hic ipsum poematum inscriptum, Epigramma est. quum verò illud in libro descripsit, statuæ imaginem, id est Rufi nomē inscripsit sic: In Rufi statuam. verum hæc ingeniis emundioribus. Epigramma igitur est poema breue cum simplici cuiuspiam rei, vel personæ, vel facti indicatione: aut ex propositis aliquid deducens. Quæ definitio simul cõp^lectitur etiam diuisionem: ne quis damnet prolixitatem. Est simplex indicatio rei, vt anathematis. Donaria nanque non sine inscriptione. Multa extant apud Pausaniam. sic illud,

Aeneas hæc de Danais victoribus arma
sic locus,

ταῦτ' ἔστι πελοπόννησος, καὶ ἰωνία. sic signi,

ῥόμη παρβασιλεια τον κλέος ἔποτ' ἰλείται:

νίκη γὰρ σὲ φυγεῖν ἄπτερος ἔδωκαται.

sic dicti, καὶ τὸ δὲ δημοσδκου. Alia verò composita sunt quæ deducunt ex propositis aliud quiddam. idque aut maius, aut minus, aut æquale, aut diuersum aut contrarium. Breuitas proprium quiddam est. Argutia, anima, ac quasi forma. Quare non est verum, Epigramma esse maioris Poematis partem. Breuitatem verò intelligemus, non definitam, nam & monostichon est apud Martialem, & aliquot fatis longa, si alia spectes. Recipit autem omne genus Poeseos, διαλογικὸν, siue δραματικὸν, & διηγηματικὸν, & μικτόν. Epigrammatum autem genera tot sunt, quot rerum. tot versuum generibus explicantur, quot sunt versuum genera. tot verbis verborumque generibus, speciebus, formis, figuris, modis componuntur, quot sunt in quocunque linguæ, nationis, populi, gentis ambitu, genera, species, formæ, figuræ, modi verborum. Quinetiam non solum noua licet fingere, verum etiam Solæcismos aliquando, aut Barbarismos admittere. Nouitas illa vel inoffensa, vel interdum distorta, excitat vel risum vel admirationem. Talia apud argutissimum Poetam: Domicœnium. *Non es vitiosus Zoile, sed vitium.* Neque enim abstractum prædicatur. Est hic in Dialectica & Metaphysica Solæcismus. Quid argutius simul atque distortius in lingua Latina? *Non es bonus, sed optimus malorum.* Sic nos multa, inter quæ verbum vnum mirificum, Depecuatus: pro eo quod vulgò depeculatus. Quod verbum impressor nostrorû Hendecasyllaborum, quum argutiam non comprehenderet, putauit mendosum, substituitque vulgatum depeculatus, flagitium ratus in scriptura. Sic eius temeritas, aut ignauia, aut notularum nostrarû ignorantia plerisq. locis aliis vitiû attulit. Epigrâmatibus virtutes peculiare: breuitas & argutia. hanc Catullus nõ semper est assécutus: Martialis nusquam amisit. Argutia nõ vno modo cõparatur: inexpectata aut contraria expectationi cõclusionem. Epigrammatum tot sunt genera, quot causarum. Iudicialis speciẽ præ se fert Apologeticum. vt illud Catulli,

Lesbia mi semper dicit malè. & illud,

Irafcere iterum meis Iambis.

suasoria sunt in secúdo genere: in quo Amatoria, & quib.

aliquid petimus. vt illud,

Viuiamus mea Lesbia, atque amemus. & quæ sequuntur tribus versibus diuinis,

Soles occidere & redire possunt:

Nobis quum semel occidit breuis lux

Nox est perpetua vna dormienda.

Est enim Epichirrema, qualia & apud illū, & apud Martialem plurima. Tertium genus est laudis & vituperationis in genere demonstratiuo: sub quo continentur Epitaphia & Elogia. Ac taxandi quidem morem illiberalis animi semper existimaui. Iccirco in Amatoriis eò vsque exercitati sumus, vt nouorum Epigrammatum inscriptione gloriari fortasse licuerit. Hæc esse decet candida, culta, tercia, mollia, affectuum plena. Interdum arguta in fine, interdum deficientia & mutila. Maxima enim amantis sapientia, amentia est. quam depictam dabis in defectibus sententiarum, aut in repetitionibus. Multa desiderii, multa cogitationum expressio. Cauebis omnino à languidis & insulsis. cuiusmodi recentiorum vides multa. nam quæ vel vmbra solam præ se ferunt obscœnitatis, neque abs te scribi, neque ab aliis scripta legi iubeo. Quid enim sis aliud quàm id cuius lectione delectaris? Stolidi quidam triuiales ad nominum allusionem infelicissimos numeros conxulerunt. Nihil ineptius ad laudationem. verbi gratia, si Minutum Munitum dicas: habes enim illustrissimas corporis animiq. virtutes Gabrieliis filii, quibus integros explere queas libros. Ad vituperandum tamen aliquando non ineptè vti poteris. yeluti si Doletum Oletum interpretaris: aut à dolo deducas: sicuti fecisse legimus Ouidium: cuius extat ille versiculus,

At cur non dicam Furia te Guriam?

Est & facetum genus illud, quod frigide Græci, Latini acutius exercuere: de quo alibi diximus. Echo enim, ne versuum ponunt, non sine magna auditorum attentione. Verùm vt res aliæ ex aliis suboriuntur, hilariora sunt omnia vbi literæ syllabæve mutantur. quemadmodum nos,

Non temere antiquas mutat Vasconia voces:

Cui nihil est aliud viuere, quàm bibere.

Sic in Echo mutare poteris: vt quum auditor similem verbi caudam expectet, ludas diuersa. Non enim post

dices *κόπος*: vulgatum nánque iam est nimis: sed *πόκος*. Significat enim vellus pecuini: vnde pecus quoque dictum, non autem à pascendo, vt dixere. idque non tam ea ratione, vt Echo imiteris, quàm vt epigramma concludas. verùm inuentori nouitas asferre possit aliquam ingenii laudem, imitatoribus rariorem.

APPENDIX PRO EPIGRAMMATE.

Vt speramus hãud ingrãtam futuram sedulitatem nostram: addidimus iis quæ iam præscripta sunt, hæc quoque. perinde atque embamma quodpiam. Non enim decuit argutissimi poematis præcepta sine argutia tradere. Genera igitur Epigrammatum indefinita, propter materię diuersitates, tentauimus ad pauca reducere: vt præter altiloquum, humile, medium, habeat etiam proprias Ideas. Quædam igitur sunt mollia, tenera, laxa, affectus in se amatorios continentia. quorum efficacia est, non esse efficacia, sed nequam. Igitur totus tractus sese in languorem dat. Huiuscemodi pleraque sũt Catulliana. In hoc genere, vrbane vt loquamur, mel statuimus. Aliæ contrã, viuida, vegeta, acria, qualia Martialis. horum Idea quatuor. Vnã, in qua fœditas est, hanc non solum à republica Platonis, sed toto orbe terrarum, & ipsam & eius authores exulare iubeo. Vna in quã fel. amarulenta species hæc, obiurgatoria, obtrectatrix, maledica, virus olens: quam tamen exercere licet bono viro: modò fiat sine opprobriis, & conuicia sint ciuilia, ad malos mores detestandos. Vna in qua est acetum. mordax genus hoc carpit sine maledictis: vt illud, *Quem Græcia & Pontus in Liguriã genuere: hic bonus esse potest*: vna in qua est sal ex his captatur risus sine vlla vituperatione, atque haud multa mordacitate. vt fecit Martialis, querens per omne vitæ genus quid faceret Canius, nihil aliud agentem expressit tandem, quàm ridere. Præter hæc est forma quædam, quã sibi instantè appellare consueuimus, consertam, densam, multiplicem. Quoties singularibus quibusque momentis tam acutè conficit, vt ibi sili queat sententia. at illa semper creëcit. hoc non nisi multæ artis, multique ingenii. Est etiã species quædam nobilis ac generosa, scitã quãdam æquabilitate plena: quam apud paucos, ac raram inuenias. vt sit venustas cum gra-

uitate, & acumen cum lenitate : numerus quasi natus ibi non illatus aliunde, aut affectatus ambitiosè: suspensus animus vsque ad extremum. Qua recepta sententia fatetur sit: nec audeat in eo quicquam præterea quærere. Ad hanc formulam spectauimus nos in iis quæ noua inscripsimus Epigrammata, & in Thaumantia. Sunt & in Heroibus & in Heroinis non pauca: vbi exquisitæ argutiæ numerofo dicendi genere conditæ compositæque sunt. Exemplum illius differti hoc vnum esto, in quo continentur quatuor Epigrammata,

Hæc utrum eligimus? Si non nisi dente podagra,

Dente famis diræ disruciata perit.

Al! nequeam, nisi sic, finire dolore dolorem?

Atque ferum finem tollere sine truci?

Hic macie informi, laruata heu tabe furorem,

Et funus plusquam funere præueniens.

O vitam inuitam: o incommoda commoda. lux nox.

Si, ne aliquid fias, cogaris esse nihil.

Quoniam verò signorum, statuarum, trophæorum, donariorum inscriptiones (vri dicebamus) antiquissimæ fuere: in iis omnino vetustatis leges, quæ in historiis explicantur, obseruandæ sunt. earum summa est: vt quam simplicissimo filo deducatur rei gestæ, victoriæ, dedicantium nominum, familiæ, patriæ, narratio: quale est elogium super imagine Ennii poetæ:

Aspicite, o ciues, senis Ennii imaginis formam,

Hic cecinit vestrum maxima facta patrum.

Vbi etiam vides professionis circumloquutionem. ea explicatius in Græcis inuenias. quamobrem id quoque eorum historiis obseruauimus quum Æschylus, ac Simonides inter se certassent pro eorum elogio, qui ceciderant ad Marathonem victum fuisse Æschylum elegiaca illius tenuitate.

INSCRIPTIO.

CAPVT CXXIII.

HActenus de Inuentione, haud sine maximis laboribus, multisque difficultatibus à nobis ea præcepta conscripta sunt: quæ aut à nullo ante nos explicabantur: aut sine arte dispersa, indigestaque iacebant penitus, aut etiam vel inepta, vel ineptè prodita. Multa quoque falsa plus interdù faciebant negotii, quàm cõmoditatis afferere.

bant. Reliquum est, vt qua quidque inscriptione indicetur poema, videamus. Inscriptio est vno, aut non multo pluribus verbis comprehensio eius partis operis, cuius partis gratia cæteræ partes omnes veniunt ad totius constitutionem. Quæ definitio paulò ampliore circumscriptione à nobis tradita est: vt minore negotio perciperetur. Est igitur comprehensio quemadmodum id, quod Græci *ἡ εὐχὴ*, Latini argumentum vocant. nam quod quidam Grammaticorum etiam *ἡ ὁδὸς* appellarunt: id contrà quàm verbi ratio monet, ausi sunt. Ab Oratoribus enim, siue declamatoribus sumpta est vox illa: qui propositis argumentis, tanquam super subiecto fundamento, futuram orationem superædificabant. Itaque *ἡ ὁδὸς* nominabant materiæ propositionem sine persona. *ἡ ὁδὸς* cum persona. Non quòd id adderet præpositio, sed quòd primi illi garrulitatis huius inuectores, tanquam leges discipulis posuere. Ergo Poetæ fufum opus (qui angustiore ambitu comprehenderet) hanc ipsam comprehendentem orationem vel prosa vel numeris. nequaquam *ἡ ὁδὸς* dicere potuit: quæ postea facta esset. Communem igitur habet inscriptio cum Periocha comprehensionem. differunt autem inter se, quia vnico verbo perficitur inscriptio, aut non multo pluribus. Exempli gratia, Historia: De historia: De scribenda historia. Periocha multis: in quibus etiam narratio quædam est. vt quanquam singularibus versibus paucisque verbis Iliados libri, quid quisque contineat, indicatur: tamen est in omnibus, vt dixi, narratio breuis, quemadmodum ipso in opere explicata. Præterea totum ipsum semper comprehendit Periocha: veluti si dicam, Libri posteriorum resolutiorum docent quid sit Demonstratio, quot genera Demonstrationis, quibus partibus constet, quem ad vsum comparetur. Inscriptio autem satis habet si dicat, De demonstratione. quippe eam operis partem, quæ totius obrinet rationem, ita vt ad ipsam cæteræ omnes reducantur. Ita multis in locis de Iliso nihil in Iliade: ad Ilium tamen omnia. Est etiam ab Iureconsultis aliisque Tituli appellatione dicta inscriptio: quæ admodum legis cuiuspiam Periocha, Summa: Latinis vtrunque vocibus. Cæterum non quemadmodum Varro placuit, Titulus à tutando; sed antiqui moris ratio

*Descriptio
inscriptio -
nis.*

Elenchus.

est. Etenim quum quid proscriberent quanti indicabāt, Is erat Titulus, *παρὰ τὸ νόμῳ ἔτι πλεον.* Cuius significatio ad alias postea inscriptiones translata est. Iidem Græci consultius *ἑλεγχος*. quum enim Inscriptio sit dictio indicans materiam, rectè ea materia à recentioribus Subiectum dicta fuit. Differt etiam ab Elencho, propterea quòd Elenchus est quasi multi Tituli. siquidem nuda sint rerum vocabula: cuiusmodi ea sunt, quas Tabulas appellabāt vulgus. Si autem sententias breues contineant, qualis est Plinii Elenchus: id potius vel Periocha, vel Summa nominabitur. Indicem Elenchum nudum Latini vocant. nam is qui sententias comprehendit, sanè idem est quod Argumentum. Rubricam verò à colore Barbari. Hæc est igitur Inscriptiois natura, atque ut vocant, essentia. Reliquum est ut vnde & quo modo fiat, videamus. Multis in locis ab Aristotele dictum, à nobis repetitum est. Omni in natura vnum existere primum ad quod cætera omnia reducuntur. Totæ enim ædes tecti causa fiunt. Ita etiam in Poematis. Id igitur cuius ergò reliqua omnia feribentur, erit hoc quod quarimus: super quo partes aliæ construentur ad totius constitutionem: à quo vniuersum opus inscribetur. Ergò ab Vlyse, Vlysea: ab Achille, Statii Achilleis: Homericæ verò non, sed Ilias. propter Ilium enim Achilles, non propter Achillem Ilium. neque enim rectè fecit Lucanus: cui Pharsalia titulus adeò placuit. Nam neque ibi omnia gesta: neque maior pars, neque propter illam: quippe rerum gestarum Pharsalia neutro modo finis fuit. Est enim duplex finis. Alter, qui postremus terminus rerum est, ut Mors: Alter, propter quem fit id quod fit. Proinde Argumentum, quum sit completio rei gestæ, vel quasi gestæ: & in eo quinque inueniantur, persona, res, actio, locus, tempus: ab his appellationem institui oportet. A persona, Vlysea, Æneis, Agamemnon, Amphitruo, Olympionicæ. A re, Pharonenna, Metora, Thesaurus. Ab actione, Bucolica, Theriaca, *ἵππος*, Halieutica. Facti quoque ad hanc partem pertinebunt, nisi eos ad sese retrahat Tempus: non enim valde laboro. Metamorphosis quoque voce ipsa testatur actionem: sic enim dixit, *Nam nos mutastis & illas Formas.* Sic de Tristibus: fletum enim proficietur. sic Amores, *Lacryma,*

crymæ. Lusus, loci, Bassia: sunt sanè actionum effectus. A Ioco, Ilias, Thebais, Andria, Pharsalia, de Ponto. A tempore, quemadmodum de Fastis dicebamus. Dies nãque sunt cum actionibus. Explicatius Hesiodus, ἔργα ἢ ἡμέρας. Hæc igitur ab argumento. Est & alterum genus Inscriptionis à genere Poematum. Epigrammata, Lyrica Galliambi, Dithyrambica: & à modo eorum, Cantus, Ode, Melos: & ab Inuentoribus, aut iis qui eo genere carminis excelluerunt. Anacreontica nostra, Hipponactes nostri, Archilochus noster, Manes Catulliani nostri. nam Pindarica non ausi sumus scribere: sed humilitatem nostram professi, Excessus inscripsimus: propterea quòd & vires nostras, & Latinitatis facultates superarent. Atque hinc habes secundum caput: vnde inscribendi ratio sumenda sit. Tertio loco quærebamus qualis fieri deberet. est enim non vno modo: quippe aut vno verbo aut multis. Multa sunt illa, ἔργα ἢ ἡμέρας. ἐπὶ τῷ ὄντι θύλαξ. Plura etiã apud Iuriconsultos, idque non vno modo. Etenim quòd sumpsissent partem aliquam legis interpretandam, suis eam libris præfixere. Vti possidetis. Interdum verò vt fusius explicarent. De iis qui ante sententiã mortem sibi conscuerunt, aut accusatores corruerunt. Contrà, multa vno verbo: De tigno iniuncto. Aliam enim materiam tigni appellatione interpretati sunt, vt calcem & arenam. Similis modus quum verbo quopiam posito, id quod ad illud pertinet, simul intelligimus. Fasti scilicet dies. Metamorphosis: quippe corporum. ~~φαινόμενα~~: sanè orbis. Phænomena: id est Astra. alia enim corpora item φαινόμενα. Is igitur modus est in quantitate vocis. in qualitate verò valde varius. In recto, Hecuba. In obliquo duobus flexibus: placuit enim quibusdam sic, Factorũ libri duodecim. & Lectionum antiquarum. &, ~~δοκιμημένων βιβλίων~~. &, Locati & Forti, Rerum amotarum. Verùm hæc eadem ratio est cum priorre. Appositio nãque vel numeri, vel ordinis librorum deflexit rectũ in secundũ casum. Frequens sexus casus cũ præpositione. De plantis. De fortitudine. De edendo. De natura. nam quemadmodum materia vera est in manibus fabri, vt imponat ei formam: sic quasi materia in animo Poetæ, vt imponat ei quasi formam. Nempe Vlyssis nauigario talis est, qualem effecit Poeta. Ergo sicuti

dixit Ovidius, *de duro est ultima ferro: hoc est ætas ferrea.* ita De natura, id est naturalia. Neque verò caret vsus ratione. De, enim locum significat, τὸ δὲ εἶναι. quare eodem iure dicemus De plebe hominem, de auro annulum (sic enim etiam Cato loquitur) quo, de terra saxum tollere. neque enim totum aurum in annulo est, sed de auro aliquid, sicuti de ima plebe homo. Cæterum hæc aliæque præclara monumenta, quibus causæ necessitudinésque Latinarum eloquutionum explicantur, acutius ac fufius in libris Originum scripta sunt. Hæc quum ita sint, animadvertenda est varia desumptio appellationis. aliquando enim sic narratur res, quasi representetur: non quasi de ea agatur. Quo tempore in recto facienda est denominatio: vt Andria, A delphi. dantur siquidem spectatōribus contēplanda. Interdum rem narramus ita vt circa ipsam versari videamur. atque ibi per sextum casum cum præpositione enunciamus. sic dicimus De rerum natura, De vi, De legatis. docemus enim quid sit, & quale, & vnde, & quem ad finem. Qua ex præceptione haud paucos errores à multis animaduertas. neque enim rectè scribat Plinius De naturali historia: quoniam non docet quemadmodum de natura texenda historia sit. Sed in recto sic: Historia de natura, siue naturalis: id est narratio rerum naturalium. quippe non est narratio materia, sed natura: narratio autem, modus materiam ipsam referendi. Itcirco non bene Ovidius, De tristibus: nempe non definit tristitia: non apponit affectus à definitione, sed agit ipsa tristitia. Sic nos Lacrymæ: & Simonides δρῆνας. Neq. multo cōmodius, De Ponto: sed à vel in Ponto, aut Ponticæ Elegiæ, aut exilium. Illud obseruandū, Didascalica Poemata declarari aptius per sextum casum: vt, De animalibus, potius quàm Animalia. De plantis, De agricultura, De re militari. Hanc igitur rationem subtilius interpretamur. nāque aut res ipsa, aut ars de re docetur. Res, vt Natura animalium: tunc sextus commodior. Ars de re: tunc vtrunque conuenit, æquè enim & Vitruuius De architectura: & Vitruuii Architectura. sic αἰαλυπικῆ idem quod οὐδὲ τὴν αἰαλυπείην. Is ergo vocis flexus vno capite. Alterum flexus caput est in numero. nāque vbi subauditur vox hæc, Præcepta, aut Opera: in plurali posuere, vt Georgica, Theriaca.

nam

Plinii in-
scripti.

Ouidii li-
bri. tristiu.

Sextus
casus.

nām Phænomena ab siderum frequentia suum sibi numerum necessarium secum attulere, sicut etiam κατηγορίαι. Qui verò putarunt non rectè dici potuisse περί κατηγορίαι, longè falluntur. Cæterùm ut omnia, ita huius quoque consilii rationem ex Aristotele potes discere. Is nānque commentariis, quibus multarum ciuitatum status ac mores declarauit, hanc apposuit inscriptionem, πολιτείας. potuit etiam περί πολιτειαν. Libros verò, in quibus illa suo iudicio constituit, inscripsit πολιτικῆς. præcepta scilicet πολιτείας. Quare longè melius dixisset Cicero, De officio, quàm De officiis. at sequi maluit Possidonium, qui περί καθήκοντων. Est tamen vnum, quodcunque tractatur: quia vnum item, quodcunque est. quippe non est ibi, narratio simplex multorum officiorum in exemplis, sed officii natura in definitione ac diuisione. Itaque Aristoteles quoque si definiuisset κατηγορίαι in Prædicamentorum libro, neutiquam rectè inscripsisset, κατηγορίαι, aut περί κατηγορίαι. sed in singulari. Qui aliter sentiunt, vt Ciceronem defendant, factiosi Rhetores esse malunt, quàm sinceri Philosophi. Sic dicimus περί τῶ ὄντος, ἢ ὅτις: non autem ὄντων, ἢ ὅσιων. Plauti quoque licentia tibi notanda est. neque enim ille quicquam veritus est, modò auditorem excitaret vel risu, vel nouitate tum rerum tum verborum. Nam sanè quid est Rudens, in tota fabula? profectò penè nihil. penè enim nusquam. Tanto minus, aut non multo plus Trinummus. Rectè Philemon, Thesaurus. & verò Thesaurus. Truculentus quoque sonum tantùm crepat: Rusticus enim ibi, non truculentus est. Reliqua ad hanc normam omnia examinabis. Tertium flectendæ voci caput est, Denominatio. nam quædam primigenia voce vtuntur: vt Smyrna, Orestes, Oedipus. alii denominatiuo, vt Vlyssa, Æneis. Duo igitur primaria genera inscriptionis, à re, à vocis flexu triplici. Tertium quoque genus est, quod aliunde titulum capit, quippe à circumstantiis. videlicet loco, tempore, & eiusmodi. Testiuiores sanè multi Dies geniales Alexandri, Gellij noctes Atticæ. M. Tullii Tusculanæ. sic habes Centurias à numero. etiam à similitudine materierum, Philippicæ, Academicæ. Omnium doctissimus præceptor noster, Antiquarum lectionum, Verrii exemplo. Præterea ab alia

Caluus Re-
dignus
præceptor
Scaligeri.

similitudine, quippe rerum naturalium: Epiphylides, Racemationes, Nugæ, Farrago. Itera ab opere: Annotationes, Glossæ, Commentarii, Lucubrationes. Plato semper duplicem inscriptionem: vnam à Materia, de Iusto, de Pulchro, de Ente: alteram à Persona, quemadmodum in Comœdiis (idem enim genus est, dramaticum. Protagoras, Alcibiades, Thætetus) Phædrus. Habes quæ de inscribendo sentiam, pauca quidem ex pleniore nostro Commentario, sed ad Poetica præcepta, vt opinor, satis.

LIBRI TERTII, QUI ET

IDEA INSCRIPTVS,

FINIS.





IULII CÆSARIS SCALIGERI-POETICES LIBER

QUARTVS, QUI ET

PARASCÈVE.

CHARACTER.

CAPVT I.



Es quidem ad hunc se habent modum. Verba verò duplicem consequuntur oratum: vnum ex figuris, alterum à numeris. quorum ex vtroq. Character constituitur. Est autem Character, dictio similis eius rei, cuius nota est, substantia, quantitate, qualitate. Est in Fama substantia sua, *Monstrum*, est quantitas, *Ingens*. est qualitas, *Horrendum*. Rei dictio similis. nánque in voce hac, *Monstrum*, asperitas est. In hac, *Ingens*, magnitudo. In hac, *Horrendum*, sanè horror. quare aptissimè Græci Characterem appellarunt. etenim quo modo ceræ, luto, metallo, par similisque imprimitur facies eius rei, cuius nota esse debet: id quod illi *χαρακτῆρα* dicunt, oratio tanquam cera plumbumue: facies character: res pro eo habebitur, quem cuneum ad metalla, annuli gemmam dicunt ad signandam ceram. Latine qua voce notaretur, multi quesuere. Cicero in Oratore, & Formam, & Genus dicendi vocat: propterea quòd etiam Ideam Græci nominarūt. sic enim Plutarchus *ἰδέω* & *οὐσία*: *ἰδέω* sic & Hermogenes & alij. Atque hoc quidem ad verbum. Forma verò non ad verbum. nánque Idea Genus dici potest: speciem quum significet. est enim species, quasi facies quædam orationis. Genus autè, quia sub se species minutiores habet. itaque Idea sanè etiam Forma dicatur. At *χαρακτῆρ* non id sonat: sed figuram potius aut notam. quæ voces, quia essent ambiguz, ad hunc priuatum significatum minus aptæ visæ sunt. An verò quum stilum Ciceronis, aut Sallustii dicimus vel Plinii stilo, vel Curtii gradiorem, Characterem intelligamus?

Ornatus
Verborum
duplex.

sanè verò id nemo negare possit. neque enim idem reor esse Stilum atque Phrasin: sed Phrasin eloquutionem, puta mundam, elegantem, Atticam: vel cōtra, peregrinam, impuram, lutulentam. Dicendi ergo genera siue formas tres esse dixere Græci. *ἀδρὸν, ἰχθὺν, μέσον*. Gellius *ἀδρὸν* Vber, alii Magniloquum, vel magnificentum, vel altiloquum: alii magnum: nonnulli plenum. ego etiam Generosum voco. *ἰχθὺν* Gellius gracile, subtile: alii tenue. *μέσον* Gellius medium. sic autem definit Plutarchus: *ἀδρὸν ἐστὶ λείξιον καὶ νοημάτων κατασκευῆ μεγάλας ἔχον ἑμφάσεις*. Iccirco in eo esse τὸ σφοδρὸν καὶ μεταφορικὸν dixit Hermogenes, i. vehementiam & incitationem. Gellius dignitatem atque amplitudinem. quare amplum quoque & summum à nonnullis appellatum est. *ἰχθὺν*, Plutarchus τῆ ὕλη ἧς περιέχεται μικρὴ καὶ τῆ λέξει κατὰ γνάθον. propterea Gellius attribuit ei subtilitatem. & Hermogenes appellat *ἀπλῆς*, καὶ εὐζωνοῦ haud semel: atque ait, τὸ λεπτὸν ἐκ ἔχει διαρμα, εἰδὲ μέγαστος. εὐζωνοῦ igitur leue atque expeditum. quod tamen aliud est ab eo quod succinctum dicitur. *ἀπλῆς* autē non quòd perfectum finem sit consequutum: sed quemadmodum Aristoteles *ἀβίωτα* animalia, non quæ bene viuerent: sed quæ facili ac parabili victu xuum transigerent. ita *ἀπλῆς*, quòd paruo negatio finē suum adipisceretur. qui modus ambiguitatis in altera quoque voce illa explicandus est: *διαρμα* dico, quod veteres Grammatici *κούρισμα* interpretantur. Igitur si genus humile dicendi est contrarium alto, quod & graue quibusdam dicitur: erit profectò humile etiam leue, quare habebit *διαρμα*. Dubitationis solutio sita est in vi interpretationis. Nam leue quidem est τὸ *ἀπλῆς*: quia tenuia corpora leuia quoque sunt. At enim uerò quòd ad precium attinet atque existimationem, Graue nunc & leue accipitur. Quare vir grauis habetur, cuius sententia valida est. at is alta semper sapit. *διαρμα* igitur elationem, & illam quam sublimitatem dicunt Philosophi, *μετάρρησιν* significat: quam alia quoque voce *διάρρησιν* appellarunt. Polybius *διαρμα* pro transmissione non semel in Nauigationibus vsus est, nò sine ratione. Tolli nánque vectores à nautis dicuntur. *μέσον* autem τὸ μεταξύ τούτων. Mediocre, inquit Gellius, & vtriusque particeps. Verùm idem cum certis personis suum cuique attribueret, alias quoque attribuit appellationes non sine designatione ἧς

διαρμα.

ἰσθῆον. ἀδρὸν igitur quū agnoscit in Vlyffe & Pacuuiο, magnificum vocat. Atque eadem ratione Carneadæ orationem rapidam, violentam. quasi hæc sint illius propria. ἰσθῆον Menelao, & Lucilio, subtile dicit. iccirco scitam ac teretem Critolai loquutionem. μέσον Nestori & Terentio, cohibitum nominat, & mistum, & moderatum. Propterea Diogenis sermonem modestum ac sobrium. Plutarchus ἀδρὸν Thucydida, ἰσθῆον Lyfiæ, μέσον Demostheni assignat. Ex aduersum verò vitia totidem. Pro elato ac magnifico, sufflatum ac tumidum Gellius substituit. pro subtile, squalidum ac ieiunum. pro mediocri, incertum & ambiguum.

Atque hæc quidem sunt quæ ad hunc ordinem digestissimus: vt non contemnenda, ita acutius examinanda. Principiò quod ait Plutarchus τὸ ἀδρὸν λέξιων ἢ νοημάτων κατασκευὴ μεγάλη εἶχει ἐμοῦσσεις: non vsquequaque probatur illi. Idem enim eodem loco quum dicat χαρακτῆρας εἶναι τῶν λόγων τὰ καλκίφρα σπλάσματα: non potuit: νοήματα, hoc est sententias, i. res subiectas coniungere cum effigie orationis. Si χαρακτῆρ est πλάσμα λόγου, i. effigies orationis, quomodo νοήματα sub hac effigie comprehenduntur? Neque enim de Deo si velim dicere, nequeam & alta, & humili, & media oratione vti: cōtrà de formicis, *It nigritum campis agnien.* Quid formica humilior? quid verbis hisce sublimior? quare vt illa definitio vera sit quæ ἀπὲ ἀδρὸς ab illo adducitur: hæc quæ est ἐπὶ χαρακτῆρος, nequaquam cū illa conuenire poterit. Ego igitur ita censeo: Quod ad Characteris attinet naturam, non necesse esse res ipsas in magno magnas, in tenui tenues esse. sed ipsum satis habere, si verbis lectis, sonoris, pictis, verborumq. compositione numerosa Sublimis illius dignitatem tueatur. Tenuè verò angustiis suis contentum, præter orationem puram, pressam, de medio sumptam, nihil extrà querere. Proinde ne id quidem probatur mihi: neque pro vero admiserit Hermogenes, quū Plutarchus ἀδρὸν Thucydide, μέσον Demostheni assignat. Existimauit enim ille nullum vnquam scriptorū ad illius maiestatem ac plenitudinem accedere potuisse. Nos quoque nihil esse in alterutro iudicamus, quod in vtroq. nō inueniatur. quare aliā sanè rationē nobis inuendam arbitror. Aliquos esse authores qui nunquam assurgant, ad eò vel materia, vel ingenium, vel

etiã voluntas eos cohibet. Veluti Phocyllides, aut Theognides, aut etiam Hesiodus ipse in *εργικis*. semper enim humi serpit. Sic Nicãder à mediocri nunquam abscedit. ergo à materia Character educi potest. est enim (sicuti dicebamus) rei effigies atque imago. Omnis enim oratio *είδος, εἴκον, μίμνησις*, quemadmodum & pictura: id quod & ab Aristotele & à Platone declaratum est. Igitur de capellis qui loquetur, humilem Ideam proponet sibi. Qui arationes, armenta, non purè humilia, sed cum arte ipsa coniuncta dicenda suscipiet, ad mediocrem surget dicendi formam. Cui arma canenda erunt, ei opus est sublimi illo spiritu. Cæterùm ita eueniet, vt & in Bucolicis, & in Georgicis, & in Æneide, quos vir ille gradus fecerit, nos quoque agnoscamus. Imum genus in illa, *Quo te Marsi pedes?* Mediocre in Gallo: summum in Sileno. par ratio in Georgicis. Imum Aratio & Satio: summum in pestilentia: mediocre in fabula Aristai. Simile iudicium in Æneide: summum genus in secundo, in sexto: imum in ludis: medium in prima. In Thucydide quoque & Demosthene, quis nescit esse simplicissimas, communibusq; compositas verbis narrationes? Differunt tamen Virgilianæ humilitates in sublimi, ab humilitatibus in humili specie. Sublimitas verò ab humilitatibus in humili specie. Sublimitas verò ab humilitate in Æneide, non specie, sed modo tantum ac gradu distat. Denique in hisce formis idem nobis considerandum est, quod in animalibus. Diuinum enim homo: mulus brutum: simia medium. In iis autem partes nobiles, ignobiles, mediocres. Præterea quum *αδρὸν* interpretatur Vberem Gellius, constare nequit. est enim Vber idem quod Amplum, quo etiam nomine minus rectè vsi sunt pro Magniloquo: vtrumque enim significat spatiosum, opulentum, plenum: qui affectus omnes esse queunt omnium. In Cererem Callimachi hymnus ino genere dicendi continetur. nihil vberius. ad Felle enim vsque perceret omnia. Quid vberius arte amandi Ouidiana? nihil humilior. Illud quoque non supino animo accipiendum est. Quum inter tumidum ac ieiunum duo vitia, vnum vitium statuunt medium. Nihil enim medium inter duo vitia, quod non sit virtus. Verùm Grammaticorum iudicia curta sunt.

Ex his etiã patet non esse ab illis rectè factũ, quũ dicen-
di

di genera in quatuor diuisere. Breue, Longum, Medium, Floridum. Primus error: Diuisionis partes nimis multæ. Alter: Florido nihil responder. non ergo separatur per contrarias differentias. Tertius: Tam longum quam medium Floridum esse potest. Quis neget? Humilis illud exemplum esto:

*Dum iuga montis aper, fluctos dum piscis amabit,
& cætera. Quam eandem sententiam iisdem floribus or-
nauit in altiloqua Æneide,*

-conuexa polus dum sidera pascer.
In mediocri illa floridissima,

*Non umbrae altorum nemorum. & illa,
Ecce supercilio cliuosi tramitis undam*

Elicit. & quæ sequuntur. Plutarchus sic definit αἰσθητῶν.
καλὸς ἔχει, καὶ γὰρ εἰς τὸ τέρπειν, καὶ ἄδεν ἀσπερ αἶδος. At Gel-
lius τῷ ἔργῳ attribuebat Venustatem. Verum equidem
censo floridum esse affectum, non autem speciem, sicut
& plenum, & incitatum, & præceps, & instans, & molle, &
remissum, & suauē, & asperum, & breue longum: eosque
affectus omnibus quæ generibus competere posse: quo-
rum exempla in altiloquentissima Æneide vniuersa pro-
ducentur. Breue, *Et cum pos ubi Troia fuit.* Longum, *ferus*
omnia Iuppiter Argos Transtulit. Plenum, *Insandum Regina*
iubes, &c. Incitatum, *Hæc ubi dicta carum conuersa cuspide*
montem Impulit. Præceps, tota oratio Elisæ minacis. Instans,
ubi Troiani classem expediunt abituri. Molle, *Quaque*
lactes late liquidos. Remissum, oratio Aenæ in ludorū ap-
paratu. Comparatio Fœminæ & Vulcani. Suauē, *Haud e-*
quidem tali me dignor honore, & reliqua. Asperum, de tuba,
de cornu Furia, & alia. Quinetiam Plutarchus in gran-
diloquo non potest Homeri versus recensere, qui dicendi
genus illud ascribit Thucydida: nihil enim diuersum ma-
gis. Tucidides pressus, cohærens, sibi & instans, & subiens,
breuis. Homeri oratio ampla, plena, fusa, proxima Ci-
ceronianæ,

ὡς εἰπὼν συνίθετο τεύλας, ἑταράζε δὲ πόντον.
χερσὶ πρίαμεν ἔχον, πλάσας δὲ ὀβήσωεν ἀέρας
παντοίων ἀέθμων: σιω δὲ τερέεσσι κλέουθε
γάλαρ ὀμοῦ καὶ πόντον. ὀράρει δὲ ἀσπὴν ἔδην νύξ.
Quam Ideam, vt ad Thucydida accedat eloquutionem,
ita demum efficiēs, si quæ exundant, demas. *χερσὶ πρίαμεν*

ἔχον, & πάρας, & παντοίαν. Præterea si Thucydidæ narrationes cum Demosthenicis compares, sanè sint ampliores. quippe historicæ narrationes Panegyricis similes sunt. Oratoriæ Demosthenis, quæ in iudiciis, aut suasionibus versantur, breuiiores. Carent enim succo illo & colore, qui expetitur in historiis. Illius verò *δημηγορίαν* cum Demosthenis Olynthiis atque Philippicis collatæ: in eodem quidem genere, atque eiusdem affines magnitudinis sint: dicendi tamè modus ille qui in *ἀδρῶ* caractere summus esse potest, Demostheni potius attribuat.

Quum hæc igitur ita sint, videamus quàm paruo iudicio de Formis Ideisue Græci, Græcósue sequuti scripserint Latini. Dictionis Ideas Hermogenes septem ponit, *σαφήνεια, μέγθος, κάλλος, γρηγορήτω, ἦθος, ἀλῆθεια, δεινότης.* quæ quum Latine explicauerimus, ita vt quid sint, intelligantur: facilius quem in vsum adducta sint, cognosci poterunt. *σαφήνεια* Trapezuntius Claritatem vocat. *νόμαλέ.* Perspicuitatem Quintilianus, sicut & Cicero *ἐνάρχησιν* atque Euidentiã. sanè quemadmodum in Originibus dictum est: Clarus in celebritatibus orta vox, quum victores per præconem calabantur. exempta vocali Clarus, vnde & verbum Horatianum, *Clarabit pugilem.* Perspicuū autem non est idem quod lucidum. nanque lux est actus superficiei visibilis, hoc est *ραεινόν.* At Perspicuum idè quod pellucidum: vulgus transparens vocat: Græci *διαφανής:* quod superiori contrarium est: transmittit enim speciem visibilem. Talis esse debet oratio. etenim in obscura hæret animus, neque transmittit se ad rem quam significat: in perspicua nihil obstat menti nostræ, quin aciem suam ad rem vsque ipsam appellat. Quare ita quidem mihi videtur: quod & aliis multis in locis testatus sum. Non omnibus Latine linguæ probum ac verum vsum, paucis eius vim ac rationem notam esse. Itaque in oratione quum dicis esse Nitorem Splendorémue, de verbis verborúmque compositione clara atq. illustri intelligas: quæ lecta collocatæque lucem quandam emittant ad eūdem modum, quo & arma ipsa deterfa vel situ vel rubigine. Perspicuitas verò illa, quam dicebamus. Quare & nitor esse queat in oratione, claritátsque sine perspicuitate: qualis est dictio Thucydidæ: & perspicuitas sine claritate: quippe humilis, plebeia de medio sumpta: cuiusmodi sunt sermones

Horatiani. Ergo non rectè Hermogenis imitator, qui contempta aut neglecta Quintiliani ac Ciceronis voce, suam attulit: dum se melius dicere posse sperat. Definitio quòque nihilo melior. Claritas est, quæ puram & perspicuam facit orationem. Aristoteles dixit qualitatem esse qua quales dicimur: quia nullum genus eius summi generis, quod afferret, habebat. At nos nullum genus inuenimus, quod ad perspicuitatis definitionem accommodari possit? Perspicuitas est facilitas orationis ad rem intelligendam. Ita obscurum, contrarium perspicuo: non autem nitido aut splendido. Est enim obscurus aer, qui visum non transadigit ad rem visilem: ut voluit Plato. ut nos censemus, qui visilem speciem ad visum non transmittit. Præterea non est verum, à Claritate puram effici orationem: sed è contrario potius à pura perspicuam. Est enim pura oratio duplex: aut in qua nihil peregrinum, aut in qua nihil sordidum. Impura Laberii oratio, in qua multa verba sordida, quæ Gellius recenset. Peregrinum verò duplex: aut in verbis, aut in verborum contextione. Verba peregrina, veluti si Latinè græcisset. quod Conciliator facit: Eti, Palin. Contextus verò cuiusmodi vides quotidie prodire ex claustris Monachorum: neque ex his solum, sed illis quoque penes quos summa rei litterariæ diu stetit iudicio imperitorum pædagogorum: inter quos Erasmus est. cuius mirificam animaduertas Latinitatē, vel quum dicit sese calculum suum recantare. Terentius autem suam dictionem puram dixit, id est lectam. Horatius Lucilium lutulentum: propterea quòd esset quod tollere velles. Erit igitur & pura obscura: qualis illa Phormionis apud Terentium,

Imò enim nemo satis pro merito gratiam Regi refert.

Tène a symbolum venire unctum, atque lautum è l'alneis

Otiosum ab animo: cum ille cura et sumptu absumitur,

Dum tibi sit quod placeat: ille ringitur, tu rideas:

Prior bibas, prior decumbas: cæna dubia apponitur.

Et impura clara: veluti si ausim sic, dico tibi conuiciū.

Ex puritate tamen sæpius fit perspicuitas: nunquam ex perspicuitate puritas. *μάγδο:* idem non in abstracto Magnitudinem dixit, sed in concreto ita definiuit: Magna & grandis oratio est, quæ puri sermonis contritam cōsuetudinē pōdere suo excedit. Quū dixit, Magna, quare Grádis

apposuerit, nescio. quod verò ad rem pertinet, si verum sit quod ait, nunquam grauis oratio (hæc enim est Magna illi cui pondus attribuit) esse poterit perspicua. Etenim Claritas, si efficit puram: & puræ naturam excedit grandis: à perspicuæ natura vtique grandis exhibit. καλὸς duobus verbis item expressit: Venustas & pulchritudo est, omnium quibus oratio conficitur, conuenientia quædam & modus, quacum succus quidam & qualitas, tanquam color orationis elucet. Venustas tamen alia est à pulchritudine: tamen si absque illa esse non potest. est enim Venustas, quam Græci χάρμη vocant: pulchritudinis perfectio. quare Venustatem mulieribus attribuit Cicero. Pulcher athleta erit, venustus non erit. proinde qui ambas poneret, genus debuit anteponere. Præterea quum pulchritudo sit sua cuiusque partis primùm, deinde partium commissarum temperamento oriens qualitas: mutile Conuenientiam appellauit. Ad hæc conuenientia illa est, quam Græci συμφωνίαν vocant, Vitruuius commensum. at ea nequaquam pulchritudo est, sed qualitas ex illa. quemadmodum aptitudo nauis ad portandum & vehendum, ex commensu partium, non autem ipsa conuenientia. etenim quia conueniunt partes, corpus pulchrum est: igitur pulchritudinis causa conuenientia. Postremò quum è Cicerone succū & nitore legisset orationis, neutiquam succū ad pulchritudinē, potius quàm ad magnitudinē debuit asserre. & sanè durum illud, succum elucere. sic igitur dicemus nos, Pulchritudo partium est ex modo, figura, colore conflata species delectabilis. Pulchritudo totius, est species excitata ex partium modo, figura, situ, numero, colore. Modum partium appello debitam quantitatem. Figuram vel eam, quam sic vocant Rhetores in oratione figurata: vel eam quæ in oratione simplici nulla est. est enim figura quædam carere figuris illis. nihilo minus quàm album corpus coloratum dicimus, quum tamen albedo visa sit quibusdā coloris priuatio, vel si minus placet hoc, illud de nocte dicas. Tenebræ nāque quum sint lucis priuatio, sanè coloris item priuatio sunt. & quodam modo videri dicuntur: quum tamen sine luce visio nulla. Sic etiam locum capit: non autem locus omnis situm. Colorem in oratione per metaphoram intelliges nitorem illū verborum, est enim nitidius verbum & quasi coloratius,

Crispare quàm quassare : si id apud Virgilium significat: Seruius enim negligenter præterit: quum tamen raro esset vsu, & nullum alium apud authorem. Crispum enim est non rectum. Quassatu hasta curuatur ac crispatur. Crispari etiam dici potest id quod manu colligitur : sic enim crispatur vestis limbus, quum colligendo digitis corrugatur. sic duo hastilia, veluti duæ rugæ. Ex his autè omnibus confit proportio, ex proportione conuenientia, ex conuenientia pulchritudo : cuius latitudo quum multa, sit, sicut & sanitatis, summa illa perfectio & gratia, Venustas erit acutis iudicii, non è triuio questis. $\rho\rho\rho\tau\eta\varsigma$ ab eodem sic: Velocitas est compositionis acceleratio, qua viua & mobilis oratio videretur. Sanè res ipsa ita est: verba autem minus probo. Quid enim est compositionis acceleratio? nam compositio, aut est actio ipsa componendi. sanè hoc non intelligit: aut est partium cohærentium situs. hoc multo minus satisfacit. & plus significat $\rho\rho\rho\tau\eta\varsigma$ quàm Velocitas. Liceat igitur nobis huc ad modum, Celeritas est aliarum alijs subeuntium partium exprompta inculcatio : qua oratio mobilis videatur. sanè Latine Gorgon fulmineum quiddam dicit. Toruum interdum. neque æquatur eius significatio Latina vel celeritate, vel velocitate. Diximus inculcationem partium sibi ipsis instantium ac subeuntium : qua intelligeremus à nobis partes illas inculcari. Nam si dicas partium accelerationem, nunquam conueniant. Neque enim ipse sese, neque eas nos acceleramus. absolute enim verbum ponitur hoc, nunquam transitiuè. Volubilitatem non sum ausus $\rho\rho\rho\tau\eta\varsigma$. est enim Volubilitas facilitas continuationis, etiam sine celeritate. $\tau\theta\sigma$ affectionem transtulit rectè, rectèque moratum vocauit id genus orationis. $\alpha\lambda\lambda\iota\delta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ sic definiuit, Veritas, quæ facit vt non fictè, nec dedita opera, sed vt sentimus, dicere videamur. quo modo dedita opera. neque enim aut aduersatur, aut officit veritati id quod opera dedita vel dicimus vel facimus. Idem nanque significat opera dedita, quod studiosè. Itaque & dedita opera dicimus quod sentimus: quum damus operam vt intelligamur. $\delta\epsilon\iota\theta\tau\eta\tau\alpha$. Grauitatem dixit, quum tamen sciret & à Quintiliano & alijs vel vim vel acrimoniam appellatam. Præterea Hermogenem ipsum, quem sequitur, in Magnitudinis idea querere $\sigma\tau\mu\nu\theta\tau\eta\tau\alpha$, id est

grauitatem. Tum autem eundem authorem *δενότητα* ita definire: *ὅθεν ἄλλο ἢ χῆσις ἔρθῃ παρῶν τῶ ἀσχετημένων εἰς ὧν τῷ λόγῳ, ἢ τῶ ἐπιπῶν αὐτοῖς.* Ipse autem sic: Grauitas est congrua omnibus circumstantiis oratio, vel quædam orationis elatio. Ambiguum igitur nomen definit: quodve toti & parti conveniat: nunc enim orationem, nunc orationis elationem. est enim accidens totius quasi quædam pars. Præterea quonammodo erit grauitas oratio, si est vsus rectus omnium Idearum? quantum ne id quidem assentior Hermogeni. non enim *δενότης* est *χῆσις*: sed vis orationis quæ oritur ex illa prudentia, qua partes suæ cuique rei attribuuntur. Itaque in præcedente commentario quam efficaciam vocauimus, Græcè *δενότης* intelligi volebamus. Illud postremo dicendum, non esse Ideas istas, sed Idearum affectus, contra quam dixerunt. Ergo quum demonstrauimus quid essent genera hæc, videamus an rectè tradita sint.

Perspicuitatem primo loco ab aliis distinguebamus. verum imprudenter ita instituerunt. quippe Formæ hæc si sunt species vni generi subditæ, appositis differentiis diffitas esse oportet. Exempli gratia, Ideæ septem. Perस्पicuitas, Magnitudo, & alæ. At verò aliter sese habent. nãque Perस्पicuitas omni orationi necessaria, item Pulchritudo: Magnitudo non omni, neque celeritas, neque affectus. Præterea sub eo quod est ἦθος, ἀλῆθεια comprehenditur. ad hæc *δενότης* omnium aliarum Idearum rectus est vsus. Quare erit aliorum habitus. cæterarum verò quædam vnum sunt ἦθος, & ἀλῆθεια: quædam omni orationi competunt, quædam non omni. Iccirco aliam viam insistendum erat nobis. Cæterum ne nominis auctoritas obsit posteris, id quoque explicandum est: quem admodum eorum docuerit generum rationem.

Hermogenes igitur harum Idearum quasi partes quædam constituit nouem, *ἐννοια, μέτρον, ἰσχυρῶς, χῆσις, κόλασις, ἰσχυρῶς, σιωπῆσις, ἀδρασις, ῥυθμῶσις.* quæ more nostro quid sint primùm, deinde eorum vsum consideremus. Sententiam *ἐννοια* interpretamur. est enim *ἐννοια*, quod *ἐν νόῳ*. Mentem autem interiorẽ sensum Latini appellauerunt. Trapezuntius sic definit: Res inuenta verbis expolien-
da: sine qua verba in numerum ornate construere furiosum est. Haud sanè satisfacit. Res enim largissimæ est si-
gnificationis.

gnificationis. Res inuenta fuit Equi caput. ea res à Poeta luculentissimis numerosissimisque verbis ornata est: num igitur est sententia? Præterea non semper erit furiosum inania verba connectere: stolidi etiam potest esse. Saltem dixisset, inepti. Sententia igitur non est argumentum: i. subiecta res qua de agitur, sed argumenti appendix. Sanè igitur res est & inuenta & excogitata: omne enim quod est, res est. Caterùm sententia non est res illa quæ extra animum existit: sed rei species in animo. est ergo rei imago: cuius imaginis verba item ipsa imago sunt. Neque verò cuiuscunque rei species est, sed illius tantùm quæ ad exornandum, aut explanandum, aut alio quouis modo interpolandum argumentum pertinent. Res est Æneæ nauigatio, Troiæ excidium. earum rerum temperationes, quæ in Poetæ animo erunt, Sententiæ vocabuntur. Methodum, Artificium Trapezuntius interpretatur, atque ita definit: Via & modus quo sententia verbis explicatur. Sanè *μὲθοδος* ad hunc modum semper Latinè dicitur à Cicrone, Via & ratio. quare igitur Artificiū maluerit appellare, non inuenio. est enim Artificiū artis officium. Ars habitus animi deducens præcepta vniuersalia ad vnum quippiam faciendum. Non tam igitur artificiū solā methodū significabit, quàm vniuersam præceptorū omnium rationē. puta non solūm modū explicationis sententiarū, vt est positum in definitione: verūm etiam syllabarū ipsarū collationem. Methodum verò qui etiā Instructionē appellarit, nō erit ineptus. Est præterea *συνθεσις* & *συνθεσις*: quarū vtraque ad verbū compositionē significat. Verūm sola *συνθεσις* hoc nomine dicitur à Trapezuntio, atque ad hunc modū definitur: Compositio est, quæ elementorum, syllabarū, dictionum, dictionisque consequentium inter se positione conficitur. *συνθεσις* autem dictionum numerosa compositio, quæ Collocationem vocat. Certè Hermogenes in *συνθεσις* & *συνθεσις* numerum ceteri prodidit. Ceterū quid sit illud, Dictionisque consequentium, haud sanè intelligo. sic nos: Cōpositio est aptus ordo partium inter se coherentium. partes autem tres: Elementa, Syllabæ, Dictiones. Collocationē verò rectè *συνθεσις* dictā existimo. quam quum definit per cōpositionem, videtur aut confundere quæ separabat, aut ambigūe accipere vocem

hanc, Compositionem, aut facere ut sit genus ad Collocationem: numerositatem autem differentiam. Nec profectò displicet ut *σωθήκη* sit elementorum vocumque qualiscunque dispositio: *σωθείς* autem non qualiscunque, sed numerosa tantum. *χῆμα* verò dixit Exornationem, non malè, non optimè tamen. fit enim exornatio non à figuris tantum, sed à numeris quoque. Definitio eius hæc: Exornationes sunt verborum expolitiones & modi: quibus tanquam colorato amicturem & vestimus & decoramus. Cæterum figuras loquutionis tantum descripsit hic. iccirco appellavit Modos. Sunt tamen exornationes etiam rerum ipsarum: quemadmodum priore libro declaratum est. Neque rectè dixit, Exornationibus rem vestiri: verbis enim quibuscumque vestitur res. Decoramus autem figurarum flexu & colore. *κᾶλον* ab omnibus membrum dicitur. Trapezuntius hoc definit modo: Vno spiritu prolata oratio, quæ totam sententiam, vel partem eius breuiter absque interuallo absoluit. Iam verò non nisi eam quæ pronuntiatur, designat orationem. Deinde quare dixit Breuiter? hoc enim ineptum & falsum est. nam breue est *ἥ ἀπὸς π.* Si breuiter absoluit sententiam membrum: Membrum igitur erit breue. hoc sanè falsum: quippe mox diuidit in breue & longum. Ineptum verò quis non intelligit quòd velit me rem longam dicere breuiter? nõnne erit oratio minor ipsa res? Non ergo eius erit imago. Quare opportunè huc afferam diuini viri verba ex tertio artis Rhetorices, quibus ille vulgatum de narrationis breuitate præceptum, damnat: *γὰρ δὲ γελῶντις πλὴν διήγησιν φασὶν δεῖν εἶναι ταχέως. καίτοι ἄριστος ὁ τῶν μακρότων ἐρρωμένως, σκληραὶ δὲ μαλακῆ μαζέει· τί δὲ εὖ; ἔφη· ἀδύνατον. καὶ ἑνταῦτα ὁμοίως. δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγέσθαι, ἄριστος ἔδδὲ παρῶν μακρῶν μακρῶς, οὐδὲ τὰς πύσεις λέγειν. οὐδὲ γὰρ ἑνταῦτα εἰς τὸ εὖ, ἢ τῶν ταχέως, ἢ τῶν πτωχῶν, ἀλλὰ τῶν ματρίως. πάντα δὲ εἰς τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει παρῶν.* Non enim in celeritate, aut breuitate vel narrationis vel membrorum orationis sita est aut virtus aut natura: sed quanta res est, tantum esse membrum oportet. Vel quot Ciceronis loca tibi recensere possū? Cæterum quia hoc ab eius calumniatoribus pro vitio illi obiectum est: non ex Isocrate, qui nimis picta vsus est dicendi ratione, sed ex ipsa Oratorum norma, hoc est

est Demosthene, vnum adducam ad LX. complectens voces. est enim in Olynthiaca i. scriptum, ἀλλὰ μὴ εἰ τῶτο γρηύονται, δέδοκα, ὡ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τροπον ὡσπερ οἱ δουρεζοῦσιν ῥαδίως ὄπι τοῖς μεγάλοις τόκοις, μῦκρον ὑπορήσαντες χρονον, ὕσερρον κ' ἢ δ' ἀρχαῖον ἀπέστησαν. οὕτω κ' ἡμεῖς, αὐτὸν ὄπι πολλὰ φαινοῦμεν ἐραθυμκότες, κ' ἅπαντα πρὸς ἡδονῆν ζητούμετες, πολλὰ κ' χαλεπὰ, ὧν ἰκὴ βουλομεθα, ὕσερρον εἰς ἀτάκην ἐλθοῦμεν ποιεῖν, κ' κινδυνεύσομεν πρὸς ἢ ἐν αὐτῇ τῇ χῶρα. Non minorem ambitum orationis in deliberatione πρὸς Ἀλεξάνδρου σιωδικῶν, quinquagenariorum fanè ingentem numerum. In oratione verò contra Neeram etiam plusquam sexaginta voces numerabis: multas verò longas admodum. ὅτε γδ Λακαδαμονίους ὑμεῖς ἐσάξετε, πειθύντες ὑπὸ Καλλισθέου, τότε ἀντιπῶν ἐν τῷ δῆμῳ τὰ δὲ τῇ βουθείᾳ, ἐπισημῶς τὴν πεντηκοντὴν τῆ σίτου ἐν εἰρήνῃ, κ' δέον αὐτὸν καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον κ' φρουρὰν νείαν, κ' ὕσως αὐτῷ ἀπτελείας ἐκ ἢ δ' νόμον, ἐκ ἐξελθὼν ἐκείνῳ τὴν στρατίαν γροφείας ὑπὸ σφοδρίου τούτου ἀστρατίας, κ' διαβληθῆς τῷ λόγῳ, ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἢ ἄλλῳ κ' ἡπιώθη. Quid? Thucydides enim cuius adeò admirantur breuitatem ipso statim operis initio haud multò minorem obtulit periodum: atque mox etiam maiorem. Quanta verò sit illa eodem in proœmio vbi posita fuerit, iudicabitur. Neque enim minutis vocibus ipsam referfit, sed multisyllabis multis, Μίνως γδ παλάματος ὡν ἀκοῇ ἰσθῆν, ναυτικὸν ἐκπέριστο κ' τῆς νῆω ἐκλιμικῆς θαλάσσης ἐπὶ πλεῖστον ἐκορέτισε, κ' ἢ δ' κυκλάδων νήσων ἤρξετε κ' οἰκισῆς πρῶτος ἢ δ' πλεῖστον ἐγένετο, κέρρας ἐξελάσας κ' τοὺς ἑαυτῷ παῖδας ἡγαμόνας ἐκκαταστήσας τὸτε λησικόν, ὡς εἰκὼς καθήρει ἐκ τῆς θαλάσσης ἐφόσον ἡδυνάτο, τῷ τὰς προσόδους μάλλον ἰέναι αὐτῷ. Neque lex illa vnica poetarum Maro, non putauit absurdum ad cētum vsque inculcare. Ponam igitur ex III. Georg.

Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros

Vita tulit) tristi languerunt corpora morbo:

Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:

Continuò est agris alius color: horrida vultum

Deformat macies: tum corpora luce carentum

Exportant teclia, & tristia funera ducunt:

Aut ille pedibus connexe ad limina pendent,

Aut intus clausis circumstantur in adibus omnes,

Ignauaeque fame, & contracto frigore pigrae:

*Tum sonus auditur grauior, tractumque susurrant:
 Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster:
 Ut mare sollicitum stridet refluens: ibus undis:
 Aestuat ut clausis rapidus, fornacibus ignis.
 Hic iam Galbanos suadebo incendere odores,
 Mellique arundineis inferre canalibus ultro
 Hortantem, & sessas ad pabula uota uocantem.*

Quo ex loco, quid agendum mihi, quid aliis à me præscribendum sit, libentius feliciusque intelligam, quam ex formidolosis, Græculi vilius præceptionibus. *ἀνάπαιον* verò Clausulam vocat hisque definit verbis: Clausula est vniuscuiusque orationis, aut etiam membri numerosa dispositio. Nomen quidem expressit Græcam vocem. At definitio nequam. Neque enim clausula membrum disponit: sed claudit membrum vno duobusve numerosis verbis. ad hunc enim & significatum & naturam utitur Cicer. Quare verò cum dixisset: vniuscuiusque orationis: addiderit, aut etiam membri: me quidem latet. Orationis enim tum natura, tum appellatione comprehenditur etiam membrum: præsertim cum apposuit, vniuscuiusque: *ῥυθμῶν* rectè numerum appellauit. Definitio verò obtundit clausulæ definitionem. Est enim hæc. Numerus est, quæ ex obseruatione collocationis, atque clausulæ pedum conficitur orationis sonoritas, atque modulatio. Etenim si clausula est numerosa orationis dispositio: non tam numerus fiet ex clausula ut vult Hermogenes, quam clausula ex numero. At hic numerus est sonoritas ex collocatione. Nos verò sic: Numerus est conueniens sententiæ sonus ex compositione & dispositione partium, compositionem appello verborum ex elementis & syllabis, ac membrorum ex verbis. Dispositionem rationem modumque compositionis. oportet enim verba & esse talia, & tali ordine collocata.

Horum igitur natura censetur hæc. Reliquum est ut Hermogenis, qui hæc ita digerit, consilium videamus. Oratio omnis sententia, & verbis constat. Igitur vtrumque Idæis etiam conuenit, si Idææ orationis sunt formæ. quæ formæ cum sint rerum imagines, rebus erunt similes. Ergo etiam illarum partes, id est, sententiæ, & verba. Quare & sententiarum figuræ, id quod *μυθῶδες* vocari

vocari ab Hermog. manifestū est: & verborū qualitates: quas partim Græci *τέρονες*, partim *ῥήματα* nominant, necessariae sunt. Verborum præterea quantitates tam continuæ quàm discretæ. Horum summa sic se habet. Quantitates continuæ sunt in longitudine, ac breuitate verborum, & incisorum, & membrorum. Sic enim intelligo partes orationis voce generis: cuius duo modi, *τὰ κόμματα*, i. incisa: quæ sunt partes minores, ac *μέρη* à nobis dicuntur: & *τὰ κέλλα* membra, quæ Aristotelico more *μέλη* nominabuntur. Harum igitur longitudinem ac breuitatem curat *συνθήκη*, sicut & numerum. Ordinem verò & qualitatem in sonis *συνήσεις*. Non igitur rectè numerum Hermogenes *ἐν συνήσεως ἢ ἀπαυσιῶν* confisi putauit. Neque enim *ἀπαυσις* facit numerum, sed numerus potest esse non solùm in clausula, sed etiam in principio periodi: id quod à M. Tullio satis est disputatum. Potest & esse clausula & numerosa, & sine numero. Præterea *συνήσεις* etiam ipsam *ἀπαυσιον* comprehendit: comprehendit etiam initia, etiã media. Ex *συνήσει* potius ac *συνθήκη* numerus confieri videtur. Est & alius eiusdem error. Postquam enim *συνήσεων* cum cæteris numerauit, nusquam postea cum aliis eius posuit præcepta. Illud verò vehementer agitare queat acutiorum iudicium. Quippe *μέθοδος* cum à sententia, figura, dictione, membris, numeris: compositione separauit, non satis mihi facit. Quid enim *μέθοδος* est? Nonne viæ ratio, quam insitas ad componendam orationem? Quomobrem ea compositio cum egeat verbis, verborum ordine & sono: erit profectò methodus ratio eligendi, atque disponendi verba, quibus sententia exprimitur. Nō autē sententiæ explicanda modus, quemadmodū putauit ille. Non est igitur *μέθοδος* pars ab aliis separata, sed omnium quasi forma quædam, quæ fuit fortasse ratio, propter quã à Trapezuntio artificium diceretur. Verum cum ille in definitione sententiæ soli attribuit, hoc falsus fuit. Est autem *συνθήκη*, quam *συντάξιν* quoque vocare liceat. his ita cognitis ad eas formulas, quæ primores Ideas illas explent, accedendum est. in quibus perpendendi dispari iudicio vtendum est.

Σαβώνιον, inquit Hermogenes, *ποιεῖσι τὸ καθαρὸν ἢ τὸ ἰσχυρὸν*. Trapezuntius claritatem tractaturus nequaquã hoc explicauit. Sed posito claritatis nomine statim

purī sermonis instituit inuestigationem, duplici sanè peccato. nāque & negligēter omisit σαφήνειας diuisionem in καθαρότητα & ἀκρίβειαν : & pingui nimis Minerua puritatis exempla sine definitione posuit. Tertius error, cūm ἀκρίβειαν elegantiam interpretatur. Veteres enim Grammatici τὸ ἀκρίβειος ἀχρησ, dicunt esse. Igitur ἀκρίβεια Facilitas potius. Hermogenes quoque τῷ ἀκρίβειαν docet esse prudentiam disponēdi partes τῶ τάξι πρὸς ποίαν. In nostris lucubrationibus obseruatum à nobis inueni ἀκρίβειαν distinctionem appellatam. Valdè sanè bene. Est enim δύσχετον implicatum, præsertim cūm idem faciat τῇ ἀκρίβειᾳ σὺγχυσιν contrariam, elegantia verò longè aliud est, quod & nomen ipsum ostendit. Verborum electorum non vulgaris coarptatio. Quare citius obscurabit aliquando audienti populo orationem, tantum abest, vt perspicua faciat. Quartus error, vbi elegantiam claritatis appellat partem, neque enim elegantia est perspicuitas aut perspicuitatis tanquam totius pars : neque tanquam generis species : sed causa quasi formalis. etenim ex forma ipsius ἀκρίβειας fit perspicuitas in oratione. Puritatem autem dicit idem Hermogenes in simplicitate sitam esse, ἐν τῷ ἀφελεί : atque definit καθαυραυλίζεν τῷ μὴ σκληρῶν. Ego verò aliter sentio. Aliud enim est purum*, aliud molle. Purum, cui nihil admissum alieni. Molle, quod aures non offendit. Potest esse mollis impura, vt in Aulularia:

Pici diuitiis qui aureos montes colunt

Ego solus supero.

Est enim σολοικωφινός, & pura aspera, vt περιχάσει περιχάσει. Præterea non est verum, puritatem sitam esse in simplicitate, est enim simplicitas duplex, aut ἀφελειος, aut ἰδιωτισμός. Idiotismus est vitium electæ orationis. Quippe vulgaris dicendi modus, frequens Plauto. ἀφελειος, est virtus quotidianæ loquutionis, non apud plebem solūm, sed lectorum ciuium : qualem Gracchorum matri M. Tullius attribuit. At enim verò vt non negamus τῷ ἀφελειαν facere perspicuitatem : ita asserimus eam pro magna oratione quoque. Quis enim tam amens sit, vt Ciceronis orationem perspicuam neget? ad hæc puritatis ἡμῶς dicit idem esse τῷ ὀρθότητι. Esse autem rectitudinem hanc, loquutionem factam per rectum vt, *Vrbs antiqua fuit, cuius contrarium sit ἀλαγασμός, id est*
Obli-

Obliquatio. veluti cum per obliquos casus fit oratio. qua
 lis apud Sallustium : urbem Romam, &c. In quibus ex-
 emplis quis audeat dicere sese figuram agnouisse ? Siqui-
 dem Figura est flexus orationis tolerabilis præter vulga-
 tam consuetudinem. Omitto, quod ἤμει posuit pro
 Tropo. Est igitur ὁρθότης & πλαγιασμός vtrunque puri-
 tatis formula, sed ὁρθότης est Simpliciter, Plagiasmus
 non. vtraque inquam est Puritati aut simplicitati hoc,
 quod peripicuitati puritas, & simplicitas. non minore iu-
 dicii periculo dicit, in perspicuitate κῶλα esse oportere
 breuia. non enim solius perspicuitatis, sed neque sola.
 Non solius perspicuitatis esse κῶλα breuia satis osten-
 dit Thucydides. Cuius breuitas etiam obscuram reddit
 orationem. Non sola breuia κῶλα debent perspicue di-
 ctioni videbit : qui meminerit principii orationis pro
 L. Murena. Primum enim statim membrum vt longissi-
 mum est, ita lucidissimum. Præterea quid lucidius iis Ma-
 ronibus versibus, quos posui supra. At in illis quæ quan-
 tāque κῶλα contineantur, satis, opinor, patet. nihil verò
 ineptius ea sententia, qua ait, τῷ σαφεὶ ἀναγκάσιον ἐστὶ προσεῖναι
 τὸ μέγδος, καὶ ὄγκον, καὶ ἀξίωμα. παράκειται γὰρ τῷ σφοδρῶ σαφεὶ
 τὸ ἀπλόγ. Nam & falsa est, vt ostendimus. Lucidissima
 nāque est illa,

Arma virūmq; cano.

-tantæne animis caelestibus ira,

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

Neque placet τὸν ὄγκον inter virtutes recenseri, sed
 μέγδος, & ἀξίωμα, magnitudinem, ac dignitatem. Et ma-
 le loquutus est, quæ bene sentiebat. Ambigua quippe o-
 ratio. τῷ σαφεὶ ἀναγκάσιον προσεῖναι τὸ μέγδος. Dubites enim
 sit ne præceptum ita, vt iubeat perspicuitatem augere, ap-
 posita magnitudine, an naturæ declaratio : vt intelliga-
 tur perspicuitati suapte natura magnitudinem coherere.
 quare melius dixisset προσεῖναι quam προσεῖναι. Nihilo
 melius illa profitetur. μέγδος ποιούσ' ὀσμότης, τραχύτης,
 ἀειβολία, λαμπερότης, ἀκμὴ, σφοδρότης, βραχύτητα διαλλάττουσα τῷ
 τραχύτητος. grauitas inquit magnitudinem efficit rectè.
 esse autem grauem orationem, quæ de diis, vt de diis
 sentit. Nam sanè Homerus de diis suis, quasi de subus
 loquitur. Secundo loco, Res diuinæ grauitatem æfferunt,
 de Cælo, de Natura. Tertia ratio grauitatis à rebus diuinis

itē, sed quarum homines compotes sunt: cuiusmodi, Anima, Mens, Ratio, Virtus. In quarta, grauitatis recēfiones, hominum studia, officia, acta, gesta præclarè. Neque aſentior ei, quando negare ausus est, Apostrophas aptas figuras grauitati orationis. vnum locum ex Adherbatis oratione Sallustiana designabo, cuius autoritate Graculo illi ne credatur. Iam iam animo meo charissime frater, &c. Pari leuitate καλα breuiora grauitatem æfferre dixit. Illud quoque animaduertendum, cūm tanquam partes grauitatem constituendam nominauit ita vt distingueret, ἀκμῶ, λαμψρότητα, τραχύτητα: mox tamen τραχύτητα & λαμψρότητα efficitrices ait, τῆς ἀκμῆς. Quod autem τραχύτης siue asperitas grauem faciat orationem, non est necessarium. Nam si, vt ait, τραχύτης γλυκύτητι contraria est, sanè dulcedo in verbis grauibus, graui sententia esse cūm possit: possit item & asperitas in humilibus: vtriusque exempla subnectam. Nectarea illa in graui,

*O prestans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute me exuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere: atque omnes metuentem expendere casus.*

Illā aspera à pastore,

Pars Scythiam, aut rapidum Cretæ venimus Oaxem.

Attribuit autem asperitatem sententiarum maioribus personis, τῶν δρόντων minoribus, Tamen, inquit, si quis idē putet, non labero. Vehementiam verò ab asperitate in figuris valde differre. Ego in omnibus differentes puto. neque prudenter cum magnitudine personarum asperitate coniunxisse arbitror. Quin asperitatem esse animi vitium, neque bene instituto ciui conuenire. Item esse aspera quædam siue vehementia: qualis dictio Catonis in præmio de agricultura. Furem dupli, fœneratorem quadrupli: aspera sententia sed languida. Et vehementia sine asperitate,

*Vos et Scyllæam rabiem, penisque sonantes
Accessis scopulos. & illa:*

Extremos rediisse pudet, hoc vincite ciues.

Præterea non est æquè, quod ait, verum, λαμψρότητα facere ἀκμῶ. Facit quidem magnitudinem illustri sententia semper: ἀκμῶ verò i. vim non semper, vt ibi,

-facilis descensus Avernī,

Sed reuocare gradum, superâsq̄ue euadere ad auras

Hoc opus, hic labor est. Pauci quos æquus amavit

Iuppiter aut ardens exiit ad æthera virtus.

Quòd si vt facit, se excuset: sententias illustres non efficere vegetam orationem, sed figuras, & κῶλα, nihilo maiore merito audiat. λαμψότης enim in membris, quæ membra sũnt, quænam esse deprehendetur? Et sunt enim aut longa, aut breuia, aut mediocria. Omnia vel illustria, vel non illustria: qua cola sunt. numeros ac figuras illustres non dubitarim parere vim dictioni, vt Repetitio & Reduplicatio est: non omnes tamen. Quid enim illustrius Epiphonemate? Non tamen omnia vim intentant: sed quædam τὸ εὐχαεὶ tantũm habent. in illo vis,

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

& in illo,

-Laui improba teter, Ora cruor.

At non in illo,

I atona tacitum pertentant gaudia pectus.

Quod verò addit, λαμψότητι contrarium τὸ κομματικόν, & quæ falsũ est. Nihil enim illustrius Sallustiana dictione: cuius κῶλα penè omnia κομματικῆ, id est præcisa. λαμψόν etiam luculentum dices. & λαμψότητα splendorem. Post hæc λαμψότητα πρὸς πλεὺ φαρότητα, distinguit: φαρότης, inquit, ἐν ὠξίσμῳ καὶ ἰσιλαμφορτικῶς, ἀλλὰ γλυκύτητος καὶ ἀφελείας. πλεὺ φαρότητα πλεὺ ἀξιωματικὴν ποιεῖ ἢ λαμψότητος, & contrarium, τῆ λαμψότητι τὸ κομματικόν, καὶ διαλεκτικόν, καὶ ὄντως ἀγωνιστικὸν εἶδος τῆ λόγου. Deinde dicit, ὁ κενερός ἐπιθυπὸν τῶ λαμψῶ quæ omnia sunt perpendenda. Hilaritatem ait esse suauitatis siue dulcedinis non splendoris: suauitatis, inquã, & simplicitatis. A splendore verò eam fieri hilaritatem, quæ cum dignitate coniuncta est. Duo igitur facit genera hilaritatis in oratione, alterã ἐν ὠξίσμῳ: ἰκεταπισμῶ: qui est affectati decoris cultus nitidus: cũ qua statuit suauitatẽ, & simplicitatẽ. Alterã ἐν ἀξιωματι, i. dignitate, cuius parens splendor est. Proba diuisio, sed quæ desiderat definitionem. Splendorem dico in oratione non solum lucem ad perspicuitatem, sed maiorem quandam lucem, quæ animum ex auditione percellat, sicut Sol per visionem. Hilaritas à Græcis ex eodem fonte hausta est. Quippe φαρόν est τὸ φαεινὸν ἀφρώς. Nos hilarem vocabimus dictionem, quæ inter vulgarem lucem perspicuitatis, & magnam illam splendoris posita

est. cuiusmodi est Herodoti stilus, & Catulli. quorum hilaritas est tota in cultu. Isocratis non minus hilare dicendi genus: magis tamen pertinet ad *ἀξιοματικόν*. nullum enim authorem inuenias, tanto cultu, tam graui dignitate. Potes autem *φαιδρότητα* scitissimè dicere Elegantiã. Alia verò Græca voce *γλαφυρότητα*. Tum vtramque iam *ἀρετὴν* quàm *ἀξιοματικὴν* esse in cultu positam memineris: tamethi prior potius videtur. Deinde ait contraria esse τὸ *ἀμυρόν, ἢ τὸ κομωτικόν, ἢ τὸ διαλεκτικόν, ἢ τὸ ἀγωνιστικόν*. Omnino igitur excludit à splendore cultum illum nimium quem *κομωτικόν* vocat. A sceminarum opera, quam nimia ponunt in exornando, metaphora sumpta est: vnde *κομωτήρια*, qualem Cypassin Corinnæ canit Ouidius. Gellius monet nos, ab antiquis Elegantiã dictum illum *κωνωτισμὸν*. Perire igitur splendorem nimia illa trepidatione non satis benedicendi. Ita verò ne recipi quidem in disputatoriam dictionem: spinosa enim oratio disputatium, in summa cōcludit: Panegyrico potius stilo deberi splendorem illum, quàm forensi, si *ἀγωνιστικόν*, sic interpretêre. Ille tamen aliud: quippe, *γρηγρόν, ἢ ὀλίγους* idè facit. Quod quàm sit verum, intelliget is, qui humilem Ideam ab incitata sæpe cognoscet alienam. Satis hoc patiemur: illud non ferendum, quod aiebat postremum: Puritatem splendori esse contrariam. Aliud est humile, hoc splendido aduerfatur, aliud puram dicendi genus: hoc cum splendore licet coniungere. Quinetiam puritatem, propterea quòd nonnisi lectis verbis, scitæque eorum coaptatione fit, gradum quandam ipsum ad splendorem puto. Reliqua est ex causis magnitudinis *πελολή*, quam Trapezuntius an rectè dixerit Circunductionem, ex definitione patere poterit. Ait igitur *πελολή κωνωρότητα* contrariam. Crasso nimis iudicio existimauit puram orationem eam tantum, quam nos nudã dicimus: cùm quid nulla re adiecta narratur. Cùm verò additur aut genus, aut species, aut præscriptio, aut totum, aut pars, aut persona, aut locus, aut tempus, aut modus, aut instrumentum, aut causa, *πελολή* ab eo appellatur. Non igitur circunducitur res, sed circù ipsam res aliã. quemadmodum etiam eadem augetur *ἐπιμελή*: quoties scilicet interponitur horum aliquid orationis cōtinuatis partibus: quales sunt Parenthesis modi omnes. Idcirco *προσβολὴ* quoque addam ego: quando narra-

narrationi puræ (vt ille vocat) vel nudæ (vt nos dicimus) apponetur, quod ne illum quidem latuit cùm dixit, *πρόσληψιν*. hanc vocabimus nos accessionem, aut adiectionē. *πλεβολῶ* autem amictum nimis durè: satis commodè complexionem: propterea quòd simul cum re nuda completitur ea, quæ diximus suprà. addit igitur aliquando id, quod auget, & obscurat haud ita quidem, vt ne intelligatur: sed ne tam facilè. Animus enim ad plura attentus distrahitur. Aliquando verò id addit, quod explanat. Itaque *πλεβολῶ* interdum est *τὸ μισοῦν*, implet enim loca vacua, & admittentia circumstantias: id quod maximè pertinet ad *σαφλέειαν*: tantum abest, vt sit contraria puritati. quod autem sit *τὸ μισοῦν*, etiam Hermo. testatur, ἢ *μισότης ἴδεν ἄλλο ἢ πλεβολῶ*. quanquam non ita est. Implet sanè *πλεβολῶ*: at plenitudinem esse *πλεβολῶ* idem est, atque si quis dicat: omnis plenitudo est complexio. hoc enim verò falsum est. Plena enim est narratio, cui nihil deest. in qua tamen neque tempus, neque causa, neque cæteræ aderunt circumstantiæ. quales multæ apud Ciceronem in Verrem. Itaq. plenam illam existimauerim, in qua succû Cicero agnoscit. Neque verum est quod aiunt Plenum esse Ideam, solique magnitudini conuenire. Nam neque Idea est, sed affectus: neque vni peculiare magnitudini, sed humili quoque generi familiare. cuius sententiæ exemplum habes in Bucolicis,

Hic inter densas corylos modò nânque gemellos

Spem gregis, ab silice in nuda connixa reliquit:

Est enim personæ Idea in capella, actio, tempus, locus, finis actionis ipsum opus, gemelli: finis operis, spes gregis. Procedit deinde ad pulchritudinem. *κάλλος* autem etiam decorem potes interpretari. eius effectricem Curam statuit siue diligentiam: sic enim dices *ἐπιμέλειαι*. propterea quòd accuratam quoque dicimus orationem. Quia verò *μέλλω* & *μέλος* eandem habēt originem, *τὸ ἀμύλις* & *τὸ ἀρῦθμον* idem censebitur. Ergo *τὸ κάλλος* *ἀρῦθμία* efficiet, & *τὸ ἀάρμοσον* & *τὸ σύμμετρον*: vt in quantitate, qualitatibus, proportione, ordine, situ constituatur. optimè hæc ille, nisi addidisset, *κάλλος* acquiri per *δριμύτητα*, id est acrimoniã: nihil enim minus venustatem frequenter foedat acrimonia: contrà potius suauitas & dulcedo erit comes atque adiutrix pulchritudinis. Post hæc *πείρησις* quædam

scribit. Nos genus hoc dicendi vel incitatum, vel concitatum, atque etiam interdú præceps appellabimus. Quod quoniam fit aliquando per multarum rerum complicationem, *καταπλοκὴν* Græci vocant: aliquando per concisionem, *τριπτυκὸν* quoque ab Hermogene appellatum est. complicatio autem fit aut subeuntium frequentia sententiarum sine copulatione, aut interiectionibus, quas *παρρηθίσεις* nominant. Adeò nánque præceps oratio est, vt nequeat expectare instátem orationem, neque differre post illam, quæ in manibus est: sed ingruentem admittat: exépli gratia ex IIII. diuini operis,

Talibus attonitus visis, ac voce deorum:

(Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere vultus

Vclata sique comas, præsentiaque ora videbar:

Tum gelidus toto manabat corpore sudor)

Corripio è stratis corpus.

Cæterùm multi Gorgoteta figuram putant, non Ideam orationis. conuenire autem omnibus characteribus manifestum est autoritate Poeta,

Inserere nunc Melibæe pyros, pone ordine vites.

Transit hinc ad eam quam vocat *ἡσυχὴν* cuius lex est, attribuere suam cuique naturam. Idcirco *ἐνδιάθετον* quoque nominat, propterea quòd mores affectus quidam sunt. & vniuersalior est *ἐνδιάθετος*. Neque enim solùm personæ nobis sunt describenda, quarum proprii mores sunt, sed etiam res, in quibus affectus designantur. Quare omne genus affectuum, ab ea comprehendetur. Quæ fuit causa vt *βαρύτητα* diceret Hermogenes esse *ὑπὸ τὸν ἡσυχὴν λόγον*, Sanè rectè, si etiam stoliditatem, & alia id genus item adscribas. Intelligit enim *βαρύτητα* cuius species sunt, *ὀνειδισμὴν*, exprobratio, & *ἐπιτριπτικὴν* obiurgatio: quam & verbo succensendi explicamus. Ne hic *βαρύτητα* stili putes grauitatē. Etenim in humili quoque *τὸ ἡσυχὸν ἐστὶ*. Id quod initio primi statim Poemati videbis apud Theocritum. Neque ei subscribendum cùm dicit:

γλυκύτης ἀφιλείας χάριος.

Suauitas enim ac dulcedo maior in picta quàm in simplici dictione.

Quaque lacus latè liquidos, quæque horrida dumis

Rura tenent, somno posita sub nocte silenti

Lenibant curas & corda oblita laborum.

Neque

Neque cùm dicit, ὀξύτης ἢ δριμύτης, ὀπιόλαος βαθυῦτης ἔστι. quis enim acutam acremque orationem profundam neget esse? Aut quis admittat, quod addit? δριμύτης ἢ ὀξύτης προσκεῖται πρὸς ἀρετῆν. Nihil enim minus aptum est ad statuendam orationis simplicitatem, quàm acutè dictum, quànque ea sententia, numerusue, qui præ se fert acrimoniam. Acutum autem à iocoso, urbano, facetio, dicaci, separamus. Acutum intelligo quod sententiam languidam per se penetrare faciat in animos auditorum. tantò magis acce. Acuti metaphora est à mucronibus. Acris à gustu & sapore. Acuti exemplum,

Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. &

Omnis in Aescanio cari stat cura parentis. &

Dolus an virtus quis in hoste requirat?

Acrimonia verò in omnibus Sarcasms, de quibus suo loco dictum est. Possis etiam acutum diligentius intelligere: quodcunque est, aut diuersum à populari opinione: vel alio modo, quàm vulgari dictum, si re ipsa vulgatum sit. Quid enim illo acutius Euripideo?

τίς εἶδεν, εἰ ὄψις ἐστὶ ζῆν κατθανεῖν,

τὸ ζῆν δὲ κατθανεῖν.

Illud verò quanquam est vulgare, non esse gratiæ pecuniæque similes debitiones: tamen noua dicendi rotunditate Cicero fecit, vt esset argutum. Hinc aggreditur ὀπιέκειν, quam Latine dicas æquanimitatem simul cum Terencio: modestiam maule Trapezuntius. est diuersa tamen σοφροσύνη ab ea, quæ est ὀπιέκειν, tanquam totum à parte, aut genus à specie, verùm hoc fusius in Ethicis. Addit autem non solum ab hac æquanimitate, sed etiam à veritate fieri orationem ἐπιστάδου ἢ ἐμψυον. vt ex professione veritatis ipsa dictio non solum præ se ferat affectû, verum etiam quasi animetur. Exprimatur autem eiusmodi professio per obtestationes ab oratoribus: apud Poetas per numinum inuocationem. Illa sanè vera, meraque, ὀπιέκειν.

Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.

Et cùm addimus, reor, opinor, credo, si credere dignum est, vt aiunt, vt perhibent.

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis

Ingenium.

Quod autem ὀπιέκειν non sit modestia, sed cum ea aliud

quiddam strictius, ex eo mihi videtur: quod ad iudicia frequenter applicatur. vt eorum sit virtus, qui ex æquo & bono iudicant, qui que boni consulunt: quos æquos rerum æstimatorum Latine dicimus: quam Poeta diuinis adeo tum verbis, tum modis descripsit in x i i.

Si Turno extincto, socios sum accire paratus:

Cui non incolumi potius certamina tollo?

Trapezuntius autem qui ἀκμῶν vehemenciam transfudit (nos enim vim, ac vigorem) quo modo dicit σφοδρότητα? grauitatem? Nihil minus respondet. Nam olim equidem putabam Græcos carere voce, qua plene ac circumscripto exprimant id, quod in viro nominant grauitatem, donec diuinis præceptor sic me docuit: σιμνότης ἔστι μακρὰ βαρύτης. σφοδρὸν autem non esse grauem, sed vehementem, etiam ex Demosthene intelligas, qui contra Aristogitonē, σφοδρὰν καὶ μαγάλῳ εὐνοίᾳ nunquam grauem agnouisset, cum suadebat χρῆσθαι αὐτῇ. Nemo enim dicat graui beneuolentia cuiuspiam nobis vtendum esse. Duo tamen cauendum esse ei, qui aspirat ad illud σφοδρὸν, ἐπιμέλειαν & insuauitatem, quod vitium qui obtulit suæ orationi, eum vocat Hermogenes ἀγλευκῆ: qua appellatione minimè veritus est ipsum notare Thucydidem, quasi sine musto, id est carentem dulcedine: ἐπιμέλειαν verò quam datamat, ne illam intelligas, quæ optimo cuique scriptori debetur: ex qua nomen accurati consequi possit: sed anxiam quandam diligentiam: cuiusmodi Silius Italicus nimis probauit. Ea enim vt rectè ille ait ἐκλύει τιῶν σφοδρότητα. Elumbem sanè facit orationem: quemadmodum ipse dicit de Isocrate. Verùm de his hæcenus: nunc ad ipsorum Characterum tractationem transeundum est.

GRANDILOQVVS.

CAPVT II.

CUM Hermogenes Ideas & partiretur, & exequeretur aliter, atque alii prodidissent: coacti sumus quædam animaduertere, quæ Poetæ nostri institutioni vel obesse, vel prodesse potuissent. Nunc ad ipsa dicendi genera ita accedamus, vt appositis ad præceptiones exemplis perfecti stili rationem familiarem faciamus. Sunt igitur formæ tres: Altiloqua, Infima, Media, quam æquabilem vocare liceat nobis. Harum omnium quidam affectus communes,

munes, quidam proprii. Communes: Perspicuitas, Cultus, Proprietas, Venustas, Numerositas. Hos omnes tum omnium, tum perpetuos esse oportet. Aliorum communium quidam sunt non perpetui, sed ut res tulit: Mollitia, Suauitas, Incitatio, Puritas, Acutum, Acre, Plenum, Floridum. Propriis quoque ratio eadem. quidam enim perpetui, quidam non. Grandis generis perpetui sunt, Dignitas, Sonus. Vicissitudinarii, Grauitas, Vehementia. Infimi generis propria perpetuo Tenuitas, Vicissitudinaria, Simplicitas. Securitas, æquabilis characteris propria perpetuo Rotunditas, Volubilitas. Quibus capitibus omnium formarum vniuersa natura exactissime absoluetur. Est igitur Altiloquum Poeseos genus, quod personas graues, Res excellentes continet. E quibus lectæ sententiæ oriuntur: quæ lectis item verbis, verborumque numerosa collocatione explicantur. Personæ graues sunt Dii, Heroes, Reges, Duces, Ciuitates. Quod si aliæ quoque inferiores admiscerentur, ut Nautæ, Fabri, Mercatores, Aurige: id propterea fit, quod hominum conuentu societas instituta quoddam quasi corpus est: cuius membra pro natura finæque officiorum & naturam sortiuntur, & conditionem. Regii officii natura est, præstare cæteris: finis gubernare. Rex itaque naturam fortietur eam, quæ & robur præstat, & sapientiam. Naturæ conditio applicatio roboris ad tuendum, sapientiæ ad gubernandum Res excellentes sunt, Bella propter pacem, & quietem: Consilia ad deliberandum: Iudicia ad eligendum: Virtus ad exequendum: & alia quæ cohærent his. Lectæ sententiæ sunt, quæ à vulgo abhorrent. lecta verba, quæ non sunt trita. numerosa collocatio, quæ quasi rem ipsam sono suo pingit. De quibus omnibus suo loco dicendum est, posteaquam de affectibus dictum fuerit: quorum exempla iam ponemus.

AFFECTVS COMMVNES.

CAPVT III.

Perspicuitas.

Perspicuitas quid esset, supra demonstratum est. Eam nunc in omnibus generibus videamus, in Infimo ibi,

*O Melibæc, deus nobis hæc otia fecit,
Námque erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.*

In mediocri,

Ipsè caput tonsæ foliis ornatus oliuæ

Dona feram: iam nunc soleimnes ducere pompas

Ad delubra iuuat: cæcosque videre iuuenços.

In summo,

Principiò delubra adeunt, pacémque per aras

Exquirunt: mactant lectas de more bidentes

Legifera Cereri, Phœbòque patrique Iyæo.

Vides enim tribus eandem materiam locis dispari
magnitudine dictionis, pari perspicuitate.

C V L T V S.

CAPVT IIII.

Cvlus est amputatio absterfione sordium, ex quo fit
nitor. Is euenit in sententiis, vbi non omnia, quæ-
cunque dicere potes, dicis. Itémq. in verbis. Vnde tersus
stilus à quibusdam dictus est. Exemplum in humili,

Cùm complexa sui corpus miserabile nati

Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

In mediocri,

Ipsè caua solans ægrum testudine amorem

Te dulcis coniunx, te solo in litore secum,

Te veniente die, te decedente canebar.

In grandi,

At non Euandrum potis est vis illa tenere,

Sed venit in medios, pheretro Pullanta reposito

Procubuit super, atque hæret lachrymân'sque geménsque.

Et via vix tandem voci laxata dolore est.

PROPRIETAS.

CAPVT V.

Proprietatem appello, non quæ excludit metaphoras.
hæc enim nequaquam perpetua est orationi, sed na-
tiam vim significandi ex vsu doctorum: quem partitus
est Hermogenes in partes tres, præter eû vsum qui com-
munis populo est: Verbû, inquit, obscurum est tribus mo-
dis: Gentis, Artis, Legis. Gentis, exemplum ponit, Para-
fangam, mensuræ genus apud Persas, apud nos erit Ma-
struca Ciceronis: Mapalia, Magalia, Pero, Gaza Virgiliî
Carbatinæ Catulli. Artis exemplum, *ἡ ὑψάρτης τὰς πάλαιος*
ναῦς. Ait enim esse nauale verbû: puto quo vetera nauig-
ia reficiuntur. Apud nos, Carchesium, Scalmus, Factor,
Fistu-

Fistuca, Facere pedem, Legis exemplum, πομπήεν: id est, accusare; & conuitiari. apud Latinos mutitare. etenim utebantur Athenis in festis Liberi patris tum conuitiis, tum verbo hoc ipsa significante. Cæterum multis aliis de causis verba obscura sunt. Quædam nimia nouitate, alia vetustate, alia translatione, alia ex eruditione, puta historiis, aut fabulis. Nouitate, vt cum verbum hoc nouissimum, pro vltimo posuerunt primum, &, citra, pro, sine. & interim, pro interdum. Vetustate, vt Fauissæ, Clunadum, Sagmina, Toper. Translatione, vt Merones, Lilia in castris C. Cæsaris. Eruditione, qualia multa sunt in Prouerbiis, & in Problematis Plutarchi. Igitur verborum proprietatem vel popularium, vel aliusmodi omne dicendi genus obseruabit. siue artis cuiuspiam sint verba illa, siue consuetudinis, vt in gregibus, pascere, admittere, summittere, depellere. In agricultura, pastinare, ablaqueare. in Nautica re, Fabrica, Medicina, Forensi clamore, Militia alia, atque alia. atque alia quæ non egent exemplis.

V E N V S T A S,

C A P V T V I.

Venustas quoque stilis omnibus communis est. Sua est pressa & astricta humilis narrationis. Cõptior æquabili Idææ: valde elaborata Summæ. Est quasi natiua infimo, artificiosa altiloquo, tẽperata ex arte modica natiuâque mediocri characteri. Hanc quoque oportet esse perpetuam, ne absit penè semper, vt Silio Italico, sæpe verò Statio, sæpius Lucano. apud Poetam nunquam desideratur. siue mollia & lenia canit, facillè subsequitur: siue aspera, dexteritate condiuntur. Sic enim appello prudẽciam quandã electionis, atque collocationis *ἀξιόπρωτα*. Exemplum mollioris venustatis in Imo,

-tibi lilia plenis

Ecce ferunt Nympha calathis, tibi candida Nais

Pallentes violas, & summa papauera carpens

Narcissum. & florem iungit beneolentis anethi.

Tum casta, atque aliis intexens suauibus herbis

Mollia luteola pingit vacinia caltha.

In mediocri,

Ecce supercilio cliuosi tramitis yndam.

*Elicit: illa cadens raucum per lauia murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.*

In supremo,

*Qualis spelunca subito delapsa columba
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi
Fertur in aura volans, plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.*

Venustatem verò quemadmodum possimus asperis ad-
dere, docebunt exempla. In tenui,

*Qui te Pollio amat, veniat quò te quoque gaudet.
Mella fluant illi: ferat & rubus asper amomum.*

IN MEDIOCRI,

*Quid labor, aut benefacta inuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues? atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epula nocuere repostæ.
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.*

IN MAGNILOQVO,

*Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat:
Nunc posit is nouus exuiis, nitidusque iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga.*

NUMEROSITAS.

CAPVT VII.

Numerus est anima poeseos, de cuius natura atque
ratione dicetur suo loco. Nullum sanè dicendi ge-
nus sine numero est. mollior, facilior, simplicior in tenui:
coarctior in mediocri: operosior in grandi. Exemplum

PRIMI,

*Daphni tuum Pænos etiam ingemuisse Leones
Interitum, montesque feri, syluæque loquuntur.*

Exemplum SECUNDI,

Sustuleris fragiles calamos, syluamque sonantem.

Exemplum TERTII,

Inuadunt urbem somno, vinoque sepultam.

PLENITUDO.

CAPVT VIII.

Plenum est dicendi genus omne, cùm nihil desit quod
desideres, nihil redundat, quo sit exultans. plenū illud
in

In Tityro, qui cum dixit, *-deus nobis hæc otia fecit*, declarat pleno carmine otia,

Ille meas errare boues, ut ceruis, & ipsum

Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti:

Est enim opum securitas, ubi errant boues sine metu: & animus tranquillus, ac solutus cura qui ludit. Illud de apibus valde plenum,

Principio sedes apibus, statioque petenda,

Quò neque sit ventis aditus (nam pabula venti

Ferre domum prohibent) neque oues, hædique petulci

Floribus insultent, aut errans hucula campo

Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.

Et quæ sequuntur. Plenissimum illud,

Quæ nos reliquias Danaùm, terræque marisque,

Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos

Vrbe, domo socias. Tot hæc tam paucis verbis complexus est, ut nihil possit excuti, quin de rei magnitudine detrahatur.

FLORIDV A.

CAPVT IX.

Floridum à pleno differt non essentia, sed accidente.

Est enim & ipsum plenum: sed cui addat aliquid, quod sine iactura deduci queat. Hoc autè quod addit amœnũ fit, & faciat ad delectationem. Pinxit igitur illa eadem, quæ suprâ dixerat otia,

*Amanum
ad delecta
tionem.*

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:

Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,

Limosque palus obducatur pascua iunco.

Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas:

Nec mala vicini pecoris contagia ledent.

Fortunate senex, hic inter flumina nota,

Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes,

Hybleis apibus florem depasta salicti,

Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auræ.

Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,

Nec gemere aeris cessabit turtur ab ulmo.

Ambitionem Auaritiamque & inania mortalium studia sic pingit in I. I. Georgicõ,

Solicitant alii remis freta ceca, ruuntque
 In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
 Hic petit excidiis urbem, miserisque penates:
 Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.
 Condit opes alius, desosoque incubat auro.
 Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
 Per cuneos (geminatus enim plebisque patriumque)
 Corripuit. gaudet perfusi sanguine fratrum,
 Exilioque domos, & dulcia limina mutant:
 Atque alio patriam quarunt sub sole iacentem.

Somni descriptio.

Ibi autem somnum incomparabilium florum manipulis aspergit,

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
 Corpora per terras: sylvaque & sua quierant
 Æquora, cum medio voluuntur sidera lapsu.
 Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres:
 Quæque lacus late liquidos, quæque horrida dumis
 Rura tenent, somno posita sibi nocte silenti
 Lembant curas, & corda oblita laborum.

M O L L E.

C A P V T X.

Molle est, quod tam cedit auribus, quam quærit aures cedere sibi. Itaque facile hæret animus, & facile admittit: ut in Pollione,

At tibi prima puer nullo munuscula cultu
 Errantes hederas passim cum baccare tollus,
 Mistæque ridenti colocasia fundet acantho.

In secundo autem Georgicón,
 Necnon Ausonii Troia gens missa coloni
 Versibus incomptis ludunt, risuque soluto:
 Oraque corticibus sumunt horrenda canatis:
 Et te Bacche vocant per carmina læta: tibi que
 Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Anguis descriptio.

In quinto autem diuini operis mollissima illa descriptio anguis, longæque alia, atque illa quæ in secundo: cuius asperitatem non vitiosam hic quoque posuimus ob sonum qui debetur Heroico: vnde vtriusque specië contemplantur.

Dixerat hæc: adytis cum lubricus anguis ab imis
 Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
 Atplexus placide tumulum, lapsusque per aras:

Cerulea

*Cerulea cui terga notæ, maculosus et auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus Arcus
Mille trahit varios aduerso Sole colores.*

In secundo autem sine mollitia sonus:
*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt.
Pectora quorum inter fluctus arrecta, subque
Sanguinea excuperant undas, pars cetera pontum
Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iamque arua tenebant
Ardentisque oculos suffecti sanguine, et igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

SVAUITAS.

CAPVT XI.

Suauitas alia est à venustate. Addit enim decori ac pulchritudini Suauitas: quoties venustum vultum delicata omnia commendant. Est igitur suavis oratio, quæ allicit auditoré ad legendú vel inuitú. qualis illa Herodo. cuius libros mihi difficilius est deponere, quàm cyathú. Venustas igitur est decor ipsius compositionis, quemadmodum suprâ dicebamus. Suauitas auté Venustatis species delicata. tota Æneis venusta est: suavis non tota. venustati aduersatur turpitude: Suauitati Asperitas. Differt autem à mollitia: quòd molle carmen etiam parum venustum esse potest: vt illud Ouidii,

*Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli,
Tres sumus: hoc illi prestulit author opus. Sunt igitur sua-
uia hæc in Bucol. Non ulli pastos illis egere diebus. Frigida
Daphni boues ad flumina: nulla neque annem Libauit qua-
drupes, nec graminis attigit herbam. Illa in Georg. Ecce su-
percilio cliuosi tramitis undam Elicit: illa cadens raucum per
leuia murmur Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.*

Nihil illis suauius in diuino opere:

*-sitanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapforum miseret, que munera Niso
Digna dabis: primum merui qui laude coronam,
Ni me, que Saluum, fortuna inimica tulisset.*

INCITATIO.

CAPVT XII.

Incitatio est, quam *ὑποτίθηται* & inculcationem dicebamus. ca fit rebus, & sententiis aliis super alias adiunctis. Neque verò figura est, quòd quidam censuere, sed à figuris conficitur: veluti alyndeto, & ea quam suo loco dicemus *ὑποτίθηται*. In tenui, *In fere nunc Melibæe pyros, pone ordine vites.* In Georgic. *Nudus ara, fere nudus Jyems ignava colono.* In III. diuini operis, -ite,

Ferte citi flammæ, date tela, impellite remos.

P U R I T A S.

CAPVT XIII.

Diuersa est Puritas à proprietate. Proprietas enim illius causa. ac proprietas vbique esse debet: Puritas non vbique. Est. n. Puritas nuditas, cùm nihil ornamenti ad miscetur. Frequens tenui Characteri, nò perpetua tamè. elaboratus. n. aliquàdo est. Differt autè à simplicitate quæ propria est infimi: propterea quòd simplex oratio est, quæ rem ponit sine causa, sine circumstantiis: pura autem etià hæc ponet, sine ornamentis tamè. Pura est illa tenuis.

Tityre tu patula recubans sub tegmine fagi,

Syluestrem tenui musam meditari auena.

Illa verò mox, non pura, est enim figurata:

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

In Georgicis illa mediocris pura est,

Centum quadringos agitabo ad flumina curru.

In altiloquo dicendi genere hæc,

Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,

Carthago, Italiam contra, Tyberinæque longè Ostia.

A C C U M E N.

CAPVT XIII.

Acumen in Bucolic. multis locis. quid enim acutius? *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. & Quid domini faciant audent cùm talia fures?* In Georgic. non vnum: *Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.* Salsum sanè dictum est, & *In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem Numina leua sinunt. &*

Multa forent, quæ mox celo properanda ser eno,

Maturare datur. Eodem modo in diuino opere,

Maturate fugâ. & Si sine pace tua, atq. inuito numine Troes

Italiam petiere, luant peccata, neque illos

Iuueris auxilio, sin tot responsa sequuti,

Quæ superi manèsq. dabant, cur nunc tua quisquam

Vertere

Vertere iussa potest? &

Si Turno extincto sorios sum accire paratus:

Cur non incolumi potius certamina tollo?

A C R E. CAPVT XV.

ACre est, quod acutum. verum non solum mouet, vt acutum: sed etiam vellicat, vt in Bucol.

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera

Iuncta fuit? non tu in truiis indocte solebas

Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

In Georgicis: - *alitur vitium, vinitque regendo,*

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor

Abnegat: & meliora deos sedet omnia poscens.

In Æneide verò acres sunt omnes Saracasmī. tum per multa acerrima in oratione Iunonis aduersus Venerem: Turni aduersus Drancem, & pleræque sententiæ, vt *tante-ve animis celestibus ire?* neque enim videtur quicquam Deo magis conuenire, quàm lenitas ac misericordia. sic & illa multam præ se ferunt acrimoniam,

-nânque eisi nullum memorabile nomen

Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem:

Ext inxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis

Laudabor pœnas, animiūnque explesse inuabit

Vltericis flamma, & cineres satiasse meorum,

ac præterea tota illa indignatio.

PROPRII AFFECTVS GRAVIS DIGNITAS.

CAPVT XVI.

HI communes affectus generum dicendi nunc de propriis scribendum est, ac de eo primùm, qui principi Idearum peculiaris ac perpetuus est. Dignitatem dico, quæ ab ipso grádiloquo nunquã discedere potest. Primùm autē ipsius vocis vis perpendenda est. Dignus Græca vox est *παιξ το δεινύειν*. Propterea dixit Satyricus, *Quàm pulchrum est digito monstrari, & dici hic est.* Græci *ἀξίον* vocāt. vnde *ἀξιόμυα* sententiæ, quæ omnium consensu dignæ sunt, vt suapte natura sine vlla probatione veræ credātur. Erit igitur Dignitas conditio personæ, qua putatur ab omnibus, aut à pluribus, aut à melioribus digna vel laude, vel præmiō. Conditionem intelligo statum Animi, Corporis, Fortunæ. Ex quibus bonis dignitatis & opinionem consequimur & appellationem. Hac ratione

Dignus.

translata est significatio ad eam orationem, quæ ex eiusmodi personæ ore, atque animo proficeretur. Eam tamen non dixere dignam, sicut neque hominem dignum absolutè, sed hominis, orationisque dignitatem, ἀξίωμα Græci vocant. neque id genus solum orationis, sed illam quoque, quæ de talibus vel viris, vel rebus loqueretur: dū & splendor verborum, & tractus, & numeri simul ad illius ornamentum conspirarent. potest igitur esse dignitas carminis & cum figuris & simplex, sine numeris non potest. Non figuratæ exemplum hoc est, *Tu quoque littoribus nostris, Æneia nutrix, Æternam moriens famam Caieta dedisti. Et nunc servat honos sedem tuus.* Hactenus simplex est, mox addit figuram: *osâque nomen, Hesperia in magna* (si qua est ea gloria) *signat.* parenthesis enim fecit ~~ὅτι~~ *Colū:* addidit nanque dubitationem. Cùm autem dignitas sit in sententiarum grauitate, & in verborum granditate: de sententiis superiore satis libro dictum est. Verba verò grandia, ac splendida quæ sint, facilè intelliges: si, quæ dixerit Virgilius in diuino opere: si, quibus abstinuit, considerabis: si, quæ dixit in dicendi genere infimo, aut mediocri, cum iis, quibus in summo vsus est, comparabis. Ac Grammatici quidem inter cætera duo notarunt verba, quorum alterum circumscriptione, alterum alia voce texerit, atque dissimularit. Seruius enim negat Heroicæ maiestati *Mergi* nomen conuenire, atque iccirco à Poeta contemptum, illisque verbis designatum: *anisi similis quæ circum littora, circum Pifcosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.* At enimvero memoria exciderat tanto viro versus ex eiusdem *Aeneidos*, v. - *Et apricus statio gratissima Mergi.* Præterea non video quare potius in Heroicum vel formica, vel hirundo, quam *Mergus* admittatur. Altera vox est, *Mulier*, quam negant toto opere inueniri. Sanè nusquam ipsam memini. at ab ea deductam posuit ille in xi. *Aduenit qui vestra dies, muliebribus armis Verba red arguoret.* Alia tamen complura sunt, quæ vel fordida, vel humilia refugit casta grandiloqui generis magnitudo. veluti cùm dicit, *et corpora curant.* sordidum enim quiddam subintelligitur. Ad hæc in mensa ponit *Heroes:* culinæ nullam fecit mentionem. In primo enim quàm verecundè, qua maiestate *illi se prædæ accingunt!* Iam *prædæ* vox militaris est. Ne tamen audeas præterea cum Grammaticis

maticis ineptire : vt putes subiecisse, *dapibusque futuris*, propterea quòd, vt aiunt *dapes*, non nisi regia vox sit. Cyclopi enim *dapes* vocat, in I I I. quæ tamen essent immanes. Neque illis fauet origo vocis. quippe de feris dicunt Græci *δαπλεν*, & *δαρδαπλεν*. Post hæc lectissimis vitur verbis in re nihili. *Tergora diripiunt costis*. non dixit, pellem, aut corium : sicut in *Georgic*. nam neque erat *coriis vsus*. & verbum lectum, *diripiunt*, non dixit, deglubunt, vt *Catullus*, *glubit magnanimos Remi nepotes*. non dixit concidunt, sed, *in frustra secant*. Et cum operam illam explicaret torrendi, addidit aliquid ad efficaciam, *tremencia*, inquit. neque elixationem, nisi circumscriptione, & omissione, quam *παράλληλην ἀποσιωπήσεως*, partem diximus, *Littore ahena locant alii flammæque ministrat*. *Compartis* autem locis, excutietur differentia. exempli gratia, in pastore posuit, *da*, pro dic : & *modulari*, de pastorali, de *Aeneide canere*. Imprimis verò tibi obseruandi sunt flexus orationis, modique loquendi. Horum bonam partem collegimus huc : quorum afflatu ad grandiloquentiam stilus tuus animaretur. *venturum excidio Lybia*, Loquutio non vulgaris eodem filo, quo dicimus : venire subsidio, aut auxilio. neque rectè *Seruius* interpretatur, ad excidium : hoc enim languidum est : neque *venturum*, significat motum : sed tempus tantum : æquè atque si dixisset, futurum excidio, id est, exitio. sed grandius sonat *excidium*, quia opus operamque ipsam designat excindendi. || *Maluit, euertitque æquora ventis*, quàm subuertit. quasi extra aluum suum verterit : grandius est. || Verbo signato, *Incedo Regina* non satis habuit, sum. sicut, & *vera incessu patuit Dea*. || Illud animaduertes, voce hac, honorem, frequenter vsus fuisse ad augendam dictionis maiestatem : sic, *-aut supplex aris imponat honorem*. *-Diuùm templis indicit honorem*. & , in mensa, *laticum libauit honorem*. est enim *ἀνέιδεν*, quod proprium in sacrificiis, in quibus bene ominatis verbis utebantur : ὄναιο. || & *latos oculus afflarat honores*, scilicet iuuentæ. Et in I I I, *meritos aris mactauit honores*, & *-meritòsque indicit honores*, & *Iunoni Argiua iussos adolemus honores*, || *flammato*, quoque vox grandis est, & apud *Catullum*, *Flammati Phaetonis*, || *Nimborum loca*, patriam appellauit : sic *fæta loca* pro plena, quemadmodum in VI. *loca fæta à situ*, antiqua voce.

Homnes annos tecum exigat, pro uiuat. & quanto melius ill^{as}
 pulchra faciat te prole parentem. quàm si dicat, pariat tibi li-
 beros. Est etiam coniunctio, *Ac*, magniloquentiæ acco-
 modata. Verbum incumbere à Græcis oriūdum est: κύμα-
 Cayos enim significat cernuum: qua voce in decimo vsus
 est. Verbum igitur hoc sonorum ac grande est, & sæpe à
 Poeta vsurpatum. || *Incubere mari.* - nunc nunc incumbit ne-
 xus. - *eiectoque incumbit cernuus armo.* ubi & cernuum po-
 suit, quod verbum explicaret. || Rure verbo transitiuo.
 - *totum mare à sedibus imis Ruūt.* signatissima voce. vt *pōm.*
 Quod acceperat à Catullo. || *ostentant omnia lethum.* gran-
 dius fecit: - *intentant omnia mortem:* || *oppetere*, pro occidere,
 in primo. & in nono, - *reliis impune Numanum Oppetiisse tuus,*
 || *seuus*, epithetū Sæui dolores: sæua Iuno: sæuus Hector,
 sæuus tridens: sæuus nuntius. || Mare subit in laxatas com-
 pages, vide qua oratione dicat, - *accipiunt inimicum imbrem.*
 || *coortum*, & *collucent.* grandiora verba esse etiam à Quin-
 tiliano proditum est. || Quod suprà dixerat, - *est temperat*
iras. postea, *est pectora mulcet.* || verbo hoc, *cunctus*, sæpe uti-
 tur Cicero. Poeta maluit, *Sic cunctus punctus pelagi cecidit*
fragor: quàm omnis: tum quia plenior sonus: tum quòd
 omnis populus potest mihi ire obuiam, etiam si si-
 gillatim exeant: cunctus autem & omnem significat,
 & simul. Tametsi puto iniuriã factã alteri: est enim om-
 nis *ὅτι τὸ ὅμας* ortū, sicut & Homo, quippe qui sit animal
 sociale. *ὅσπιν* cunctū Græci dicunt. || *Sucepit*, potius quàm
 suscepit. vt in sexto. || *Inuimento*, videtur vox humilis so-
 nus tamen grauis: vt alibi, *Rudimenta*, & *Tentamenta.* in-
 telligit autem nutrimēta, quæ Aristoteles vocat *ἐπιτηδεύ-
 ματα.* || *sepsi rerum*, multum habet momenti ad orationis
 magnitudinem, sicut in x i i. || *trepide rerum* Aeneas scopu-
 lum cōscendit, vocabulū signatissimū, *πυρὰ τὸ σκοπεῖν.* || *exem-
 pta fames*, potius quàm extincta. || *mare veliuolans.* || *iacitare*
voces, scilicet: & - *iacitantem pectore curas* || *fulmine terres*, ful-
 mina torques. dederat in matrimoniū virginem: Cui pater
intactam dederat. primisque iugarat Ominibus. || *ferro incautum*
superat: pro interimit. & hoc sanè poterat poni, sed iudi-
 cio exclusum est. || *securus amorum*, id est, contemptor, so-
 lutus metu ne pro amore odium consequeretur. sic, *securi*
pelagi, atque mei. Iuno dicit in septimo, & in decimo *securus*
amorum, priuatus: secretus ab amorum cura. || Nox erit:

diem clauso componet vesper Olympo. componi dicebantur defuncti, cum in Libitina aut eorum strato brachia cruraque certum in modum statuebantur. ¶ Verbum *IT*, & *IT*, mirum quantum placuit Psetæ. *it scissis veste Latinus*, *-it clamor celo*, *-per tempus utrunque it hasta Tago*, *it nigrum campis agmen*. *-vestras si forte per aures Troiæ nomen iit*, ¶ *inter fata*, multum habet ponderis : ¶ *viuere, auras vitales carpis*. ¶ *Cecinere, cantusque dedere*. ¶ *Qua ire potes : qua te ducit via*, sic in Mœri. ¶ *Sortisque recensibus halant, spirant*. ¶ *collem qui plurimus vrbis imminet*. sic, *est lucos silari circum, illicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans*. est enim plena vox. ¶ *strata viarum* : *vias*, ¶ *-moliri arcem, fugam, moram*. alio modo, *molitur habenas* in *XIT*. ¶ *pars optare locum tecto*. Legunt aptare ex antiquis exemplaribus, sed ineptè. est enim verbum militare optio. cum locus peteretur à principe, dicebatur optari. Sic in tertio, *optavitque locum regio*. ¶ *Labor exercet apes*. *Feruet opus apum*, quibus comparat Tyrios : de his enim dicebat : *instant ardentes Tyrii*. ¶ *Reginam operiens humile erat, Expectans*. ¶ *Sunt lachrymæ rerum*. Solamen miserorum est mœror commiserantium. *Belus vastabat Cyprum*. *Tydides vastabat Rhesi tentoria*, id est, hominibus exhauriebat : *vacua faciebat*. Sic *Nifus, hæc ego vasta dabo*. ¶ *Versa pulvis inscribitur hasta*. *Seruius inscribitur*, id est, laceratur. quis vnquam audiuit puluerem lacerari : sed scribere fuit quod scalpere, vel sulcare. ferreo namque stilo ceratas tabulas elementorum notis sulcabant. hoc patet in *Nubibus Aristophanis*. ¶ *Quod de verbo, IT*, dicebamus, de coniunctione, *VT*, quoque intellige. *Vt vidi vt perii, vt me malus abstulit error*. *Vt spolia, vt currus, vtque ipsam corpus amici*. *Vt belli signum Laurenti Turris ab arce Extulit*. *Vtque acres concussit equos, vtque impulit arma*. ¶ *ibat, se leta ferebat*. & alibi, *Introgressi* : est sicut dicebamus, *interfata*. Vox hæc, *Fas, Fandi, Fando* frequens, & grauis, ac plena. ¶ *procacibus austris*, impudentibus atque immisericordibus. petaces enim auferunt sua importunitate. ¶ *Verbum ciere*. graue : vt de, *moliri* dicebamus, *bella cient*. *Ære ciere viros*. ¶ *vescitur aura ætherea*. quod supra dicebat, *Carpere vitales auras*. *Vesci* verbum vetus : sic *Cicero vesci voluptatibus*. *Væ esca*. ¶ *Mori. crudelibus occubat umbris*. verbum *occubat* hic : *pono*

nox incubat atra. Georgicôn, saxeâ procubat umbra. || *Incedia belli, sic in septimo. quibus hausert armis Italia.* || *Quis te per tanta pericula casus insequitur, noua loquutio. Circumtextum. sic Phrygia agmina circumspexit. & in nono, Diuersâ circumspiciunt. explet enim gestum spectantis.* || *Osibus implicet ignem. multa alia verba sunt: ingerat, induat: illud plenius.* || *recurfat, & frequentiam recurrendi notat, & sonum dat.* || *Hunc Phœnissa tenet Dido. verbum tenet, clarius ac minus plebeium hoc loco, quàm si, vt in Bucolicis dixisset, Postquam nos Amaryllis habet.* || *Noua & illa loquutio, Haud tanto cessabit cardine rerum, id est, non acquiesceret tantis momentis.* || *sicuti dixit, osibus implicet ignem: sic & cingere flamma.* || *I lammi restantia Troiæ, quod alibi, reliquias Danaûm, terræque, marisque.* || *Tu faciem illius falle, id est, falsam habeas, præ te feras. inusitatus dicendi modus. Dicimus enim Cupido fallit Elisam, σφάλειν. Fallit autem falsa facie, id est, non sua: ergo non vera. Quare si facies falsa est, ergo aliquis illam sefellit, ἑσφελαν: quod est dimouit è natura sua. Non quòd Ascanii facies immutata sit, sed quòd ab alio repræsentata. Etiam apud Hesychium scriptum est, σφάλων, κολάμισσον. igitur etiam simulare significauit. Hoc non animaduertunt grammatici: & Seruius malè interpretatus est: faciem, pro vultu: Nemo, inquit, alienam faciem potest accipere. profectò nemo homo: at Poetarum dii possunt.*

|| *Iuturna in faciem mutata Metisci. &*

Fit Beroe Ismarii coniunx longæua Dorycli.

Nisi Ascanii faciem sumpsisset sibi Cupido, frustra vultu illius se suosque texisset dolos. || *Amaracus aspirans, quòd suprâ, fertisque recentibus halant.* || *Impleuit magnum amorem Genitoris, satiauit amorem Æneæ complexu suo. non (quod ait Seruius) magnum amorem, qui esset Cupidinis, ac propterea magnus, quia difficilis ad simulandum.* || *resides animos desuetæque corda: sic in v l. -residesque mouebit Rursus in arma viros, & iam desueta triumphis, Agmina.* Alio modo, in secundo, *arma desueta* || *Quies epulis: alio modo quàm suprâ: exempta fames epulis.* Non declarant hîc Grammatici quare primam dixerit quietem. quia repetebant potationes: vt in quarto, *instauratque diem donis: sic hoc in loco, epulis.* Secundas mensas diis statu-

bant:

bant : vt apud Horatium. *Hausit spumantem pateram,*
 pro eo quod est, vinum. Et eadem figura, *pleno se pro-*
luis auro. || *Lamentabile regnum,* Dicitio suspendens aurem.
 || *Argolicas ferro fœdare latebras.* noluit, lacerare : vt aliter
 quàm vulgus loqueretur. Seruius notauit fœdum non
 turpe, sed crudele apud Poetam, & Sallustium signi-
 ficare. Cæterùm nullam attulit eiusmodi vsus ratio-
 nem Ratio est à fœderibus, quæ nunquam sine sanguine fierent. sic in tercio, *obsœnus ferro fœdare volucres.* Præterea
 non rectè negat turpe significari. ibidem nânque de im-
 mundo, *vestigia fœda relinquunt.* || *demisere neci pro,* dede-
 re. || *castum lumine :* in xi, *athere castus.* || *pellacis Vlyss-*
si. ex Lucretio, *Subdola cum ridet penitus pellacia Pœti,* || Tra-
 hebant vitam, sicut in primo, trahebat noctem : in
 Georg. *ludo noctem ducunt.* || *opponere morti :* vt obiicere.
 || *Rumpit vocem :* alibi *rumpit silentia.* in Georgicis, dum
 amnes rumpuntur fontibus. in quarto, *rumpebat pectore*
questus. || *Effugia,* pro fuga. || *misere scimus :* verbum tragi-
 cum. || *Quo molem hanc immanis equi statuere* id est, Cur.
 || *ductus sorte sacerdos :* in sexto, *stat ductis sortibus urna* || *ar-*
rectis auribus. arrecta pectora serpentum. *His ductis arrecti*
animi, potius quàm erecti. tantum valet tum vocalis illa,
 tum geminatio consonantis. *Arrectaque horrore coma.*
-rollit se arrectum quadrupes. || *Ardentes oculos suffecti san-*
guine. maluit, quàm infecti : neque per versum licebat.
 || *circum terga dati,* frequens decor ex Tmesi || *illos patefa-*
ctus ad auras *Reddit equus,* quos scilicet acceperat. sic mox,
fundit equus. || *compellare virum :* melius quàm appellare : vt
 dicebamus collucens, congemuit, collustrans, coorta,
 sic obiecta. || *clare sciunt sonitus,* vt alibi, *crebrescunt :* sic patef-
 cunt, filescunt. || *ineluctabile tempus.* || *portis bipatentibus* in se-
 cundo, & in decimo. || *acies ferri stricta, parata neci,* acti-
 uè : ad necem aliis parandam. || *lupi raptores.* non tamen
 dices in recto singulari, *raptor.* || *visu tremefactus.* *tremese-*
cit Olympum. || *Arcebant vincula palmas.* significatus non
 vulgaris. Arcere enim primùm fuit, continere : Vnde
 arx, & arca. Quæ autem continent, eos qui accedunt,
 separant ab iis, quæ continentur. Ex quo secundus signi-
 catus arcèdi, i. amouendi. Origo Græca ἀρκῆν. || *hic spectè :*
 sicuti prælii facies apud Sallust. || *ora discordia,* non potuit
 melius : alia enim arma, alia corda gerebant. || *armipotèri,*

ficut & alibi, sic omnipotentis & ignipotens, *vitauisse vi-*
ces Danaum. Seruius dicit *pugnās*: quia per vicissitudinem
pugnabatur. Non ita est. *vices*, vulnera significant, &
cædes, vt quemadmodum vel percusserat, vel interfe-
cerat, idem pateretur. Vbi igitur ab Argiuis tantundem
siebat operis ad pugnandum, eo Æneas sese induebat.
linguis trifidulis, rostris tridentibus. tales enim rostratas na-
ues longas videmus in veteribus nummis. *Apparet do-*
mus intus. verbum gestuosum, itaque iterum posuit. *Ap-*
parent atria Priami, sicut supra, apparent rari nantes. *Ap-*
parent diræ facies. *verbum item misceo, miscet agens turbā.*
&, *domus interior gemitu, miserōque tumultu Misceatur.* &
magno misceri murmurē pontum. &, *victōrque Sinon incendia*
misceat. &, *Diuerso interea miscentur mœnia luctu.* & in xii,
ingruit Æneas Italus, ex prælia misceat. Accius Atreo, maior
mibi moles, maius miscendum est malum. *Hic exitus illum Sor-*
te tulit. vides non vulgatum loquendi modum. *perme-*
tuens: quod Ciceroni frequens, pertimesco. *Troia ex*
Patriæ communis Erymnis: magna emphasis *animūque*
explese iuuabit Vetricis flamma, id est, animum inflamma-
tum ad vltionem. *circumerrant acies.* quod in tertio
Georgic. humili verbo dixit de Lupo, *nec stabulis noctur-*
nus obambulat. *inimicus ex hausserit ensis,* non dixit, Ho-
sticus sic, *atque hosticus hausserit ensis.* vox enim fortasse mi-
nus valida ad Heroici robur. *vores longæ, defensoribus,*
inclementia, illatabile, & aliæ eadē sede. *obducta tuen-*
ti Mortales hebetat visus, non dixit obiecta. *Eripe nate fra-*
gam. aliās, fuga eripimur, & in sexto, *eripe me his muuice*
malis. *accisam ferro.* magnus in ea voce sonus. sicut, at-
trectare, & adseruare, & accincta, *Ferro accincta vocat,* non
dixit, cincta, maluit elisionem. sic mox, *eucta,* potius
quàm *victa.* *Verbum, passis,* notabis, de flamma, & *circum*
tempora passis. &, *conuexa Polus dum sidera pascet,* *tabo pe-*
tius, quàm tabe, quo contētus fuit Ouid. *Pacatum mare,*
quoquomodo dixit? inde ubi prima fides pelago. *Et patrio*
insontes Furypius pellere regno, nō dixit, terra. efficacius e-
nim, & magniloquentius sic. *Comedere: Ambesas subi-*
gat malis absumere mensus. &, *subigat, non, cogat, neque, a-*
digat. *Penis ablata, auolans,* *Excipit incautum,* quod in
i. dixerat *incautum superat.* *Aduerbia, Incaustum, & Ne-*
quicquam, sunt Poetæ valde familiaria. *Tumidūque infla-*

tur carbasus Austro, pro tumifico. || Via inuia, superatu
 difficilis. || Nauigandum: *Ante & Trinacria tentandus re-*
mus in unda. || *-Iunoni cane vota*, non vulgatum. || *hanc ar-*
pe velis. i. pete Italiam nauigatione. || *nec cedit honori*: si non
 superat, saltem æquat. || *Maris equor arandum*, sic etiam
 sulcare. || *Celi spirabile lumen*. aëre quem spiramus. || *-immo-*
túmque sederet. id est, esset in animo. sic in quinto, *idque pio*
sedet Aenea. || Primus amor *deceptam morte sefellit*: spe per-
 petui amoris frustrata sum. || *-nec famam obstare furori*, id
 est, aduersa fama æquè atque amore laborare. || *Sic contrà*
est ingressa Venus. quia dixerat. *-aggreditur Venerem Satur-*
nia dictis. || *Confieri*, confici. || *Segnior*, puchrior, vt bene
 notat Seruius. || *Amens animi*. || Pro sua laude nititur:
Nec super ipse sua molitur laude laborem. || *-Reginam ambire*
furentem Affatu. Quibus verbis circunuenire. || *-obnixus*
curam sub corde premebat. obstinatus. || *-abscondere furtis* || *Spe-*
ravi fugam. clam fugere. || *-sponte mea componere curas*. meo
 arbitrato deliberare. || *-capitisque iniuria chari*. nota subli-
 mem dicendi modum. || *-Libyæque aspectus detinet vrbis*.
 iuuat vrbem videre. || *-uocem hausit*, audiui. || *-hauriat oculis*.
 videat. || *Et cum frigida mors anima seduxerit artus*. post
 mortem. || *infabricata*: vox ipsa sanè fabricata. || *castigant*
mors: accelerant. || *Cur mea dicta negat duras demittere in*
aures? audire, atque auscultare. || *horrificant*, horrificis, hor-
 rendis. || *Spem fronte serenat*. Quod in primo. *Spem vultu si-*
mulat. || *-prætexere funera sacris*: prætegere. nam potius
 prætegebat sacra funeri futuro. || *Mutati transuersa fre-*
muus venti, id est nullam fidem seruant. || tempore nubi-
 lo, *hyberni condunt vbi sidera Chori*. || *-exultantiæque haurit*
Corda pavor pulsans. Seruius, *haurit*, id est, ferit, vt *latus*
haurit apertum. non placet, sed exhaurit corda, hoc est
 emouet: subsiliunt enim pauore, aut spe, aut exhaurit spi-
 ritibus. sic enim decet philosophum. Nam *latus haurit*,
 quia sanguis exit. metaphora à vtribus & doliis, è quibus
 vinum extrahitur facto foramine. || *vitamque voluit pro*
laude pacisci. mutare ex pacto vitam cum laude. in X I I.
 || *-lethumque finas pro laude pacisci*, eligere mortem pro lau-
 de. || *-viridique iuuen:a: axu*. sicut in V I. *viridisque sene-*
ctus. || *-animusque in pectore praesens Adsit*. audeat. || *-magno-*
que virum se murmure tollit, effert se secundo rumore.
 || *Quibus acer Erix in praelia suetus Ferre manum*. -exortem du-

cere honorem: id est, præmium extra ordinem || Genitori in magno munere Cisseus ferre sui dederat monimētum. nota loquutionem. || frenatis lucent in equis. sic, -virgatis lucent sagulis, minus vitatum, quàm fulgent. & lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. || fortuna fidem mutata nonauit. alia fortuna euenit. || pænam traxisse per omnem Reliquias Troie. nouus dicendi modus. Parcius quoque in altiloquo Poemate, quàm vel Homerus, vel ipse in mediocri: quippe Homerus nominum nudorum strepitu. Virgilius in III. Georg.

Dryadèque, Xanthòque, Ligeaque, Phyllocèque

Caesariem effusa nitidum per candida colla

Nisèque, Spiòque, Thaliàque Cymodocèque

Cydippèque, & flana Lycorias, altera virgo,

Alteratam primos Lucine experta labores,

Clìoque & Beroe soror Oceanitides ambe.

Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopea,

Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

In quinto autem castius,

Et senior Glauci chorus, Inouisque Phalamon,

Tritonèsq; citi, Phorcìque exercitus omnis.

Leua tenent Thetis, & Melite, Panopeaque virgo,

Nisce, Spiòque, Thaliàque, Cymodocèque.

*In primo, pertentant gaudia pectus: in quinto, -gaudia pertentant mentem. || natantia lumina soluit somnus Palinuro: fluitantia, nunc enim aperiuntur, nunc clauduntur. || Anchora fundabat naues, sistebat. Quia quod in fundo est, non mouetur. Anchora autem fundo committit naues. || De Labyrintho, -indeprensus & irremediabilis error. Rursus in sexto de eodem, inextricabilis error. || Teucris addita Iuno. Seruius antiquo significato verbum dicit, atque ita esse vsos Lucilium, & Plautum. Cæterum non posuit rationem. sanè ita est. Quod additur, plus iusto est ~~et~~ *ab*. in bonam partem in octauo, decus addite diuis. || Multa inter sese variis sermone seruebant. quippe sermo à serendo. || Aspectans sylvam immensam. logè nobilior vox, quàm aspiciēs. || diues opacat Ramus humis. opacare verbum rarū. || vestigia pressit, substitit. || auri aura resulsit. Inde aurum à fulgore, vetus vox Græca, vnde *ἄραυρος*. Hinc & aurora, || forma tricoloris umbræ, sicut, *τρίχρωμος*. Hinc & aurora, || Stant lumina flamma, vt*

Stat puluere Calum. || aues frigidus annus Trans pontum fugat, fugiunt frigus. || Transmittere cursum, Transmittere campum. *Famulam Heleno transmisit habendam.* || Creatrix, vt nutritrix. || *Laxatque foros.* id est, capaces facit, expulsi vmbis. || *Questor Minos urnam mouet, non dixit, quatit,* & vsus est integro. Nam quæstor elisum est. || *-inamabilis vnda,* *εὐρυχέ:* iccirco addit, *Stryx interfusa coerces.* || *Marpesia* ab eruditione, vt *Arusia*, *Amphrysia*. || *belloque caduci:* vnde *Cadauera*, & *cadiua oliua.* || *Populatæque tempora raptis Auribus.* sic, *populant ingentem farris acervum.* Puto vocem hanc, *Triticum*, non esse *Heroici carminis*: sicuti neque hanc, *Panis*. vbique enim *Cererem* dicit, & in septimo *Crustum*, non *Crustam*. || *propria hæc si dona fuissent,* i. *perpetua.* sic, *-da propriam Tymbræe domum.* proprium enim nunquam auellitur ab essentia. & est contrarium communi. || *Venti posuere, cessauere.* || *tonsa,* pro remis, est enim remus à radendo. || *Actosæpe animis in funera Reges.* impulsos. || *domitantque in littore currus:* sicut in XII. *-Infrenant alii currus.* i. equos. || *-fama est obscurior annis.* || *haud ita multi sunt anni,* sed fama peruagata non est. || *per Idaeos campos effusa Mycenis Tempestas* ierit. quæ loquutio sicut illa mox, *diluuio ex illo,* de bello & excidio Troiano: Sanè arduum dicendi genus. || *Si quem tellus extrema refuso Submouet Oceano,* si quis procul habitat, alibi, toto diuisos orbe *Britannos,* sic statim: & si quem *extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.* || *-tantique abolescet gratia facti,* verbum aboleo hoc flexu. sic alia multa. *horresco, crebresco, miseresco, ignesco, fileasco, patesco, rubesco, fremisco, madesco, Euanesco:* *Æolica* additio, *κῦος κολοκω.* || *Alipedes equi,* sicut *æripedem ceruam.* *Corni pedes equi.* || *-odiis haud exaturata quiemi.* Sic in quinto, *Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.* || *patria excussos,* non dixit, *exactos,* vt *Liuius* & *Cicero.* frequens vox Poetæ, *-excussaque pectore Iuno,* & alibi sæpe. In nono, *-Excubiæ Teucros vallo.* || *-memet,* multum efficax, sic *Catullus,* *Coniugis infido consoler memet amore.* || *Infractæue cedat Fama loco,* cadat fama. sic, *infractos aduerso Marte Latinos.* || *Exin,* sonora vox, in septimo, & in duodecimo, de *Alecto* & hasta *Turni.* & in octauo, *Exin se cuncti diuini rebus ad urbem Perfectis referunt.* || *Dido,* sanguineam voluens aciem. *Amata sanguineam porquens aciem.* || *fortuna fuit,*

ita euenit: sic in nouo. || Transcribere colonos dicebant veteres. in quinto, *Transcribunt urbi matres.* in septimo, *Dardanis transcribi scepra colonis.* || -or sa uicissim Ore uerfert. orsa dicta. || Verique effata senectus, quæ cessauit uera dicere. || Verberaque insonuit: nouè dictum. || -uiridante toro confederat, in quinto. in septimo, -ripaque astus uiridante lenaret. || -terrorum & fraudis abunde est, id est satis. || -Martemque fatigant: exercent. vt, *Olli remigio noctemque diemque fatigant:* fatigare diem, est uincere, superare. || lacrymabile bellum, nota sonum: Ferale carmen, *Trabale tepim,* lamentabile regnum, illeabile murmur, inelustabile fatum, & enarrabile textum, & volatile ferrum. || debellatorumque ferarum, maiestas in tractu uerbi. || medicari cupiditatum Fualuit, efficacius quam ualuit. || florentes are cateruas, potius quam fulgentes. || & lasè Iatio increbrescere nomen, audis mirum uerbum, etiam addita præpositione. || *Ne absiste,* ne cessa, ne deseras incœptum, sic in VI, *absiste moueri,* i. desine perturbari. sic in XI, in VIII, rursus, *absiste percando,* &c. || regnator aquarum, sic, *Regnatorem Asia.* uulgò aliis, est Rex. || *Tybris ea fluiuium,* quàm longa nocte tumentem Ieniit. ita in quarto, *Nunc hyenem inter se luxu quam longa fouere.* || Antiquitatem probè ac pudicè ueneratus est, cuius maiestatem imitaretur, *cui me fortuna precari.* sic ex Lucretio, *didita fama.* & *Diditur hic subito Troiana per agmina murmur.* || *Tentamenta tui pepigi.* tentauit. || *prima genas uestibat flore iuuenta.* sic, *Sureo cesaries ollis,* atque *aurea uestris.* || amor compressus edendi: alibi, mensæque remote. || *attulit etas Anxillum,* tandem aliquando nobis subuentum est. || *ne quid inausum,* aut inuentum scelerisue dolus fuisset. || *Alcidae furtis exarserat atro Felle dolor.* sic alibi, *axarsit ofibus ignis.* || *Allicet, furit illicet ocyor Euro,* & *Allicet obruimus numero.* Non abest à significatione Illico: diuersa tamen origo. || *Viribus indubitare tuis.* Non est uerum quod ait Seruius, in uacare. Auger enim, ut infractum. || *Aneas se matremus agebat. mane.* || *fors inopina salutem Ostentat:* præter opinionem. || *seclisque effata senectus,* annis debilitata. || *Generi fato indulget,* fortuna fauet ætati & familiae. || *Ducunt exortem Aeneæ equum,* id est extimium. || *propiusque periclo si timor,* timet propinquum periculum. || *Inexpletum lacrymans:* frequens uox Poetæ expleri. || *-uiduasset*

duasset civibus orbem: ut supra, -vastant cultoribus agros, va-
cuos faciunt. || Grauior nuntius aures Vulneret: alibi, -se-
uissimus implet Nuntius. || arua nona Neptunia eade Rubef-
cant: maria. || Bicornis, Bifrons, Biforem, Bilicem, Buias,
Bidens, Bimembres. || -onerantique aethera votis, multis vo-
tis orauit deos. || Antenolans. in qua voce audis motum.
|| Non a quo dare se campo: non facere pugnandi potesta-
tem. || Solue metus, in primo, & in nono: ne timeas. || Ignescit
certa, & duris dolor ossibus ardet. || certisque incerta pericu-
la lustrat: id est securus euentorum ac periculorum: quia
potius qui nauigat, incertus certa adit pericula. || totum
nusum tremefecit Olympum. sic, -Lernam tremefecerit arcu. ||
Turni iniuria, actiue. || scindere vallum Apparet, plus quam
parat. sicut corpora procurate, quod alibi, - corpora curant.
fusique per herbam, non semel dixit. || Exercetque vices: per
vices excubare iubet. supra, agni balatum exercent,
continuant, mouent. in decimo, Exercere diem, exercere
se in die. &, -vomere duros Exercent colles. || quæ Rutulos ha-
beat fiducia rerum: quam sint confidentes. || que nunc animo
sententia surgat. sic & alibi. || magno laudum percussus a-
more: laudis cupidus. || -animalia somno Laxabant curas.
& corda oblita laborum. sic, Pomæque degenerant succos
oblita priores. || si fortuna permittitis uti, sequi fortunam,
arripere occasionem. -quæcunque mihi fortuna fidisque
est, In vestris pono gremiis. me commendo vestre virtu-
ti. || Hanc sine me spem ferre tui. fac me posse sperare te
non defuturum precibus meis. || -perculsa mente dederunt
Dardamide lacrymas, collacrymabantur. || -animum patria
Strinxit pietatis imago. representauit Euryalus charita-
tem erga parentes. || ipsa vocat res: occasio suadet. || -mul-
toque iacebat Membra deo victus. nobilius quam mero.
|| perfurit, plusquam furit. || multa morte recepit. sicut di-
cimus accipere conuiuio. || Tum galeam Messani habilem,
aptam & conuenientem. sic, -de more habilem suspen-
de: at arcum. || -sublustris noctis in umbra: quod luce mali-
gna, in sexto: non penitus illustri. || -animum abstulit hosti:
interfecit. || Iam sole inuiso, iam rebus luce reiectis. sic, -or-
bemque retexis. &, -rebus nox abstulit atra colorem. || nec te tua
funera mater Curauit: Seruius ait, Funera pro funerea, id
est funesta. Nô placet: nullum enim auctorem designat.
sed est, produxit te, tua funera: id est ad funera. pertur-

batio mutilam facit orationem. || Incendentem luctus:
 augmentem , incitantem animos ad lugendum. || Indulgent
 vino, Indulgere dolori , Indulgere choreis. || *cedite
 ferro: omittite bellum.* || *clipeum superintonat ingens: ex ca-
 su corporis immanis, atque armis grauis.* || *quianam sen-
 tentia vobis Versa retro. sic, Heu quianam tanti cinxerunt a-
 quora nimbi.* Quod Grammatici temerè corruptunt.
 || Ferrum laceffere: bellum exercere. || Romanis arci-
 bus. *Exitium magnum atque Alpes immittere apertas: no-
 uum & figuratum.* || *nec vestra capit discordia finem. finitur.*
 || *quam quisque secat spom: vt, secat viam.* || *sua cuique ex-
 orsa laborem Fortunamque ferent. exorsa, opera.* || *lethifer
 arcus: sicut supra, sonat una lethifer arcus.* || *versicoloribus
 armis. de aura in sexto, discolor aura.* || *marmore versu. ma-
 ri. nam Græcum est μαρμαρυγή, à nitore aquæ commotæ.*
 Marmor mare, græca ratione. Quippe μαρμαρυγή fulgor:
 Mare autem vetus vox Syra, M A R A T H. || Campos salis:
 æquor maris. || *Innabant: maluit, quam secabant.*

Mare vn-
 de.

|| *Supera conuexa. sic in sexto, & in quarto,*

|| *Matura iam luce dies reuoluta ruebat,*

Id est, plena luce. Sic, *ruit oceano nox: ad motus aspexit
 celeritatem.* || *Animos apertis armis: apparent.* || *ethera
 tranant. sic, nubila tranat. contrà, volare, de nauibus. to-
 tumque allabi classibus æquor. non est passiuè positum, Al-
 labi: sed est attributio, leuo contristat lumine calum.* || *Qua
 vada non spirant, mouent aquas, vnde æcris quoque mo-
 tus fit.* || *instructa vadis, impacta.* Metaphora à verberibus,
 Græca origine ἐπιπέσειν, vt inurere. inde, *sonant sictu ga-
 leæ.* || *Nec Turnum segnus retinet mora: nec Turnus segnus
 est.* || *Deicit letho. sicut, demisere neci.* || *Maris magno clau-
 dit nos obiice Pontus.* Seruius dum disputat de obiice, cui-
 us sit generis, non declarat loquendi modum. mare di-
 uidit nos magno maris obiice. || *Lausus pars ingens belli.*
 sicut, *Et quorum pars magna fui.* || *remis discrimine lethi:*
 multis in locis posuit hoc hemistichium. || *Ingentique um-
 bra regit, morte* || *piscésq; impasti vulnera lambent, quum
 pisces lingua careant.* Oppianus tamen de iisdem dixit,
καὶ μὴ λουον. || *Neque hoc ita ponere sentis, statuere vis.* || *In-
 gratúsque salutis; ob salutem seruiam.* || *Sese mucrone in-
 duat.* alii dicerent, se in mucrone induat: aut, Mucro-
 nem suo pectore induat. *ind' uerit.* || *tenerumque iterum se
 reddat*

viddat in arma, i. armis. || *Surgentem in cornua ceruum, capite arduo.*

|| *Olli dura quies oculos, & ferreus urget*

Somnus, in eternam clauduntur lumina noctem. i. moritur.
 | *Sternitur infelix alieno vulnere, id est vulnere quod alii, tentabatur.* || *Morte tua viuens, quia cecidisti pro me.* || *Haud deiectus, animo scilicet.* || *aut aperit si nulla viam vis. si virtuti aduersus euentus est.* || *Defleuit, id est, fletum absoluit, vt, debellare, defungi.* || *Obtentis frondis, obtentis frondibus.* || *Leta laborum, quam laboris non pigeret. Simile illud, Fortunatusque laborum, id est qui non frustra laborarit.* || *quos mitteret umbris Inferias, nota verbum signatum, vt demitteret orco.* || *Gutturisque, humectat grandibus ora, non dixit, aspergit, neque, -Gutturisque rigat manantibus ora.* || *Gressum ferebat. sic, anteculit gressum.* In VI, *comprime gressum.* || *Corpora - tumulo serneret succedere terra, subire terram, terra condi. Sicut, -suscipimus antro. &, succedere muro.* || *-Iustitiane prius mirer. Græca sequitur Sicut mox: -Nec veterum memini, letarum malorum.* || *Denicta Aspa subsedit aduiter, in infidiis.* || *Maluit dicere, & qua sit magno sententia bello, quàm magni belli.* || *Quem gloria Turni Obliqua inuidia, Stimulisque agitabat amaris. Inuidia non manifesta ob metum.* || *Desolauimus agros: exhaustos ciuibus ad militiam.* || *Infectaque turba: ignobilis. Egregiusque animi. vt, fidens animi.* || *exerit montibus euum. sic, annos exigat, viuat.* || *Arma in spoliata feram tumulo. nota verbi tractum.* || *pedibusque euiscet at vncis, aptum rei verbum.* || *Virgineum cruorem bibit hasta, sicut alibi, hausit.* || *manum committere, conferre, conferere. nam bellum & ludos committere dicimus.* || *Æneas acuit Martem, & se suscitât ira. se acuit ad bellum.* || *-Tristi turbatam vulnere mentis. verba enim feriunt animum.* || *-aut corpora saltu Subiiciunt in equos.* utro dicitur. || *Hoc habet, id est, Sic. non autem quod ait Seruius, Sic agendum.* || *-nec equis aspirat Achillis. non est consequutus. Aspirare ad Consulatum.* || *Sternacis equi. vt Mordacis. Calcitronem etiam vocant Iureconsulti.* || *sussum labris splendentibus amnem: non dixit vndam.* || *Quippe, asseuerantis aduerbium. Quippe vector satis. fugit quippe dolor, in x i i.* || *-hastamque coruscet, sic, telumque immane coruscet, vibrat, oculorum*

aciem perstringit: *νόη* - irarumque omnes effundit habena.
 || *ingentis turbine saxi*: quod alibi, *ingentis fragmine montis*
 || *Iuppiter hac stat*. hic est modus, hæc via imponendi fati
 finem. || Tria noua simul: *fumus amarus*, oculis scilicet,
 - *Murmu*: e cæco, quia claustræ apes, ater odor, quia in fumo
 odor. || *Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta*, se suspendit.
 || *flammis inter tabulata uolutus Ad Cælum tendebat*
vortex. || *Præcipitâque moræ*, celeritate moras omnes superat.
 || *Inuadunt Martem clypeis*, incipiunt pugnare. || *mus-*
stantque iuuenæ. sanè verbum factitium, neque absonum à boum voce.
 etiam Aristophanes versusum integrum ex ea voce condidit *μὺ μὺ*. Muslare non semel apud
 Poetam. || Congeminant. Præpositio & auget sonum,
 & duos designat. || *cursumque recusant*, genua inepta sunt
 ad currendū. || *non cassa in vota*: quæ carent efficacia. || *Nec*
te tantus edat tacitam dolor, sicut, - *est mollis flamma medullis*.
 || *Strygii caput implacabile fontis*, sicut de Turno. - *ultero implacabilis ardet*.
 || *Summitte furorem*, demitte. sed illud maluit. || *Te si qua parentis Tangere cura potest*. sic nec solos tangit
Atridas iste dolor.

SONVS.

CAPVT XVII.

ATque hæc quidem pauca è multis obseruationes sunt
 quibus à vulgari dicendi more ad magnificam formam illâ aspirare possimus. nec dubito nonnullis aliqua
 duriuscula, Pollioni verò etiâ peregrina visa. Cæterum equidẽ arbitror P. Virgiliũ Maronẽ antiquorum Poetarũ
 studiosissimum, eorum Tragœdijs potissimum lectissima
 quæque, nouum de suo nihil ad diuinæ orationis splendorem attulisse. Quod si Pollio sibi solus Romanè vel
 loqui, vel scribere visus est, cui Liuius olet Pataunitatem, Virgilius Mantuanitatem, Ciceronis dictio parum
 sapit, sanè si iis, quæ illius extant, non dixit meliora, malim profectò cum hisce minus Romanè loqui,
 quàm cum illo eum ad modum, quem legimus ex fragmentis. Verùm ad ipsum grandiloqui sonum accedamus.
 Non impræsentia sonum eum appellamus, qui ex pedũ, numerorũmq. legibus excitatur. non *ὄρον* recitatis implentem
 buccas, *ὄρον* (quemadmodum loquuntur illi) *σομαζέον*. sic enim censet Hermogenes. Ego verò vitium vel maximũ
 arbitror *ἴν* *σομαζέον* Poetam, vel quum in Nubibus id obie-

id obiectum Æschylo animaduerto, vel quum in malam æquè partem in Vespis accipi video, est enim compositum ex ore, & omphace: quo sapore non pauci admodum longius abscedunt à suauitate. Ergo sonus quum sit cuiuscunq. & vocis, & non vocis genus: quippe aeris percussio, aut quod ex ea sit percussione: communis erit omnibus formis dicendi. Quare quum in altiloquo sonum quero id intelligo, quod intenditur in illo communi. Cæterum quia nõ inanè strepitum petimus: de eo, qui certis legibus constituitur, dicendum est. Quæ fuit causa, vt quanquam sine numeris sæpe inueniatur, in tractatione tamen numerorum explicandus sit. Ad illum igitur locum difseratur.

GRAVITAS, VEHEMENTIA.

CAPVT XVIII.

Grandiloquæ formæ affectus hi perpetui, non perpetui verò, Grauitas, vt dicebamus, & Vehementia. neque enim vbique grauis est. non enim quum floret: neque vehemens, sanè vbi simplices sunt narrationes, topothesiæ, typographiæ, hypotyposes, aliæ. De vtroque igitur iam dicendum. Grauitas præter sententiæ est in dictione, cum verba, verborumque structura grauis est. Grauius verba voco ea, quæ non vulgari excidunt consuetudine: atque ad eum modum, structuram. De vtroque supra quum satis loquuti simus: nequaquam illa sunt repetenda. Vehementia verò non in sententiis tantum, sed in dictione, membris, numeris, & figuris. Ac dictiones quidem illæ sunt, quæ vbi paulum tardarunt pronuntiationem, quasi erumpunt. Earum vis tota in temporibus posita est. vt, *conticuere, continuo*, & eiusmodi. Interdum verò citæ, & monosyllabæ, siue in principio siue in fine. vt *belli signum, Mene incæpto. Heu stirpem iniuisam*. Itaque interrogationes ferè sunt eiusmodi. *Quis? quid? Cur? Tu? Hic ego te Euryle. In fine, En hæc promissa fides est.* Verum inter numeros hæc commodius. Membra quoque curta, & *κομματα*, quasi pugiones, vt punctim non casum ferire, vt ait Cicero, videantur. videtur enim longiore tractu languescere oratio. De numeris verò, ac figuris suo loco.

Generis infimi materia nota est. Humiles personæ, Pastores & alii, quales in Comœdiis. Quod si de rebus aut de diis loquuntur, eorum officia operave quantum sunt tenuiora, tantò hic generi propiora. Itaque de suo semper deo quum loquitur Tityrus, non attribuit ei fulminum, aut bellorum potestatem: sed

Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum

Ludere que vellem, calamo permisit agresti.

Satyros quoque deos insectatur Ægyptios, non tanquam deos, sed id quod erant, Cepas, Ibides, Canes. Huius igitur affectus proprios, ac perpetuos dicebamus, Tenuitatem, & Simplicitatem. de quibus iam.

TENVITAS, SIMPLICITAS,

Securitas. CAPVT XX.

Tenuitas orationis est puritas ex cœmmuni consuetudine loquendi. Puritatem nãque etiam in sublimi reperiri suprã demonstratum est. Tenuis igitur exemplum est,

Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putavi

Scultus ego huic nostræ similem:

Hactenus tenuis puritas, & simplicitas simul. est enim Simplicitas puritas non figurata. Mox igitur desit simplicitas, quum ait: *quò sepe solemus*

Pastores ouium teneros depellere sætus.

Dixit enim, Quo, pro, ad quam. quare Simplicitas tenuitatis propria, non perpetua tamen: sed, quemadmodum dicebamus, vicissitudinaria. Securitas autem est firmitas propositi ad tenuitatem. Neque enim vllò modo curat aliquid figurarum, sed cœmmuni via deducitur oratio. Quapropter deductum carmen Virgilius tenuè appellauit, translata à filis exilitate. Interdum verò est etiam Simplicitas sine puritate: ut ibi, *Formoson pastor Corydon ardebat.* Simplicissimus sermo, sed *σολομοφανης*: sicut & illud, *Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.*

ÆQVABILE DICENDI GENVS.

CAPVT XXI.

Aquabile dicendi genus est, quod mediocres sententias lectiore sermone designat. neq. respuit figuras, quibus

quibus tenuem formam superet, neque multum figuratum est, quò citra sublime subsidat. Huius affectus proprii, Rotunditas, ac Volubilitas.

ROTVNDITAS, VOLVBILITAS.

C A P V T X X I I.

Rotundam appello orationem, quæ neque plana est, vt exilis illa: neque tumida quasi tuberosa, atque angulosa, qualis altoqua. nam tenuis astricta est, ac subsidit. Grandis exit certis interuallis, vt illam riuilis, hanc Pado rectè comparare queas. At mediocris character inter vtrunque procedit. Quam ob causam Frugalem quoque aliquando non sum veritus appellare. Quod genus cum studio cuiuspiam diuini viri perfectum est, explet animum sanè: tenue vix mouet: sublime vellicat. Acquirat autem ex dissimulato cultu certam virtutem, quam Volubilitatem nominare libet. Quippe tenue fluit propter humilitatem, atque exilitatem: Sublime hæret, atque cunctatur in ore, in auribus, in animo: æquabile euoluitur leni lapsu permulcens auditoris expectationem. Talis stilus in Catullo, atque ad eò talis, vt cum pauci còsequi valuerint. Argonautica dico eiusmodi esse confecta oratione, vt sine ineptiis rarò quispiam possit imitari. Id quod summus Poeta facere aggressus, elusit primùm spem suam in C I R I, deinde maiore opera posita, diligentiaque adhibita in diuinis Georgicis superauit. Quod vt manifestius pateat, & ad imitandum hæc subiiciemus. Sunt igitur Catulli hæc:

Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quàm toto concepit pectore flammam.
Funditus, atque imis exarsit tota medullis,
Heu miserè exagitans immitti corde furores.

IN C I R I hæc eadem sic:

Nisi Scylla nouo correpta furore
Scylla patris miseri, patriæque inuenta sepulcrum,
O nimium cupidus si non inhaasset ocellis.

Tum sequuntur apud C A T V L L V M,
Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,
Quæque regis Golgon, quæque Idalium frondosum,
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus, in flauo sæpe hospite suspirantem?

Quantos illa tulit languenti corde timores?

IN CIRI hæc,

Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum potuit: quem nec pater, atque auus idem
Iuppiter ille etiam Pœnos domitare Leones,
Et validas docuit vires mansuescere Tigris.

ET MOX,

Quæ simulac venis haufit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem.

Apud CATVLLVM,

Non flauo retinens subtilem verrice mitram,
Non contesta leui velatum corpus amictu,
Non tereti strophio lastantes vincita papillas:
Omnia quæ toto delapsa è corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus fatis allidebant.

CIRIS sic,

Non florace ideo fragrantès picta capillos,
Cognita non teneris pedibus lycionia seruans,
Non niueo retinens baccata monilia collo.

CATVLLVS sic,

Emergere feri candenti è gurgite vultus
Aequoræ monstrum Nereides admirantes.
Illaque atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas,
Nutricum tenus extantes è gurgite cano.

CIRIS hæc,

Complures illam nymphæ mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidus secum rapiens Galatea sorores.

CATVLLI illa,

Si tibi non fuerant cordi connubia nostra,
Sæua quòd horrebas prisca præcepta parentis:
Attamen in vestras potuisti ducere sedes
Quæ tibi iucundo famularer serua labore,
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis.
Purpureæ tuium consternens veste cubile.

CIRIS hæc,

Méne inter matres, aneillarumque cæteras
Mænalias inter, famularum munere fungi:
Coniugis atque tuæ (quæcunque erit illa) beatæ
Non licuit gravidos penso deuolucere fufos?

CATVLLVS, -Altibúsqve
Præda, nec iniecta tumulabor mortua terra.

CIRIS, -nec *et* illa quidem communitur alicui
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.

In Georgicis autem Amoris vim maiore cultioréque
spiritu declarauit:

Omne aded genus in terris hominúmqve ferarúmqve
Et genus aquareum, pecudes, pictæque volucres
In furias, ignémque ruunt: amor omnibus idem.

ET MOX,

Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat cæli: & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.

Cæterùm in sequenti libro fufius Poetarú versus com-
parabuntur. Quòd hic ea de causa fecimus, vt ignoti ple-
risque stili mediocris ratio, atque natura declararetur.

GRADVS IN CHARACTE-

ribus. CAPVT XXIII.

Quæ de Characterum natura, affectibus, vsu, à nobis
dici potuerunt, explicata sunt. reliquum est, vt acu-
tius illorum species consideremus. Neque enim
semper Sublimis, elatus est: cogitur nanque ad ea descen-
dere quæ in rerum censu sunt humiliora. nec Exile di-
cendi genus perpetuò vel iacet, vel serpit: sed attollitur
in terdum. Quare hinc quoque petenda ponendæque sunt
exempla, quæ à paucis sunt animaduersa. Siqua igitur
materia in tribus Poematibus expedita est, ea nos huius-
ce obseruationis commonefacere poterit, prius tamen
mutuas illorum quasi insitiones videamus. Tenuè est in
grandiloquo ibi, *Virginibus Tyriis mos est gestare pharacram*
Magnum in paruo ibi,

Hinc lapides Pyrrha iactos, Saturnia regna,

Cauca seâsqve refert volucres, furtimque Promethæi.

Et illud,

Aspice conuexo nutantem pondere mundum,

Terrasque tractusque maris, calumque profundum.

Quam tamen rem altius, in alto,

*Principio calum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titanique astra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Pestilentiam in tertio Georgicōn larga vena, sed casta: in tertio Aeneidos breuiore ambitu concludit, sed sublimi versu. quas, qui volet, ad harum præceptionum iudicium inter se comparare poterit. Quin etiam ad hanc formarū dispiciendam varietatem ea quoque conferre licebit, quæ in eodem poemate alia atque alia facie picta sunt. Quod iudicium imprimis iuuare poterit illorum carminum lectio, quæ sub experientiæ Virgilianæ titulo circumferuntur, de anni tempestatibus, de Solis ortu, de signis cœlestibus, de glacie, de speculo, de Iride: Quæ non dubito ab ipso Virgilio elaborata, quum mihi in mentem venit, quanta cura ea pauca delegerit è multis, quæ in sua poemata conferret. Sæpe enim discōtinuatos versus legimus: quos iccirco præcisus sensibus videmus, quod ille morosissimo iudicio alios de medio sustulit, quibus illi coherabant, quoad excogitaret atque infereret meliores:

Iungimus hospitio dexteras, & recta subimus.

Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.

Da propriam Thybræ domum.

Hiverius distiti sunt. sicui ne illi quidem cum cæteris colligantur:

Sed fugite ô miseri, fugite, atque ab litore funem

Rumpite. Quare?

Nam qualis quantusque casu Polyphemus in antro

Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat.

At ibi illo occupato non est fugiendum. Certè alii versus intercedebant. Quæ verò sententiæ eodem diuersis tum verbis, tum numeris expressæ sint, vnicuique attentius perlegenti patere potest: vel vbi noctem, vel quum diè quot modis quoties describit. De Atlante in v i i r:

-celi qui sidera torquet. Et, -Atlas

Edidit, æthereos humero qui sustinet orbis.

In i i i i. & in v i,

Axem humero torquet Stellis ardentibus aptum.

Quæque in sexto Aeneidos de vmbribus, locisque inferis: nec multo minus grauius in quarto Georgicōn. Iussa Iouis ad Mercurium quibus verbis reddat Mercurius ipse

se. Fulminatio in primo,

*Illa Iouis rapidum iaculata in nubibus ignem
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.*

In sexto de Salmonco,

*Ac pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: non ille facem neque fumea tedis
Lumina, præcipitemque immansi turbine adegit.*

De fulmine autem in III II,

*Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentis umbras Erebi, noctemque profundam.*

In quinto,

*Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuæque hic obrue dextra.*

In nono,

*At tu magne pater Divum miserere, tuoque.
Inuisum hoc detruide caput sub tartara telo.*

Tempesta in primo, in tertio, in nono, aliter atque aliter duo funera, Miseni & Pallantis. duo tumuli, Caietæ & Miseni. epicedium Euryali, Pallantis, Eurydices, Daphnidis. epicedium siue inferiæ militum, (*Itæ, ait, egregias animas*) eorum demque tumulus. Quæ desperaret se melius dicturum, integra re posuit: alia aliquo flexu interpolata præsentavit,

Urbes orant, tedet pelagi perferre laborem.

Mortem orat, tedet cali convexa tneri.

In VI, -habitæque sub alto Pectore.

In XI, -habitæque sub isto Pectore.

Quæ loca non ad percipiendas dicendi formas solum, sed ad imitationis quoque rationem multum momenti habere possunt: de qua suo loco. nunc de vitiosis formis scribendum est.

VITIOSAE FORMAE,

SICCVM, PINGVE, TREPIDVM.

CAPVT XXIII.

Quibusdam virtutibus aliqua vitia esse affinia, multis locis scriptum est. Quare illud è Philosophorum præceptis præclare dictum: *Decipimur specie recli.* Est igitur puræ illius, pressæ, subtilis, simplicis, hostis, Sicca: in sententia, in verbis tum prius, tum compositis.

Sicca sententia, quæ rem minuit: vt si Romam dicas, Latii caput. Verbum priuum: si Xerxem appelles ductorẽ. Dicitio siue oratio sicca, qualis Hippocratis multis in locis. Quo in genere etiã *κατακλιμα* appellamus: quum affectatur mutilum præcisumque scribendi genus: cuiusmodi aliquando Cornelii Taciti. Est autem Siccum non solum breuitatis, sed etiam prolixitatis vitium: quoties in longa oratione nullum extabit epithetum, nulla figura, nulla sententia, nulla efficacia, nullus affectus. Quinetiam Siccum auisim appellare etiam solum, quod non cohæret: sed membris, & incisus inculcatis argutiam quandam affectat, quale Plinii Secundi sæpe: neque minus frequens vel Senecæ, vel eius seculi declamatoribus fuit peculiare. Si igitur Siccum vitium est, etiam pingue erit. sunt enim contraria, quemadmodum defectus & exuberantia. Ac multi quidem pingue illud sectati sunt: propterea quod virtutem includeret, sicuti prodigalitas liberalitatem. Aliis ingeniis placuit magis Siccitas. nihil enim infelicis arbitrati sunt loquendi licentia. Ita quum ab omnibus iudiciis damnetur vitrumque, à deprauatis animis sub inoffensæ formæ specie aliud aliis acceptum fuit. Mihi vehementer displicet loquacitas: atque aded istos Asiaticos excursus, aurium carnifices appellare solitus sum. Quod Siccum dixi, etiam ieiunum, etiam aridum à multis vocitatur, veluti pingue, & exultans, & elatum, & tumidum: quod dum plus vult quàm potest, minus efficit quàm debet: propterea quod plus potest quàm decet. Ac quanquam supra diximus aduersus veterum sententiam, inter tumidum & abiectum quod esset, quasi quod inter duo esset vitia, virtutem censerì debere, non autem vitium, quemadmodum dicebant illi: tamen mediocre illud atque æquabile, vitium nihilominus patitur. deprauatur enim Trepidatione: dum neque vult demitti, ne sit gracile: neque audet sese extollere, ne tumescat. Quale genus orationis est in multis locis Virgilianæ Ciris. Non est igitur mediũ duorum vitiorũ, quia illis caret vt virtus: sed quorũ particeps sit, vt item vitium. Horum autem vitiorum, quod est sublimis, parens est *κατακλιμα*: quod est infimi, negligentia: atque, vt ita dicam, supinitas. *κατακλιμα* voco ego Ambitionem, qua plus, vel

plura,

plura, vel elatiora quàm par est, admittimus. Contrà, negligentiã pessum dat orationem, permittitque non solum serpere, sed etiam iacere. vtriusque verò mater licentia est. Qua ille sibi multa arrogat: hic hoc arrogat etiam, vt nihil arrogare, virtutis loco habeat. Itaque ex illo expectes dictionem streperam, confragosam, resiliientem: ex hoc intermortuam. Illud genus M. Gallio suffultum vocat exemplo eo posito: Depultus in Neptunias lacunas: ego hoc ineptum dico: suffultum autem plenum: quale est Ouidianum.

Licentia.

Hinc aliquot errores à scriptoribus animaduertendum est. Fuere nãque Grammatici quidam, qui quum à Quintiliano accepissent, Narrationes esse in humili dicendi genere: Æneidem sub eo genere posuere. Narratio enim tota est. quæ amentia potius quàm sententia (nam cuiusmodi sensum his esse intelligas?) ne digna quidem est, quæ refellatur. Omnes enim orationes, omnèsque scriptiones narrationes quædam sunt. Oratoria verò narratio pars orationis.

Phalereum quoque Demetrium castigatione dignum cognosces ex iis quæ suprâ dicta sunt. Miscet enim affectum cum speciebus: quum partitur genera in *μεγαλοπρεπῆ, ἰσχυρὰ, γλαφυρὰ, δεινὰ*. Satis enim suprâ ostendimus τὸ δεινὸν esse partem τῶν μεγαλοπρεπῶν, sed partem, vt affectum. Etiam ex Hermogene aliter sentiebamus. Preterea *Γλαφυρὰ* politum omnibus generibus competere. Neque rectè definit *γλαφυρὰ, τὸν ἰσχυρὰ μικρότητα τῆς κομῆσαι μεγαλύτης*: non enim constare simul queunt hæc: vt & paruitas, & elatio inter se conueniant ad vnam eandemque orationem conficiendam. Sed *γλαφυρῆς* elegantia, expolitura tam *ἰσχυροῦ*, quàm *μεγαλοπρεπῶν*. *κομῆσαι* verò affectus est, *μικρότης* non, sed idem quod *ἰσχυροῦ*.

Fuit & illud Grammaticorum longè admodum aberrantium à veritate: cum secarunt genera in longum, & breue. Neminem enim latet, relationes esse cuiuscunque quantitat. Quare omnis oratio cum sit quantitas: omnis orationis intererit esse & longam, & breuem. Est autem breuitas etiam in longissima narratione, cui nihil addit alienum. Igitur Sallustio præter cæteros quamobrem attributa sit ab omnibus breuitas, nondum mihi

*Grammatici
corrupti et
rot.*

*Nota in
Sallustium*

compertum est. Nam qui conciones inserat, quas nullus habuerit imperator: easque prælongas non raro: qui apud Aras fratrum quasi in amœno diuerticulo spatietur: qui præter historię argumentum Catonis Cæsarisque collatione plurimos versus occupet: qui ad Catilinæ bellum narrandum principia vrbs Rômæ arcessat: non video quo consilio breuem potius, quàm vel prolixum, vel etiam nimium, superuacaneumque existimemus. Ac fuere quidam Barbari recentiores supercilio non ferendo, iudicio verò corruptissimo, qui Sallustii dictionem iccirco breuem censuere, quia rem personamque narret, consilia atque deliberationes omittat: factum ipsum nudum illico ponat. quasi verò commentarium scripserit ille, non historiam pleniorē: qui sit historię pater appellatus. Ego verò contra hosce circulatorēs longè aliter sentio. Non solùm quòd negant, facere: verum etiam apparatus addere: spem, metum, modum, euentum atque alia pleraque eiusmodi adiungere: etiam excurrere interdum. Tribus verbis Catilinæ coniurationem expediri posse arbitror: at quò ille? præterea nunquam quicquam sine circumstantiis: Milites, inquit, Romani perculsi tumultu insolito arma capere: alii sese abdere: pars territos confirmare, trepidare omnibus locis: vis magna hostium, cælum nocte & nubibus obscuratum: periculum anceps: postremò fugere, an manere tutius foret in incerto erat. Hæc dictio adeò ampla, adeò fusa est, vt nihil addi possit. quam breuem, sic effeceris: Paucorum corruptione ausum noctu castra aggredi, in iis trepidatum. Quàm verò tum leuiter, tum insolenter (vt omnia solent) professi sunt eum in historiis consilia omisisse, ex vniuersa historia manifestum est. Nam quare Iugurtha appulsis legatis Cirtham oppugnet, ratio ponitur. Habes præterea belli apparatus à consule Metello institutum multis verbis. vel quum imbellem exercitum accipit ab Albino, quid moliat. Quam partem si attentius legamus, inuenias Sallustii orationem non solùm non breuē, sed etiā opulentā. Quæ verò in Catilinæ bello geruntur, per paucis verbis composita sunt: cætera omnia in consiliis declarandis producuntur. Breuitas igitur Sallustiana quæ, propterea vulgò iactata videtur mihi, quia tribus voci-

*Breuitas
Sallustiana
na qua.*

sub

bus integras explet sententias. non circumducit, non interponit: asyndetis vtitur, omittit verba: quemadmodum à viris doctis obseruatum est.

FIGVRÆ,

PERIODVS, COLA, COMMA.

CAPVT XXV.

HActenus de Characteribus: restat vt de figuris differamus: quas eadē qua superiore libro ratione ad certa capitū reduci operaprecium est. Aut igitur à rei ipsius natura partiemur genera, aut ab vsu. Figurarū natura tota in exornatione consistit. quare pro modo exornationum secari possunt. Ab vsu verò facilius: quum enim omnibus in omnia dicendi genera venire liceat. tamen si quibusdam quædam sunt frequentiores, sparsim, vt quæque sese offeret, tractari queunt. Nos igitur ex ipsis philosophiæ vt semper, fontibus hausitam illarum naturam digeramus: si prius quid sit περίοδος, quid κόλον, quid κόμμα declarauerimus. Nam tamen si hæc vulgata videntur: tamen quia huiusce artis partes sunt, non sine reprehensione omitti potuere. Tum autem non pauca scripta sunt ab antiquis: quorum autoritate veritas passa est conuulsionem. Alexander igitur Rhetor περίοδος sic definiuit. λόγος αἰνῶ περιεχρῶν ἢ κῶλον σιωπῆς ἢ αὐτετελή διαίσιον ἰσφῆρον. Quonam verò modo fieri possit hoc, vt Periodus talem habeat definitionem, in qua excludatur κόλον, quod eius pars est? Nam tamen si quædam plantæ nullum fructum ferunt, plantarum tamen genus ipsum nunquam definitas per sterilitatem. Igitur qua ratione diuidas periodum in simplicem & compositam? Est enim simplex, quæ nullis constat colis: Composita, quæ ex ipsis conficitur. Neque enim verum est quod mox ait idem, κόμμα τὰ εἶναι. Μέτρον ἄριστον. Ἰνάδι σταντόν. Continent enim sententiam perfectam: neque cuiusquam orationis partes sunt. Sunt igitur periodi. Neque enim, quod breues sunt, periodi naturam exuere. Idem enim est homo pusillus, & Gigas, quod ad τὸ πᾶν ἢ ἰσφῆρον pertinet. Præterea quomodo potest ille definire αἰνῶ κῶλον: qui tamē ἐκπλή subdat, cuius partes appellat κῶλας αἰνῶ γὰρ ἰδιότητις ἐντόλει δηλοκαρτεῖον ἄν ἰσφῆρον ἢ ἰσφῆρον βασιλεύει. ait siquidem periodum hanc esse περίκωλον. Quanquam alium quoque pudentum committit errorem. Quippe primum κόλον

dicit illud: αἴψ' ἄρ' ἰδιώτης: secundum, ἐν πολλῆ δ' ἠμοκρατου-
 μέν: tertium, το μὲν κ' ἄψω βασιλεύει, quod falsum esse ex
 eius definitioneprehenditur. κῶλον, inquit, φέω δ' εἰς μέσση,
 ὁ ὡς λέγεται κ' εἰς αὐτό. At αἴψ' ἄρ' ἰδιώτης per se nihil dicit.
 Misere quoque definit κόμμη, τὸ φεῖδ' εἰς κ' κῶλου ἔλαστον.
 nihil enim declarat definitio hæc. quare sic definitio:
 Periodus, est oratio sibi perficiens sententiam. κῶλον, si-
 ve membrum, est oratio periodo perficiens sententiam.
 κόμμη, siue incisio, pars composita sine verbo, sententiæ
 illius partem significans. Periodus igitur hæc,

Arma virumque cano: Troia qui primus ab oris

Italiam fato profugus, Laviniaque venit

Littora. Sententiam nanque sibi quam instituit, perci-
 pit. Cola autem duo: primum, *Arma virumque cano.*
 sententiam enim complet, sed non sibi: pars enim est.
 Alterum, *Troia qui primus ab oris Italiam fato profugus, La-
 viniaque venit Littora.* primum autem membrum com-
 mata duo habet: *Arma,* & *virumque cano.* duo enim esse
 declarat coniunctio: non enim coniungit nisi separata.
 Sic etiam secundum membrum totidem continet inci-
 sa: *Italiam fato profugus,* &, *Laviniaque venit Littora.* In hac
 periodo verba duo sunt: quæ duo efficiunt membra. fac-
 tura duas periodos, nisi per Relatiuum alterum ab alte-
 ro penderet. Est igitur Colon pars periodi suo verbo sul-
 ta, quod si multe sint periodi partes ad vnum relate ver-
 bum: nõ equidem illa κῶλα, sed κόμμη τα appellabo. Non
 enim sunt membra, nisi proprium habeant motum. non
 mouetur autem oratio nisi per verbum. Quæ membra
 quum secantur, κόμμη τα dicta sunt, ita à nobis defi-
 nita. Partes compositæ, vt hoc differrent à partibus
 simplicibus, nomine, verbo, aliis: sine verbo totius senten-
 tiæ partem significantes, vt hoc differret à membris.
 Quare ne illud quidem eiusdem authoris probò, quum
 ait Isocraticæ illius periodi partes membra esse. Nos e-
 nim incisa dicimus, τις γὰρ ἐκ αὐτῶν: μεταβολὴ στρατείας, τῆς ἐφ'
 ἑσ' Ἀθηνῶν τε καὶ Λακεδαιμονίων στρατηγουμένης, ὑπὲρ δὲ τῆς
 συμμάχων ἐλευθερίας ἀπορριζωμένης, ὑπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἀ-
 πείσης καταρπυζομένης. Quod enim membrum dicas, cui
 deest substantiuum ipsum? Nihilo melius à Trapezun-
 tio, Circuitus est totius orationis rotunda, & coacta, den-
 sa cum frequentatione verborum cōprehensio. Vult enim
 lon-

longam esse orationem: quo nihil ineptius. Quum enim tota oratio constet periodis, colis, commatibus: & colon esse periodi partem, coli coma definierint: quid erit quartum illud, si non est periodus: $\Gamma\omega\delta\iota\ \sigma\tau\alpha\upsilon\tau\omega\delta\iota$? Quare scitè, vt omnia semper Aristoteles, periodum dixit, orationem habentè principium & finem. Non igitur attribuit necessariò longitudinem. sicuti ne $\kappa\alpha\lambda\alpha$ quidem longiora, aut comata ipsa propterea definient hoc esse quod sunt. Quid autem appellat rotundam comprehensionem? An verò vult in se recurrere, vt illi versus?

Vltro animum dictis atollit, & increpat vltro.

Ante etiam sceperum Dictas regis & ante.

Quæ nugæ, coacta, aut decisa? num vlla oratio reperitur, quæ intra certos limites non cogatur. Aut vlla est oratio, cuius partes sint alterius partibus orationis densiores? Falsos autem nomine ipsos puto, quum $\alpha\epsilon\iota\omega\delta\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\upsilon\sigma$ non in motu, sed in spatio posuere. Nobis verò sat est agnoscere motum ipsum atque vim, sententiam concludendi: vnde etiam rectissimè à Fabio Conclusio est appellata: alia sanè $\chi\alpha\theta\iota\ \tau\omega\ \sigma\upsilon\mu\pi\epsilon\phi\epsilon\sigma\iota\mu\epsilon\iota\sigma$, Philosophorum. Sic & Comprehensionem dixit Cicero, & Orbem, & Circunductionem, quia clauderet sententiam, ita vt extra eam nihil quæreretur significandum. Nam $\kappa\alpha\lambda\alpha$ non totum concludunt: multo verò minus $\kappa\alpha\mu\mu\alpha\tau\alpha$. Qua propter idem etiam Ambitū, etiam Circuitum, & Continuationem, & Circumscriptionem nominavit. Quum igitur dixit Trapezuntius Comprehensionem, superflud addidit, Rotundā. Nā quòd Orbis aut Ambitus dicatur, cōprehensio tantū intelligitur. proinde nō minus ineptè in illa Ciceroniana narratione incisa pro membrisenecen fuit. Sopater quidam Aliciensis, homo domi suæ imprimis locuples atque honestus, ab inimicis suis apud C. sacerdotem prætorem rei capitalis accusatus, facillè eo iudicio est liberatus. $\kappa\alpha\lambda\alpha$ enim membra ea sunt, quæ alio vocabulo ab iisdem Philosophis $\mu\epsilon\lambda\eta$ appellantur. quorum officiis actiones suæ cuique perficiuntur. at quæ actio sit in illis verbis, Sopater quidam Aliciensis: quid tum postea? Quòd si istorum autoritas plus moueat aliquos, quàm nostra diligentia: nihil laboro. doctis enim atque acribus ingeniis tantum scribimus. Est igitur Periodus, vt dicebamus, aut simplex, aut composita. & com-

posita aut ex incisif, aut ex colif. Colorum numerum à duobus ad quatuor vſque producere licet. quod excedit, vitio apponi, appellarique à Græcis λέγον διζόδοικόν: vt quemadmodum Periodus eſt comprehenſio, ita quod extra illius præſcriptiones euagatur, non iam περίοδος, ſed διζόδος appellari debeat, quaſi deuiatio.

FIGVRA, FIGVRÆ.

CAPVT XXVI.

Figura loquutionis, quam ſuperiore libro Tropon agnoſcebamus, eſt decora facies orationis à vulgari diuerſa. Eius autē genera ad hunc potiſſimum modum partiemur. Verba accipiunt figurā ab arte, aut ex ſua natura, aut ſecundū ſitum, aut ratione quantitatis, aut propter qualitatem. Naturā dico, quod Philoſophi Eſſentiā. Secundum eſſentiā igitur aut ſubticentur, aut ponuntur. ſi ſubticentur, ſit figura ἰκνειſις & ἀσυνέτην. Si ponuntur, aut eadem, aut ſimilia, aut diuerſa, aut contraria. ſi eadem, aut voce & ſignificatione, aut ſignificatione tantūm. Si voce & ſignificatione, oritur αναδίπλωσις, ἰπαίλληφις, ἰπαλαφροῦς, παλιλογία, ταυτότης, ἀντιπροφῆ, συμπλοκή, κλίμαξ. Si ſignificatione tantūm, efficitur ſυωνυμία. Si ponuntur ſimilia, pariunt Alluſionem, Inuerſionem, παρενομοσίαν. Si diuerſa, naſcitur πλεοναſμὸς, φειθέρασις, ἀποδιατάραξις, ἔμφασις, ἀλλοίωσις, ἀλλαγῆ, μεταβολῆ. Si contraria, conſtituitur ἀνίθεσις, ἀνιμετάθεσις, ἀνιμεταβολῆ, σύζηρις, πλοκή, ἀντιπαύσις. Si ſecundum ſitum, aut differuntur, & conſlatur ἐπίβρατον: aut in medio, & creatur περιμβολῆ, παρένθεσις: aut certa temperatione diſponuntur, & ſignunt τωιακἀτηνοι: aut ad ea quæ propoſita ſunt, redduntur, & produciunt ζεύξις. Si ſecundū quantitatem, creabitur πάρολον, quæ & περιπέτης dicitur. Patitur autem quantitas, quum ſecatur vox: & ſit figura quæ vocatur ἄμνησις. cuius contraria eſt σινώθεσις. Si ſecundum qualitatem, educetur ὁμοιότηλευτον & ὁμοιόπλωτον. quæ antea diſperſæ, temerè docebantur. nunc maiore opera quàm gloria à nobis digeſtæ ſunt. Nemo enim eſt paulò in Rhetoricis exercitator, qui non putet ab ſe quoque nullo negotio excogitari potuiſſe. Nunc ſigillatim de hiſ atque ſimilibus agamus.

DEfectus verborum, *παθος*, maximè significat: admirationem, amorem, odium, iram. Fit etiam aliis de causis: puta ob pudorem, quum res est turpis,

Νομιμὸς ἔσ' ἡ τε. ἔσ' ἡ quo. quum veremur de auditores offendantur. Hoc ad Oratores pertinet. etenim si quo in vitio, vel corporis, vel animi, vel fortunæ communem habeant Iudices cum reo reprehensionem: id verò tamen si multum posset causæ prodesse, tamen est omnino prætereundum, quum dicentem piget. Hoc quoque poetæ rarum: Comici tamen vtuntur. vt, *Σ' εἰς quomodo?* Illa verò quæ subticentur, in quarto,

Dixerat: atque illam media inter talia fero

Collapsam afficiunt. Sunt tacita per *ἀποσιώπην*, non autem per *ἔμελλεν*. Omisit enim dicere quemadmodum se interfecit. Per admirationem verò aut indignationem: *O ingentem confidentiam! Heu stirpem uniuersam!* Quartus enim casus sine verbo ineptus est ad sententiam. Tale & illud Iuuenalis,

Tunc duos una sauisissima vipera cæna

Tunc duos? Ab amore:

Me, me: adsum qui feci. Ex ira, Quos ego.

Ἀσώδην.

Soluta oratio dici potest *ἀσώδην*, dissita, diuisa: inconiuncta melius signat. Paratur hæc figura ad amplificationem, ad celeritatem, ad impetum animi. Denique quum magnum quippiam molimur,

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

Μοῦστρον ἠορρένδον, informe, ingens. Hæc est prius vocibus: in orationibus ad *ὑπερβολήν*,

Ferte citi flammæ, date tela, impellite remos.

Longioribus periodis in otio soluti,

Illos porticibus Rex accipiebat in amplis.

Ἀνταῖο ἐν μέσῳ ἔπιβαντο ποτῆρα Βακχίου.

Illæ autem in celeritate,

Nauticus exoritur vario cestamine clamor,

Fortantur socii, Cretam proanòsque petamus.

Προσέβητο ἡρῶν ἀπὸ τοῦ πύργου ἡρῶν.

QVÆ EXPOSITIONE

eiusdem vocis.

CAPVT XXIX.

Ἀναδίπλωσις, Ἐπανάληψις, Ἐπιπαρορξή,
Παλιλογία, Ταυτότης.

Alexander rhetor harum aliquas confudit, nullam definiuit. Ἀναδίπλωσις, id est Duplicatio: est iteratio vocis statim subiens priorē: familiaris Tragicis. In magnis affectibus ea vtmur. Significat enim perpetuitatem representationis,

O Mysis, Mysis. Ab Corydon, Corydon. hoc ex natura tractum est. Etenim animalibus datus est motus ad fugiendum & ad consequendum. Igitur quæ vnico motu, puta saltu, appetitum locum nequeunt adipisci: cursu, qui est motus frequens, suppleunt. Ἐπανάληψις autem, hoc est, Resumptio, est iteratio non statim, sed aliquibus vocibus interpositis, resumit enim quod reliquerat, *Sed fugite, ὀμίσθη, fugite. Ἐπιπαρορξή* verò, id est, Repetitio, ab hac non differt, nisi situ, quia in resumptione verbum quocunque loco iterum ac tertio poni potest: in Repetitione non nisi in principio, *Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi sternerē lacus.* Quam exornationem auget sanè alia, quum mutatur sensus apposita alia voce ei quæ secundo loco fuerit repetita. quod alibi quoque monuimus: *dirēxit spicula Parthus, Parthus siue Cydon.* Παλιολογίᾳ verò Alexander idem malè cum hisce confudit, neque enim est eiusdem vocis repositio, sed sententiæ. Quod ex Æschylo adducit in Ranis Aristophanes, atque castigat: quoddamque agnoscere conati sunt Critici aliquot locis, vt, *Molēmq; & montes.* verùm expositio est prioris, quam molē? *Montes.* quem Italiæ locum? *Lauiua littora.* Sic, *dixitque, & prælia voce diremit.* Idem est atque, *Dixitque,* & dicendo prælia diremit, neque enim vitium hoc in maximo Poeta, nam quod Seneca in Montano oratore & Ouidio reprehendit, non bene facit. Nunquam enim idem repetitur penitus, sed semper aliquid diuersum est. Differt autem à Palilogia ταυτότης, quoniam illa est figura sententiæ: hæc dictionis. Pertinet autem maximè ad simplicitatem, quum idem verbum reponitur quasi temerè & neglecto cultu, quod quum

quum faceret Aristoteles in historia animalium, Theodorúsque suo more Latinè ita redderet, vt inuureret calamistris: quidem barbari agrestes elegantix illius ignari, ausi sunt dicere à Theodoro melius repræsentatum, quam à Philosopho descriptum fuerit. Ille enim cum alibi tum in secundo, ἤδ' ἔχονταν τὰ βραχία, τὰ ἄρ' ἔχει, τὰ ἄρ' ἔχοντα κλυμύματα, πάντα ἐκ πλάγιου ἔχει. nec multo post, ἔχει δὲ ἑλάχιστα ἔχων. quibus nihil dulcius auribus Atticis, adeò vt eo verbo etiam vsi sunt sub Pleonasmò, πείσεις ἔχων. Et in libro De sensu & sensibili, οὐ γὰρ ἄς ἔσθ' ἔστι πνεῦμα ἔστιν εἶδη τῶ ὄσφραστοῦ· ἀλλ' ἔστι διακριτικόν δι' ἧ πῶς ἔστι, καὶ πῶς καὶ ἔστι. Suavis ταυτότης in quinto Æneidos, mutato sensu, -*intentaque brachia remis Intenti expectant.* Quod si Morino aut Tongro absurdum videtur, nihil mirum: Sui enim simix simioli. quam suauitatem neque ignorauit Cicero, neque neglexit: quinetiam curauit inter cæteras, vt suam orationem efficeret commendatiorem. Ad Atticum, Feci atque effeci, vt neuter quenquam horum pluris quam me faceret. De Oratore, Fecique hoc quod ne adolescens quidem feceram, vt his de rebus disputarem. Sed & aliis multis in locis. In Verrem, Glabrio nem id quod fecit, facere latatus sum. Quantum verò afferat orationi venustatis simulata illa negligentia, ex ipsius Homeri iudicio videndum est,

Ὡς δὲ χιῶν καταπέλας ἐν ἀκροπόλεισιν ὄρεσσιν,
 Ἡ' ἂν εὐρεθ, κατέτηξεν, ἐπιὼ ζήφυρος κατὰ χεῦρος·
 Τηκοῦψιν δ' ἄσπετ' ποταμοὶ πλάθουσι βέοντες·

Ὡς τ' ἐπέλατο κατὰ παρῖα δάκρυ χεῦσθης. Pro quo verbo toties repetito, si aliud subiicias, rem omnem funditus euerteris. nec minor gratia Terentianæ Bacchidi,

-quod si is nunc

*Me deceperit, sepe obsecrans me ut veniam, frustra veniet:
 Aut quum venturam dixero et constituero, quum is certe
 Renunciarit, Clitipho cum spe pendebit animi, Decipiam, ac non
 veniam.* Profectò hac oratione nullum nectar dulcius. sed
 & Poeta ea simplicitate vsus est, non semel. In quinto,

Et procul in sola secreta Troades acta

Amissum Anchisen stebant: cunctaq; profundum

Pomum aspectabant stentes. & in Ecloga vltima verbum hoc venit plus quinquies, posuit magna simplicitate ac iucunditate. & in septimo,

Aurea pectoribus demissa monilia pendunt:

Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.

Quòd si quo in loco Palilogia *λίξις*; Virgilio obiici potest, sanè illa fuerit,

Tum se ad Caieta recto fert littore portum.

Anchora de prora iacitur: scam littore puppes.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrit.

Alii Palilogiam genus constituere, sub quo essent *ΠΙΛΙΣ*, species, *ἀναφορὰ, ἐπαναφορὰ, ἐπίστροφος, ἐπαναστροφὴ*.

Ἀναφορὰ, Ἐπίστροφος, Ἐπαναστροφὴ, Ἀντιστροφὴ, Συμπλοκὴ.

C A P V T X X X.

ESt autem *ἀναφορὰ* Relatio, quum eadem vox reponitur. vt, *- nec te miseret nataeque tuique, Nec matris miseret.* Bis tantum ponitur, atque hoc distat ab Epanaphora, quia hæc quum semel posuit, semel atque iterum reddit. quemadmodum Virgiliano, quòd supra scripsimus, exemplo patet. *Ἐπίστροφος* verò est Reditus, quum per eadem recurrimus verba ordine inuerso relegendes. quæ figura maxime poetarum parti inutilis est. fingere tamen licet exemplum è nostris Satyris,

Sit tibi diuitiarum et honoris Iuppiter author,

Author Iuppiter est etiam vitæque necisque.

Epanastrophe autem est Reuersio, quum recto ordine restituumus sententiam. Magnis profectò deliberationibus accommodata figura. cuiusmodi apud Homerum diuinitus institutam legimus, *Τὸ δὲ ἐγὼ αἶπος εἶμι, καὶ εἰ πύρι χεῖρες εἶμι,*

Et tibi χεῖρες εἶμι, ἄχος δὲ αἰῶνι σὸν ἔρρη. Et apud Poetam, - tibi nostra vicissim

Dicemus: Daphninque tuum tollemus ad astra:

Daphnin ad astra feremus, amauit nos quoque Daphnis.

Theocritum imitatus ille est, *- τὸ δὲ ἄρχος ἀρχος, ὁ δὲ ἀρχος ἀρχος.* Alio modo ad principium reuersus est Ouidius,

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido:

At tace crede mihi, militat omnis amans. Consueuerunt etiam Epigrammatographi claudere poematum eodem versu quo inchoarunt. vt Martialis,

Appollinarem consueni meum Scazon.

Antistrophe

Antistrophe autem est repetitio finis: non ut ponatur in principio sequentis, sed æquè in fine. hoc ab Epanastro-
phe differens: quam conficies, si Martialis epigramma
de Hermete conuertas: ut sit conuersa *αἰα ποεῖ*. Circunfer-
tur ignobilis cuiusdam tale, quod non ponam: sed hoc,

Quisnam hic est asinarius Poeta? Caluus.

In fine edentulus? is Corythio ore Caluus?

Extremus sic hominum inter atra monstra Caluus?

επιπλοου autem ex vtraque: ambas enim complectitur,
Anaphoram & Antistropen, vnde & nomen, ut

Si Caluus est Grammaticus, sic asinus quoque.

Si Caluus est Pæonius, sic asinus quoque.

Inter fuit nãnque asinos, sic asinus quoque.

Fit autem genus omne Repetitionum, siue in principio
fiat, siue in fine, siue vtroque: siue vnius verbi, siue mul-
torum: aliquando simpliciter, ac sine mutatione: aliquan-
do partibus mutatis, ut,

Impulit, impulsu quo maximus intonat ether.

Vulgatus nãnque modus fuisset, *Labitur impulsu quo maxi-
mus*, &c. Fit etiam per mutuam transmutationem: qualis
illa Ouidij artificiosissima, quam Critici cur tollere vo-
luerint, non intelligo:

Semibouémque virum, semivirúmque bouem.

Est enim & ingeniosa, & arguta, & veneris plena. nec mi-
nus illa eiusdem,

Cedere iussit aquam, iussa recessit aqua.

Repetita enim sunt, verbum in participio, participium in
verbo. neque solùm sic transmutatis, sed aliis suppositis:
nam quum dixisset,

Pastorum musam Damonis & Alpheisbæi,
subiecit verbum pro nomine,

Damonis musam dicemus & Alpheisbæi.

Et quum appositione epitheti maximo ornamento,
- *Nymphae,*

Laurentes Nympha.

Et in alio casu summa suauitate apud Catullum,
Gemelle Castor, & gemelle Castorù.

Sicut illud Ouidianum longè excellentissimum,
- *genitorque Quirine*

Vrbis, & inuicti genitor Gradine Quirini.

Etiam in principio mutatis casibus & in fine, vt sit συμ-
πλ^ακ^η. Cæterum nōn nisi Epigrammatis conuenit,

Quis fixas asellos quum fricasset in toga et nitore? Caluus.

Cuius est os impudicum, Ploxiem ginguia? Calui.

Cui parantur in istrinis viuulento regna? Caluo.

Quem fugauimus: diserto doctiorum ex orbe? Caluum.

Quonam olente caprimulgo soluitur corona? Caluo:

Nulla tamen æquè uenusta, aut æquè operosa Repeti-
tio, atque illa Poetæ,

Quacunque illa leuem fugiens fecat æthera penitus,

Ecce inimicus atrox, magno stridore per auras

Insequitur Nisus, quæ se fert Nisus ad auras:

Illà leuem fugiens raptim fecat æthera penitus.

Κλίμαξ.

CAPVT XXXI.

Comate-
natio.

Scala dicitur figura, quum idem uerbum connectit in-
feriora superioribus. quare nos aliàs appellauimus **non**
ineptè Concatenationem. quemadmodum medius annu-
lus annulos utrinque singulos continet. Ex Demosthe-
ne afferunt exemplum. apud Poetam nullum est. sanè
haud multum præ se fert grauitatis. In Epigrammate po-
test admitti:

Insaniam, & furoris inuidi tabem

Diræ Megaræ tradidi ferus Pluton:

Asst Cerbero Megaræ, Cerberus Caluo.

Sic fit per eandem uocem, interdum autem per synonymum, vt apud Homerum de sceptro,

Ἡρατος ἐὼς δ' ἄνε δὴ κερταῖον ἀγασπ,

Αὐτὰρ ἄρα Ζεὺς δ' ἄνε διακτόρα ἀργεῖόντις.

Ἐρμῆος δὲ ἄρα δ' ἄνε πῆλοπι πλάξιντις.

Non enim dixit, ἀλλὰ κερταῖον, sed id quod hoc significabat
Ζεὺς. sic idem ἀργεῖόντις & ἔρμῆος. In nono breuem posuit
Poeta, sic:

Ortygium Ceneus, uictorem Ceneæ Turnus.

Et in decimo,

Atromium Salius, Saliūmque Mealce s.

QVÆ EXPOSITIONE

significati. CAPVT XXXII.

Synonymia, Ποικιλία.

Ponitur itaque uox eadem in figuris supradictis. Quā
uero eiusmodi ponitur dictio, cuius alia materia, so-
nus

nus alius, significatio eadem: creatur figura, quam vocant Græci *συνανομιαι*. quippe vni rei multa sunt cōmunia nomina, sicuti modo dicebamus. Multa possumus exempla dare. sic in vltima Ecloga Virgilius quum dixisset, *Omnes vnde amor iste rogant*: statim subnectit, *Galle quid insanis?* Est enim amor insania. sic haud paulò post,

Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,

Seu quicumque furor, id est, alia puella quam amarem.

Hac sanè figura fit *ποικιλία*, Varietas, quæ contraria est *ταυτότητι*, siue *ταυτολογία*. sicut etiam quum vel diuersa vel contraria apponuntur.

QVÆ EX POSITIONE SIMILIIUM. CAPVT XXXIII.

Allusio, Inuersio, *Παρομοίωσις*.

Allusionem Græcè quo diceremus modo, quærebamus. *προσομιμαί* dicunt illi, quod nos præ me fero. Verba igitur similis soni quæ sunt, mutuo se præferunt. *προσομιότητι* igitur fingam. Non placet hanc figuram locis grauibus adiungere. Gallis frequenti in vsu est: quam vocant ipsi Æquiocationem: consuecuntque aut ex diuisione, aut ex compositione. ex diuisione ludent in eo verbo, Osculum. ex compositione, ludent in illis, *Achaïca castra*. Ibi melius, *Perdita mens*, *Perdit amens*. Itali corrupta voce dicunt bisquisitum, *Bisquizzò*: tametsi vt deserant signa Latinitatis, dixerunt Sacramentum: quò quem maximè possint, alienent scripturam à Latinis. Fit autem mutatione elementorum: sic, Orator pangit carmina: Arator pungit crimina. Conueniunt Epigrammati, Satyro, & Comœdiæ. præsertim inuersio, vt si seruus oret peculium & libertatem, atque aiat, Cedo hæc muncra: Herus respondeat, Doce hæc: numera: ostendens pecuniam. per transpositionem fiunt hæc. item per ablationem, aut appositionem. Bolus, olus. Plautus, cæterique prisci illi etiam inuitas voces sub hæc leges coegere,

Quanta summi absumedo, quanta labe larido. Venustior est illa Allusio quæ elicitur è contrario: quemadmodum apud eundem poetam Saturio parasitus cùm suo nomine appellaretur: Mentiris, inquit, neque enim Saturio veni, sed Esurio. Et sanè faceta vox cùm audis quempiam appellari, Esurionem. Inuersione Græcè dixerim *ἐπιτροπὴ*.

quæ non solum fiat, vt diximus, per elemëtorum aut syllabarum transmutationem: sed etiam per corruptionem: vt Plautinus seruus, qui se ex Chrysalô Crucifalum futurum metuit. Sic ad genus nominû allusit in Amphitruone alius. cum Mercurius quatuor homines sese cecidisse iactaret: Metuo, inquit, ne ille mihi commutet nomë: & Quintus fiant ex Sofia. Hoc Græci genus vniuersum *πλεονασμός* nominarunt: quod præter primam veramque dictionem, aliam subdamus.

QVÆ EX DIVERSIS.

CAPVT XXXIIII.

Πλεονασμός, Περιδιαστροφή, Εμφασις.

Redundantiam voco *πλεονασμόν*. quippe cum plus est verborum, quam quantum exigat sententia. Atque hoc quidem vitium est in diuersis vocibus: sicut erat *παραλογία* in iisdem. Fit autem apud Grammaticos, quod ab illis nondum est declaratum: vbi additur pars, sine qua oratio est tolerabilior. Etenim instrumentum in sexto casu sine præpositione ritè ponitur: quare in illo versu Ouidiano pleonasmus est,

Hæc modo verbebat raro cum pectine terram.

Tametsi alii legunt, *Verbebat fultam tибicine villam*: sed non placet. Eodem modo atque iisdem legibus, *Roma*, potius quam *è Roma venio*. quare illa præpositio redundabit. sic in sexto redundat pronomen,

At pater omnipotens media inter nubila telum

Contorsit: non ille facces, neque fumea tedis

Lumina. Elegantiæ tamen causa toleratur, & fit figura: qualis apud Comicos frequens, apud quos inuenias sæpe pronomen *Is* & *Id*, sine vlla necessitate. Quædam tamen adduntur ad explanationem: atque ita euadit figura, quâ Græci *περιδιαστροφήσι* iccirco nominarunt: quasi dicas appositam explanationem. Talia sunt Epitheta multa, quæ videtur superflua: item instrumenta. Epithetorum exempla longè plurima, *Nigra hirundo*: Omnis enim, aiunt, *hirundo nigra*. haud tamen ita est. *ripariæ* nânque *hirundines* non sunt *nigræ*. *Ferrem ensis*. Quis enim alia ex materia vidit vllum? at ponitur ad efficaciam. Sic, *Vastum æquor Gelidum Boream*, & eiusmodi. Instrumenta quoque

*Epitheta
ad efficien-
ciam.*

quoque aut loca pro instrumentis. vt Pectore suspirare, ire pedibus, ore loqui. Est & alia ratio appositionum : veluti quum dicit, *Ass ego quæ diuim incedo Regina. Vos ò misere scite venit. Hanc ἐμπασον*, id est ostensionem dixere Græci. Sic, *Vidi egomet. & Hiscæ auribus hausi.* Interdum Expositionis causa: vt in quarto Georgic.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses.

Et in Menæchmis, *Aliquot viginti dies. ἐμπασον* Democritus dicebat esse, causam visionis: Expressionem potes dicere, ex libro Aristotelis De sensu & sensili.

Πείρασις, Μετωνυμία.

CAPVT XXXV.

Multum affert ornamenti *πείρασις*, quum rem vnâ multis designamus verbis. Valde nânque abhorret à communi vsu loquendi. Equus fortis, *Fortis equi vis.* Canes sagaces, *Odora canum vis.* Cuius quoque naturæ *μετωνυμία* est. vt, *-Cereremque canistris. Expediunt. & Implentur veteris Bacchi:* Bacchi enim nomē cum vini nomine communicamus. *-laticemque Lyæum,* Laticum honorē. Eiusdem modi ea quoque quam Appositionem vocant Græmatici: Periphrasis enim quædam est, *Troas, reliquias Danaum.* Africa terra, pro Afri: aut est Metonymia, aut Periphrasis: vt sit illa, plus placet.

Ἀλλοίωσις, Ἀναγνή, Μεταβολή, Ἰσοβολή.

CAPVT XXXVI.

Diuersitas aut est totius, aut partium. quare vt est verbum à verbo diuersum, sic est idem propter alium flexum diuersum à seipso. Atque hoc quidem caput ad qualitatem debuit referri. quod satis sit monuisse. Non enim est aliud verbum, Sum, quàm Fui: sed aliusmodi. Ceterum non temerè hîc posuimus, potius quàm in capite Qualitatis. Fit enim mutatio substantialis quoties posito nomine, aut verbo, participium apponitur. aut pro nomine supponitur aduerbium. Mutationum igitur modos, siue species videamus. Fit *ἀντιμερία*, quum pars pro parte: cuiusmodi multa obseruauit apud Thucydidem Halicarnassæus. Vnum exemplum satis erit: propterea quòd in libris De causis, dictum est satis. Aduerbium pro præpositione.

|| -*Factioque hic sine quiescit.* hic pro in his. aut imposito
 his sine. nullus enim in narratione locus, nisi per meta-
 phoram. Fiunt & alia mutationes atque suppositiones.
 Sic enim commodius explicatur vsus ille. Subiiciuntur
 enim alia pro aliis: quare esto ἄποβελή. veluti quum ver-
 bale ponimus pro primigenio, *Regnatorem Asia*, pro Re-
 ge. Est enim Rex prima vox: inde verbum Rego, vnde
 Rector: & Regno, vnde Regnator. Hic nulla est ἀλλοίω-
 σις: Non enim vox ipsa, *Rex*, est alterata: sed pro illa alia
 supposita. Fit autem ἀλλοίωσις, quum genus verbi muta-
 tur. *Fabricor*, pro fabrico, *Populantur*, populant. Et coniu-
 gatio. *Ferueo*, feruo: *Lauo*, *lauas*, *lauis*: *Deflare*, *denfero*. Sic
 declinationes: *Orphei* enim est tertius casus, sicut *Lino*: nō
 secundus, *Orphei Calliopea*, *Lino formosus Apollo*. Sicut con-
 tra: *Vlyssi*, secundus non tertius, pro *Vlyssis*, ab *Vlysses*,
Vlyssi: quo & Horatius vsus est. Hoc latinum ab alio re-
 cto, sicut *Vlyssis* ab *Vlysses*. At illud Græcum Ὀρπεί. Græ-
 cis etiā alibi, *Androgeo*, pro Androgei: *Diomedem* pro Dio-
 medem. *Duo*, pro duos, δὲ δύο. Eodem modo casum pro ca-
 su, Græca item non, vt aiunt, figura: sed consuetudine.
 || *Miræme laborum*: id est, labores. &, || -*cui me Fortuna*
precari: pro quem. hic est μεταλλαγῆ, Permutatio. Illa verò
 μεταβολῆ quæ fit quum posito verbo, aliud in alio mem-
 bro dicitur: est διακρίσις potius. || *Quis furor ô ciues? qua*
tanta insania? qualis Est animus? quanta scelerata ad prælia
vires? Adumbrat aliquo modo vim τῆς συνωνυμίας. Pro-
 prium autem Historicorum Græcorum vti μετανομία. ἵσ-
 τον, equum, pro equitatu. Et in eo mutare genus, τῶν ἵππων:
 quoniam equæ patientiores laborum: quibus iccirco ad
 prælia barbari vterentur, etiam de quibus cibum capiunt
 ac potum Scythæ. Præterea tum illorum, tum nostrorum
 consuetudo mutare tempora, atque præsentem tempore de-
 ducere narrationes. sic & Poeta: || -*quem dat Sidonia Di-*
do: quod alibi, || Dido Esse sui dederat monumentum ex pi-
gnis amoris. Sexus: || *Nec dextra erranti dem absuis: id est,*
Furia.

QVÆ EX CONTRARIORVM

positione. CAPVT XXXVII.

Αγνῆσις, Ἀγνῆματασις, Ἀγνῆμεταβολῆ. Σύψ-
 χησις, Πλοκοῖ, Ἀγνῆτησις.

Contra-

Contrapositionem posuere inter figuras dictionis: mihi videtur ad sententiam potius pertinere. Fit autem duobus modis: aut nuda, aut opulenta. Nuda est apud Demosthenē aduersus Æschinē, *οὐ μὲν ἐξίππαις, ἐγὼ δὲ ἰσοθροῖσι.* Quæ itē duplex. Aut enim est sensu non penitus cōtrario, vt hic: Excidere enim memoria in scena: & Exhibilare, non sunt contraria. Quin alterū ex altero oritur: atque simul sunt. Aut est verē contrarius sensus. vt apud eundem: *ἰδίδασκας γράμματα, ἐγὼ δὲ ἰφοίτων.* & clarius, *ἰτέλει, ἐγὼ δὲ ἰτελούμελος.* Opulenta est quoties rem quāpiam factūme ponimus. cui obiicimus tantundem multis oneratum verbis. Id quod fit in omni aduersatione. vbi est, *sed*, aut *tamen*.

Nec tibi Diua parens generis, nec Dardanus auctor

Perfide: sed duris genuit te Caucasus horrens

Rupibus. Hyrcanæque admorunt vbera Tigres.

Etiā sine nota aduersationis. veluti quum in vna questione dixisset Dido,

-iectum litore, egentem

Excepi, & regni demens in parte locavi,

Amissem classem, sociisque à morte reduxi.

In alia dicit, *-en dextra, fidisque,*

Quem secum patrios aiunt portare Penates.

Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.

An verò putemus esse ἀντίθεον quāpiam in verbis? Sanè nullam censeo, nisi aliquā præ se ferat illa figura, quam dicebamus Allusionem, veluti si dicam: tu honoratus, ego oneratus. Cæterum cū verba sint quantitates quædam: & quantitati nihil sit contrarium: non erit ἀντίθεος in verbis, sed in sensu: contrā, quā dixere. Elegantissimā verò orationem, quæ posita similitudine subinfert contrarium, per quod nihilominus concludit simile. quale nostrum illud, *ἐλεῖσται ἐλεῖσάντα, ὄβρι δὲ δακρόπ, αἰακτα: αἰακπ, ἢ πέννη πλούσιοι.* Tria priora similia sunt: misereri misericordis, dare liberali, principem principi: quartum posterius duo membra inter se contraria habet: quorū tamen sensus refert priora: pauperi nāque æquū est dare diuitē. Eiusdem naturæ est ἀντιματίθεος: verū non sine verborum affectione: quam etiam ad situm transferre liceat. est enim contrarietas sensus cum verborum transpositione, vt in nostro illo lam-

bico, *Tibi imperare me decet, non te mihi.* Huic similis, sed operosior est ἀπειματωβολη, quum positum quippiam retorquemus in contrarium. Qualis illa rotundissima sententia Demosthenis: cuius elegantia, atque argutia merita est, ut hic quoque inter Poetica referatur: σὺ δὲ μὴ λόγος, ὅς γένηεν οὕτω ποικίλος· ἀλλ' ὡς αὐτὸ προσήκει γένηαι. ἢ γὰρ εἶπ' ἀποπτε μὴ κτ' τοὺς νόμους ἐπεβήθη· σὺ δὲ πῶτο ἑμμήσω· διὰ πῶτο δόρυγος αἰ' δικαιοσύνη, ἀλλὰ πολλὰ μᾶλλον ἀλίσκοιο, ὡς περ γὰρ εἶπες ἑάλω, σὺ ταῦτα ἐκ αἰ' ἐγχαφας· οὕτως αἰ' σὺ γὰρ ἄλλως, ἄλλος οὐ γέφυει. Quam sententiam & acutiorem, & suavi fecit verborum dispositione, quum eam laxiorem à præceptore Isocrate accepisset. εἰ γὰρ ἄβ' ἀδικημάτων οὐ βέβαιον εἶρεν, ὃ μὴ πῶτο ἑμμήσω γένηαι. τοὺς δὲ ἐπ' ἐκείτους αὐτῶ ἀλίσκοίμους μὴδὲν ἠγρίμεθα δεινὸν ποιεῖν, ὅταν ἐπερὶ ταυτὰ φάρονται διαπεφραδύροι· σὺ ὡς ἐκ αἰ' καὶ τὰς δόλογίας ἀπασὶ ἐκείδεις ποιήσωμεν, καὶ τοῖς βουλομένοις ἐν ποικίλοις, &c. Similis responsio Romuli, quum in conuiuio perparum bibisset: eique dixisset quidam, Romule, si isthuc omnes homines faciant, vinum vilius sit: Imò verò, inquit, carum: si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi quantum volui. Nec absimilia ἀπειματωβολη, quæ vel reciproca, vel altera ex parte respondetia Latine dicimus, posita enim διλήμματα sic soluimus, Si bonus, pauper: Si malus miser. semper ergo miser. ἀπειματωβολη mutat in contrarium, Si malus, non pauper. Si bonus, non miser. nunquã ergo miser. Has vitæ quæ ἀπειματωβολη, καὶ ἀπειματωβολη quare σὺ γένηαι, appellantur Rhetores, sanè non declararunt. Fortasse quia vtriusque partis tam proponentis, quàm repellentis æquè communis usus est. Non temerè verò πλεονεξία etiam dixere. Plexus enim sententiarum quidam est ἀπειματωβολη, autem est contrarii intellectio per negationem. non inferiora sequuntur, id est parem Hectori Æneam, non contemnenda belli pars: i. vir fortis: Aduersatio Latine figura hæc dici potest.

QVÆ SECVNDVM SITVM.

CAPVT XXXVIII.

Τ' πέρβατον, περιμωβολη, Παρένθεσις, Συναίθεσις,
Ζεύγμα, Χιασμός.

Distrahitur oratio cum differuntur verba post verborum tractum. Itaque πέρβατον libenter dixerim distrahitio.

fractionem. duo maxima sunt apud Virgilium : vnum quod suprà posuimus ex 1 1 1. Georgic. alterum quod est in x 1 1. diuini operis,

*Interea Reges,
Procedunt castris. Illa verò omnia inter hæc,
-Ingenti mole Latinus*

*Quadrifido inuehitur curru: cui tempora circum
Aurati bissex radii fulgentia cingunt,
Solis aut specimen: bigis it Turnus in albis,
Binc manu lato crispans hastilia ferro,
Hinc pater Aeneas Romana stirps origo,
Sidereo flagrans clypeo, & celestibus armis,
Et iuxta Ascanius magna spes altera Romæ.*

Græci itaque nomine eo affecerunt hanc figuram quòd significaret. Tráslitionem : propterea quòd verbum, ficuti dicebamus ad calcem vsque transferretur. Quòd si qua oratio in orationis medio interponitur : Interiectio, & Interpositio dici potest à nobis : quam παραμολογία & παράθεσις Græci vocauerunt. vtriusque natura vna est, modi non vnus. Quæ enim simplex est, totaque materia aliena, Parenthesis dicitur: vt Fatebor enim. Reor, Opinor. Aiunt. Mirabile dictu. Si credere dignum est. Fama est obscurior amnis. & eiusmodi : quæ omnibus materiis, atque argumentis conuenire possunt. Alia est παραμολογία socia, atque affinis παράθεσις, tum nomine tum natura. quoties aliquam ex circumstantiis, quæ post orationem afferenda fuit, rei ipsi inserimus, quale illud,

*Tum Bitiam ardentem oculis, animisque frementem.
Non iaculo: neque enim iaculo vitam ille dedisset:
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo.*

Debeat enim coniungere instrumentum cum vulnere, ac postea dicere, quæ interposuit, sic,

*Tum Meropem, atque Erymam iaculo, iaculoque & A-
At Bitiam stridens contorta phalarica, diri (phidrym.
Fulminis acta modo, clypei per taurca terga
Ioricamque horrentem hamis, ferroque trilicem.
Non iaculo, neque enim iaculo vitam ille dedisset.*

Sic & paulò antè,

*Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti.*

Postposita oportuit, ad hunc modum:

*Et primum Antiphaten, sobolem Sarpedonis alti
Matre neihum Thebana: is enim se primus agebat. Quæ e-
quidem ita discepsi, non vt meliora facerem: sed vt o-
stenderem figuram. Nam quanto venustius?*

*Et primum Antiphaten: statim, primum quia primus:
quàm si distulisset. Vbi verò partes orationis certo ordi-
ne disponuntur, ita vt aliquibus aliquæ reddantur, vt a-
liam formam, ita aliud nomen inuenere. Duobus autem
modis consueere: aut enim fit recursus in ipsa reddi-
tione, qualis erat in Epanodo: aut à prima incipit red-
ditio ac definit in posteriorem. Ponam orationes duas
simplices, quas deinde figurabo. Vna erit hæc: Ego no-
bilis, & probus: caluus caprimulgus, & nequam. Disiun-
gam, atque retribuam suum cuique, sed recurrendo, sic:
Ego nobilis, caluus caprimulgus caluus nequam, ego
probus. Hanc appellauerunt *συμπίπτουσα*: id est occur-
sionem. cum enim videretur oratio processura: quasi con-
sistere eam fecimus, atque occurrimus, à fine incipien-
tes. Quod si positus fiat ordine, quo ceptum est, retributio,
Zeugma dixerunt, id est coniunctionem: veluti si sic dic-
cas: Cæsar & Caluus eadem in vrbe agunt: Cæsar Philo-
sophus, Caluus Asinarius. Coniunxisti cum Cæsare Phi-
losophiam, cum Caluo fœtorem. Iugationem hanc no-
mino. vtriusque exemplum dabo ex diuino Poeta. Oc-
cursionis illud,*

*Vos etiam gemini Rutilis cecidistis in aruis
Daucia Laride, Thymbæque simillima proles
Indiscreta suis, gratiusque parentibus error.
At nunc dira dedit vobis discrimina Pallas.
Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.
Te decisa suum Laride dextera quarit. Priorem posue-
rat Laridem, posteriorem nominat. Alterum exemplum
in Bucolicis,*

*Compulsi, rântque greges Corydon, & Thyrsis in vnum,
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.
Iugationis autem decorem auxit in eodem libro, gemi-
natione,*

*Non me carminibus vincat, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.*

Nam

Nam & matrem reddidit secundo versu Orptheo, in tertio matris nomen, Lino patrem in secundo, patris nomen in tertio. Quod verò in vndecimo legitur,

Munera portantes, eborisque, aurique talenta:

Quidam à vulgata expositione ad hæc figuræ traduce-re voluerunt. Vulgata sanè lectio est hæc, *Munera portan-tes. quænam? talenta auri, & eboris, & sellam, & sceptrum.* Illi autem malunt sic: *Munera portantes aurique eborisque talenta: Et fidem.* id est, auri talenta, & eboris sellam. Icirco transposuere voces. Verùm vt sit, quod volunt, nulla transpositione opus est. Erit enim ἀπαρτισσι. Cæte-rùm quum etiam tertium sit munus, Trabea: non placet ista κληρονομία. præsertim Latini orationem oportuit esse perspicuam. tum autem minus conuenit loquutio, sellam eboris, talenta auri. Postremò etiam nunc, vt olim, tum ebur, tum ebenù pondo æstimabatur. Quòd verò non sit opus transpositione, etiam ex Hermogene manifestum est: qui nostra ἀπαρτισσιν vocat χλιαρμῶν: pro-pterea quòd cùm primo quartum, secundo tertium red-ditur, excitatur forma decussationis ad hunc modum,

Eboris	X	Auri
Talentis		Sellam

QVÆ EX QANTITATE.

Πάρεσσιν.

CAPVT XXXIX.

Πάρεσσιν, siue παρῶσσις, Latine Exæquatio. quoties to-tidem vocibus, isque æqualibus complentur partes orationis. Haud sanè magna virtus: aliquando etiam vi-tium. Isocrates & Gorgias in hac multus. de Homeri versu diximus. In Elegis sæpe inueniuntur membra pa-ria: vt in illo, quem adducebamus, *Cedere iussit aquam, iussit aqua recessit aqua.* Accuratus quoque in altero, cuius ima-ginem expressit vir bonus, *Semideumque virum, semivirumque deum.*

Συῶσσις, Τμήσις.

CAPVT XL.

Patitur quantitas vel cùm ex duobus verbis vnum con-stitatur: qualia multa dithyrambica. Compositio ap-pellatur hæc, non minus figura, quàm cæteræ. Est enim dictionis facies præter morem vulgi. *Antemalorum.* *Sem-persflorentis,* apud Lucretium. Contraria huic, sectio,

ἁμοίω Græci nominant, *Quæ me cuique vocant terræ: nam*
ulgo dicimus: Quæcunque.

QVÆ EX QVALITATE.

Ο' μοιόπιπτον, Ο' μοιότέλειτον.

CAPVT XII.

LAtini duas Græcorū figuras ὁμοίωπιπτον, ὁμοιότέλειτον
 ita sunt interpretati, Similiter cadens, Similiter de-
 finens. Verū neque Græcorū admiror superuacuum se-
 dulitatē: neque Latinorū probo securitatē. Græci sanè
 cūm haberent excogitatā vocem ὁμοιότέλειτον: cuius fi-
 nis in pluribus membris eundem sonum ederet: quid no-
 ui in eo, quod ὁμοίωπιπτον nominant, quæsiuere? nonne
 est in hoc ὁμοιότέλειτον? Idem nanque est in dictione &
 πλοῖσι, & τελειῖ. Quod si πλοῖσι aliud intellexeret: id sci-
 licet, quod nomen tantū esset, atque participiorum
 proprium: sanè aliarum quoque partium nomen certum
 ad illarum definitiam inuentum oportuit. Igitur in ver-
 bis ὁμοιόχρονον statuendum: In aduerbiis verò quid? etiam
 personæ & numeri non negligendi. ὁμοιότέλειτον enim di-
 cunt illud: καὶ τὰς δίχας κατέσπον, καὶ τὸ δόκιμον ἀπέσπον. hoc
 autem ὁμοίωπιπτον: ὃ πᾶσι πολλοῖσι ἀχρεῖ ὄταται, καὶ πάντων αὐ-
 τήτων ὄσθημέταται. Quod si iccirco fecerunt, quia aliud
 sit definere eodē sono, aliud eodem casu: quia non sem-
 per iisdē casibus idē sonus sit, iā illa nō erit figura. Exem-
 pli gratia, δεινός τῶς λόγους, καὶ ἀγαθός τὰ ποιητήκα. quæ obrem
 ne Latini quidē, vti dicebamus, rectē. Vox enim illa, si-
 militer cadēs, neutiquā nominū tantū definitiā signifi-
 cat. Æquē enim cadere dicemus Latine, Fugit, & dicit:
 hodie, & postridie. quare vna tantū nobis esto figura, ὁμοι-
 οτέλειτον, omnem cōprehendens definitiam, cuius exem-
 pla frequentia apud Poetā: verūm vnus tantū modū. vi-
 delicet in participio actiuo, eodēque casu quarto tantūm.
 in eodem versu, *Tollentēmq; minas, & sibila colla tument-*
em. In pluribus, *Sed neque currentem, neque se cognoscit eun-*
tem, Tollentēque manū, saxūque immane mouentem. Alia
 ὁμοιότέλειτα rariora: vt in xi, *Ad terram misere, aut ignibus*
agra dedere. & Vincta recusant in nocte serā sub nocte rudentum.
 Stultē verò irridet in Thucyde ὁμοίωπιπτον Dionys. Hal-
 icarnassēus: haud enim ferē quifquam est vel Oratorum,
 vel Historicorum, vel Poetarum, apud quem non inue-
 nias.

inuenias. Quin ipse quoque Demosthenes cum alibi, tum hisce verbis non esse vituperandum demonstrauit: ἄρ' το πολεὶ βουδεῖν οἰεταὶ δεῖν, καὶ δὴ αὐτὸν ἑαυτὸν ἀντὶ λαβεῖν· πῶτο καὶ γὰρ ποιόσσομαι ποιεῖν. Quid Aristoteles? cuius orationis castitatem potius quam licentiam carpis. omitto proœmium in Rhetoricis ad Alexandrum: at in III. de Anima, & πῶτος, & ὁμοιοτέλευτον edidit. ἀκόλουθ' ὁπῶς, σημάρει π' ἀντὶ. Γὰρ τ' ἐν δὲ ὁπῶς, σημάρει π' ἐταρρῶ. In libro verò De sensu & sensu adeò probauit, vt non solùm eandem desinentiam; sed in eodem casu idem nomen reposuerit. εἰ δὲ τελευτῶσιν εἰς τὰ ὄφρ' ἰατρικῆς, εἰ δὲ ἐν ἰσθ' ὄφρ' ῥύσσεως ἀρχονταὶ ὄφρ' ἰατρικῆς. sic & in eodẽ, εἰ οὐ μὴ δὲ ἐκείνη καλῶς, μὴ δὲ αὐτὴ καλῶς. Ceterùm est & alius modus eius similitudinis, quæ est in foio. n. n. est in diuersis mēbris orationis, sed in fine eius de mēbri, quũ syllaba vel dictio syllabæ vel dictionis antecedentis, eundem sonum reddit. neque verò in fine solùm, sed etiam in quacunque parte. Quod quũ quasi vitium obiiceret Erasmus Ciceroni, meritus est vt à nobis in priore aduersus eum oratione doceretur. Ibi igitur & Terentii dixisse sese, & Horatii pares res, & Homerĩ ἰέρισον εἶδον, afferebamus: quibus Ciceronis Fortunatam nitam toleraremus. & nunc ex Aristotele addimus ὀδύρην δὲ, idque non semel. & ex Thucyde, σαρμία μία ναυς; quorum autoritate figura illa commendari possit.

INTERROGATIO, PER-
contatio,

CAPVT XLII.

Quærebamus, effctne figura Interrogatio. quibusdã enim non videtur. ac ne nobis quidẽ, si eius natura cõsideretur. Nemo. n. nõ etiã sine arte interrogat. at omnis figura ab arte. Nõ igitur natura sua figura est, sed vsu. quædã enim recta oratione quæ dici solent, si flectãtur ad interrogatiõẽ, figuram committent: quemadmodum & exclamatio. quod igitur ad genus, ex iis quæ suprà posita sunt, referetur? Ad genus id, quod adiungit diuersam vocẽ. Esto enim oratio hæc, -ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere. addita negatione, Nõ me ego? efficitur interrogatio. Sæper autẽ exercetur affectibus, admiratione,

Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras

Atque superba pati fastidia? Indignatione,

-& qui squam numen Iunonis adoret? Desperatione,

Sed quid ego hæc autē nequicquā ingrata reuoluo? Aliquando ad sciscitandum, Quoc tenetis iter? cuiusmodi maxima pars est. Interrogatio enim est à dubitatione: nemo enim quod aut habet aut scit (scire enim habere quoddam est) rogat: nisi per simulationem, aut quū quod scimus, ab aliis vel negatur vel dissimulatur,

Nonne ego sum magni Therameda filius Alcon?

Interrogationem à percontatione qui distinguunt, subtilitati student. Interrogatio enim genus est: Percontatio species. Percontatio illa est,

Sed vos, qui tandem, quibus aut venistis ab oris?

quū petimus quod nescimus, aut fingimus nescire. Interrogatio verò & hæc & alia, etiam quum scimus sed interrogamus, vt à negante exprimamus confessionem,

Nōsne tibi Phrygia fluxas res vertere fundo

Conamur? Etiam alio modo, quum quærimus cauam quam tamen reddi nolumus:

quid me alta silentia cogis

Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?

Interrogatio, ἰσπῶσις, Percontatio, ἰξίσις, Exquisitio.

FIGURARVM VSVS.

CAPVT XLIII.

Quid esset figura, quòs quot earū genera possent futuri: itēmq; generū species, quoad fieri potuit, breuiter dictū est. nunc quæ cuique generi dicendi conueniat declarandum. Quamquā igitur ex ipsis exemplis, vnde sumpta sunt, intelligere potes quibus quæq; fornīs aptari queāt: tamen strīctim de his aliquid dicendū est. Figuras omnes infimus Character admittere solitus est. non omnes sublimis. aut verecundē, veluti *παρρησιασίου*. semel enim & parcē,

O verē Phrygia, neque enim Phryges. Sic neque *παιων*, neque inuersionem, neque *ἀντιμεταβολή*, neque *ἀντιπαράδειον*. Hæc nāq; ue Epigrammati, & Satyro ac humilibus Scenis sunt familiares. Altiloqui autem maximē peculiaris Periphrasis, & Metonymia, & *μεταβολή*: cæteræ omnes, vt res tulit. Mediocris autem Character, quòd ad figuras attinet, ad Magniloquum frequentius ac propius accedit, quemadmodum & numeris: de quibus iam scribendum est.

N V M E R V S.

CAPVT XLIIII.

A *Ἀριθμὸς*, sicut alibi quoque declaratum est, id significat quod designat discretam quantitatem. Numerum Latini dixerunt à distributione: hoc est enim *ἰσόμενον*, unde & *ἰσόμενος*. Huic Numero Musicus quum addidit sonum suum fecit, atque *ῥυθμὸν* appellauit. Maiores nostri, qui in armis nati, serò Græcas artes excoluere, quum aliam commodiorem non inuenirent, communi cum priori voce appellauere. tum postea translatum ad Poesim, sic definiemus: Numerus est concinitas orationis, apta rei quæ significatur. Intellego rem, aut quæ est, aut quæ esse fingitur. Nam Poeta ex persona sua ita loquetur, vt est: vbi verò duas introducet inter se altercantes, non necessariò dabit orationem secundum rem: sed ex animo loquentis. Magna erat res, *Nuncius ab Ioue*: paruum eam facit Dido. iccirco vitur humili oratione, *Scilicet is superis labor est. ea cura quietos sollicitat.* nam & dactylis vsa est, & vocalibus exilibus. Quin ne ex Poetæ quidem persona: sed ex stili natura. Tenues enim res grandiore oratione describet altiloquus: vt in mediocri fecit Poeta. Quum *apam gentem* dixit: & *sub mœnibus urbis aquantur: & paruifque Quirites.* In septimo verò diuini operis, vide quibus verbis humilem pingat comparisonem, *-magno veluti quum flamma sonore Virgea suggeritur costis nudanti aheni.* Oritur autem ex partium quantitate, qualitate, dispositione. Quæ titas duplex, in corpore & in tempore. Corpus appello, dictionis extensionem: Tempus, tractum pronunciationis. Qualitas in tenore & in sono. Tenorem intellego elationem vocis, aut depressionem. Sonum, aeris verberatione qualencunque. Concinitatem, quemadmodum alibi dicebamus, non à cinnno, sed à canendo nunc duximus. addeò vt quod ambigua voce dixerunt Numerum veteres (nobis liceat) Canorem appellemus. Quidni? veluti à rubendo rubor, à sapiendo sapor, ab ardendo ardor, à sudando sudor: sic à canendo canor. Est quipp e Numerus in oratione concertus quidam. Dispositio comprehendit locum, situm, ordinem: de quibus omnibus iam dicendum est.

EX DICTIONVM

Quantitate.

CAPVT XLV.

NVmerum efficit Quantitas duplex, continua & discreta. Continua, quum dictio proluxa spiritum exhaurit. hic totum solidum est. Discreta, quum solidorum breuitatem compensat frequentia interuallorum. exempli gratia,

Nimborum dominum tempestat umque potentem.

Hic sunt verba quatuor, quæ Solida appello. quatuor, inquam, si Donato credimus, qui encliticas particulas vnã esse facit dictionem cum antecedente. sic enim apud Terentium in Adelphis ait esse vocem illam *Immiscricorditêrque*, octo syllabarum. quatuor, ergo hoc in versu plena sunt, tria vacua, quæ *diastemata*, siue interualla voco. sic enim & Musici. Vnumquodque continuum discernatur siue discriminetur in minutiores voces, tunc interualla defectui tractuum pro supplemento erunt: exempli gratia, *Imperat & nimbus & densis turbibus auris.* Totidem in vtroque syllabæ, in hoc plura interualla, quæ plenitudinem explent superioris. eodem modo numerorum aspiciã Pythagoras ex fabrilium malleorum ictibusprehendisse. nec id ignorauit Virgilius: quid enim antiquitatis ignorauit ille? sed pudenter, vt semper, adumbravit illo aduerbio, Innumerum: v. 111. libr. diuini operis, *Illi inter se se multa vi brachia tollunt Innumerum.* i. per viçes nõ sine ordine. Quod Callimachus quoque dixit in Dianæ hymno, *αὐχέων δὲ τριπύπτει.* quare numerus non solum consistet in plenis, sed etiam conflabitur è vacuis. Operosius enim dicitur in hoc carmine, *multa vi*, quàm si dixisset, *mutantes*, vno verbo. Vtriusque igitur legis mundi pleni quàm vacui obseruationes ab exéplis petendæ sunt.

PLENI, ET VACVI OBSERVA-
tiones. CAPVT XLVI.

Plenitudinem non vna ratione fieri animaduerto, vel quum verborum tractus longi sunt, vt *Tempestatum, contemplator, armentarius, lamentabile, illeçabile, irremeabilis, intractabile, ignipotens, eripedem, componere, conticere, saturnia, versicoloribus, Ionio, circumspexit, pernicious, inexcorsabile, Phlegeti omis, propugnacula, antemalorum, centungeminus, tri-corporis,* & alia eiusmodi, quorum tractus rei ipsius, cuius notæ sunt, aut dilationem, aut difficultatem, aut moram, aut vim pingunt, hæc est prima pleni ratio. Altera quum verba

verba carpuntur à verbis, vt ex ipsis partibus pes fiat. cuiusmodi versus ille est in x i,

Extulerat lucem, referens opera atque labores. &

Sic fatur lacrymans, clausique immittit habenas. &

Romanoque foro et laurus mugire carinis.

Vacui autem lex obseruatur, aut ex natura ipsius, aut ex frequentia & raritate. Naturam intelligo formam modumue, quo verbum à verbo absistit. veluti differt interuallum horum duorum, *qui primus*, ab interuallo illorum duorum, *Litora multum*. Itaq. aut vocalis excipit vocalé, vt *Insula Ionio*. aut cōsonans consonanté, vt *sub pectore*, consonanté vocalis, *Ibāt obscuri*. aut è cōtrario, cōsonans vocalé, *numine laeso*. quorū omniū multa variq. ad constituendū numerum vis est. Quinetiā ipsa vacua modo alio cōsiderantur: non quo pedem, sed quo verbum claudunt. quorum frequentia interuallorum hoc in genere affectū auget in sententia. Nāque vt plus soni reddit tractus prolixioris, ita plus exhauritur spiritus in vocis resumptione. ergo interdum prætulit Poeta compositum simplicii, Vt rei tractum vocis prolixitate referret. interdum minoribus conferfit versus vocibus. Exemplum prioris consilii, *-lato quam circum amplectitur auro*. non, circumplectitur. Hoc enim est illo simplicius. neque veritus est elisionem, sed potius affectauit ob sonum. In illa igitur mora (auditur enim aliquid, quo intelligimus ibi fuisse illam præpositionem, sicut scripsit Quintilianus) designatur ambitus illius amplexionis. sic & attollere potius quàm tollere,

Hortor amare focos arcemque attollere sectis.

Opera enim multa eget arcis edificatio. Itcirco plus etiā operæ positum est in *Attollere* quàm in tollere posuisset. De his autem etiam inter Soni obseruationes dictum est. Breuiorū autem verborum laus atque vtilitas ad comparandam maiestatem vel ex vno illo versu constare potest,

Arma virumquecano Troia qui primus ab oris, & illo,

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

Cum quibus si comparètur ii qui ex prolixis constituuntur, facile intelligentur vtrum genus ad aliuoquam dicèdi formam sit accommodatius,

Iasus Imbracides Icetaoniisque Thymates. &

Phyllirides Chiron Amithaoniisque Melampus.

Ledaam Hermionem Lacedaemoniisque Hymenaeos.

Ceterum vocabulorum breuitate etiam ad celeritatem utimur. dum molitur consilium, miscuit prolixiora. dum exequitur, expedit minoribus verbis,

Ergo æge chare pater cervici imponere nostræ:

Ipse sabibo humeris: nec me labor iste gravabit.

Quo res cunque cadent, unum & commune periculum,

Vna salus amobus erit: mihi parvus Iulus

Sit comes, & longè seruet vestigia coniunx. Sic mox, Tu genitor cape sacra manu. Continua porro bisyllaba, dextra se parvus Iulus Implicuit. Verbum hoc longius implicationem designat ipsam,

Pone subit coniunx: expedita.

Adhuc verò expeditiora,

Et me quem dudum non vlla iniecta movebant

Tela, neque aduerso glomerati ex agmine Graii,

Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis.

Nec minore arte, - subito quum creber ad aures

V isus adesse pedum sonitus. &

Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento

Voluitur. Tum subiecit verbum exuperans, alia propterea quod flamma quoque exuperabat,

Exuperant flamma, furit æstus ad auras.

Quid illis verbis celerius?

Ferte citi flammæ, date tela, impellire remos.

Aut illis?

Nec iam se capit unda, volat vapor ater ad auras.

Quid illis lentius atque adhærescens magis?

Ante & Trinacria tentandus remus in unda.

Cunctabundus rem quam exhorrescebât Æneas, dicit illo versu,

Nec tu mensarum morsus horresce futuros.

Vbi quum hæctenus de mole ac corpore dictionum præceptum est: obseruetur etiam temporis tractus, quod erat secundum membrum quantitatis. Spondæis enim utitur in ipsis commorationibus: Dactylis autem in expeditionibus. nam quod professi sunt, Trochæos feruorum diligentia conuenire in Scenis, satis est in Epinomide à nobis refutatam. Id quod ex Tragicorum quoque iudicio clarior constat: qui choros suos etiam in stataria materia è parvis Trochæis sæpenumero edidere. Poeta igitur quum

Æneam

Æneam à Troianis oris in Italiam deduceret, dactylis versus est: iter enim facit. quum verò ipso in itinere multis cunctabundum iactationibus canit, detinet spondæis.

*Arma virumque cano, Troie qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lavinâque venit*

Listora. Hactenus processus. nunc obiectio impedimentorum: -multum ille & terris iactatus & alto. Sic discessum recentem Troianorum, qui penè etiam in ipso essent conspectu,

Vix è conspectu Siculae telluris. Cunctatur enim oratio, & in spondæo & in monosyllabis. sanè vix illud fit. Audis etiam in illo id quod in re atque opere est,

Et leues ocreas lento ducunt argento.

Motus igitur ipsos, ac motuum variationem pingit. nam ob pondus subsistit: deinde impetum dat, quum dicit,

-versantque remaci forcipe ferrum.

Talis vis est in ipso dactylo, ut post collectas vires faciat impressionem. Id quod subicitur oculis, non solum auribus in verbo *Impulit, impetus, incita, obuius, igneus.* Contrà, Anapestus aptior ad luctam. Mouetur enim celeritate sua in hostem: deinde conferto prælio perstat. Neque verò temerè proceleumaticus admissus est ab eodem. Nonne vides iustum crebritatem atque celeritatem?

-labat ariete crebro

Ianua. Item aliam celeritatem,

Herent parietibus scala. Sunt etenim verba quædam quæ secum connatos habent pedes ad eas quantitates quæ sunt in re manifestæ: ut Statim, Citò. nam & curta sunt ipsa tota, & earum partes minimum habent temporis. Illi- co etiam, & Protinus, & Ocyus, cum promisso motu præ se ferunt per initia moram quandam: qua continuatio fiat cum superioribus: sic Velociter & Perniciter, primarum syllabarum tractum totidem celeribus rependunt. Celeriter, longè fidelius. nam tametsi multimembris est vox, persolvit tamen quam debet in significato celeritatem. Non sic in exemplo, & in actutum: in continuo mediocrius. Ne adducaris in eam sententiam, quæ censet nomina verbæque naturalia esse, sicut est res. Quod quum Plato senserit à Pythagoricis, repudiauerit Aristoteles: huius

est res. Quod quū Plato fenserit à Pythagoricis, repudiauerit Aristoteles: huius odio potius, quàm quod quæ dicebat intelligeret. Erasmus, vt alia multa, stolidissimè profiteri ausus est. Cæterum & in libris *de pulueribus*, & in nostris De causis, acutissimè contra eos est disputatum. Nec minus hoc loco illorum vel tarditas, vel pertinacia, vel impudentia deprehendi potest, quum & longæ & breues dictiones sint notæ celeritatis, vt, citus, celer, velox, pernix, quæ tibi eligendæ erunt.

Ad vtramque verò consequendam quantitatem aliquando additur, vt dicebamus: interdum eximitur aliquid. Certè in hac dictione, *Compositus*, motus est: quare Poeta cum quietem demonstrare vellet: elisit vnum è vocalibus, quæ motoriam vocem faciebat, atque vt esset stataria, effecit,

Nunc placida compositus pace quiescit. Poterat enim sine carminis iactura, sic, *compositus placida nunc pace quiescit.* Sic propius accedit: *accessus*, quàm accessistis. Potuit enim *vitalis*: aut tale quid. Et celerius est: *inssō*: quàm iussero. Et in: *extinti*: est extinctio quædã decurtata voce. Sed de quietate fati dictū est. horū enim vestigiis cætera omnia poteris indagare: nunc ad qualitatem ipsam transeamus.

EX DICTIONVM QVA-

LITATE.

CAPVT XLVII.


ACquantitas quidem ad materiæ rationem propius accedere videtur. qualitas formæ naturam magis sapit. videtur enim Numeri anima, sonus: Corpus autem, dictio. Est autem sonus, quemadmodum dicebamus, duplex. Alter sanè qualiscunque vel in vocalibus, vel in consonantibus, vel singulis, vel cohærentibus, vel coniunctis, vel commistis. Alter est soni potius modus, de quo in libris de causis acutissimè disputatum est. Accentum dixere veteres soni moderationem in tollenda, premedandaque voce. ita enim loquebantur, vt canere viderentur. id quod multis etiãnum peculiare nationibus est. Taurini Ligures soli Italorum accinunt loquutionibus. In Gallia, Aruerni. Non temerè factum puto, quod ab his, qui Latine loquuntur, delictum sit. Quid enim risum maiorem mouere

moucre queat,quàm si ita pronuncies.

-Ar---virum---ca---Tro---pri-----o-----

ma que no iacimus ab rñ.

Quod quoniam à nullo accepimus præceptore: voluimus hic explicari, ne alios quoque vel lateret, vel falleret: sicuti diu nos quoque fefellit. Cæterùm, cùm tenorem: (is enim tenor est) à quantitate non distinguant: atque barbàrè penè omnia pronuntient: omnia enim producunt Itali: omnia corripit ita Vascones, vt deuorare videantur: quibus temporibus quoque antiqui pronuntiarent, pictum dedimus,



Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris.

Cùm igitur huiusmodi qualitas iam vsu abolita sit: ad aliam, quæ luculentissimam constituit speciem orationis transeundum est. Eam sic agnoscebamus, in vocalibus, in consonantibus, singulis, cohærentibus, coniunctis, commistis.

Igitur Vocales grandisonæ sunt, A, & O. Obscurum, V. obscurius Y. Exile I. Mediocre, E. In A, latitudo. In I, longitudo. In E, profunditas. In O, coartatio. In V, & Y, natura quædam affinis ipsi I. In verbo igitur, *cano*, vtraque illustris: plus enim ibi audis, quàm si dicas: Canus. Sic, *alto*, quàm *Altus*, *Lato*, quàm *Latus*: aut, *Canis*, *Latis*, *Altis*: *Mediocre* autem aut *fufum sonum* in, *Cane*, *Late*, *Akte*. I, multum potest ad animi suspensionem, quæ in *Voto*, in *Religione*: præsertim cùm producitur: vt *dii*: etiam cùm corripitur: *Pii*. Et ad tractum omnem denique designandum, *Litora*, *Lites*, *Lituus*, *It*, *Ira*, *Mitis*, *Diues*, *Ciere*, *Dicere*, *Diripiunt*. Status enim in principio, motus deinde. Hæ per se singulæ vocales. Cohærentes autem similibus similes augent sonum. Græci geminant A, & O, *ααῖν*, *οοῖν*. Latini O. *Coorta*, *Coopertum*, *Cohortatus*. Item

alias, in quibus eiusdem efficaciz sonus exultat. Deæ, Deprehendo, Vehemens, Deero, Deerro. Dii, Pii, It : non sine manifestissima spiritus profectioe. Lituus, non sine soni, quem significat, similitudine. Ex vocalium commistione diphtongi fiunt. quorum sonus cum & deserit, & si restituitur, distortus sit: in eorum præceptionibus non laborabo. Non coniunguntur autem vocales, quemadmodum consonantes in eadem syllaba nisi commistione, vt diximus: aut mutatione: quod facit I, & V. de quibus alibi. Exempla verò aliquot huc adducenda sunt. Granditatis illa: *Arma virumque cano*. Mistra illa. In itinere quod appetit: *Italiam*. Necessitas itineris in vasta voce, *Fato*. Vastitas in vasta voce,

Vastos voluunt. obscurum in ipsa voce hoc significante. Quid enim illis obscurius? *Ibant obscuri*. *Inuadunt urbem*. *Tunc invade viam*. Illa verò proposita, explicata, diffusa, quæ egent consultatione,

Consulere atque omnes metuentem exponere casus.

Est enim decies, Expositum. sic,

Et petire sibi, et volvere adiungere gentes.

Manifesta verò dat exempla humilitatis, & grandiloquentiz initio diuini operis. Tenuissimum enim,

Ille ego qui. Deinde cum dicit: *egressus sylvæ vicina*. latiore sono vtitur, atque sanè egreditur, ac vestigia ponit in grandiore.

Vt quamvis auido parerent arua colono:

Gratum opus agricolis. tandem persistit,

At nunc horrentia Martis, Arma cano.

Sic, olli, potius, quam illi. *Coorta, Collucent, Apparent,*

Illasabile murmur. Sanè obscurum. Etiam illud,

Cristaque tegit galea aurea rubra.

Quod potuit, *cristis rubris*. At Seruius ausus est recensere inter pessimos versus. Similis ille,

Cui triplici crinita iuba galea alta chimeram

Sustinet. Tantum interest inter Grâmaticum & Poetam.

Eiusdem maiestatis: *Verbena tempora vincti*, non, *verbenis*.

&, *Latera ardua tinxit, & capita alta ferentes, &*

Accipite Æneam, & tandem arsete periculis.

Exemplum de O.

Ionio in magno. Neptuno Ægeo. Inoa Melicerta. Apud Senecam, *Arctoo gelu, Bootes, Oriona*. Apud Catullum, *Oarion*,

Hiatus

Hiatus autem sæpe quaeritur,

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Sub Illo alto, præsertim cum repræsentandus est, vel conatus, vel difficultas. Ter sunt conati imponere Pelion Ossæ. Equidem etiam alio auxilium Pelio Ossam. Sicut & illud Ovidianum,

Iactari quos cernis in Ionio immenso:

Fecistem, Quos cernis iactari in Ionio. Admirantis superciliosus hiatus ibi:

Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

Aliquando variationis, ac decoris tantum gratia, Dardanio Anchisæ. Neptuno Egeæ.

Consonantibus autem sonus ut non integer sine vocalibus, ita cum ipsis talis, ut eas faciat pleniores. Inter quarum naturam natura media est ipsius aspirationis, Cuius pronuntiationem tamen viro graui indignam semper existimaui: est enim corui gutture canere: & quasi vomere videntur, qui ita loquuntur: tamen quia veteres eam admiserunt: vsus priscus tenuit, nouus recuperavit. de ea tantum dicemus: multum posse in animi affectibus. Quare Interiectionibus addita est, Adiuuat rem sanè. *Paucis turbatus vocibus hisco, clamor frustratur hiantes: Ahena. quod cum sine aspiratione scriptum esset in Codice Virgiliano, superinductam noua manu vidisse se scribit Gellius.*

In Consonantibus est, Sonus, & Spiritus. Spiritus continet stridorem: sonus, vibrationem, asperitatem, tinnitum, mugitum. Spirituosum F, tantum abest ut quemadmodum dixere, sit muta. per se enim flatum habet. magis etiamnum S. Stridor in, Z. Vibratio & asperitas in R. Tinnitus in N, & L. Obscuræ presique soni, B, P, T, C, G. paulò hilarior, D. Arabes verò ipsum etiam aspirant. Contrà, Galli in fine attenuant ac pro T, pronunciant. M, seipsum, quid velit, prodit. est igitur F, affine ad eò aspirationi, ut *Histula, & Fiscus*, ab hiatu deducta sint. Neque abest ab ea *vi digama Æolicū*. Quare, & in voce hac, Flatus, spiritus est ex ore extens: & in Fluo, ac Fluctus, additū est robur aspirationis: cum esset, Pluo, Græcum vetus: quod addita consonante *πλωύς*, dicunt. Est enim &, Flatus, Græcum æquè, *ελαύ & πωλάζεν*. Ritè igitur rem ipsam pinxit Poeta cum dicebat,

Ferunt sua flamina classem, & freta feruida. & fracta remurmurat unda, & fractisque ferunt ad littora voces. Eadem proportionem digamma Æolicum, vastos voluunt ad littora fluctus. S, autem sibilum edidit clariorem: *-sale saxa sonabant.* vtrunque coniunxat in ventis, *-loca fata furentibus austris.* poterat enim dicere, Plena: sed quæsiuit F. Stridorem in Z, etiam Quintilianus notauit. apud Græcos quærenda: nam Latini cum ea suam vocem habent nullam. Asperitas in R, representatur ex ipsa voce statim, præsertim quum geminatur. solum,

Asper acerba tuens. Geminatum,

-studisque asperrima belli. -acerrimus armis. -miserrima

Dido. Ære, ferrum, robur, fortis, rumpo: sunt tamen, quemadmodum dicebamus, etiam voces alix mollissimæ per eam literam demonstratæ. Quid enim lenius Rifu? quid æquabilius Ratione? quid minus aspernabile quàm Res? Illa autem meritò: Ira, rictus, ringor, horreo, terreo, & eiusmodi. Festiuissimo verò Epigramate ciuis noster Nicolaus Arci comes perstrinxit Quintianum. is enim heroicam literam vocabat R. quare ea differrebat versus suos. Ille igitur post aliquot versus Quintianicos plenissimos illius elementi, tandem,

Quintianus.

Errat siquid vult dicere Quintianus. Audis autè in Ætæna ruinam, *Erigit eructans.* Sibilum ibi, *cum sonitu:* Flatum ibi, *-fundoque exestuat.* N, tremula est litera: ne pronunties more nostrorum popularium, ex quorum prolotione minimè agnoscas eiusmodi elementum, quum est in fine dictionis. Illius concinitatè audis in hac ipsa voce, *Concinitas.* teneritudinem in Tenero: & in Flamina, leuamenti. est tinnitus in Nomen. Mollior L, quod & audis in ipso Molli. Semper quæritur in facilitate & volubilitate: quarum vtrunque audis in vtraque harum vocum. Itaque locum abhorrentem à Tartaro rectissimè illis verbis indicauit, *Concilia Elisiùmque colo.* Illud verò mollissimum, quod etiam à Quintiliano animaduersum est,

Mollia luteola pingit racimia caltha.

Fidua carmen.

Vdum ipsum carmen est, ex ea litera quam vdam & liquidam appellarunt. Non ineptè illam in lingua ad palatum expressit Persius,

*Phyllidas, Hypsipylas, vatium & plorabile siquid
Eliquat, & tenero supplantat verba palato.*

Talia sunt, Illætabile, lamentabile, vlulare, *rocémque per ampla volutant Arria*. Vtrunque miscuit, & asperam & mollem liquidam in motu & ruina. -ruere omnia visa repente, *Liminaque laurúsque*. M, sicuti dicebamus, quem ad usum eligendum sit, ipsummet ostendit. sonum enim & crassum & plenum edit: quem non est oblitus Poeta. *Immuigit Ætina cavernis. Mussant patres.* & ibi maximè, *Muta metu primo*. B, C, G, P, haud valde mutant orationem sola: coniuncta verò multùm, vt videbimus. D, aliquid vult: etenim audio nonnihil in Deorum, dii dea. Aliter enim afficit me illud, *Nate dea*, quàm *Nate mea vires*. & Dominus quàm Cominus. P, tamen quandã quærit firmitatem. Agnosco enim in Piger, pudet, pœnitet, pax, pugna, pes, paruus, pono, pavor, piger, aliquã fictionem. *Parce metu*, constantiã quandam insinuat. & Pastor, plenius quàm Castor. sic Plenum ipsum, & Purù, Posco, & alia eiusmodi. T, verò plurimùm sese ostentat. Est enim litera sonitus explicatrix: sit nãque sonus aut per S, aut per R, aut per T. Tuba, tonitru, tundo: sed in fine, tamen si maximam verborum claudit apud Latinos partem: tamen in iis quæ sonum afferunt, affert ipsum quoque soni non minus. Rupit, enim plus rumpit, quàm Rumpo.

Atque hæc quidem natura vsúsque consonantium est singularium: quæ quum inter se cohærent, aut coniunguntur, aut commiscuntur, rem ipsam longè faciunt expressiorem. Cohærent igitur aut eædem, aut diuersæ: ac geminantur quidem in eodem verbo, vt Flamma. In diuersis autem non cohærent per geminationem, sed dicuntur subire. Neque tantum edunt soni, vt *Ore reiectantem, mistis que in sanguine*, &c.

Cohæret autem diuersæ, quum in diuersis syllabis aliam alia subit: vt *Italiam fato*. & in eadem voce, Imber. Coniunguntur autem quum in eadem syllaba sunt: vt Crepo, clamor, scopulus, statio, sponte, Mnassylus, macto, appto, & eiusmodi. Quarum coniugationes efficaciores sunt, CT, & TR, & SC. In cohæsiõne autem R, præcedens C, multum edit soni: Parco, arcus, Orcus: maiorem quum antecedit T, Artus, partus, Martis. Ante P, non frequenter inuenias, Arpi, Harpyia. Ante B, sæpius: & validum sonat: vrberem, orbem, abforbet. Ante V, conso-

nantem nobilis est, Curuus. Ante M, valida est: **Arma**, firmus. Ante alias non tantum valet. **Arbor**, arduus. **M**, & **N**, ante **B**, **Vmbo**: **P**, **Impia**: **F**, **Infandum**: **D**, **Vnda**: **T**, **Pontus**, plenissimæ sunt, præsertim quum verbum claudunt: **Terrent**, ducunt. Ante **G**, maximi soni sunt, **Plan-**
gunt. Ante **C**, non tanti, **Anchora**. **L**, ante **M**. **mollis**, **Alma**, **palma**. ante **T**. **plenior**, **Alta**, **caltha**. qui sonus non displicuit summo Poetæ, *Alta mente. Illo alto. Domus alta. Decora alta. Manibus altis. Alta tellure. Alta nubila. Altum mare.* **G**, ante **M**, **concinnum**, **Agmen**, **fragmine**. **Cætera** si qua sunt, per te considerabis: vt **B**, ante **N**, **Ob-**
nixus: multum morę trahit, & vim notat. **Quare** vides **exempla** varia ipsius Poetæ, **Incendit**, **Incensa**. **Humen-**
tem, non **Humidam**: **Intentant**, non **Intendunt**: **Pre-**
sant, non **Prædunt**. **Coniunctarum** autem soni molles, **CL**, **Vinclis**: **PL**, **Placidus**. **FL**, propter **F**, plusculum requirit, **Flatus**, **Fluctus**, **Flietus**. **GL**, est vt **CL**. **F**, cum **R**, **acrior**, **Fremitus**, **fragor**, **frigus**. **MN**, **mollis** coniugatio **Omnis**. **ST**. **figit** ac **cohibet**, **Stare**. Itaque **ST**, apud **Comicos** **Plautum** & **Terentium** silentii nota est. **Stupor** quoque **satis** id ostendit, & **Stipes**. præsertim quum **sub-**
nectitur **R**. **Equestris**: *Srata viarum*, **stragula**, **astra**, **transfra**. **Tres** iugationes, quas supra statuebamus, ponendę sunt in exemplis. **TR**, **violentiam**: **traho**, **contra**, **trans**: præsertim si **N**, antecedit. **Antrum**. tanto magis si fit **sibi-**
lus, **Transstrum**. **Castra** quoque eiusdem erit obseruationis. **CT**, **penitus** sonum ponit ante oculos, **Masto**, **ictus**, **siftus**. haud longę ab ea, **PT**, **Aptum**, **captum**. **Cæterum** **SC**, valde expetita est à diuino Poeta, **Coruscus**, **Hethrusci**, **crebresco**, **madescent**, **patescit**, **filescit**, **rubescere**, **tempescere**, **poscunt**, **albescere**, **miserescite**, **clarescunt**, **tremisco**, **crudescere**, **euanescere**, & si qua alia. **Commif-**
centur apud Græcos consonantes tres, **C**, **P**, **T**, aliquando cū aspiratione, aliquando cū sibilo. Apud Latinos **F**, officium facit ipsius **P**, aspirati: cuius vices gerit. de qua diximus satis. Cum sibilo vnā tantum coniunximus, **C**, ex quibus facta est nostra duplex, **X**. Cum **P**, nolui-
mus, cū **T**, neque nos omnino, neq; illi penitus: sed eius loco **D**, posuerunt: vnde **Z**, **confata** sit, vt fit **SD**. cuius qui probauerunt duplicationem, vt ita scriberent, **Mezentius**, sanè nusquam fuerunt Grammaticiores, id est ineptiores. **Ver-**
rum

rùm de hoc in Exercitationibus nostris. Ipsum ergo X, multum pōnit moræ, tum propter duplicitatem, tum propter naturam tum C, tum S. Igitur vixi, & vixet, & dixit, & tinxit, multum atollunt orationem. Monosyllabum quoque ipsum, Vix, admodum firmum est, *Vix è conspectu. Sidonia vix vrbe reuelli. Vix Tyre duco. Vix illam Phegeus Sagarisq̄ue ferebant.* Hæ atque similes sunt consonantium coniunctiones, quæ pro suis qualitatibus si affines sibi vocales nactæ sint, non est dubitandum quin admirabilem efficiant orationem. Illud præceptum non in postremis habendum, Consonantes additas interdum ad dere sonum, interdum adimere. Est enim sonorum magis ac grandius, Pecū, quàm Pecus. quare etiam producit vltimā, quam corripit pecus. Addit autem, quia Pluton plenius est quàm Pluto, & plus sonat A quàm Ab. Iccirco præter Grammaticorum leges dixit,

-regnūque à sede Latini: non ab. Contrà in vndecimo, -pacem Troiano ab rege petendam. Verùm satis de quietate, nunc de dispositione agendum est.

EX DISPOSITIONE.

CAPVT XLVIII.

Dispositio verborum, est collocatio apta ad efficiendum concinitatem æqualē rei. Quare quum iidem pedes eodem in versu constare possint, aliam sapenmero inimus collocandi rationē, quam existimamus accommodatiorem ad sententiā explicandam. neque enim satis est hoc id rei verbo significari, neque sic eas coniungi dictiones, vt ipsa rei conditio xpleatur, sed vt is vocum ordo instituat, vt ex earum sono res ipsa quasi elidatur, atque eliciatur. Iccirco & in principio sententiarum legimus paucisyllabas dictiones, à quibus ad productiores fiat gradus, quo simul cum re ipsa crescat oratio.

Fluctus vt i primo caput quum albe scere,

Ecce quomodo primores motus breuibus dictionibus sensum deduxit ad habitum ipsum, quem longiore designauit, *Albe scere.* sic, quum etiamnum essent in principio nauigationis: monosyllabis egit,

Vix è conspectu. Sic minutis oculis primū,

Vt belli signum Laurenti Turris ab arce.

Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.

Vtque acres concussit equos, vtque impulit arma.

Tum in ipso tumultu voces explicat productiores,

Extemplo turbati animi: simul omne tumultu

Constrat trepido Latium, seu itque iuuentus

Effera. Ductores primi Messapus, & Vjens,

Contemtorque deum Mercurius. Itaque eodem iure ac-

cessimus *μνοσυλλαβικῶν τῶν λέξεων*, non sine tumultu Grāmaticorū. qui cum pauca lectionis, pauciorum artium, paucissimi sint iudicii, præscribere audent diuina ingenia febriculosis trepidisque angustis suarum præceptionum.

Grammaticorum angustia.

• Ergo maximus Poetarum, in quinto, quum incomparabilem versus illum fecisset,

Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos:

impudentissimè Seruius, Pessimus, inquit, versus in monosyllabam desinens. Vtrum enim malis? hincne, an

Sternitur, exanimisque tremens bos: corruit ictu.

Quis igitur illum quoque Grammaticorum interpolabit nobis, ne sit monosyllabum?

Dat latus, insequitur cumulo præruptus aqua mons.

Quem versus quare non appellauit pessimum, sicut & congenerem illum alterum? aut quare distulit iudicium monosyllaborum à primo ad quintum librum? Atqui poetæ sic,

Insequitur tumidis mons incitus undis.

Verum vt corruit Taurus, vt cõfluxit in vnum montem mare: ita corruit versus in monosyllabum, copia multatum syllabarū in vnā syllabā coacta est. sicut & in illo, *-ruit Oceano nox.* Quid illo acrius?

-en hæc promissa fides est? Nihil enim aptius indignationi, quā oratio desinens in monosyllabū. Vel euolue Demosthenis orationes: quōtnam eius modi periodos inuenies? Inuerte modò, nihil frigidius. Horatius quoque quū è magnis cæptis futile poema exiturum stomacharetur, ex prolixis vocibus eduxit finem monosyllabum,

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Sic Poeta valido monosyllabo sustentauit procedentem ac mobilem versus,

Massilique ruunt equites, & odora canum vis.

Quam vocem si transmittas aliò, totus pereat decor, in illo quoque auertit dæx mentem, vt postea figat in pertinacia,

tinacia, -*aversa deæ mens*. Hanc dispositionem cum apud Ennium, atque Lucretium inuenisset: dixerant enim, & *fortis equi vi*: non putauit amittendam occasionem, qua illam in suos numeros transferre posset. Pauci enim in aliis Poeseos legibus, nullus hac in parte cum Virgilio comparari dignus est. Itaque omnibus locis ad eò studiosus fuit collocationis, ut si quid tantillum mutes, detegis facias. ergo illud quoque quod à præceptoribus nostris animaduersum est, videamus. Aiebant enim melius sic esse, *morémque imponere paci*, quàm, *paci que imponere morem*. Hoc ut, meo iudicio, rectè: ita non rectè, quando causam non docerent, præsertim cum in hac voce, *morem*, grauior, & (ita dicam) corpulentior sonus sit. Sanè vocabiles in causa fuere, qua vox huic illa præferretur. Tum autem ne vltima dictio præcedentis sonum sono suo imitaretur. non enim multum distant, *onere, orem*. Quare verò ille bis positus?

Quot prius arata steterant ad littora prora.

Eniuero influuioi versus est. quia Naues, noluit, Puppis, non potuit, neque enim puppes aratae sunt. Potuit & illum sic,

-*truncumque reliquit Singultantem animam,*

At maluit, *Sanguine singultantem*. vides enim dactylum quo vna sanguinis eiectione facta est, mox moram exitus alterius in spondæo, & in sono coherentium consonantium, & in tractu reliquiarum dictionis,

Hortor amare focos, arcemque attollere tectis:

Minore opere licebat, atque arcem tollere, Efficacia conatus in attollendo periisset, uti supra monebamus.

Vada dura, lego, saxis Lilybeia cæcis:

Maluit, quàm, *cæcis Lilybeia saxis*, propterea quòd haud ita pridem verbum clauserat eadem voce, *viuo præternebor ostia saxo*.

Vbi nos doceat quantum operæ ponendum sit in varietate, quam præferamus aliquando vel sono vel elegantiz. Par consilium in illo, -*& vinculis inmareret Chlælia ruptis*. consilium, inquam, quia posuit adiectiuum in fine. Ratio dispar, nimis enim frequenter, L, impingeretur, *chlælia vinculis*, & vox illa, *ruptis*, cum verbum clauderet, sanè rumpit vincula. Sed & illud obseruatum mouerat inuenimus à Pontano, quod nos quoque pridem mouerat ad iudicandum. est enim eius versus facies à vulgari

diuersa, *Curru iungit Halesus equos*, potius quàm, *Iungit Halesus equos curru*. Id quod plebeius quispiam Poeta fecisset. Spondæus enim disiunctus à subsequente dictione, quæ Dactylum instruit facere, moram iugandi equos nondum iunctos connotat, & *fatù Regem se dicere posci*, potius quàm *posci se dicere Regem*, quia & elegantius, & numerosius. Concurreret enim syllaba eadem. *dicere Regem, & posci*, habet coniunctas consonantes ad sonum.

Nunc nunc ò liceat, crudelem abrumperè vitam,

Maluit, quàm, *nunc ò nunc*, ob celeritatem. Affectus maior in, *Nunc ò nunc*. In illo impetus manifestior. Mirum verò quantum afferat vel affectus, vel ornamentù vox, quæ in principio carminis ponitur post expletam sententiam, quæ vox illi tamen appòsita apponit & sensum, *crudelis*.

Tunc illa senecta

Sera mea requies, potuisti linquere solam?

Crudelis. Neque enim post, *crudelis, punctum*, siue notam interrogationis libet apponere, sed post sententiam quæ finitur illo nomine, *solam*. Enimverò plus placuit additamentum illud illius vocis, *Crudelis*, gestu sustineri. Idem in IIII,

Et mediis properas Aquilonibus ire per altum:

Crudelis. sic in secundo, *infelix*,

Et gener auxilium Priamo, Phrygiisq; ferebat,

Infelix. Est enim tanquam elogium, quemadmodum *Bellatrix, Venatrix, & alia*.

Dederatque comam diffundere ventis,

Venatrix, & in XI, æquè, Captiuo siue ut se ferret in auro:

Venatrix, Et in I.

Aurea subnectens, exerta cingula mamma

Bellatrix. Ne à Græcis quidem ignoratus dicendi modus, *ἄτιλος, νήπιος*. Quam equidem figuram si velis dicere, appellare aulim expressionem,

Inimicus & hauserit ensis, Hoc magis probauit, quàm *inimicusque hauserit*, vt expeditet rem simul cum dactylo: non est veritus postponere coniunctionem, cuius natura est præponi. Licet enim Poetæ contrà, tum leges, tum consuetudinè loqui. Arcessere præterea voces alias ab iis, quæ in communi vsu sunt. Nihil enim maiore comparat grauiam, quàm nouitas. Quare cùm Plautus, authore

Iesto,

Festis, patulos dixerit boues, quibus supra vulgarem modum cornua panderentur, maluit Poeta dicere, patulam sagum: cornua verò nouo epitheto insignire.

Camuris sub cornibus aures. In quinto autem Æneidos, & nauis moram spondæis æquauit, & rupis extensionem, cum dactylo simul extendit,

Infelix saxis in procurrentibus basit:

Alia sanè ratione atque cum adhærescit in vallium depressione, & depressas conualles. quemadmodum illius flexione,

Et longos ubi circumflectere cursus.

Probauit etiam quosdam numeros, eadem forma, eademque quantitate,

Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma.

Concilia, Elysiumque colo. Hic casta Silylla.

Et vera incesse paruit dea. Ille ubi matrem.

Amat etiam, coniunctionem illam, ac, pro, &. Sic, atque. Et haud pro non: grandiores enim sunt,

Filii ardentes haud scimus æquore campi

Exercebat equos.

Postponere etiã præpositiones Attici consueuere: Plauto enim ferè postponit, *in æli.* sic noster, *Transstra per, & remos.* &, quos intermedius uenit furor? Quare non dixit, Phrygiæ, sed, *Troie qui primus ab oris*, nec, *Italiam profugus fato.*

Abruptis etiam, & Abrumpit, pro simplicibus. Interdum quoque elegantiæ causa præponitur adiectiuum substantiuo: quod si postponitur, sit ad efficaciam, *Atque apibus quanta experientia parcis.* noui enim est, ac propterea mirum, in tam bruto animaliculo inesse parsimonie virtutem. Sic, *Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.* quia refert cuiusmodi toro sederet. Sed & continuare duas, aut plures voces ab eodem elemento incipientes, mos veterum fuit: saepe enim in Plauto, atque Ennio deprehendas. etiam Ouidius non neglexit: Virgilius verò non sine ratione vnquam posuit, *Arma amens capio:* est enim anhelitus in iterata vocalis vastitate. sic, *sale saxa sonabant, Sæua sedens super arma.* || Quare, *Ni faciat: maria, ac terras.* potius quàm &, aut, Mare cum terris. Illa quoque sunt exempla quibus res ipsa uerbis exprimitur. Seiunctis enim uerbis & pedibus simul, multa quoque similia indicantur. ibi enim

definunt verba, - *sed tu desine velle*. Et ibi labor impeditur: fit enim aggressio ad opus faciundum, - *Scilicet omnibus est labor impendendus*. Præsertim cum post accelerationem fit mora in ipso opere, cum impenditur, per spondæum.

¶ *Moriamur*, iam expeditum est: tum autem brevisyllabis, ac paucisyllabis: & *in media arma ruamus*. ¶ In illo autem est expeditio primum: mox applicatio ad vsum, *Experientur & in medio quæ sita reponunt*. ¶ Poterat sic, *Numina magna deum iussi veneramur*: maluit, *Iussi numina magna delum*, Iussionis atque obtemperacionis antecessorem ostenderet. Cum autem pedes sese ingerant temerè: magnoperè studendum est, ne tres versus eadem pedum collocaçione continuentur. putant esse generosum ex primo & quinto dactylo, cæteris Spondæis. Alternatis molliusculum fieri. Spondiacum temerè veteres præsertim Græci: etiam Catullus paulo frequentior. Virgilius suo more, i. prudenter, in re quippe fixa, vt in secundo, *Phrygia agmina circumspexit*. fixis quippe vestigiis oculos circumtulit. Et in nixu,

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

Turrium quoque firmitatem, & Apœnini, & Hellepontii tractum eadem clausione metiti sunt,

Turrigera Antennæ.

Sic Costam longo subduxeris Apœnino,

Producitur Hellepontus

Rariores disiunctis vocibus,

Quod fieri ferro, liquidone potest electro.

Multodurius si monosyllaba sit in fine, vt apud Homerum nõ semel. Rarissimi Latinis terni in fine, vt apud Catullum.

Phasidos ad fluctus, & fines Æteos.

Ex omnibus sponda is fortasse apud Græcos inuenias. Nunc nullius nobis in mentem venit, Ennii & Lucretii vnum & alterum descripsimus alibi. Aristophanes in Avibus septem spondiæcos tetrametros continuauit.

Illud de dispositione animaduertendum est Græcos Heroicos, atque Elegiacos abusos esse licentia hiatuum, vt vbi libitum esset, diphthongos, vocalis que longas ante alias vocales vel producerent, vel cogriperent. Tragicos Comicosque vel nunquam vel raro. Apud Aristophanem enim vix alium reperias vocalium occursum, quàm *νι & υι*. Apud omnes idem inuenias. neque enim elidi potest, sine formæ interitu. Omnibus quoque commune est, cum dicunt,

dicunt, ἢ ἰε αἰεε, non numerare notam interrogationis inter syllabas, quibus pedes constituuntur. In Prometheo Æschylus hiatus admisit & alibi,

Ἄλλ' ἢ κατ' ἴκλω, ἢ δὲ παρὸς τὸ καρτερεῖν
 Χρῆ, ἢ δὲ λφ τις ὑπερέχονταε καετρεῖν.

Pindaro quoque rarissimus hiatus: veluti in Olympionica Epharmoſto,

Ὁ σπ. βοα. ἀραγὸς ἰ ὄν.

Sed licuit ob aspirationem. Isocrates nusquam, Aristoteles rarò & Demosthenes. Ille etiam in præcepta retulit cautionem hanc tertio Rhetoricorum. Hesiodus contra omnem & legem & morem excussit, ε, ex fine I I casus, βασιλεῦε pro βασιλεῦσι. quod diximus de ἢ ἰε, eodem modo de μῆ ἰ. Vocum autem multiplicationem etiam ex illo potes animaduertere. Nam cum posset, nec ineptè quidem *Multa etiam bello passim.*

Arrisit clarius, *Multa quoque ex bello.* ne à geminatione quidem coniunctionis deterritus.

Vis etiam in aliis videre tractum ipsum moræ sub oculis?

Stabant orantes primi transmittere cursum.

Cum illis enim versus quoque stat: longè diuersus ab illius leuitate, qui cum igni stipulam peruadit,

Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

Aut legumina legit,

Sustuleris fragiles calamo, sylvamque sonantem.

Sed parem lentitudinem & stuporem in periculo,

Extemplo Ænea soluuntur frigore membra.

In eadè quoque oratione pro rei natura numeri diuersi,

Et mulcere dedit fluctus:

Hic est liquida iterata: vocales autem vel mediocres, vel exiles, vel obscuræ omnes. Tum verò vbi contrariù introducit, cōtrariis vitur numeris, & tollere vento. Varietas verò, quod toties monuimus, poeticarū omnium virtutū maxima est. Quamobrem incompta illa (dissita enim sunt) condimenti atque intinctus loco habenda erunt,

-Omnium egenos. -Sicnam fore bello. -Ille vbi
 matrem. -Hector vbi ingens. -Iunonis ob iram.

Ille autem expirans, non me quicumque es inulto

Victor nec longum lasabere. Te quoque fata.

Ac de his quidem satis. Non enim tanquam præco aut

534 POETICES LIBER III,
scriba censoris, nomina sunt nobis omnia describenda,
sed præcepta modò stabilienda, quæ proponebamus ad a-
nimos excitandos: quos ad hæc studia natura deduxit:
qua duce leges ex his non tam accipiant, quàm emen-
dent, si opus sit.

DE PEDVM CONSTITVTIO-
NE EX IVNCTVRIS VERBORVM
& eorum quantitibus.

CAPVT XLIX.

ET si superiore opera fatis multa scripta videntur de
collatione, qua numerorum concinnitas conficiatur:
tamen vt nequid hic desideretur, quòd explere iudicium
poetæ possit, adiungemus iis hanc quoque diligentiam,
quæ spectat ad iuncturas quantitatisque verborum, qui-
bus numeri conficiantur. Nam quod monebamus ita di-
sponenda esse epitheta, ne ad supplementum pedum ad-
dita viderentur, alia res est, non enim hinc oritur nume-
rus. at hoc loco structura nostra, quemadmodum in pa-
rietibus ipsis, consideranda. Nam sicuti maiore firmitate
opus est in muris, vbi alterna serie saxa, aut lateres ita cõ-
stituuntur, vt vnus ordinis iuncta capita, & substituuntur
mediis superioribus, & imponantur mediis inferioribus:
ita quorum pedum pars prioris vocis finem cum poste-
rioris initio coniunxerit, aptiorem auribus excitabit con-
nexionem: vt in illo,

Vrbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni.

Quamquam vt lex hæc perpetuò debet esse, non tamen
esse decet perpetuam, id est, vt minimè abolendam, ita
minimè in omnibus obseruandam, tum quia discluderet-
ur hac tam rigida necessitate poeta à nobilissimis senten-
tiis: tum quia varietas, tot à nobis nominibus tot locis
decantata verissimus intinctus est poeticorum obsonio-
rum. Dissitas igitur esse partes, & licet interdum, & con-
fert, & necesse est. Primum enim sententiæ: secundaria
opera concinnitati consulendæ. Non est autem in quouis
genere versuum ratio eadè. Quam in aliis Lyricis laxior
lex, in Adonio parcius cõmittendâ, vt vnica voce constet:
aut duobus, quarum prima sit monosyllaba, aut vt monosyl-
labâ suffiatur. Exempla, *Belligerantes, pax, repetita, Arcadia,*
lux.

Iux. In Sapphico minus sape illa. Si prima trisyllaba, secūda quoque, vt, Otū Catulle tibi molestū est. Siue omnino tres primæ syllabæ pluribus vocibus constent, vt, Prifcum, & neglecta redire virtus. siue sit prima dissyllaba, sequente quadrissyllaba, vt, Lenis Ilichia mēre matres.

In senario dactylico, nunquā aut rarò secunda voce secundus pes finiatur, si priore primus, aut prioribus, vt, *Da mihi fallere: da, sanctum iustumque videri.* Etiam si sint duæ voces in secundo: vt,

Vestrum prator, is instabilis, & sacer esto.

Item si pedis initium sit in prioribus, vt,

Et Tyrias dare circum illota toralia vestes.

Quòd si monosyllaba vox consequatur, emolliet, quia fiet, vt ibi,

Iam satis est, at tu quantumvis tolle benignè. &

Est opus hac, ait: & valeas, me sylua, canisq̃ue.

Manifestò in illo, *Scilicet vt tibi se laudare, & tradere coner.*

Si enim substituas sic, *Scilicet vndique se laudare, & tradere coner,* insuauior fiet: & adhuc magis sic, *Scilicet vt tibi colaudare.* Quòd si etiam cum his tertius pes tertia voce claudatur, iam non est ferendus. Alia ratio est, si duo primi pedes vnica voce cohibeantur, vt, *Armentarius Afer agit, tectumque larémque.* Est enim vetustissimus naxuus. Illius autem trisyllabi proportionem, quam in Sapphico indicabamus, obtinet senarius, vt, *Sulcos, & vinea crepata*

mera, preparat vltimos. Præcedente verò Dactylo melior, an insuauior? vt in hoc, *Hac ego si compellor imagine: cuncta resigno.* & translato dactylo, vt ibi, *M. Ita mole docendus, aprico parcere campo.* Atque hæc quidem sic, propterea quòd sequūtur multisyllabæ dictiones illæ, *imagine, aprico.* quòd si ita struas, concinnius sonabit, *His ego si compellor aquis potare venenum.* de aquis Tolofanis. & *Multi mole docendus e. it iam parcere prato.* Huiusmodi aptationes, atque disunctiones verborum in Hendecasyllabis minus periculosa, in Iambicis religiosius obseruandæ. Optimus enim ille, *Tecum ludere, sicut ipsa possem.* nihilo deterior eo, qui vbique connexus est, *Cui dono lepidum nouum libellum.*

Iambici verò distiti, pessimi, quales apud Augurellum haud pauci, & Aeschylum, nisi complectantur distributionem, quæ partibus debeat, sicuti fecimus nos in Scæzonte. Cum enim negaremus ambire nos xenia plebeia,

constituimus in tribus distributionem, in orexi, in siti, in somno: quippe in oliuis, in perna, in crustulo papauerato, quæ missilia olim erant Saturnalibus, *Non Lusitanis turgidam cadis Orchin, Non Cantabrorum vini forbulam pernam: Nolo Turundam quam papauer aspergit.* Complexi sunt rationem trium, tribus commatibus, *Sat est famis, sat est sitis, sat est somni.* Quod etiam in acriore incitatione fiet, propter asyndeta, vt si cum vocum seiunctione, sic etiam pedum asyndetis: vehementior fiat impressio, *Abi, mane: ueni, late: clama, tace.* In Elego pentametro libertas cuiuscunque modi: cuius exempla comperies omnis generis.

Hæc de collocatione. Nunc videndum de monosyllabis & polysyllabis. In Heroici sine rarius castigatores duos pedes vna voce coercuerunt, *Deiopeam.* Græci, & præci Latini sine modo, vt sese ingestere. lepidior si sit Spondiacus versus, Catullo frequens: apud Græcos vsque ad fastidium. Ionicus à minore haud multo frequentior, *Adhibenda Elephanto.* in Pentametris affectauit primùm Propertius, mox consilium mutauit ex populi studio. Ouid. infrequentior in polysyllabis. molliusculi tamen sunt. Sic & Iambici. Trisyllabis finiti teneriores: qua drisyllabis fluxi: bisyllabis torosiores. Polysyllaba in Phaleicis multò sunt ob eandem rationem iucundissima. mollicitudinis enim sunt alumni. Cùm igitur inuenta, his adornauerimus præceptionibus, erit opus omne absolutum.

LIBRI QUARTI FINIS.





IULII CÆSARIS SCALIGERI POETICES LIBER

QVINTVS, QVI ET
CRITICVS.

DE IMITATIONE ET
IUDICIO.

CAPVT I.

POETICAE partes omnes rectè, vt spero, atque exactè satis exequuti sumus. Reliquum est, vt ex his præceptis Poetam perficiamus: idque duplici via ac ratione: imitatione scilicet, ac iudicio. Quæ duo suapte natura diuisa, necesse est in ipso coniungi. Neque enim aut imitandum sibi proponet quempiam, aut imitationis inibit rationem: nisi & Poetam elegerit, & imitandi speciem probarit. Ac tamen non est imitatio necessaria: nõ enim primi quem sequerentur, habuere: nostrum tamen maximæ parti expetenda videtur: qui tempestatum iniuria in lingua patria peregrini sumus. Barbari verò cum Ciceronis imitationem odiosè sustulissent: paria sanè fecere, vt qui nos ab illius imitatione dehortarentur: effecerint, vt ne se dignos quidem putauerit quispiam, quos imitaretur. Alii verò, inter quos Horat. cum vniuersam irrideret imitationem: sine illa non multum videntur potuisse. Ipse enim, qui seruum pecus imitatores appellasset: in iis pedem locis posuit, è quibus vestigia sustulerat Lucilius. Epistolas quoque Græcorum more, Phocylidæ, atque Theognidis scripsit: præceptis philosophiæ diuulsis, minimèque inter se coherentibus. In Lyricis verò quot ab illis suffuratus sit loca: haud facile dicere possumus, cum illa interiëre. Extant tamen non pauca, quorum nonnulla suo loco recitabuntur. Iudicium igitur duplex adhibendum est: Primum, quo

optima quæque feligamus ad imitandum: alterum quo ea, quæ à nobis confecta fuerint, quasi peregrina perpendamus, atque etiam exagitemus. Hoc enim præstat nostra fieri opera, ut perfectione inuictam consequantur: quam pati, ut cum à morosis insectatoribus id effectum fuerit: ex eorū iudiciis nostri nosmet ipsos desertores fuisse videamus. Horum igitur iudiciorum ut & vsum habere, & ex eo fructum coniequi possimus, duo maxima atque ingentia facinora in re literaria aggressi sumus: vnum hoc libro, ut Poetarum loca, qui eadem de re scripserint, conferamus: alterum in sequenti, desperato penè periculo, ut quod ab antiquis dictum, an melius dici queat, dispiciamus.

GRÆCI CVM LATINIS.

CAPVT II.

Primum igitur Græcos Latinosque inter se conferemus. ac primum quidem primos, Homerum, atque Virgilium: ex quorum comparatione cuiusmodi iudiciū de aliis faciendum sit, constabit facilius. Duo igitur cum sint, quibus constat Poesis, Res, & Verba, de rebus primum videamus. Homeri ingenium maximum: ars eiusmodi, ut eam potius inuenisse, quam excoluisse videatur. Quare neque mirandum est, si in eo naturæ Idea quædam, non ars extare dicatur. Neque censura hæc pro calumnia accipienda. Virgilius verò artem ab eo rudem acceptam lectoris naturæ studiis, atque iudicio ad summum extulit fastigium perfectionis. Quodque perpauca datum est, multa detrahendo fecit auctiorem. Neque enim in mole, frequentiaue orationis, sed in castitate, atque frugalitate magnitudo constituta est. Rerum quoque delectum eiusmodi habuit, è quarum splendore luculentus ille nitot suis Poematibus adiungeretur. nam quemadmodum in ambitu ipso vitæ nostræ multa sunt, pauca delectant, pauciora pariunt admirationem: ita in Poetæ pectus multa sese insinuant: non omnia sunt admittenda. Ille verò qui cum Marone faciat, malit profectò etiam boni quippiam tollere, quod placere possit, quam aliquid relinquere, quod vel solam suspicionem afferre queat offensionis. Equidem vnum illum censeo sciuisse, quid esset, non ineptire. Vnum esse inter omnes vnicum, singulis autem in-

star omnium. Fudit Homerus, hic collegit, ille sparsit, hic composuit. Homerus ergo cum vitæ nostræ duas instituerit rationes, ciuilem prudentiam in Vlyssæa, militarem in Iliade, easque tanquam duas species in duobus viris ostendisset, in vno vtraque Ænea composuit Maro, cui etiam sicut alibi diximus, addiderit pietatem. quòd si, vt solent iactabundi propterea prætulerint Homerum, quia fuerit inuentor argumenti, quid aliud faciant, quam vt didicisse, nos fateamur? illi præceptorem à nobis superatum confiteantur. Neque verò obirectandum nobis, cum ab illo acceperimus, quod ille ab amiculis didicisset. quæ enim vel in Iliade, vel in Vlyssæa fabulæ narrantur, caue putes ab ipso excogitata, sed per ora vulgi sanè multò antea ab ipso circumlata. Quòd si ei datur id laudi, quòd rectè concinnèque disposuit, non id illi inuidemus, sed inuidentibus barbaris extorquendam esse nostram gloriæ partem curamus, hac ipsa in parte, qua nos cõpositiores sumus. Denique quantum à plebeia ineptaque muliercula matrona distat, tantum summus ille vir à diuino viro nostro superatur. Quòd si antiquiorum extarent monumenta Poetarum, fortasse aliquis inueniretur, qui vt argumenti magnitudine cederet, ita cultu, atque prudentia orationis priorem sibi locum vindicare conaretur. Arbitror enim ego Musæi stilum longè esse Homericopolitiorum atque comptiorum. quod vt clarius pateat, aliquot versus adducere coactus sum. Nam quemadmodum omnes sunt incomparabiles, solique è Græcanicis Virgilio digni, ita nonnulli aded cõpositi vt ab eius gentis nullo alio quàm à Musæo dici potuisse videantur, quare neque Homerum, neque Orpheum, sed Musæum fecit ille principè Elysiacartu cantionum. illo igitur versu quid rotundius, elegantius, ornatius, numerosius?

Αὐτὸς ἔστω ἑρέτης, αὐτὸς ἑλκος, αὐτόματις νῆυς.

Neque putes hunc solum esse, multi enim alii sunt,

Ἡ μὲν φῶς ταύειν, εὐδὲ κύματα μακρὰ πρὸς αἶ.

quid illis suauius?

Λύχρον ἔρωτος ἀγάλμα. τὸν ἄφελον ἀΐθελος ζεύς

Ἐννύχρον μετ' ἀέθλον ἀγειν εἰς ὀμνήματα ἄσπρων.

Et illud,

Μαρμαρυγῶν χαλκίτης ἀπασφράλλουσα ἀρσιούπου.

Vide & id,

-ἀπ' ὀφθαλμοῖσιν βολάσθαι *

Ἐλκος ἐλεθρῶναι, καὶ ὅτι φρένας ἀνδρῶς ὀδύει.

Et illud,

Κυρῶντων ὄρων αὐτῶν γαλοὶ εἰσιν ἀπιλάει.

Nequeo verò satis admirari,

Κύρην φίλη ματὸ κύρην, ἀθιωτῆρ ματ' ἀθιωτῶ.

Et illud audiri meretur ob sententiam,

-παρθενηῆς δὲ

Παρθενίης ποτὶ λῆκτρον ἰσθόχρησις ἐστὶ σιωπῆ.

Gravius id, & memoria commendandum,

Γλώσσα γὰρ αἰθρῶντων φιλικῶν τομοῦ. ἐν δὲ σιωπῆ

Ἐρρον, ὅπῃ τελείει τις, γὰρ τριόλοισιν ἀκούει.

Illorum autem numeris atque sententia nihil plenius,

Ἄνδρα γὰρ ἀπολομηνὸν ἔρωε βελτίους δαμάστας

καὶ πάλιν ἀθέρε ἔλκος ἀμίσσηται. οἷσι δ' ἀνάσσει

Ἄντῶς ὁ παρδαμῶντων βουλήθῳ ἐστὶ βροθῶσι.

Cum illorum verò gratia, atque numeris nulla alia carmina sunt comparanda,

Δεπὸς ἔρωε, καὶ πόντος ἀμύλητος. ἀλλὰ θηλάστας

Ἐστὶν ὕδωρ. τὸ δ' ἔρωτος ἐμὲ φέγει ἐσθλομυχῶν πῦρ.

Ἀέζο πῦρ κροδίη. μὴ δίδιδι νήχυτον ὕδωρ.

Δεῦρε μοι εἰς φιλότῳτα. τί δ' ἠ ῥοδίω ἀλεθρῶσι.

Ἀνύσασται, ὅπῃ κύρην ἀπώσσορε ἐστὶ θηλάστας:

καὶ κροδίη πόντος, καὶ ἠματίων ὄδωσι.

In quibus nullam vides licentiam, omnia castigata. Nam & rarissimum admittit hiatus & lectis vititur verbis, & versus claudit bisyllabis trisyllabisve maxima ex parte, ut si & hi versus Homeri sint, in Vlyssæa discere incepisse, in Iliade profecisse, in hisce seipsum profecisse dicam. Quòd si Musæus ea, quæ Homerus scripsit, scripsisset: longè melius eum scripturum fuisse iudicemus. Nam cum à Musæo accepisset illa, munda simul & acuta,

Κύρην φίλη ματὸ κύρην, ἀθιωτῆρ ματ' ἀθιωτῶ,

Οὐ γὰρ ἐπὶ θηλάστας ἴσθη κελίω σὺ γλωσσῶν:

Ἀλλὰ σὺ θυματίρεσσιν διδὸς κροδίωτος ἐἴσθη.

Ὁ ἄλλος ὅς σ' ἐφύττεισσι, καὶ ὄλβη ἠ τέλα μητῆρ.

Γαστήρ ἠ σ' ἐλόχουσι μακροτάτην. ἀλλὰ λητῶν

ἠ ματίων ὀπίσθη. -

Hæc cum accepisset, multo leuiore sono, abiectio-

ribus,

ribus, laxioribusque numeris ita reddidit,

Γυνῆμαί σε αἶσασι θεός γύπε. ἢ Ἐρπτός ἐσσι.

Εἰ μίντοι θεός ἐσσι, οἱ ἔχρανον θυρω ἔχουσι,

Ἀρτίμηδι σε ἔγωγε διός κούρη μεγάληο

Ἐἶδος τε, μήλαδος τε, φύντη ἀγκισα ἴσσω.

Εἰ δὲ πες ἐσσι βροτῶν, τοῖ ἐπὶ χροῖνι γαυτάουσι,

Τελομάχερες ὑπὸ σὶ γα πατῆρ, ἢ πότνια μήτηρ.

Itatum autem mare, atque fluctuabundum, quibus
vterque scripserit versibus, videamus. Homeri illa non
contemnenda,

Ὡς εἰπὸν σὺ ἀγυ νεφέλας, ὁ πόντος δὲ πόντον

Χερσὶ ῥεῖλαιαι ἑλῶν, πάσας δὲ ὁ ἔθθωεν αἰέλας

Παυτοῖον αἰήμων, σὺ δὲ νηῖ ἐσσι κλάυφῃ

Γαῖαι ὁμοῖ, ἢ πόντον. ἄρρητοι δὲ οὐρανῶν νύξ.

Omnia pulchra, plena, grauia: verum è quibus maris
motum nullum videam. Sed in quanto motum ipsum
frigide admodum,

Ὡς εἰ δὲ ἐπὶ μῆγα κῦμα ποσειδῶνι ἐισσῆχθων

Δεινὸν τ' ἀρραλῶντο κῆρυφός. -

At Musæus quibus gratiis, quibus Musis?

Ἄλλ' ὅτε παχυίντος ἐπιλυθε χεῖματος ἄρη,

Φεραλίας δεινέουσα πολὺ φροσάλλης αἰέλας,

Βίβλια δὲ ἀσῆματα, ἢ ἕχρα δὲ μῆθρα θαλάσσης

Χειμέριοι πνείοντες αἰεὶ σφραλίζον αἰται,

Λάρατι μεσίζοντες ὄλλω ἄλα. τυπλομένης δὲ

Ἡδὴ νῆα μελαραι ἀπικλυσι θυχθῆδι χεῖρω

Χειμῆριω, ἢ ἀπσον ἀλυσελῶν ἄλα ναύτης.

Præter hæc verò etiam illa, ne prioribus Homericis
illis inferior sit,

Ἡδὴ κύματι κῦμα κυλίνθω, σύγχυτο δὲ ὕδαρ.

Αἰθέρι μίσγω πόντος, αἰθήρ σπ παυτοῖν ἀχῆ

Μαρια μίντοι αἰέλων, Ζεφυρῶ δὲ αἰπῶνεν Εὐχρῶ,

Καὶ Νότος ἐς βορέιω μωλάας ἀφθικαι ἀπυλαί,

Καὶ κῆυπος ἰὼ αἰέλας ἐισμεσῆγριο θαλάσσης.

Vtinam igitur alia quoque extarent monumenta
piscorū: non enim dubito quin iudicium meū præfer-
retur. Neque verò temerè multi docti, sanæque erudi-
tionis viri extitère, qui meritò notarint quedam, à qui-
bus nos iuberent abstinere. Nam quæ ille de suis diis in-
famia, infandaque prædidit? Adulteria, incestus odia
inter se. Quòd si allegorias traheret ad Physica: nunquam

quicquam comminisci queant, quo Venus atque Mercurius à Vulcano in natura rerum comprehendantur. Quæ sit Leucothea, quæ inuito Neptuno rege suo Vlysem feruare audeat? Quis putet non esse puerile illud? Solis boues interficiunt Vlyssis focii, ac vorant: hoc Sol ipse non nisi per nuntium resciscit. & nisi dixisset Lampetie, etiam nunc ignoraret ille: misellæ boues inulta errarent in Elysiis. At alibi sanè rectè dictum est,

Ἡ ἥλιος, ὃς παντ' ἐφορᾷ, καὶ παντ' ἐπικαύει.

Saltem cum torrerent eas, nidore Solem oportuit experefactum, si in Oriente noctu dormiebat. De portu verò in Ithaca, quot nugas Porphyrius? nam si ibi res aut physicæ, aut cælestes sunt: quid erit ipsa Ithaca, quæ fatum ipsum contineat? Minatur Iupiter in Solis vitio æm sese Vlyssis naues fulmine combusturum: eas obiectis mox obruit tempestatibus. Venus à mortali manu vulnerata. Estto. at Martem, quis ferat? etiam gementem, atque vociferantem facit. hoc turpius, ac fœdus, quàm vapulare. orationes in præliis adeò longæ, vt dies deficiat nugantes. Hæctor plusquàm dormit; Diomede plusquam bene rem gerente. Loquax Achilles in concione minas perfert deterioris. flet etiam apud matrem. atque hic est, à quo virum fortissimū Hæctorem interfecitum credi vult? Putidum præterea mendacium illud,

Πάντες δὲ ἄπιστοντο κλαμπεφίη Κρονίωνι

Οὐνεκ' ἀπὸ πρῶτον ἐβούλετο κῦδος ὀρῆσθαι.

Partiebantur enim inter se operas factionum, partim pro Græcis, partim pro Troianis. quare non potuere omnes Ioui Troianas opes sustinenti succensere, qui aliis verbis se ad sese omnia tracturum minatur. Nihil putidius Hæctoris morte: nihil illis ineptis epicediis. Priamus, qui iam annos decē de muris prælia spectarat iam tum demum querit quisnam sit hic, aut ille. milites inter se colloquuntur, atque nomine appellant, quasi fuerint familiares. Vlysses interficit arcu procos, inter quos & ipsum tantillum esset interualli: quare omnes simul in eū impetū non fecerunt? Achillis equi loquuntur. quid præterea expectamus? Vlyssis nauis in saxum mutatur à Neptuno: vt immortalē faciat, quam odio habere debuit. Queritur Antilochum filium Nestor ad Troiam interemptum, at is in certamine curruli viuit, ac vincit

Mene-

Menelaum. Porrò Hectore occiso, nihil praterea praeliorum commissum est. Iterum flet Achilles non sine maxima causa. queritur enim apud matrem, quòd Patrocli vulnera muscæ vorent. Non habuit seruulum trinumo conductum qui illi ventulum faceret, quo vulnibus illæ ganeicolæ abigerentur.

Etiam in x, Iliados Iouem fulgurare facit vbi ningit. nunquam hoc vidimus. Tripodas fabricat Vulcanus sponte sua mobiles. quare non & lebetes fecit sponte coquentes obsonia? Iam sine arte vlla vmbraum euocatio. Alio enim apparatu vtitur Lucanus ad vnam tantum eliciendam. Risum verò cui non moueat? cum ait enfem illas, & vulnera metuisse. Quanto sapientius noster,

- frustra ferro dimerberet vmbra.

In xi, Iliadis tum primùm Agamemnonis describit thoraem. At in secundo debuit: vbi enim exercitus catalogus, ibi & armorum. Demodocus deorum scditates in Alcinoi canit conuiuio. noster Iopas res Rege dignas. Sirenum verba ne posuisset. Sententiæ, molles, vulgares, futiles: quæ ne cocum quidem meum, opinor, mouerent ad choreas: nedum vt Vlysses traherent ad manifesta pericula. Id quoque scire peruelim vbinam esset ambrosia illa in quinto Iliad. qua Iunonis equi vescerentur. Hæc, atque alia quàm plurima sunt, quibus Homeri res, re Virgiliana longè minor est. Nunc quæ ad Phrasin, numeròsque pertinent, videamus.

HOMERI ET VIR-

GILII LOCA:

CAPVT III.

Homeri epitheta sæpe frigida, aut puerilia, aut locis inepta. Quid enim conuenit Achilli flenti, *νόστος ἀνός*. quòd si noster Poeta patrem vocat Æneam multis in locis: id eo modo facit, quo dictum est cognomè Ioui, quippe Iouem patrem sunt venerati, propterea quòd (vt ait Porphyrius) ad eum omnes familiaris referrentur, sic Æneam patrem vocat, qui Romanorum principium esset. quod & manifestius:

At pater Æneas Romanæ stirpis origo.

Iraterea cum in Augusti gratiam conderet illud opus: voluit eius quoque acta attingere. Iccirco in clypeo mul-

ta: & in I, & in VI, & in III, illud,

Ἄθλιαque Iliacis celebramus littora ludis.

At eum scimus eiusmodi cognomen asciuisse sibi. Legimus enim etiam in Numismate quod habemus. A V. G. V. S. T. V. S. P. A. T. E. R. verum ad certa loca, quorum aliqua à Macrobio observata, pessimòque iudicio lácinata sunt.

Ex Vlyffæ villa sunt, quæ & suprâ scripsimus,

Γουνέμασι ἀνάστα θεός τῦ τοι, ἦ θεός ἴσσι.

Εἰ μὴν τις θεός ἴσσι, εἰ κενὸν ἄρω ἔχουσι.

Ἀρτέμιδι σὶ ἔργα διὸς κοῦρη μεγάλοιο

Εἶδες τε, μεγάδος τε, φιλῶ τ' ἔργα εἰσκαῶ.

Quanto cum maiore decore noster? cum ea primùm dubitatione, deinde assertione,

O quam te memorem virgo? - est etiam ἰδὲ oratio. Etiam dubitationis causam assert, namque haud tibi vultus Mortalis. hoc ex aspectu. Illud efficacius, nec vox hominem sonat. Tum assertio per repetitionem, ὃ dea certè. Adiungit etiam religionem, ne offendat numina, & cum modestia distribuendo dubitationem,

An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una.

Nefas enim erat deum deamve alio, quàm suo nomine appellare. neque obtinebat vota. Itaque euocata legas numina apud Liu. Et ea de causa numinis illius, cuius in autela Roma esset, nomen tacitum & arcanum. Postremò Dianæ similem dixit ille, hîc expressè sororè Phœbi.

In XIII, Iliadis Iuno Somnum orat, vt Iouem sopitum reddat. Quod vt faciat, promittit ei sedem, in qua quiescat comestabundus. Miserum somnum, quem ad illud vsque tempus oportuit stantem cibum capere more militum:

Τ' πνευ αἰεὶ πάτησι τὸ θεῶν, πάτησι τ' αἰθρόπων.

Iam hîc nullam ῥύσιν Physici isti commētabuntur. Quis enim dicat primùm motorem dormire? at enim, inquit, πάτησι θεῶν. & sanè cū somnus datus sit rebus materiatis ad virium reparationem: dii Homerici si dormiunt, etiam pereunt. Verùm de illis ipse, quod aiunt Græci ἰδὲν ὕπνῃς. Subdit autem,

Ἄλλ' ἴδ' ἐγὼ κείνοι χρεῖται μίαν ὀπλοπλοσίαν

Δόσον ὀπυγέμα, κ' οἷο κελυθῶν ἀκασπι,

Πασιδέν, ἥς ἄμην ἐμαίρωμ' ἕμετα πάτησ.

Neque placet, Gratias somno in matrimonium dari.

nun-

nunquam enim oportet gratiam dormire. Et vsus est impudica voce in ore Iunonis, ὀπιεῖσθαι. ὀπιεῖν sanè a-ctum ipsum venereum aliquando significat. vt in v r i i, Iliadis de matre Gorgythionis. Quod melius noster,

Omnes vt tecum meritis pro talibus annos

Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Non solum pollicetur oblectationem, quod bestiarum est: sed & prolem, cuius gratia matrimonium est institutum. Præterea cum illenuda & plebeia proposuerit,

Ἡ μὴ τοι ποτ' ἔμῳ ἔπος ἔκλυες, ἢ δὲ ὅπ' ἔγινω

Πείθει, ἐγὼ δέ τοι εἰ δῖον χεῖρον ἤμετα πάντα:

Longè excellentius elicit animum Æoli nostra Iuno, cum eius captat benevolentiam, & ostendit potestatem,

Namque tibi diuinum pater, atque hominum Rex,

Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

Respondet Somnus Homericæ Iunoni, Æolus Virgilianæ.

Ἡρ' ἑπέσθα δῖα θύγατερ μέγαλοιο Κρόνου,

Αὔδα, ὅπ' φρονίεις, τελέσσει δέ με θυμὸς ἀνώγει,

Εἰ δὴ ἄμμι τελέσσει γὰρ, ἔγ' εἰ τι τελευσέωρον ἐστὶ.

Plebeia sanè omnia, atque quouis ingenio parabilia: at non nostra:

-eius o Regina, quid optes,

Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.

Quia vis est hominum, fas deorum, quorum numen fata condit. Tua enim iussa sunt fata. quanta elegantia, quamaiefestate, illa simplicia: Tuū iubere est, parere meum.

Tempestat in v, Vlyffæ, cuius versus suprâ quoque posuimus, luculentis sanè verbis descripta est. Cæterum nihil ad nostram,

Ὅς εἰπὼν σιώαχῳ νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον

Χερσὶν ἑλπιῶν ἔχων, πάντας δὲ ὀρθῶς θυέλλας

Παρτοῖον κτλ μόν, σιω δὲ νεφέλασι κέλυθε.

Γαῖαν ἔμοδ' ἔγ' πόντον. ὀράρεις δὲ οὐρανὸν νύξ.

Σιω δὲ, Εὐθερὸς τε, Νότος ἢ ἔπαι, Στεροθερὸς τε δυσταῖς,

Καὶ βορέης ἀδρυχέτης μέγα κύμα κυλίνδων.

Diuina, inquam, oratio, sed ad tempestatem declarandam inchoata tantum. Illa verò, & hæc, & eorum perfecti-
onem,

-ac venti velut agmine facto,

Quæ data porta- (audis portam in tot vocalibus)
-ruunt, & terras turbine perflant.

Incubare mari, totumque à sedibus imis,

Vna Eurûsque Notûsque ruunt, creberque procellis

Africus, & vastos voluunt ad littora fluctus.

Insequitur clamorque virum, stridorque rudentium:

Eripuit subito nubes cælumque, diemque

Tenorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

Ibi *εἰς* tantum motum significat. hic etiam occupationem, quod ille *εἰς* *οὐρανόν*. hic *totumque à sedibus imis* subruunt. Ibi *νεφέλαι κάλυψαν ἡμᾶς ὡς πόντος*. Eripuit subito nubes, cælumque, diemque Tenorum ex oculis. Præterea Zephyrus non est violentus, vt mereatur *δυσώδης* appellari, præfertim apud Græcos. adhæc malè positum epithetum, *εἰσπνεύσας* eodem in loco vbi, *νεφέλαι κάλυψαν*. quod vt defendas, multa interpolatione opus est. Tamen est sudus Aquilo, tamè tunc in Vlyssis perniciem nubiferum fuisse. sanè minus placet. quod verò addidit, consummat opus, *ἰστομενεῖ πῶλι*, non dixit, *ἰστονῆναι τὸν οὐρανόν*. deinde nonne vides fulgura in. ipsiis verbis simul cum crepitu, *crebris micat ignibus, æther?* Vocalis enim repetita exilitas illa hiatû aëris ostendit. Postremò quod *πάθος*, quæ efficacia (omnia) & præsentem? & frequentatiuum, *intentant*, & qui sonus: Pòterât Homero satis hæc esse, cui pauciora, quoque fuerant satis, at non illi diuino viro, qui hanc quasi quandam *ὑποκειμένην* particularibus casibus discriminauit. Ad diuentum quem omiserat, *-stridens Aquilone procella*
Velum aduersa ferit, fluctusque ad sidera tollit.

Franguntur remi, cum prora auertit, & undis

Dat latus, insequitur cumulo præruptus aque mons.

Habes velum, remos, proram, latus, fluctum decumanum: quem circumscripsit poeta montis appellatione, non nominavit, vt alij nostri Latini palàm profitentes eruditionem. Cætera adhuc variis picturis.

Hi summo in fluctu pendunt, his nuda dehiscens

Terram inter fluctus aperit. quare in eundem locum reuerti conatur. Iccirco, furit æstus arenis.

Non ponam totam tempestatem hîc, sed in proxima opera, vbi eius partes cum aliarum partibus comparantur. Habuit quoque loci rationem. agitur enim res in Syrtibus.

Sequitur tempestatem Vlyffis conqueſtio,

Καὶ τότε Ὁδυσσεύς λυτο γυναικὰ καὶ φίλον ἦτορ.

Ὁ χθρῆτας δὲ ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλύτερα θυμῶν.

Quanto melius exprefſit orationem, quæ ad deos cōuerteretur, & affectum addidit, & geſtu appoſito animatam, viuamque effecit orationem,

Ingemit, & duplices tendens ad ſidera palmas.

Sic illa quoque magnificentiora,

Ὁ τέρατε, quaterque beati, &c. quàm illa,

Τεῖς μάκρες δαναοῖ, καὶ τετράμις οἱ τότε ἔλογο

Τερίη ἐν δρεῖη χάρον ἀτρεῖδ' ἡπ' ἐρεσντες!

Ὡς δ' ἢ ἐγὼ ἴφελον θανάτεν, καὶ πότμον ὀπασσείν

Ἡμίτη τῆ, ὅτε μοι σπλέεσοι χαλκήρεα δοῦσε

Τρώες ἐπὶ ἱβάν' ἀεὶ Πηλεῖονι θανόντι·

Τῶ κ' ἐλαχον κτερίων, καὶ μεδ κλέες ἦρον Ἀχαιοί.

Νῶ δέ μοι λευγαλίω θανάτω εἴμαρτο ἀλόναι.

Mollia omnia. At noſtri affectus? *Sicut ora patrum*

& *contigit*, ponit igitur etiam mihi. Et apoſtrophe cum e-
logio ad Tydidem. & amplificatio cum maiestate,

Sæuis ubi Æacide telo iacet Hector. tum qui verſus? *ubi ingens,*

Sarpedon ubi tot Simois correpta sub undis

Scuta virum, galeæſque, & fortia corpora voluit.

Nam quæ ſequuntur, non mirum eſt, in his à Virgilio fuiſſe ſuperatum. Eſt enim Vlyſſes hîc & ſolus & in rante. ſed in aliis quoque tempeſtatibus pari obſervatione opus eſt. Tenuiter enim in nono,

Αἰεὶ ἐπιτ' ἴφελον ὀπασσέσθαι. ἰσῖα δέ σοι

Τετχθεῖ τε. τετραχθεῖ τε διὰ χροῖν' ἰς αἰέμοιο.

Et in XII, vbi leuiſſima, tenuiſſimâque vtitur narratione,

Ἡ δ' εἶπε οὐ μάλα πολλὸν ἐπὶ χέρον, ἀμφα γδ' ἦλθε

Κεκληγῆς ζέφυρος μεγάλη σὺν λαμπρῶν θυῶν.

Ἰσὺ δὲ προτόνους ἴβριξ αἰέμοιο θύεσσα,

Ἀμφοτέρους ἰσὸς δὲ ἔπασσεν ὅπλα τε πάντα

Εἰς αἴτλον κτετέχων. ὁ δὲ ἄρα πρῶμην ἐπὶ τῆ

Πλάξτε κυβερνήτω κεφαλῆς, σὺ δ' ὄσ' ἄρα εἶπεν

Πάντ' ἀμυδίε κεφαλῆς. ὁ δὲ ἄρ' ἀρνευτήρε ἰοικῶς

Κάππεο· ἀπ' ἰκρίων, λίπε δὲ ὄσια θυμῶς ἀγλήμων.

Et mox poſt fulmen,

-Πέσον δὲ ἐκ νῶς ἑτάροι.

Οἱ δὲ καρότην ἱθαλλοὶ φείνετ' ἄλλοι
 Κύμασιν ἐμφορόντο.

Qualia verò illa, quibus numeris,

*Ipsius ante oculos, ingens à vertice pontus
 In ruppim ferit, excauitur, pronisq;e magister,*

*Voluitur in caput. quam autem facit commorationem
 in offibus gubernatoris: Poeta noster aliter,*

Ast illum ter fluctus ibidem,

Torquet agens circum, & rapidus vorat equore vortex.

Tum illam corniculariam comparationem omisit, tanquam ineptam. Ieiuna verò illa, κύμασιν ἐμφορόντο.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Dixit raras, & contrà, in vasto gurgite: qua voce indicauit maris impetum. Neque enim verum est, quod ait Seruius hic esse Tapinòsim: id est rei ingentis humilem descriptionem. Atque iccirco addidisse: vasto, qui gurges aquam pusillam significet, non ita est: sed gurges quacunque atque cuiuscunque celeritatem designat, γοργός. Numerus verò Spondiacus pingit ipsam natandi difficultatem.

Sunt in vi. Vlyffex illa, quæ etiam in x i i i, repetuntur.

Ω μοι ἐγὼ τίτων αὐτὴ βροτῶν ἐς γαῖαν ἕστατα,

Ἡ ῥ' οὐχ' ὑβρισεύει γὰρ ἀγροί, ἐδὲ δίκαιοι,

Ἡ ἔπι λ' ὀξέσθαι, καὶ σπινθόος ἐστὶ θεῶδ' ἔς.

Ω σε κα κούρασι ἀφ' ἡλίου θ' ἦλυς αὐτῆ

Νυμφάων. Hæc parcius diuersa nânque occasio. suauissimè tamen,

Vt primum lux alma data est, exire, locòsq;e

Explorare nouos, quas vento accesserit oras.

Qui teneant, nam inculta videt, hominèsq;e, feræne,

Querere constituit, sociisq;e exacta referre.

Atque hæc, atque ea, quæ in decimo sunt, conferre licet:

Capit enim arcum Æneas, Vlyffes autem,

Καὶ τότ' ἐγὼν ἐμὸν ἔγχος ἐλὼν, καὶ φάσγανον ὄξυ,

Καρπαλίμωσ παρὰ νηὸς ἀπίοι ἐς σπείρωπην

Ἐπὼς ἔργα ἰδίμω βροτῶν ἐνεσπίντε πυδοίμω.

Atque ibi ceruum interficit. Æneas ceruos. tam illa nitore superans Homericæ, quàm numero prædæ, & illud,

O socii, neque enim ignari sumus antemalorum.

In eodem nânque,

Ω φίλοι, ἐγὰρ πῶς κα ταῦ υσὸς μεθ' ἀγχιύμφοι σφ

Εἰς αἰδέω δόμους, παρὶν μόρσιμον ἤμισρ' ὑπὲρ ἔλθῃ.

Αλλ' ἄρατ' ὄφρ' ἐν νηὶ δοῦν βρωσῆς τε πόσις τε
Μηυσὸς μεθεβρωμῆς κινδὲ τραχὺ μεθελοίμῳ.

Sed in x i i, aptiora sunt sententiæ Virgilianæ:

Ὡ φίλοι, ἐ γάρ τι κακῶν ἀδελήμονες εἶμεν,
οὐδ' ἔφθ' δὴ τόδῃ μείζον' ὄππ' ἔκακον, ἢ ὅτε κύκλωι
Εἴλει σὺ σπῆν ἡλαφροῦ κροσσὸν ἤφ' ἔβηθι.

Maiore noster & mole, & ornatu. Multo plura enumerat.
Sed illa pulcherrima, *Renovate animos, & spem,*

Durate, & vosmet velis servate secundis:
For san & hæc olim meminisse iuvabit.

Vt etiam ex periculis proponat voluptatem. Nihil enim iucundius ea memoria, quæ periculorum evasionem, victoriamque recordatione repræsentat. Epulantium quoque modus noster & hic, & in i i i, & in v i i, cum iis quæ in x, atque in x i i, Vlyssæ posita sunt. Itémque in i, Iliados, & in nono, si comparetur, fusior, & latior Homerus inuenietur. Pictior noster, atq. numeris astrictior, κ' ἀμὸ' ὀβελισσῶν ἔπεισαν, *V erubescite tremantia figunt.* quin etiam divino iudicio, inter illa minuta, *Tergora diripiunt costis:* urbanam interserit orationem illam, *tum victu renovant vires.* Nec minore assurgit laude, in illorum imitatione, quæ in nono est Vlyssæ,

Εἴμ' ὀδυσσεύς λαερτιάδης, ὁ πῶσι δόλοισι
Ἄνδρῶπι ποισὶ μίλαι: καὶ μὲν κλέος ἔχων ὄν' ἔχει.
Sunt prius Æneæ: monet statim. hæc est ἡρώπιος, illa autem παρσοκαυῶν: *raptos qui ex hoste penates Classe vehe mecum.*

non temerè suas laudes effudit. est enim & pietas, & fortitudo. Ex hoste rapuisse, virtutis est: vehere, constantiæ: classe, prudentiæ militaris. Putidi verò Grammatici cum accusant Virgilium illius laudis: *Fama super aethera notus:* damnare prius Homerum debuere: καὶ μὲν κλέος ἔχων ὄν' ἔχει. præsertim cum ambiguum sit: an doli quempiam ad cælum vsque euehere fama possint. At nostri, qui deos penates à servitute vindicasset, servaret, fatalia ad loca deorum iussu atque oraculis transferret, meritò fama inter deorum sedes nota esset.

Illaque quoque vix sustinent comparisonem. Non enim Virgilium dici potest, quàm Virgilio sit peculiare, semper augustū esse. Homeri superficies est in v i i. Vlyssæ,

Ἀρχαλέον βασιλεία διωκίως ἀργυροῦσσι
 Κίθ' ἔπι μοι ποικὰ δῶσαν θεοὶ ἔρωτινες.

Super quam noster illam fabricauit,
 O dea si prima repetens ab origine pergam,
 Et vacet annales nostrorum audire laborum,

Ante diem clauso componet vesper Olympo.
 διωκίως. prima ab origine. & addidit: vacet. & ποικὰ κί-
 θη, quibus verbis? annales nostrorum audire laborum. Et ver-
 bum illud, ἀρχαλέον, luculentissimo versu circumscriptit,
 Ante diem, &c. Difficultas propter tractum rerum. In il-
 lis quoque eundem longè post se reliquit. In nono sunt
 Vlyffex,

Σὺ δ' ἔμει κίθ' αὖ θυμὸς ἰπερ' ἀπὸ στυγέοντα
 Ἐίρεδ' ἔφ' ἔπι μάχον ἰδὺς ἐμὸς σπονδιῶ.
 Τί φ' ἄτων, τί ἐπατα, τί ὕσ' ἀπὸν καταλέξω;
 Κίθ' ἔπι μοι ποικὰ δῶσαν θεοὶ ἔρωτινες.

Ille autem diuina, & immutabilia,
 Insandum Regina iubet renouare dolorem:
 Troianas ut opes, & lamentabile regnum

Erucint Danaï. Ita semina ponit in proœmio eorum,
 quæ dicturus erat in narratione. κίθ' igitur non sua so-
 lum: sed cùm præposuit vniuersa, subdidit & sua. Propo-
 sita igitur miseria præ oculis: addit rationes. regnum la-
 mentabile erutum, neque statim, vt ille, confugit ad aram
 communem: Deos malorum auctores. sed: quæ vidit: &
 quidem miserima. Non solum autem vidi, sed & fui pars,
 & passus sum. Et quidem magna pars. Deinde per inter-
 rogationem πάθος explicat. Quando ne hostes quidem
 sine miseratione denarrare posse proficetur. A temporis
 quoque incommoditate auget difficultatem narrationis.
 Omnia sanè non sine illa sua diuinitate. vt non tam imi-
 tatus Homerum, quàm nos docuisset, quomodo ille ea dicere
 debuisset, videatur.

Sunt in vii, Vlyffex illa,

Καὶ τὸτ' Ὀδυσσεύς ἄρτο πολλήδ' ἕβη. αὐτὰρ Ἀθλιῶν
 Ποικίλ' ἕσπε χεῦς φίλα φρονέουσ' Ὀδυσσεῖ,
 Μῆτις φημίκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
 Κερτομένοι' ἐπέσσι, καὶ ἔρεοφο, τίς εἴης;

L ongè maiore sono Virgilius,

At Venus obscuro gradientes aere sepsit:
 Semel contentus à Punica perfidia Æneam tegere hoc
 com-

commento. Neque enim ineptit repetendo, vt ille,

Τὸν δὲ ἀεὶ φαρμάκας γαυσικλυτοὶ ἐκείνουσαν
 Ἐρχοῦσθ' ἄστυ διὰ σφραγ. ἐ γὰρ ἀδελῶν
 Εἶα ἰὺ πλόκαμος, δ' ἐνὶ θεός, ἢ γὰρ οἱ ἀχλὺ
 Θεωσιτίλῳ κατ' ἔχει φῖλα φρονέουσ' ἐνὶ θυμῷ:

Sed continuauit circunseptionem simul, & materiam,

Et multum nebula circum dea sudat amictu,

Qui solus versus deterreat Graecos ab ea sententia, qua suum contendunt præferendum. Commodus sanè, atque vt ita dicam, rasilis versus ille - κερτομόσσι ἐπιέσσι, &c. Verùm cùm hoc nostro non est conferendus,

Molir iue moram, & veniendi querere causas.

Sicut neque ille,

Καὶ τότε δὴ ὁ αὐτοῦ πάλιν θυτο δέσφοτος ἀνρ:

cum hoc, cum circumsufa repente

Scindit scimbes. Diuinum verò illud additamentum,

- & in aera purgat apertum.

Sic longè excellentiorem suauitate:

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo

Argentum, Pariusue lapis circumdatur auro.

Quòd ille dixerat in sexto Vlyssæ, & repetierat in penultimo,

Ὡς δὲ ὅτε τις χερσὶν ἀεχεύεται ἀργύρου αἰθρ

Ἴδρις. Quanto enim elegantius, *manus*, quam *vir*, &, *addunt ebori decus*.

In eodem libro versus sunt illi, qui lancinantur à Critico Gelliano. quos equidem ostendam à Magistro Homericos verò à discipulo confectos,

Ὅν Ἄρτεμις εἶσι κατ' ἔρεα ἰοχέμασ

Ἡ' χ' τὴν ὕλητον ἀελημῆκατον, ἢ ἰρὺ μανίδον

Τερποῦσθ' ἡσφοροσι, ἢ ἀκείας ἐλάφοσι:

Τῆ δὲ δ' ἄμα κούρα νύμφαι διὸς ἀριόχου

Ἀγρόνομοι παύσσι: γρηθὲ δὲ τε φρένα λητώ.

Πασάν δὲ ἴσθ' ἢ γε κέρρη ἔχει, ἰδὲ μῦττωπα.

Ρ' εἶα δὲ ἀερίωτος πέλειται, κεδάει δὲ τε πᾶσαι.

Hunc locum sic exagitant Grammatici, Aptius comparasse Homerum Dianæ Nausicaan in locis solis, deinde, Elisæ non conuenire, media in vrbe incessu serio instanti operis, venatricis Dianæ similitudinem. Tertio, Homerū studia venationis expressisse. Virgilium *pharetram* tantum, tanquam onus ac sarcinam nominasse: Præterea Probo

authore Homericam Latonam genuinum gaudere gaudium : Virgilianæ verò pectora pertentari tantum gaudium, quasi leui, & pigro, & in superficie natanti, sic enim loquitur. Huiuscemodi iudicatio tamen est à doctis explorata, atque ab omnibus excussa: nobis tamen, quæ diceremus, non pauca, eaque optima reliquere. Principio cum personæ comparantur: earum status, mores, studia exprimentur, non loca, vel ipsius Homeri doceamur auctoritate. Idomeneum in campo comparat apro, qui sit in montibus. Igni, qui est in montis vertice, armorum fulgorem in campo. Humanæ cogitationi, quæ in cerebro, aut in corde est, lunonis motum. Leoni in stabulis, Diomedem in acie. Muscis in stabulis circum multas, Græcos & Troianos circum Sarpedonis cadaver, & Aiace cedentem fortissimè, asino obstinatæ lentitudinis. Pantheræ, quæ in syluis esset, extra sylvas Agenorem. Postremò Penelopem quoque comparat Dianæ: quam tamen nō statuit in venatione: nunquam tamen alibi intelligitur à poetis. Præterea quanquam est Nausicaa in agro: nō tamen in montibus, non tamen cum arcu, aut pharetra. Quod aiunt serium Elisæ incessum esse longè diuersum ab incessu Dianæ: finxerunt Dianam Bacchanal quodpiam, quasi Nausicaa non moderatè incederet. Neque enim cursum vllum ibi exprimit Homerus: nullam venandi actionem, sed *πρηνήν*. Quare ne tertia quidem obiectio quicquam est. nam neque Homerus posuit, neque Virgilius addidit venationem: sed insignia tantum, sed chori tantum exercitationem. Cuiusmodi verò sit illud gaudium genuinum sanè nescio: nisi putarint, *οπίω* aliud esse à Latona. Multo verò efficacius est, percurri pectus gaudium (metaphora sumpta à citharædis) quam simpliciter gaudere: omnes enim partes occupantur. Longè etiam valentius est, detineri: idque in frequentatiuo: & addita, per: nam & omnes, vt dicebam, designat partes: & perfectionem vltimam. Quemadmodum igitur illa in montibus: ita hæc in vrbe. Illa inter Nymphas: hæc inter matronas. Illa instas venatibus, hæc operi. Quæ isti Argotyphi scire noluerunt. Pharetræ futiles calumniatores. est enim ibi Epitheti loco. Qualia multa apud Homerum. nam etiam inter epulas Apollo *αργυροτόμος*. Achilles vel dormiens, *πρόδῃ ἀνύς*. Et quod isti ignorant,

runt, ex diuini Poetæ verbis edificant. Neq. enim temerè
 appendit humeris Pharetram. Soli enim Dianæ & Apol-
 lini id licebat. Nymphæ ad latus gerebant. sicuti soli dii
ἀμφιφρέα: alii verò nō, sed detectam. Quod si omnia vn-
 gue tentare licet: quæram ego quoq. vicissim: an Latona
 ibi sit. neque enim sequitur Dianā. Tum autem quomodo
 ludât Nymphæ, si sunt in venatu. Nihil enim venatori de-
 testabilius, quàm fabulæ, & lusus inter venandú. putatur
 enim à nobis infelix futura venatio. Præterea si extat ca-
 pite, qua ratione frontem addidit? Postremò longè con-
 sultius dilatam gaudium illud in Epiphonēma. Est enim
 Latona tota extra totam materiam: eúmque ordinem
 magis equidem probarem.

*Πᾶσαι ἰψὸν καλῶν αὐτῆ δὲ ῥίμας ἀργυρωτοσ, ὑπερέχει γάρ. ἢ δὲ
 Λήτοσ γένηται.*

Ex v 1, Vlyssæ, & penultimo illa sunt,

*Τοῦ ἰψὸν Ἀθηνῶν θύλα διδοσ ἐκζητήσ
 Μείζονα τ' εἰσιδέεισ ἢ πύσσονα. καὶ δὲ κάρυτοσ
 Οὐλασ ἦλα κάρυτοσ ὑπεκρίθηναι αἰθερὶ ομοίασ.*

Superat enim multis modis Virgilius illum. *hos humeròsq.
 deo similis*, longè luculentius est, quàm maiorem, & cras-
 siofem efficere. Hoc enim boum est. Et, Cæsaries: est
 verbum militare. Quo non contentus addidit decoram.
 Homerus autem, ἄλασ, pessimè. Crispitudo nánque pusilli
 animi nota est, aut leuitatis. Iccirco leones crispi, minus
 animosi existimantur. Illa verò penè supra humanum cap-
 tum, *luménique iuuentæ πυρρῶντων*. Et illa non minus,

Latos oculis afflarat honores.

Versibus, qui de equo scripti sunt in v 111, Vlyssæ longè
 sunt ciuiliores nostri,

*Ὄσ ο ἰψὸν εἰσῆκει, ποὶ δὲ ἀκρωτῶ ποδῶ ἀργυροῦσ
 ἢ ἰψὸσ ἀμφοῦ αὐτοῦ. γρήσθ δὲ φοισσι λυδωνε βουλῆ.
 ἢ δὲ διατμήσασ κοῖλον ὄβρυ γηλέσ χαλλῆσ.
 ἢ κ' ὑπερβαῖον βαλῆσεν ἢ ῥύσσασ τασ ἐπ' ἀκρωτῆσ.
 ἢ ἴσασ μὲγ ἀγαλμασ θῶν δεικνύσθων εἶδ.*

Noluit nugari in diuisione confiliorum: sed pars stupet: &
 mirantur: & *ἰσῆσ Θηγμῶτα*. Alii in pelagus præcipitem
 dari. Nam quorsum, aut quibus viribus subuectio in sum-
 mas rupes montium? Præterea, quod facile factu fuerat,
 vrere. Postremò explorare, quid intus tegetetur. solus il-
 le versus palmam poscit,

Scinditur incertum studia in contraria vulgum.

At cætera quibus verbis? vel cùm dixit: *tentare latebras,*
signatissimo verbo vsus est in tenebris, & re dubia.

Quænam verò differentia inter illa ex II. Vlyssæ,

Δύσαστο δ' ἡίλος, σκυβόντο τε, πᾶσαι ἀχμῆ.

Et nostra hæc,

Vertitur interea calum, & ruit Oceano nox

Inuoluens umbra magna, terramque, poliúmque.

Qui locus ne eruditionis quidem indigens est: sed pedicæ illius, atque Virgilianæ. Illius enim viri profunda rerum scientia, cum eius versibus declaranda est, pari cum verecundia ita certat, vt neque ipsi cedat illa, & ab ea simul condiatur. Est enim terræ umbra nox, atque ita magna: vt etiam Cæli conuexa prohibeat Sole illustrari.

Necessario verò addito affectu facta est oratio grandior in illis,

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo

Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis,

Vel Danaüm Phrygiis iaculatus puppibus ignes.

quàm in XXI, Iliadis,

ὦ πόποι, ἦ μάλα δ' ἠ μαλακώτερος ἀμφαράσασθαί

ἔκταρ, ἢ ὅτε νῆας ἀπέπλησεν πυρὸς κλέειν.

Ex XXI, verò simplicissimè transtulit,

-Iuuenisque Coræbus,

Mygdonides, illis qui ad Troiam sorte diebus

Venerat, insano Cassandræ incensus amore.

Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat.

Quæ sic Homerus,

ὦς βανέον πολέμοιο μὲ κλέος εἰληκούθει.

ἦτε δὲ Πριάμοιο θυγατρὸς εἶδος ἀρέστη

Κάουσι δρῆν ἀνάσθνον. ἰστέχαστο δὲ μέγα ἔργον.

Ἐκ πρῶτης ἀέκοντας ἀπασσίδω νῆας ἀχμῆν.

Noluit enim in suum Coræbum transferre: indotatam. Minuitur enim viri vehementer dignitas. Satis fuit, *incensus amore*, neque voluit illum stolidum facere: qui sese vniuersæ Priami potentia anteferet, nam quos per nouem annos non potuerant illi: quomodo solus, nisi stultè profiteretur. È tertio quoque Iliad. videnda illa comparatio,

ὦς δ' ὅτε τις δράκοντι ἰδὼν παλίνροσος ἀπέστη

ὄφρος ἐκ βύσσου, ἰστέχαστο δὲ μέγα ἔργον,

Ἄψ δ' ἀτέχαστον, ἰστέχαστο δὲ μέγα ἔργον.

Simplex sanè & munda. nostra verò magnifica, *Improsum*

uisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens.
 Multa magni momenti: Pressisse, est plus quam videre. & impromissum potius. &, trepidus, æquat illud, τρέμος. &, cum addit, repente, sanè resilientem animum designat. Tertius autem versus mira picturæ splendet: vbi non solum nitet eloquutio & numerus, sed etiam pauoris redditur ratio, Atollentem iras, & sibilatolla tumantem. Equidem ex anguis visu non abscedam: sed si impromissum pede prefferim. παλιν ὄροςσας autem, & αἰσχροῖσιν idem est.

In x x i i, Iliados, alia draconis comparatio,

Ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χεῖρ' ὀρέσσειας αἰδρα ὤψισι
 Βεβρωκῆς κωκῆ φάρμακ' ἔδ' ὕδ' ἐν μιν χολῆς ἀφ' ὅς
 Σιερδάλειον δὲ δειδύριον ἐλασιγέφυρος ἀπὲρ χεῖρ'.

Draconis comparatio.

Noster autem φυσικώτερος, pascitur enim, vt aiunt, malas herbas serpens, vbi delituit. iccirco,

Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pasctus
 Frigida sub terra tumidum quem bruma terebas:
 Nunc postus nouus exuuiis, nitidusque iuuenta
 Lubrica conuoluit sublato pectore terga.

Solis appetentem, atque apricantem, etiam ardens ad Solem. Erigit enim se, ac vibrantem linguam exerit. Proinde ait, *linguis micat ore trisulcis*. Obturum tantum toruum Homerus, optimè. Nihil enim illo acrius. Præterea cubilis sui propugnationem, a quo non discedit. iccirco dixit, ἐλασιγέφυρος ἀπὲρ χεῖρ', quod etiam propius turum habeat receptum. Perpendes, *tumidiūm*.

Fluminū multas fecit Homerus comparationes: noster *Fluminū comparatio*.
 semel tantum, illis omnibus vnam anteponendam,

Non sic aggeribus ruptis cum spumens amnis
 Exiit: opposita sique euicis gurgite moles:
 Fertur in arua iuuens cumulo: campōsque per omnes
 Cum stabulis armenta trahit.

Huic tamen illa similior in v, Iliados,

Θυῶε γὰρ ἀμπεδῶν ποταμῶν πληθύντι τοῖκός
 Χεῖμα ῥῆσθ, ὅς τ' ἄρα ῖον ἐκείλασι γαφύρας
 Τὸν δ' ἔπ' ἄρτι γαφύρας ἰέργαθ' αἰχμηθῶσιν
 Οὔτ' ἄρα ἔρκα ἰχθὲς ἀλαλῶν ἐρεθίσαν.
 Ἐλδόντ' ἔξαπίνης ὄτ' ἀπβροῖσθ' ἰδὸς ἐμπερ
 Πολλὰ δ' ἔσ' αὐτὶ ἔσθ' αἰσθ' ἀπὲρ χεῖρ' κατ' ἀχρῶν.

Alia verò in i i i i, Iliados,

Ὡς δὲ ὅτε χεῖμα ῖοι ποταμοὶ κατ' ὄρασει ῖόντες

Εἰς μισγάγγειον συμβάλλεται ὀμβρομον ὕδωρ
 Κρημίων ἐν μεγάλῃ καίλῃ ἐν τοῖσι χροσθέρῃσι.
 Τῶν δὲ τε τολύστε δούπον ἐν ἔρεσι ἑκαυε ποιμῆν.

Et in x i i i, - ὡς δ' ὅτε πέτρης

Ὅτε κ' ἔσταις ποταμῷ χροσθέρῃσι ἴση
 Π' ἕκαστ' ἔσται ὀμβρο ἀμείβῃς ἔχμετα πέτρῃσι,
 Τ' ἔσται ἀναδρώσκων πέτρῃσι, κ' ὑπὲρ δὲ δ' ὡς αὐτῆς
 Τ' ἕλθῃ δὲ ἀσφαλῆος δέει ἔμπροσθεν ὄρη αἰκίται
 Ἰσσοπδον, τότε δὲ ἔπ' κελίνδεται ἐαυτοῦ ὄρη.

Vbi est vis fluvii & saxi, aptissimè ei comparans Hectoris
 impetum repressum legionibus. Est & in x i,

ὡς δὲ ὅποτε κελίνδων ποταμῷ πῶσιον δὲ κείτῃσι
 Χαμθέρῃσι κατ' ἔρεσιν ὀπαζόμενος διὸς ὀμβρο,
 Πῶσας δὲ δρῦς ἀζαλίῃσι, πῶσας δὲ τε πῶσας
 Εἰσθέρεται, πῶσας δὲ τ' ἀρῶσγαν εἰς ἄλλα κάλλει.

In nostra igitur impetus : quippe ruptis aggeribus, & eui-
 ctis molibus oppositis. & verbum fertur. & sursus. &, cum-
 tulo. Sic enim vidimus. Est autem vox ignota Gramma-
 ticus. vnde enim proprium κύμα.

Illam verò i i i, Iliados, Virgilius in x i i, sic expressit
 ut duplicari,

Ac veluti immixti diversis partibus ignes
 Ardentem in sylvam, & virgulta sonantia lauro:
 Aut ubi decursu rapido de montibus altis
 Dant sonitum spumosi amnes: & in equora currunt

Quisque suum populat iter. Longè felice cantu his-
 ce Iunum atque Æneam comparavit, quàm duobus
 messoribus Homerus in x i, Iliados non enim est in illis
 impetus,

- οἷδ' ὡς ἀμικτῆρες ἐναρτίῃσι ἀλλήλοισι,
 Ὄζμον ἑλαίνωσιν αἰθροσ μέλαρος κατ' ἀεθροσιν
 Πυρῶν, ἢ κελίνδων, τὰ δὲ δράγματα ταρτα πῆλῃ.

Præter casum enim segetis nulla vis est in re ipsa. Quæ ve-
 rò est in x i i i, Virgilius in suo x ii, hisce illustravit,

Ac veluti montis saxum de vertice præceps
 Cum ruit avulsam vento: seu turbidus imber
 Proluit, aut annis soluit sublata vetustas. vides enim quot
 causas, quantam varietatem. & quæ sequuntur,
 Fereur in abruptum magno mons improbus iclu.

Improbum, quod erat ἀμείβῃσι, longè melius.
 Duriuscula enim metaphora est, si lapidem appelles im-
 pudentem:

pudentem : improbum tamen potes. etenim malefacit. Sic in eodem, *perfidus ensis.* &, melius est, *in abruptum,* quam ὄρεα ἰκνται ἰσπιδόν. Expressior quoq. est imago maleficii ex hisce,

-sylvas, armenta, virisque Involvens secum, quam κρυπίσσι δ' ἄν' αὐτῆ ὕλην. Ibi enim sonum tantum audis : hic autem & impetum, & opus.

Quas verò duas dedit Maro de amnibus, & de igni: coniunxit ex duabus Homeri separatis : quarum altera supra scripta est ex 111, Iliad. ὡς δ' ὅτε χειμάρροιο, &c. Altera,

Ἡ ὕπερ πύρ ἀϊδῆλον ἑσπλάγχει ἀσπαστον ὕλην

Ὀυρεοῖς ἐν κορυφαῖς, ἑκχάδων δὲ τε φαίνεται αἰγλή.

Sed & alibi quanto magnificentiore apparatu?

In segetem veluti cum flamma furentibus austris

Incidit: aut rapidus montano vertice torrens

Sternit agros, sternit sata lata, boumque labores:

Præcipitesque trahit sylvas. stupet inscius alto

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Et in x1, Iliad.

Ὄς δ' ὅτε πύρ ἀϊδῆλον ἐν ἀζύλῳ ἐμπύσσει ὕλην

Παῖτα τ' εἰλυροῖσιν αἶμας φέροι οἱ δὲ τε δάμωσιν

Προφύριζοι πῆλυσσιν ἑσπλάγχει πνέουσι ὀμή.

Duas itaque noster etiam Poeta fecit,

Ac velut optato ventis æstate coortis,

Dispersa immittit sylvas incendia pastor:

Correptis subito mediis extenditur una

Horrida per latos acies Vulsania campos:

Ille sedens victor flammam despectat onantes.

Sed & alia in xx,

Ὄς δ' ἀκαμαμάσει βαδῖ ἀγλαὰ δισπιδάσας πύρ

Ὀυρεοῖς ἀζαλόσιο, ἐσπλάγχει δὲ κημεται ὕλην.

Παῖτα δὲ κλονέων αἶμας φλόγα εἰλυροφάει.

Conclufit etiam rotundius ex libr. x1, Vlyffex,

Τεῖς ἐφ' ἐφορμῆδω, ἐλέεν δὲ με θυμὸς αἰώρει,

Τεῖς δὲ μοι ἐν χερσῶν στυγ' ἰκαλον, ἢ ἢ οὐεῖρω

Ἐπ' αὐτο. Tribus enim versibus comprehendit commodissimis,

Ter conatus ibi collo dare brachia circum:

Ter frustra comprehensa manus effugit imago

Par leuibus ventis, volucrisque simillima somno.

Neque præcidit sententiam in mutilo versu. ad hæc Ho-
merus impetum tantum dicit: hic autem conatum, &
brachia. Et apposuit: frustra. Umbram verò vertit in ven-
tos: non vt addictus interpres, sed vt liber iudex. Eadem
dexteritate ex libr. Vlyssæ:

11. Ψυχὴ δὲ κ' ἤχθονος αὐτὴ κενεὸς ἄχετο περιεΐσα.

- & tenues fugit, sem sumus in auras. Efficacior est oratio:

fugit. Quod autem stridorem dat Homerus: eodem iure
potest, quo & vocem quare clamorem sum ademerit in
vbris Virgilius: ex philosophiæ veritate loquutus est in
v. 1, clamor frustrat uebianes. Castigatio autem penè vbi-
que est: iccirco ex 11. 11. Vlyssæ quæ accepit,

- ὁ θεὸς δὲ τοὶ ἀγλαὰ δάεα,

Τοῖς ἐν πνοῇ, διέπον ἀΐξον αὐτὰρ ἔπειτα

δάεα καλὸν ἀλεῖσιν, ἴνα ἀεὶ τὸ πάρος θεοῖσι

ἄδωνά τοις, ἐμὲ δὲν μομφηδῶρος ἡμεῖτα πάντα:

ita moderatus est,

Accipe & hec, manuum tibi que monumenta me aruas.

Sint puer, & longum Andromaches testentur amorem.

Et addit πάρος,

Coniugis Heclææ, & auxit, cape dona extrema tuorum.

Diffluentia quoque coærcuit duobus mirificis versibus;

Tendunt vela notis, fugientes spumantibus undis;

Qua cursum ventis que gubernatorque vocabant:

quæ in primo Iliadis, & secundo Vlyssæ,

Ἐπρονει δ' ἄνεμος μέσση ἰσθμῷ. αἰοὶ δὲ κῆρυξ

Στήθην πορφυρέον, μετὰ ἰαχὴ τῶος ἰσάνος.

Ἡ δ' ἔειπεν κ' κῆρυξ διαπρησυσσὰ καλῶδους.

Melius spumantibus, quam clamantibus. præsertim cum
naucula parua esset. Homericæ. Et diuinus versus ille, qui
dat classem & vento & gubernatori. Iste verò totus in flu-
ctibus, adeò vt etiam iteret. Elpenoris quoque tumulus
Græcus cum Miseni Latino, ne est quidem conferendus.
in v. 1, Vlyssæ ita scriptum est,

Θιπευὸς δ' ἄψα ταμῶντες, ἀδ' ἀκροτάτη προῆχ' αἰκτῆ'

- Ἐπ' ἑταῖρ' ἀχνυμένοι θαλάσῃ κ' δάκρυ χέοντες

Ἀὐτὰρ ἐπὶ νεκρῶς τ' ἀκάνη κ' πύχλα νεκρῶδ

Τύμβου χεῖραντες κ' ἄπ' ἐκάλω ρύσαντες

Πρῶτα κ' ἀκροτάτη τύμβου δ' ἄρες ἐρήμιον.

At diuinus vir quantum hoc loco?

Ergo omnes magno circum clamore fremebant,

Præcipue pius Æneas. Fremebant indigna peremptum morte. - tum iussa Sibylle,

Hand mora festinant flentes: aramque sepulcri

Congerere arboribus, caloque educere certant.

Non humilibus *οἴκοις*, non nudum tumulum sine ara. Deinde quæ distributio illius vocis *arboribus*, & qui ingressus ad distributionem. Tum autem quæ varietas,

Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum.

Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex,

Fraxineæque traves: cuneis & fissile robur

Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.

Præterea quod dixit: præcipue pius Æneam fremere: nõ vocem tantum & promissa, sed & operam attribuit,

Nec non Æneas opera inter talia primus

Hortatur socio, nec latis, paribûsque accingitur armis.

Deinde quò iucundior esset narratio, neque occuparet Æneam maiora animo agitantem: interponit quæ sequuntur. Tum concludit, *& cineri inq̄rato suprema ferebant*: & quæ sequuntur ad tumulum usque: qui erigitur minimè vulgaris, sed dignus socio Æneæ, - *ingenti mole sepulchro*

Imponit, suaque arma viro, remûnque subânque Monte sub aërio. Iusta verò quæ facit ille Patroclo, hic Pallanti, si collata consideres: videas in illo materiam, in hoc formam: in illo congeriem, in hoc dispositionem. illum satis habere, si narret: hunc rem ipsam formare verbis: neque tam verba ex rebus, quàm res ipsas excutere è verbis. expressit etiam longè exactius Scyllam & Charibdin

ex x i j, Vlyss. Εἶδεν μὲ γὸ σκύλλ' ἐπέρωδι δὲ δια χάρυβοις

δειπὸν ἀνιέρσειδενε διαλάσσις ἀλμυρῆν ὕδαρ.

Ἦπ' ὅτ' ἐξέμισσε λάβης ὡς ἐς πύρε πολλῶ

Πᾶσ' αἰαμορμύρεσκε κυκωῶν' ὑφ' ὅσ' δ' ἄχυν

Ἀκροσι σκοπέλοισιν ἐπ' ἀμαρτέβροισι ἐππλεν

Ἄλλ' ὅτ' ἀταβέρζεσε διαλάσσις ἀλμυρῆν ὕδαρ

Πᾶσ' ἐντοδὲ φαίσεκε κυκωῶν' ἀμαρ δὲ πύρεν

δειπὸν ἐβιούχευε ὡσπερ δὲ γὰ φαίσεκε

Ψάμμω κυκωῶν. -

Principio exactius, vt dicebam. nam hic *εἶδεν, ἐπέρωδι*. at noster designauit: *Dextrum Sylla latus, leuism impacata Charybdis*. quanto verò melius *impacata*: quàm *δια* quid enim diuinum in môstro? & verbum obsidet: scilicet spatium nauigationis. & *forlet in abruptum*. & *erigit alternos*. Scylla

verò fabulosum raptum, atque ridiculum summa ver-
cundia dissimulavit. Illud verò impudens, ne deum qui-
dem sine animi iactura occurrere posse. Verùm Homeri-
ci dii tales sunt: inter quos nec ipse Neptunus ex vorti-
cibus Charybdis Vlyssēm servare possēt. sed illa multo
decoro affecit,

Τεὺς ὑπὲρ γὰρ αἴματι ἐν ἤματι, πρὶς δὲ αἶα οὐκ ἔτι

δενόν. Subiicit enim oculis, atque aurium nostrarum
dominus est,

Ter scopuli clamorem inter caeva saxa dedere

Ter spumam elisam, et torantia vidimus astra.

Quæ de Telemacho dicuntur ab Homero, longè maiore
efficacia ab Ascanio,

Κεῖνε γὰρ τοῖς δὲ πόδες, τοῖα δὲ τὴ χεῖρες

Ὁ φθαλιῶδὲ δὲ βολαῖ, καφαλῆς δὲ ἐφύσθηεν χαῖται.

O mihi sola mei super Astyanactis imago!

Mater enim loquitur orba filio: id quod Helena non po-
terat. Excusandus ille, laudandus hic. & diuina illa,

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Quanquam Græcus ἐφθαλιῶδὲ βολαῖ, mirificè dixit. Non
potuit Latine nosse. At alio verbo alibi cōpensavit. Ge-
stū enim apposuit: cūm dixit, ferebat. Et mirū quod addit,

Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.

Vt augeat affectum memoriæ: ex repræsentatione rei,
quæ non est, & esset.

In x i, Iliad, est illa comparatio,

-ὡστί τε δαίμονοι Δῖες ἔρισσιν

Ἄμφ' ἔλαρον καρπὸν βελωνῶνον, ὄγγ' ἔσασ' αὐτῶν

Ἴφ' ὄδο νευρῆς, τὸν ἰψίτ' ἔλυξε πόδισσιν,

Φεύγον, θορ' ἄμπε λαερίν, κ' ἰγυῖασι ἑρώρη.

Ἄντάρ' ἔπιδ' ἄτοιγ' ἀμυδανταταῖ ἀνύς, εἰς ὄσος.

Ὁ μωράζοι μιν Δῖες ἐν ἔρισσι δαρδάνηισσι

Ἐν τῆ μεί σκετεφ. ἔπει δὲ λην ἠγάλα δάμμων

Σύν τω, Δῖες ἰψίτ' ἀνίπεσαν. αὐτῶν ὁ δάμμων.

Hunc locum non esse sequutum Virgilium, quemadmo-
dum quidam dixerūt, ex ipsis versibus constabit: qui cer-
uam tantūm continent, -qualis coniecta cerna sagitta

Quam procul incantans memora inter Cresia fixit

Pastor agens telis: licuitque volatile ferrum

Nescimus. illa fuga saltus hincque per agrat

Dilexos. Hæret lateri lethælis arundo.

Nihil hîc simile nisi cerua & sagitta. omnia sua. At Homerus pessimè. Vlysem vulneratú ceruæ percussâ, sanè. Thoas cum Troianis, bene. at Aiace[m] superuenientem, vt non malè leoni quàm Thoes, id est, Troiani formidarent: ita non bene, cum Vlyssi venit auxilio. Leo autem in perniciem ceruæ. Ait enim *αὐτὰρ ὁ δάηλες.*

Certaminum verò loca conferenda quidem, non appendenda tamen censeo ob prolixitatem. Tâto verò noster prior est suauitate, grauitate, varietate, quanto tempore posterior. Nam qui locus à Grammaticis de cursoribus examinatus est, hic discutietur. Est in penultimo Iliad. versus ille cum hemistichio,

-αὐτὰρ ὅππεν

Ἰχθυα τυπτε πόδασι, πάρος κόνιν ἀμφοχυβλιῶαι.

Καὶ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χεῖ' ἀντιψα δίος Ὀδυσσεύς

Hoc Virgilium negant affectum,

Ecce volat, calcemque terit iam calce Diorea.

At Vlysses, inquit, tanta subsequitur celeritate, vt in Antilochi vestigijs ante ponat pedes, quàm puluere obducantur. Sanè felicitas orationis non vulgaris, quam in suâ maiestatem flectere qui non possit, more suo modum commentus est, quo vel idem, vel etiam potiora diceret. Id quod istos congelatos Criticos latuit. Ait enim poeta, *Calce calcem terere.* Hoc quâ fieri potuit, si subsequatur? In cursu igitur pari, æquata linea ytriusque calcibus ita dirigebatur, vt calces inter se attérent. Ac sanè cum currimus certatim, nunquam quenquam sequimur, neque enim vllum antecedentem præcurrere aut superare possemus, si in eius vestigia pedes poneremus: sed à latere cursum continuamus, quemadmodum ipsis in carceribus constiteramus. neque si par sit in duobus celeritas, alter alterius occupare cursus lineam audeat. sic enim ex curva linea plus spatij faciendum sumeret, non sine periculo suo magno. Quamobrem Homerus quoque dixit, *εὐὶ δὲ μετασοχαί.* In XII, aliter, *-trepidique pedem pede feruidus urget.* Grandior etiam in oratione Palinuri, quam exceperat ex XI, Vlyss.

Νῦν δὲ σὲ ἤβ' ὅππεν γοιμάζεμα ἔπαριάντων

Πρὸς τ' ἀλόχευ, καὶ πατρὸς, ὃς ἔτρεπε τυψιδὸν ἔόντα

Ἰππέμαχον, τὸν μοῦνον ἐν μεγάροισιν ἔκειπε:

Οἶδα γὰρ αἶς ἐν δένδρῳ κίων δόμον εἰς ἀΐδα

Νῆσον ἐς ἀγάης χλοῖς ἀλεργία νῆα,
 Ἐΐθε σ' ἐπιτα ἀιάξ κλορομὴ μνήσασθ' ἐμοῖσι.
 Μῆμ' ἀκλαυφον, ἄδαπλον ἰὼν ὅππῃδεν καταλείπειν
 Νεσοφιδεῖς, μὲν τοι τὶ θεῶν μῦθῳ μὲν χθῆωμαι.
 Ἀλλὰ μὲν κηκλήσῃ σὺνι τεύχεσσι ἀσσα μοι ἐστὶ.
 Σὺ μὲν τ' ἐμοὶ χεῖρ' ἀπολίσσῃς ὅππῃ θῆναι θαλάσσης.
 Ἀνδρὸς δὲ συλώσιον κ' ἐστωέροισι σφουδέσθῃ.
 Ταῦτα τέ μοι τειλέσθαι, πῆξαι τ' ὅππῃ τ' ὑμῶν εἴρημῶν.
 Τὸ κ' ἔσθ' ὄσ' ὄρεσσον ἰὼν μετ' ἐμοῖς ἐπάροισι.

Fatalis Græcorum nugacitas. quæ diuino viro nobisque
 æquè inuisa. Itaque sine loquacitate, sine ambitione. *Eri-
 pe me his inuisite malis. neque minatur mētoi τὸ θεῶν μῦθῳ
 χθῆωμαι. & illa malorum suauiissima deprecatio: cūm à
 mortuo excitatur apud viuum vitæ memoria: quod te per
 cæli lumen. & addidit, iucundum. neque ambitiosam petiit
 sepulturam: sed aut tu mihi terram Inuice. &, παύσε ποῦς.
 Omnia precantis excussit loca. Ex v. autem attexuit, quæ
 Vlyss'is erant, Palinuri narrationi,*

Ἐΐθε δ' ὄσ' ὄρεσσον, δ' ὄσ' τ' ἤματι κήμασι πηγάθ'
 Πλαῖζατο ποκάδ' δὲ οἱ κεχρῆσθαι σφουδέσθαι ὄλεθρον.
 Ἀλλ' ὅτε δ' ἀπὸ τρίτον ἡμῶν ἐσπύλοκαμος τέλεισ' ἠέως.
 Καὶ τότε δ' ἐπιτα αἰέματος μὲν ἐπαύσασθαι, ἢ δὲ γαλήνῃ
 Ἐσπύλοκα μὲν μῦθῳ. ὄσ' ἀεὶ κεχρῆσθαι ἐσπύλοκα γαλήνῃ.
 Ὁξὺ μῆλα σφουδέσθαι μεγάλου ὑπὸ κύματος ἀρδαίε.

Quanto simplicius,

*Tres Notæ hybernas immensa per æquora noctes
 Vexit me violentis aqua. vix lumine quarto
 Prospexi Italiam summa sublimis ab vnda.*

Quanta autem barbara Polyphemi persona inferior est
 Regia maiestate, tanto versus nostri Græcis compositio-
 nes. In ix. Vlyss' sic sunt,

Ἄ' ἔπειτα γένεσ' ἐστὶ; ποῦθι πλεῖθ' ὕψος κέλευθα;
 Ἢ τ' ἐπ' ἀπὸ τῆσ' ἢ μελιδίωσ' ἀλάληθες;
 Ὅσα τε ληστῆρες ἔσθ' εἰρ' ἄλλα, τοῖσ' ἀλέωνται
 Ψυχὰς παρ' ἑυβροί, κλορομὴ ἀλλὰ σφουδέσθαι φέροντες.

Videamus nostros,

*Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentis
 Littus ad Ausonium tor per vada cœrula vexit?
 Sive errore via seu tempestatibus acti:*

Qualia multa mari, nauæ & patiuntur in alto.
 Sic rectè primùm: quare venerint, hoc est, *Quid petitis?*
 Dein-

Deinde ipsemet venatur causas. Necessarium, vtile, fortuitum. Signatè omnia illa, multa, & patiuntur. & alto. Nulla enim spes ibi, nisi à fortuna.

Admiscet etiam ornatui eruditionem: sicut in illis,

Vescitur Aeneas, simul & Troiana iuuentus

Perpetui tergo bouis, & iustralibus extis.

Duplex enim modus erat sacrificiorum. aut enim cidebāt: vt μύσιλλον τ' ἀρατ' ἀλλα. Aut integra victima apponebatur, quod erat holocaustum. Iccirco dixit, *perpetui tergo bouis*. Ex libris autem pōtificum dixit, *iustralibus*. Bidentes enim erant oues in bimatu. Tauri autem perfecti, quinquēnes. iccirco pontificale quoque verbum addidit, *extis*. Hanc igitur maiestatem cum illis compara quæ sunt in VII, Iliad.

Τοῖσι δὲ βοῶν ἱέρευσεν ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.

Ἄρσενά πανταίτηρον ἕσπερ ἰβί κερνάωνι.

Νότοισι δ' Αἴωντα δὴλωκέισι γάρμῃ.

Quanto item post se reliquit in Tityi historia, quæ illi est in XI, Vlyssæ:

Καὶ Τυτῶν εἶδον γαίης ἑρακυδέος υἱόν,

Κεῖθρον ἐν διαπέδῳ. ὃ δ' ἐντὶ καίτο πέλεδρα,

Γῆν δὲ μὴν ἑκάτερθε παρηΐψα ἢ παρ' ἑκείρου

Δέρτρων ἐσσωδύοντες, ὃ δ' ἐν ἀπαμύμιατο χερσὶ

Λάτω γδ' ἤλκυσε Διὸς κυδρὴν παρ' ἑκαίτην.

Necnon & Tytion terra omniparentis alumnium

Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus

Porrigitur, rostróque immanis vultur adunco

Immortale iecur tondens.

Iam hinc apparet victoria. quid enim, ἐσσωδύοντες δέρτρων, cum illis, *immortali*. & *tondens*. & *fecundáque pœnis viscera*. & *Rimat úrque epulis, habitatque sub alto Pectore*. Illa verò quæ? *nec fibris requies datur ulla renatis*.

Non minore successu illa,

Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum

Vinclæ recusantum, & fera sub nocte rudentum.

Setigerique sues, atque in præsepibus ursi.

Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum.

Quos hominum à facie dea sana potentibus herbis

Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

Quæ sunt in X, Vlyssæ valde exilia.

Εὐρον δ' ἐν βίασις τετυΐψα δάμνεται Κίρκης

Ξεῖστοι λάουσι θελοῦσ' ἄπειρα ἐνὶ χερσίν
 Ἄμφι δὲ μιν λυκαὶ ἦσαν ὀρέσσει, ἰδὲ λόντες,
 τοὺς αὐτὴ κροῖσθ' ἔλεξεν, ἐπὶ κροῖσθ' ἄρμαξ' ἔδωκε.

Omitto circumscriptiones, quibus nihil accommodatius ad Heroicam maiestatem, ut, *ira leonum.* & naturam, *vin-
 da recusantum.* At versus illi duo divini vltimi. homines enim adhuc erant, facie tantum mutata. Iccirco non lupos, sed *formas*, hoc est figuras luporum dixit vir incomparabilis. Similis ornatus, & in pictura Mercurij, quæ accepta est ex v, Vlyssæz.

Ὡς ἔφατ' ἔδ' ἄπειροι δάκρυτος; Ἀργεῖόντης
 Ἀσπί' ἐπιδ' ἰσθ' ὀσπίν' ἐδύσαστο κροῖσθ' πέδιλα
 Ἄμβροστα, χροῖσθι, τὰ μιν φέρον ἡβή' ἐφ' ὑγρῶ,
 Ἡ δ' ἐπ' ἀπίεσσα γαίην ἄμυξ' ἀνέμοιο.
 Ἐίλετο δὲ βάλανον, τῆ τ' ἀίθρων ὀμματα δέλχαι
 Ὡς ἔδιδε, τοὺς δ' αὐτὴ κ' ἰσθ' ἀνέοντας ἐγαίρει.
 Τῶν μὲν τὰ χερσὶν ἔχων πέτατο κροῖσθ' Ἀργεῖόντης.

Nos sic,

Dixerat ille patrū magni parere parabat

Imperio: - Parabat igitur cum apparatus induebat ad mandata exequenda,

- *et primum pedibus calaria nectit*

Aurea, que sublimem alis sue aquora supra

Seu terram rapido pariter cum flumine portant.

Tum virgam capit. hac animas ille euocat orco

Pallentes. Hoc omisit Homerus, sicut & illa, *alias sub
 tristia tartara mittit.* Nec solum euocat animas, sed etiam
 reducit in corpora. - *et lumina morte reseruat.* & simplici-
 ter ille, τῶν μὲν τὰ χερσὶν ἔχων πέτατο. At Virgilius, *illa fretus
 agit ventos.* Sanè rectè. nam si non adsint venti, quomodo
 ἀμυξ' ἀνέμοιο; Iccirco *Vade, age, nate, voca Zephyros.*
 Quod autem non animaduertunt, hic quoque dicen-
 dum est. Quum dixit, *sublimem,* & non *sublimem,* sed su-
 pra terram : indicare Mercurij motum in eccentrico, qui
 oualem ambitum designat. Nusquam verò, vbi tempora,
 dies, nox, describitur: dignus est Homerus qui cum Maro-
 ne conferatur. Neq. solum vbi ipse de suo dicit. diuina. n.
 ex humilibus facit: veluti quod sumpsit ex xi, *Iljadis,*

Ὡς δ' ἐν χερσὶν παρ' ἀγασθ' ἰδανόιο

• Ὡς ἔφ' ἰδ' ἀθανάτοισι φάος φέρον ἡδὲ βροτοῖσι
 At tollit enim sic,

Et iam prima nouo spargebat lumine terras

Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Neque voluit dicere fatua illa: Auroram diis immortalibus offerre lucem. miseri illi nisi semper luceant.

Fateor illa in 11, Iliad. esse plenissima nectaris,

Τῶνδ' ὡς ὀρνίδων πετελιῶν ἔθνεα πολλὰ

Χλωῶν, ἢ γερῶν, ἢ κύνων δουλιχοδείρων

Ἄσπερ ἐν λειμῶνι καὶ κρήνῳ ἀμφὶ ρεῖθρα

Ἐΐδω, καὶ εἶδω ποταῶνται ἀγαλλοῦμαι πλερῦχασι

Κλαγγῶν ἀποκαθίζοντων, σμαραγδὶ δὲ τε λειμῶν.

Haud omnino tamen probo comparationem, ludentium auium sine ordinibus: & exercitus, cum sua quisque in acie atque in procinctu est. Circumspectius igitur diuinus Poeta, tum ordinem, tum cantum,

Ibant equati numero, Regemque canebant.

Ceu quondam niuei liquida inter nubila cynci,

Cum sese è pastu referunt: & longa canoros

Dant per colla modos: sonat amnis & Asia longe

Pulsa palus. Non enim ludunt incōditis montibus, sed

è pastu redeunt in ea loca, in quibus somnū capere consueuerunt. Quo tempore ordinem non rumpunt. Felicius quoque -canoros

Dant per colla modos, quàm κλαγγῶν.

In x, Iliad. disparem facit similitudinem,

Λευκότεροι χιόνος, θύειν δὲ αἰέμοισιν ὁμοῖοι.

Niuem superant, ventos equant. nostri verò utrobique præstantiores,

Qui candore niues anteirent cursibus auras.

Et cum metaphora sit in candoris excessu: primum significatum erit in cursu, cum dicis, *anteirent.*

Par felicitas super illis ex libr. xx, Iliados,

Αἰ δὲ ὅτι ἰβὺ σκιρτῶν ἐπὶ λείδου ἀρουσεν

Ἄκρον ἐπ' αἰθερικῶν καρπῶν θεῶν, οὐδὲ κατέκλων.

Ἄλλοθεν δὲ σκιρτῶν ἐπ' ἄρεια γῶτα θαλάσσης

Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος αἰλὸς πολλοῖο θέεσκον.

Quod hic deest, suppleuit noster

Illa vel intacta segetis per summa volaret

Gramina, nec teneras cursu lasisset aristas:

Vel mare per medium fluctu suspenso tumentis Ferret iteri celeres nec tingeret aquore plantas. cum dixisset, οὐδὲ κατέκλων.

in primo cursu super Anthericis: in secundo qui erat super dorso maris, non addidit similem evasionem. Id quod fecit noster, *nec tingeret aequore plantas*. Et quod ille, *curreret: noster, volaret*. Vero nãque similius est volantem non incuruare aristas, quã currentem. Præterea Asphodelus, cuius Anthericus flos est, non exit adeo frequens atque confertus, vt super ipsum possit exerceri cursus: at in segete potest. Ad hæc familiarior res, quã Anthericus. Tum autem leuior, quæ super re teneriore. Et auxit: *intactas*. & quæ adhuc essent, *seramina*: id est teneræ. Nec parum adiungit gratiæ: *suspensæ*: cuius cursu ne tumor quidem deprimatur. quippe, *nec tingeret*: quod respondet priori cursui: in quo essent segetes intactæ. Sunt in x v r, Iliad. illi versus de Antilocho,

Ἄλλ' ὄγ' ἄρ' ἐπρὸς θηρὸν καὶν ῥέζασι βολαῖς
Ὅστι κίνα κτείνας ἢ βουκόλον ἀμφὶ βόεσσιν,
Φεύγει, πρὶν περ ἄμμιον ἀποιδυμένα ἀϊθρῶν.

Virgilius autem,

*Ac velut ille prius, quã tela inimica sequantur
Continuò in montes sese auis abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnòque iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero: sylvæsq; petiuit:*

In quibus tanta est differentia, quanta inter discipulum meditantem, & præceptorem suum consilium atque operam apponentem. Nam quid dicam tibi de verbis illis? *Conscius audacis facti*? Tum autem bestię isoc. est enim pauoris signum caudam demittere. Et verbum signatum, *remulcens*, id est, retrahens. Quod Grammatici partim dissimularunt, partim dixerunt præ gaudio gestum eo verbo indicari. Vbi notabis etiam loquendi modum.

Impi pauitantis expressio.

Nam cum lupo pauitaret: & versus ferret, vt diceret: *pauitans*, vsus est felici attributione: propterea quòd videretur pauitare cauda: quippe quæ se occultaret. Ac præterea numerum auxit: cum accentus è prima illius: *pauitans*: in tertiam illius *pauitantem* translatus est.

De sceptro

Neque de sceptro disputandum: vter numerosius aut elegantius sit loquutus. In r, Iliad.

Ναὶ μὰ τὸ θεὸν ἄλλ' ἄρα, τὸ ἐμὸν οὐ ποτε φύμα, καὶ ὄζου
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομῆν ἐθέρεαι λέλοιπεν,
Ὅυδ' ἀναθνήσκει, ἀπὲρ γὰρ ῥὰ καὶ χαλκὸς ἔλεψε

φύλλα τε, καὶ φλοιὸν νύμφῃ αὐτῆ μιν ἕως Ἀχαιῶν
 Ἐν παλάμῃ φορέουσι διχασσάλοισι, οἷτε δῆμινας
 Πρὸς Διὸς εἰρύαται.

Vt sceptrum hoc (sceptrum dextra nam forte gerebat)

Nunquam fronde leui fundet virgulta neque umbram.

A loco, & ab officio. A loco: quia de commissura virgultum exit. Ab officio: quia frondes umbram efficiunt:

Cum semel in syluis imo de stirpe recisum

Matre caret: Quid potuit suauius? cūm dixit Matrem.

At ille, τομῶν ἐν ὄρεσι λέλοιπεν. Quemadmodum verbum quoque, ἔλεφε longè elegantius: πρόσθι τε κομῶν, & brachia ferro. perstat in metaphora, postquam dixit, matre. Mirifica verò illa repetitio, & verè Virgiliana. *olim arbor,* tota narratio duabus voculis comprehensa est. Artem deinde addit, quam ille subtrahit,

-nunc artificis manus ære decore Inclusit.

Et circumscripção, *μαῖνις artificis,* pro artifex, & Antonymia: non enim dixit, faber. Illam quoque ταυτολογίαν, διχασσάλοισι, οἷ τε δῆμινας εἰρύαται: non ærè, vt ille delibrauit: sed auro hoc inclusit,

-patribusque dedit gestare Latinis.

Quod verò iactant Græculi: vno comprehensum versu, quod apud nos indigeat circumlocutione. sanè idem est, atque in saltatione si quis edat motum simplicem, eudem alter compositum veris certisque flexibus. In IIII, igitur Iliados versus ille est,

Νευρῶν ἀπὸ μαστῶν πέλασεν, τόξω δὲ σίδηρον.

Diuinus verò vir, totum arcus tractum, curuationem, coniuñtionem extremorum. Ad hæc manuum equale officium simul, & diuersum. Simul cum leua ferrum solum, cum dextra & neruo papillam. Hæc sunt crimina huiusce circumductionis. quam si ab Homero potius caperet, quàm promeret de suo: non sic dixisset, sed quasi pædagogi supercilium, metuens puer, ineptè sic,

Arcu coniunxit ferrum, neruòque papillam, vel sic.

Et leua ferrum applicuit, dextramque papille, vel,

Adduxit neruum ad mammam, ferrum appulit arcu.

Plebeia hæc omnia, quæ tantum a Virgilianis superantur, quantum pastorum dapes regum ferculis. Vtrobique ceruus est, & capreolus, & hædus. at hic, aurum, pompa, intinctus, condimenta. denique Homerus moles quidè,

*Arcus curuatio
 matris.*

vt ait Ouid. *rudis indigestaque*. Virgilius autē eiusdē poetæ, *deus, & melior natura*. Valeant igitur febriculosi grammatici cum Græculis suis: qui putant diuinū Poetā: imò verò poetarū vnicū non iudicio elegisse, quæ dixerit, sed necessitate, atque ingenii angustiis abductum ab iis, quæ non dixerit, quasi non potuerit quod volebat: imò verò qui noluerit, quod potuit. Quam verò idē aliter meliore breuiorēque orationis gyro coercuerit, apparet in ix, eo versu, *neruōque obuersus equino Contendit telum, diuersaque brachia ducens*.

• Illud ex v. Vlyssē diuersa ratione multo expressit effacius,

Τὸν δ' ἑσάρες μέγα κῦμα κ' ῥόον ἔνδα κ' ἔνδα.

Nā ῥόος fluxus directus est. quonam igitur modo ἔνδα κ' ἔνδα? Igitur noster aliter,

Cirruata in molis faciem circumstetit unda.

Illud enim ἔνδα κ' ἔνδα, expressit per, circum: & μέγα per, molis:

Quid de portu? Videamus ex XIII, Vlyssēz parti culatim,

Φόρυγος δὲ τις ἐστὶ χιλιῶ ἀλίστο γέφυρος

Ἐν δ' ἄμω Ἰθάκης, δ' ὄνο δὲ ἀρκυλῆτες ἐπ' αὐτῆς

Ἀνωτὰ δροπρῶ γὰρ λιθῶς ποτιπενήναι

Αἰτ' αἰέ μων σκαπόωσι δ' ὕστατον μέγα κῦμα

Ἐκτόθεν.

Principio portus tum natura, tum cōmoditas

longē melius explicatur,

Est in secessu longo locus. Iam est secessus: iā longus. Insula portum Efficit. Rationē reddit quomodo efficiat. *obiectum laterum: quibus omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.* Necessē est, tranquillū intus esse mare: quod iam fractū, iam tectū atque abductū ab instantibus fluctibus: qui item franguntur antē, quā imperū faciāt. Nam tametū Homericū circumstant rupes: aditus tamen nihilo secius vento expositus fluctus excipit integros. aditum propterea munivit noster insulę obiectu. Nunc autem latera, sicut ille,

Hinc, atque hinc vasta rupes, gemisique minantur In celum scopuli. necessē est altas esse, non solum præruptas, vt ille dicebat. Nam prærupta non omnia excelsa. ex alto igitur ingruētes ventos arcēt nostrę. Et cū ille diceret,

Ἐκτόθεν δ' αἰέου δακρυῖο κέλευσι

Nāc ἐὺσταμοι. Nō apposuit causam. At apposuit noster,

Æquora

Æquora tuta silent. Mira verba. Deinceps ornatus vtrique,

Αὐτὰρ ὅτι κρατὸς λιμῆος πανύφυλλος ἔλαμν.

Ἀρχοῦσι δὲ αὐτῆς αἴτηρον ἀπίερατον ἠερειδῆς

Ἰρῶν νυμφῶων, αἰ νηϊάδες καλῖονταί.

Ἐν δὲ κρητῆρες, καὶ ἀμφιφορῆες ἔασσι

Λάινοι ἔνθα δὲ ἔπιπτα πίδαχ' ὤσουσι μέλισσας.

Humilia, & humiliter. Noster verò grandiora, & magnificè,

-tum syluis scena cornificis,

Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra.

Quid enim sola oliua: quam etiam falso πανύφυλλον vocavit. folia nānque gerit breuia, tametsi non rotunda.

Sed Palma est πανύφυλλος & Hemionitis, & Arundo. Tum Palma

autem descriptio hntri figura necessaria: scopulis p̄dentibus

πανύφυλλον

Intus aqua dulces, vinòque sedilia saxo.

Postea cū dixit: Nympharum domus: non egit Grammaticum, vt ille, αἰ νηϊάδες καλῖονταί. Quanquam potius

Nereides esse oportuit. nō enim posuit intus dulces aquas, quemadmodum noster. cū tamen & Crateres, & Amphoras nominaret. Quanquam earum vsum ad apum

thesauros, non ad potum deduxit. Maro autem post integram descriptionem, vsum docuit. non autem eò narrationem

interrumpit, sicut ille, ἔντοθι δὲ ἄνευ, & c. ornatum verò adauxit: fessas, ergo, non vincula manes, Vlla tenent.

scilicet ad litus aut ad saxa ἀρημύσια intelligit: quæ à pro-

ra nominant Adriatici, non à puppi. Alterum deinde retinendi nauigia modum -ullo non alligat anchora morsu.

Omitto Periphrasin, morsus anchoræ: sicut & alibi, dentem appellat. Splendor quoq; ex geminatione, vlla, vlllo.

Neque vnum ex hisce commutarim.

Armipotens belli præses Tritonia virgo

Frangē manu Phrygiis telum prædonis, & ipsum

Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.

cum illis omnibus, qui sunt in VI, Iliad.

Πόντι Ἀ'θωῶν, ἑρυσίπολι, δια δ' αἰῶν.

Nihil noui: vulgaria omnia,

Ἄξον δὲ ἔγχ' ἀιομῆδος· ἰδὲ καὶ αὐτὸν

Πρωία δὲ ποτιὲν σχοιῶν ἀρπάρουδα πυλάων.

Nuda hæc quoque. At ibi telum Phrygi prædonis.

Explicatiores quoque ea, quæ de ventis ac de quercu

no ster ait,

*Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreae, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Ernuere inter se certant. It stridor, & alte
Conferunt terram concussis stipite frondes.*

Haec tenus pares. sic enim in xvi, Iliados,
Ὡς δὲ Εὐρεος τε, Νότος τ' ἰερὸν ἀνετον ἀδάλλειν
Οὐρέος ἀδύσσης βαδελύ πολέμιζ' ἔειψ' ὕλην,
Φηρόν τε, Μελίλω τε, τὰν ὕφρασιόν τε κραταίωρ
Ἄτε σφοδρὸς ἀδάλλειε θέλων τανυθαίας ὄζους
Ἡχ' ἔσπασσιν, πάταγος δὲ τε ἀργυυιδράων.

Verum comparatio minus apta videtur hic. nam de sylua pugnans venti, vt sternant. At Græci & Troiani, vt Cebrione potiantur. nam quæ erit sylua: si Græci sint Euris, Troiani Notus? Ridiculum verò ad meridiem vsque totis vtrinque viribus pugnari: Hectorem verò capite, Patroclum pede prehensum, Cebriona trahere nec pugnare. Verum puerilia multa huiusce generis apud Homerum, qui prælia ad cyathum formabat: quæ ipse vidisset nulla. Longè meliøre iudicio Poeta: qui Æneæ constantiam ab Elisa, & Anna oppugnari declarabat. Proinde hæc addit,

*Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.*

In eandem sententiam duas eodem filo fecit comparationes: vnam de Mezentii fortitudine,

*Ille velut rupes, vastum quæ prodit in aquor
Obuia vento: um furuis, expositaque ponto
Vini cunctam, atque minas perfert, calique, marisque
Ipsa immota manet. Alteram de constantia Latini,
- ille velut rupes immota resistit:*

*Vt pelagi rupes magno veniente fragore
Quæ sese multis circumlatrantibus undis
Mole tenet scopuli: nequicquam spumea circum
Saxa fremunt: laterique illius refunditur alga.*

Sic & Homerus duas: vnam in mari, in x. Iliad.

-ὡς τε πέτρην

Ἡλίετος, μέγαν, πολὺς αἰὸς ἐγγυὸς εἶσα.
Ἡ τε ὕψει λίγων ἀνέμων λαφύρα κλέυδσα,
Κύματα τε περφεύοντα, τὰ τε προσπρωγῆται αὐτῆ.

Pessimo tamen consilio Græcos saxo comparat, qui sunt

sunt multi. Hectorem verò fluctibus, qui est vnus. In decimo septimo autem in flumine,

-ἀσπερ πρῶν-ἰχθυεῖ ὕδωρ
 Γ' λήεις πηδίοιο διαφύσσον τετυχηκῶς
 Ο'ς τε καὶ ἰφθίμων ποταμῶν ἀλεγεινὰ ῥέεθρα
 Ἴχει, ἄφαρ δέ τε πᾶσι ῥέον πηδίων δέ τίθῃσι
 Πλάζων' ἔδ' ἐπιμιν ὀϊνεῖ ῥήγυσι ῥέοντες.

Quæ verò apud Gellium nugantur Grammatici de Eri-
 de Homerica, & Fama Virgiliana, valde ridicula sunt. De
 Contentione ille in quarto Iliadis,

Ἦ' τ' ὀλίγη ἰβή πρῶτα κορυθεῖται· αὐτὰρ ἔπειτα
 Οὐρανὸν ἔστραξε κέρον, καὶ ὄπι' χθονὶ βάνει.

Clamât quòd Maro de Fama dixit, eam inter nubila ca-
 put condere : quum tamen Homerus, vnde ipse accepit,
 in cælo caput Eridis constituat. Iam tibi pro me respon-
 deo : Non sum imitatus. Nolo imitari. Non placet. Non
 est verum, Contentionem ponere caput in cælo. Ridicu-
 lum est. Fatuum est. Homericum est. Græculum est. Vir-
 gilianum non est. Romanum non est. Præterea latet eos
 vis iudicii Maroniani. Abscondit enim Famæ caput nu-
 bibus : propterea quòd Famæ caput, id est author ru-
 morum ferè incertus est. & dixit Nubila, non cælum :
 quia ad nubes vsque peruenire à terra clamor potest.

Vicit etiam illa in vndeicesimo Iliadis,

Τέρετο δ' ἐν χείρεσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.
 Ille dea donis, & tanto lætus honore,
 Expleri nequit, atque oculos per singula voluit:
 Miraturque, intèrque manus & brachia versat.

Si perpendas omnia, Quòd non expleatur, quòd oculos
 in cuncta intédât, quòd miretur & verset: magnum opus,
 magnum Æneam, magnum Virgilium intelliges.

Sunt & hæc è mediis tracta castris in poesiam,

Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
 Procurate viri, & pugnam sperate parati.

Ille autem quasi præco,

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ὄπι' δ' εἰπνον, ἵνα σωθήμεθ' ἄρνα.

Nec minus ex vicesimo secundo Iliadis,

Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῶ
 Ἐσπερος, ὃς κελίσιος ἐν ἕρανῶν ἵσταται ἀστὴρ.

Vincuntur à nostris,

*Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum calo, tenebrasque resolvit.*

Profectò ne ambrosia quidem dulcior est. Neque si superioribus addas ea quæ in quinto canuntur ab Homero, possis æquare Virgilianorum suavitatem,

*Ἀστὴρ ὀπωρινὸς ἀγαθίσκιον ἔστι μέλισσα
λαμπρὸν παμφάνησι λαλιφόρος ἀκλαυτῶ.*

Tetigit autem antiquorum opinionem, qui dicebant humore ali siderum splendorem. Iccirco Luciferum perfundit vnda. Quanquam equidem arbitror horum versuum fulgore clariorem illum futurum, quàm quavis vnda etiam ipsius Hippocrenes. vel quum ait, *os sacrum. & astrorum ignes, & Venus amat Luciferum*: quæ eadem cum illo existimatur. Verùm optimus Philosopher, Luciferum intellexit globum, & corpus ipsum: Venerem autem numen illud, quam Intelligentiam vocant Metaphysici: cuius sola ac simplici intellectu orbis ipsius rotatio perpetuatur. Resolvit autem tenebras iccirco, quia siderum omnium Lucifer solus tantum iacit luminis, vt obiecta corpora umbram reddant: quemadmodum & ad Solem, & ad Lunam. Talis tantusque Poeta noster est supra omnem captum Grammaticorum.

Efficacissima quoque in illis *ἰδοποιία* atque *πολιτία*,

*Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuvenumque senumque
Prosequitur votis. nec non et pulcher Iulius:*

& quæ sequuntur. Apud Homerum in decimo Iliadis nuda omnia,

*Τὸ δ' ἐπὶ οὐδ' ὀφλοισι ἐν δεινοῖσι ἐδ' ὕπνω
Βαῖρ' ἰέναι, ληπέτω δὲ παρ' αὐτοῖσι πάντας ἀείψαι.*

Quid enim est: liquerunt optimos? omnino languet: neque *πάντες* placet, quasi non essent ipsi *ἀείψαι*. Sic quæ mox sequuntur multo etiam meliora. Quippe illis iter tantum, & percontatio primum. Mox de Rhelo pauca, nuda, rudia, infelicia. Nostra diuina omnia, numerosa, varia, inexpectata: quæ sibi quisque eligat pro excellentissimis.

Neque audeant illa comparare: quæque ex vndecimo Iliados,

*Ζῶντ' ἀτρεῖος ἡἴ, σὺ δ' ἄξιμα δέξαι ἄπονα
Πολλά δ' ἐν ἀφροῖσι πατρὸς κειμήλια κείτται*

Χαλκός τε χρυσός τε, πολύκιμητός τε σίδηρος.

quæque ex decimo,

Ζωγρεῖ τ' αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσσομαι. ἔστ' ἄρ' ἐνδόν

Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκιμητός τε, σίδηρος

Τῶν χ' ἕμμιεν χερσίσσ' ἰοπατὴρ ἀφροῖσι ἀπονα,

Εἶκ' ἐμὲ ζῶν π' ἐπύδοιτ', ὅπ' ἔνυσιν ἀχαμῶν.

Quæ ille, vt fuit castigatæ verecundiæ atque prudentiæ, in vnum collegit. nam tamen in præliis id sæpe contigit: tamen historici id narrare: non repetere, veri poetæ est. In vnum itaque redegit, & quidem cum obsecratione. Hoc enim modo citius quàm donorum oblatione virum fortem flectimus,

Per patrios manes, & spes surgentis Iuli

Te precor, hanc animam serues natòque patriæ.

Mirabilis contextus: Obtestatur per Anchisem, quia ipse haberet etiamnum patrem. Per Iulum, quia esset vterque pater, tum deo simile est, seruare. Est enim Iouis cognomen, *σφετήρ*. deinde promissa: eaque non sine specie atque argumentis veritatis: *Est domus alta*. Nisi esset alta, putaret Æneas non esse diuitem. Reliqua verba simul cū puritate veteri Romana, nouam atque excogitatam maiestatem coniungere,

-iacent penitus defossa talenta

Calati argenti: sunt auri pondera facti

Infectique mihi.

Neque hic sistit orationem, sed impetum addit à fine,

-non hic victoria Teucrùm

Vertitur: aut anima vna dabit discrimina tanta.

Sic audias vulgares Homeri obseruationes, sine arte, sine affectu. Vnam pro illis cunctis nobilem Virgilii. Iam vt quæ dicit Agamemnon, cùm illis conferantur,

-iam pridem belli commercia Turinus Sustulit,

& quæ sequuntur.

Non semel luporum comparatione adducit. In quarto *Λυπορῶν* Iliados per collationem simplicem, *λύκοι ὡς*, nulla addita *ὑπόρασις*. In vndecimo autem eodem modo, verbum tantum addidit, *λύκοι ὡς θύνον*. Hanc *εἰκασίαν* locupletauit comparatione in decimosexto,

-οἱ δὲ λύκοι ὡς

Ὁμοφάρι, πῶσι τε σφει φρένας ἀσσιντος ἀλλή·

ὄτ' ἔλαφιν κερκὸν μίγαν εὐρεσι δνόσαντες
 Δάπλιον. πᾶσιν δὲ παρήιον ἀμμοπι φονὸν
 Κάσ' ἀγαλλῶδον ἰάση δπό κρλίης μελαυόδου
 Λάφοντες γλώσσῃσιν ἀραῆσιν μέλαν ὕδωρ
 ἔκροθν ἔρευρόμφοι φόνον ἀμμοτος. ἐπὶ τε θυμῶς
 Στήθεσιν ἀπρομῶς ἐστ' ἀρεῖς ἐνεταὶ δὲ γαστήρ.

Inter hanc vbertatem & illam breuitatem, media est diuini Poetæ comparatio,

-lupi cen

*Raptores, atra in nebula, quos improba ventris
 Exegit cæcos rabies.*

Efficacius est *Raptores*, quàm ὠμοφάγοι. Sunt genera canū, ὠμοφάγα. non tamen raptores canes Melitzi. Et locus, *atra in nebula*: & modus dicendi, *rabies improba ventris*, plus quàm *fames*. & *exegit*. & *cæcos*, id est securos cuiuscunque periculi. Pulchrum verò Epiphonema, *-catulique relicti Faucibus expectant sicci*, quorum recordatione parentum rabies acuat. Quod verò ait Homerus, *Linguis bibere*: falsum est. morfu enim bibunt lupi: non autem λάπνουσι. neque lingua imbuta cruore potuit rectè dici, ἀραγή.

Sed & alia hac non inferior,

*Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
 Cùm fremit ad caulas, ventos perpressus & imbres,
 Nocte super media: tuisi sub matribus agni
 Balatum exercent: ille asper & improbus ira,
 Sæuit in absentes. collecta fatigat edendi
 Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.*

*Siderum;
 compara-
 tiones.*

De Sirio & aliis sideribus multas fecit Homerus comparationes. In vndecimo Iliados,

Ὅϊος δ' ἐν νεφέων ἀκαράμετα κλίος ἀστὴρ
 Παμφάων' ὅτε δ' αὐτὸς ἐδύ νεβρα σκυῖόν τε.

Et eam quam supra posuimus ex quinto Iliados,

Δίμῃ οἱ ἐν κόρυθῶς τε χ' ἀσπίδος ἀκρόμυτον πῦρ
 Ἄστὴρ' ὀπωρονῶ διαλίχιον: ὅς τε μέλισσα
 Λαμφοῖ παμφάωνσι λελακίφος ὠκιστοῖο.

Et in vicesimosecundo,

Παμφάωνθ' αἰς' ἀστὴρ' ἐπιταυμῶνον πεδίω
 Ὅς' ῥά π' ὀπώρας εἶσιν' ἀρίζηλοι δὲ οἱ αὐταὶ
 Φάμενται, πολλοῖσι μὲν ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῶ.
 Ὅτε νιν ὠρίωνος ὄππλησσι κελυκοῖσι.

Quartam non omittam his simillimam. comparat enim
 igni

igni clypei fulgorem in vndeicesimo,

Ως δ' ἔταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύησι φανείη
 Καρούβη πυρός. τὸ δὲ χρίεται ὑψόβ' ὄρεσφι
 Σταθμῶ ἐν οἰοπόλῳ. τὲς δ' ἐκ ἐτέλων τὰς αἰλλῶν
 Πόντον ἔω' ἰχθυόεντα φίλων ἀπαίουδε φέρων.

Quæ omnia noster sparsa verecundè composuit illo
 gyro,

Ardet apex capiti cristisque à vertice flamma

Funditur, & vastos umbo vomit aureus ignes.

Sanè fulgor è nitido tumidòque loco videtur euomi. in-
 de duplicauit comparationem,

Non secus ac liquida siquando in nocte Cometa

Sanguinei lugubre rubent. Nusquã toto in Homero tan-
 tam verborum inuenies efficaciam. Aut *Sirius ardor*, quã-
 ro grandius quàm ὀπωρενὸς ἀστὴρ? Ad hæc, natura & ἐκτεχέ-
 ματα cætera,

Ille sit im morbósque ferens mortalibus ægris

Nascitur, & leuo contristat lumine cælum.

Quod & ille,

Λαμπαρότατος ἰβὲρ ὄτ' ἐστὶ, κακὸν δὲ τε σῆμα τίτυκται

Καί π' ἔφρει πολλὰν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι.

Talis Æneas designabit tunc, & ex igne illo, & ex fatis
 perniciem.

Haud longè ab his est quod habetur in nono: cuius mi-
 nima laus maximam Homeri superat,

Continuò noua lux oculis effulsit, & arma

Horrendum sonnere: tremunt in vertice crista

Sanguinea, clypeòque micantia fulgura mittit.

Cum quibus collata, plebeia illa sint ex duodeicesimo
 Iliadis,

Ἡ νίοχοι δ' ἐπληκτοῦ, ἐπεὶ ἴδον ὀφθαλμοῖσι

Δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς μεγαθύμου πηλείωνος

Δαϊούβρον. τὸ δ' ἔδαμ δεὰ γλαυκῶπις ἀδελύην.

Sic de Chimera in vertice galeæ Turni. quod Gramma-
 tici damnant: primùm, quia vtrique attributus ignis,
 Turno & Aeneæ. deinde quòd Aeneas nondum in præ-
 lio, sed è nauì. Cæterùm illorum stoliditas maior est qua-
 uis reprehensione. Semper enim in eorum stupida arro-
 gantia superest, quod castiges. nánque hoc sanè horren-
 dum, quum vel ex nauibus perterrefaceret. vtrique autè
 dat fulgorem: quia vtrique arma. Quid ais ad hoc? Turnù

*Chimera
 compara-
 tio.*

tollit, vt vincentem extollat. Quid? nonne & Diomedis & Achillis galeæ imponit Homerus ignem? Quanto prudentius noster duos hostes aliis inuictos, multis virtutibus pares fecit, quàm Homerus duos eiusdem exercitus?

Longè illustrior est atque accuratior effictio Euan dri, quàm Agamemnonis in 11, Iliados,

Emandrum ex humili tecto lux suscitât alma.

Non hoc melius quàm Εἴς το δὲ ὠροῦσθε εἶς? Illam verò suauitatem,

Et matutini volucrum sub culmine cantus.

& illa (vt ego solitus sum iocari) καθεύδεις ὄρνις,

Consurgit senior, tunicâque inducitur artus:

Et Tyrhena pedum circumdat vincula plantis.

Tum lateri atque humeris Tegeum subligat ens sem.

Demissa ab leua panthera terga retorqueus.

quibus illa non sunt paria,

-μαλακὸν δὲ ἐν τῷσι χιτῶνα

Καλὸν ἤραττον ἀπὲρ δὲ αὐτὴ μῆλα βάλετο φάερος.

Ποοὶ δὲ ὑπὸ κειραῖσι τὸ ἦτο καλὰ πόδια.

& illa inferiora,

Ἀμφὶ δὲ ἄρ' ὀμοίωσι βάλετο ξίφος ἀργυρέηνον.

Illis quoque superatus est,

Necnon & gemini custodes limine ab alto

Procedunt gressumque canes comitantur herilem.

Quid enim?

Ἀμὲν αὐτῶν δὲ δ' ὄκυνες ἀρρὸι ἔποντο.

Nec minore felicitate Turnum armat,

Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus.

Iamque adeo Rutulum thoraca indutus, ahens

Horrebat squammis: surâsq; incluserat auro.

Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ens sem:

Fulgebâtque alta decurrens aureus arce:

Exultatque animis, & spe iam præcipit hostem.

Rudiora illa in vndecimo Iliados,

Κνημῖδας μὲν πρώτῳ ἀπὲρ κνημῖσιν ἔθηκεν

Καλὰς ἀργυρέοισιν ὑποσφουρίοις ἀσκηχας.

Δεύτερον αὐτὸν σφαιρὰ ἀπὲρ σφιδασιν ἔδωκεν.

Ἀμφὶ δὲ ἄρ' ὀμοίωσι βάλετο ξίφος ἀργυρέηνον

Χάλκον αὐτὸν ἔπειτα σέλας μῆλα τι σίβασθαι τε

ἔλετο. τῷ δὲ ἀπὸ πέντε σέλας ἔχουσιν ἢ ὅτε μῶνις.

Castigandus quoque in decimo Iliados propter illa,

Τὸ δ' εἶδ' ἠ' ἔδρακεν μὲν πτόλεμος Σπασυμένης
Φάετταρον ἀμφικας. τὸ δ' ἔδον παρὰ νηυσὶ λείπειτο.

Diomedes ergo si reuiuifcat, animaduertat ab Homero hanc iniuriam, qui se sine ense exire fecit è tentoriis. Cōtrà Virgil. etiam habenti donat, *-humero simul exiit enses*

*Auratum, mira quem fecerat arte Lycæon
Cnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.*

Vbi etiam Grammaticum agit idem: ait enim,

Ἀμφὶ δ' εἰ κινεῖω κεφαλῆφιν ἔθικεν

Ταυρεῖω, ἀραλὸν τε, καὶ ἄλοφον, ἢ τε κατὰ τυζ

Κέκληται. Positum enim oportuit galeæ nomen sine verbo κέκληται. quod & suprâ emendabamus in expositione portus Ithacensis.

Nestor verò in primo Iliados loquax, in septimo non minus: in quarto odiosus: in vndecimo obtundit: in penultimo etiam nugatur. Vndecimi sanè locum non apposui, libri nânq. integrî instar est. Audent tamen Grammatici conferre illum cum Euandri oratione. Numerat ille boum & caprarum capita: hic regem Herilum, & fortem & fatali vita:

Ter, inquit, letho sternendus erat. Ad hæc,

-primam aciem Prænestæ sub ipsa

Strami, scutorumque incendi victor aceruos.

Leonis comparationes non pauciores, quàm astrorum *Leonis' cō-*
aut fluuiorum. In decimo breuis, *parationes*

Βαῖρ' ἔμψ' ὡσεὶ λέοντες δύο διὰ νύκτα μέλαινα.

Similis in vndecimo, λέων ὡς. Paulò amplior in decimo-octauo,

Ὡς δ' ἔδοτ' σώματος ἔπι λέοντ' ἀθῶνα διώματα

Ποιμήνας ἀγραυλοὺς μέγα πεινάοντα δίδεσθαι.

& in vndecimo locupletior,

Βόες ὡς

Ἄς τε λέων ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῶ

Πάσας· τῆ δ' ἐτ' ἐπ' ἀγάργεταί αἱ πύς ὀλεῖρος

Ἰῆς δὲ τε αὐχέν' ἔσχε λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδῶσι

Πρῶτον ἐπ' ἔτα δὲ θ' αἶμα, καὶ εἰς ἔτα ἰπῶτα λαφύσει.

In eodem fusior adhuc,

Ὡς δ' ἀθῶνα λέοντα βροῶν ἀπὸ μεταύλειο

Ἐστυέοντο κωῖες τε καὶ κέρεις ἀχρηστώται

Ὅ τε μὲν ἐκ εἰώσι βροῶν ἐκ πᾶρ ἐλέσθαι.

Παίνυχοι ἐγρήσσοντες· ὁ δὲ κρείων ἐραπίζων

Ἴθ' ὅτε ἀλλ' ἐπὶ σπῆρασε' ὄσσε μέγας γὰρ ἄκοντες
 Ἀντίον αἰεὶ βουσι θρασυειδῶν δ' ἄπο χεῖρας
 Καὶ οὐδ' αὖτε δέεται τὰς τε πρὶς εἰσὺν ὄφρος ἄσπ'
 Ἡ δ' ἄσπ' ἂν ἄπο νόσφιν εἴη τυτνήσθ' ὄσσε μῆρ.

& in eodem alia non minor,

Ὡς δὲ λέων ἀλάφειο ταχέως νηπτα τέκνα
 Ρ' ἠδ' ὄφρος ζωιάζει λαβὼν κοκτριερίσθ' ὀδοῦσθ'
 Ἐλθάν ἐς θυλίω' ἀπαλον δὲ σφ' ἦτορ ἀπνύσθ'.
 Ἡ δ' εἴσθ' τὴν ὕχιστ' μάλ' α' ἠσθ' δ' ὠσάται σφ'
 Χραμομῆν' αὐτῶν γὰρ μη ἴσθ' πρῶμος ἀπὸς ἰσθ' νεῖ.
 Καρπαλίμωσ' εἴ ἠῖσθ' δια' ὄσσε πικτὰ, κ' ὕλλω,
 Σπυδύσθ' ἰδραύσθ' κοκτριερίσθ' θρῶσ' ὕφ' ὄρμῆσ'.

Alia luculenta in decimoseptimo,

Ὡς δ' ὅτε τίς τε λέων ὀρεσίτερος ἀλλ' ἠπποιδῶσ'
 Βισκοῦξ' ἠσθ' ἀγέλης βοῶν ἀρπάζθ' ἠσθ' ἀρῖσθ'.
 Τῆσ' εἴσθ' αἰχλῆν' εἰσθ' λαβὼν κοκτριερίσθ' ὀδοῦσθ'
 Πρῶτον' εἴσθ' εἰσθ' ἀμῶσθ' ἠσθ' πᾶν τα λαφύσθ'
 Δρῶν. εἰσθ' δὲ τὸν γὰρ κωῶσθ' τ' αἰσθ' ἠσθ' τε νομῶσθ'
 Πολλὰ μάλ' ἰσθ' ἠσθ' ἀπὸ σφ' ὀρεσ' εἴσθ' εἰσθ' ὄφρος
 Ἀντίον εἰσθ' ἠσθ' μάλ' α' γὰρ ἠσθ' ἐν δέος ἀρῖσθ'.

Illa quoque in sextodecimo,

Ἡ ὅτε ταῦσθ' ἠσθ' λέων ἀγέλης μετ' ἠσθ' ὄφρος
 Αἰσθ' ὄφρος μαζ' ὄφρος ἐν εἰσθ' ὄφρος βοῶσθ',
 Ὡς ἠσθ' τὸν γὰρ κωῶσθ' τ' αἰσθ' ἠσθ' τε νομῶσθ'.

& in tertio vna,

Ὡς τε λέων ὄφρος μάλ' α' ὄφρος σῶσθ' κούσθ'
 Νεβρῶσθ', ἠσθ' ἠσθ' κούσθ', ἠσθ' ἠσθ' ἠσθ'
 Πενάων' μάλ' α' γὰρ τ' εἰσθ' ὄφρος, εἴσθ' αἰσθ' ὄφρος
 Σπυδύσθ' ταχέως τε κούσθ', ὄφρος ὄφρος εἰσθ'.

Tot congeries verborum, tot iterationes congestit Poeta
 poster: atque hanc quidem ultimam sic expleuit,

*Impastus stabula alta leo ceu sepe peragrans
 (Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
 Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruicem:
 Gaudet hians immane, tota que erexit, et horet
 Visceribus superaccumbens. Lauit improba teter
 Ora cruor.* Ecce quomodo dixit, πεινάων. *Impastus*. In v-

troque verbo moles est. Cæterum ornamenta sunt maxi-
 ma: *fugacem capream, ceruicem in cornua surgentem*: καπῶν &
 πεινάων: *vesana fames*. amentes enim famelici fiunt etiam
 homines, atque efferantur. vnde Lucanus, *nescit plebs*
sciura

ieiuna timere. Notabis etiam verbum, *Suadet.* facetum est: non dixit, Cogit. Superavit hisce: superavit illis, *Gaudet hians immane.* & *comas arrexist.* Illud autem, *μῆλα γὰρ ἐδίδει:* impensius, *hæret Visceribus superaccumbens.* In cauea enim hoc vidimus, quanto magis vrgebatur pertica, tanto acrius premebat vitulú. Nonne est generosior oratio, quã *μῆλα κερτιδίαι?* Epiphonema pulcherrimum. sic enim lauat os sanguine, vt diu pòst lábat. Est & altera in decimoseptimo, quum leoni comparat Menelaum inuitum relinquentem Patrocli cádaue,

Αὐτὰρ ὄγ' ἐξοπίσω ἀνεχάζετο, λείπε δὲ νεκρὸν
 Ἐν τροπαλίζουμος. ὥς εἰ λῆς ἠὺρῆϊος
 Οὔ γα κωῖες, κ' ἀἴθρες δὸπρὸ σαθμοῖο δίωνται
 Ἐγχεσσι, κ' φωνῇ. πῦ δ' ἐνὶ φρεσὶν ἄλλυμων ἦτορ
 Παχρῶνται, αἰκῶν δ' ἀπίβη δὸπρὸ μασσαύλοιο.

quam in Turni maiore facinore superavit,

- *cen seuum turba leonem*

Cum telis premit infestis, at territus ille

Asper, acerba tuens retrò redit, & neque terga

Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contra.

Ille quidem hoc cupiens, potis est per tela, per hostes.

Nudis illis adiecit amictum incomparabilem, *Asper, acerba tuens.* & quum miscet virtutem cum periculo: & timorem cum auiditate. Tertia quoque illam è sextodecimo sic delet,

- *utque leo specula quum vidit ab alta*

Stare procul campis meditantem prælia taurum,

Aduolat. Excitat magis animum hæc aggressio, quàm

illa pugna impar, *ταῦρον ἐπιφνε λῆων & ἀλετο σανάζων.* *Quartæ* multus decor, multus affectus, multus impetus. referens illam quæ simili materia est in decimo Iliadis,

Ὡς δὲ λῆων μῆλυσιν ἀστυμέντοιον ἐπιλθὼν

Αἴγασιν ἢ ἦϊασιν κακὰ φρονέων ἀιορούσιν.

Impastus cen plena leo per ouilia turbans

(*Suadet enim vesana fames*) *manditque trahitque*

Molle pecus, mutumque metu, fremit ore cruento.

vt præterquam quod vorat, etiam trahit. Sanè quum iratus est, quod ore apprehendit, succutit, atque inter mandendum fremit. *Quæ plus pingunt quàm ἄμα κ' ἔσκαται λαφύσαι.* quod autem ait, *αἰχρὸν ἔατ.* sanè non repugno: sed *παρες, rictumque* potius comprehendit ore leo. Credo

anima sua graui illius animam vt suffocet aut hauriat.
Sæpe enim hoc vidimus.

Quinta quoque magnifica est, & tota sua,

Pænorum qualis in armis

Saucius ille graui venantum vulnere pectus,

Tum demum mouet arma leo, gaudetque comantes

Excitans cervice toros: fixumque latronis

Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento.

Apud Homerum verò multas præterea videbis: duas valde vicinas in quinto. & in eodem libro tertiam, duorum leonum: & in sextodecimo duas: in quarum altera est hemistichium, ἐὶ τέρμιν ἄλσον ἀλλή. Simile illi, ἄλλωρον δὲ ἐῖκατα, in simili comparatione. & tertia haud multo post. & in decimosextimo alia ab ea quam descripsimus. & in vicinissimo vna magnifica admodum. & duorum capram ferentium in tertiodecimo.

Illa quoque à Criticis & comparata, & perpensa sunt,

Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnes

Explorat ventos, atque auribus aera captat.

Sidera cuncta notat tacito labentia celo.

Arcturum, pluuiaque Hyadas geminósque triones.

Armatumque auro circumspicit Oriona. Artem atque intentum animū simul notauit per verbum, *Circumspicit.* Al tē Arcturum ad dextram, alia ex parte Orionem. sed & aerem, id est, auras ipsas ventum præuenientes, miro modo dixit, *Auribus* captare. Homerus autem sine vllō apparatu more suo fluit,

Ἄν τῆρ ὁ πηδάλιον ἰδῶν ἐπὶ τεχνήντων:

Ἡΐφος· οὐδέ οἱ ὑπὸς ὀπί βλαφάρεσσιν ἔπιπλε

Πληιάδας τ' ἑσπέρων, καὶ ὀψὲ δ' αἰώντα βεῖω τῶν

Ἄρκτον δ' ἰὼν τ' ἀμείξαν ὀπίκλιον καλέουσι·

Ἡ τ' αὐτὸ σφίρειται, καὶ τ' ὀρίωνα δακλύει.

Similes in decimosextimo Iliadis.

Nuda item illa ex Iliado secundo,

Ἡ ὕτι ἐθνεα εἰσι μελισσῶν ἀδινάων

Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀεὶ νέον ἐρχομβράων.

Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' αἴθεσιν εἰαρονοῖσι.

Αἰ ὑψὲ τ' ἐνθα ἄλλες ποπότηται, αἰδέτι ἐνθα.

Quæ diuinus vir ita descripsit, vt oppresserit,

Qualis apes æstate noua per florea rura

Exercet sub sole labor: quum gentis adultos

QVI ET CRITICVS.

*Educunt fœtus, aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.
Aut onera accipiunt venientium, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.*

Eius partes si velim recensere, opera me deficiat, Rei naturam, varietatem, figuras, carminis rotunditatem, nervos suauiloquentiæ.

Simillimâ huic hîc ponere suadet par materia, æqualis victoria,

- ὄρνιθες ὤς.

Ἡ ὕπερ κλασθῆ γαράτων πίλες οὐρανὸν ἀπὸ.
Αἰτ' ἐπὶ οὐρ χειμῶνα φύρον, κ' ἀθέσφατος ὄμβρον
Κλασθῆ τάχα πίτονται ἐπ' ἀκαματοῖο βράων.
Ἀγδράσι πυλμαρίσι φόνον, κ' κῆρα φέρουσαι.
Ἡ ἔριαι δ' ἄρα τάχα κακὴν εἶδα προφίεσται.

Omissa fabula Pygmeorû, quæ sanè Græcula est, rem ipsam breui, plena, mira narratione complexus est,

- aut ad terram gurgite ab alto

*Quam multa glomerantur aues, ubi frigidus annus
Trans pontium fugat, & terris immittit apricis.*

Quantò elegantius, frigidus annus Trans pontium fugat aues, quàm, Aues hyemem fugiunt?

Sed & expressius,

- quales sub nubibus atris

Strymonia dant signa grues, atque aethera tranant

Cum sonitu, fugiuntque notos clamore secundo.

Tantum verò præstitit in illa Mnesthei increpatione : vt non videatur desumpsisse ex Iliados teritiodecimo. vbi res maximi momenti languidissimè scripta est,

Νῦν δ' ἔκαστην πόλιος κοίλην ὅππ' ἦνυσσι μέχονται

Ἡ γ' ἡμόνες κακότητι, μεθ' ἡμοσιύησι τε λαῶν.

Οἱ κείνη εἰρίσαντες ἀμυνεῖσθ' ἰαὶ εἰδέουσι

Νηῶν ἀκυπόρων ἀλλὰ κτείνονται ἀν' αὐταίς.

Alius quippe sonus, alius ardor,

Quos alios muros, quæ iam ultra mænia habet is?

Vnus homo, & vestris, ô ciues, undique septus

Aggeribus, tantas strages impune per urbem

Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?

Non infelicis patria, veterumque deorum,

Et magni Æneæ, segnes, miseretque pudetque?

Increpatio altera Agamemnonis, qua Troianos acuit in quarto Iliadis,

Ἀργεῖοι ἰάμοισι, ἐλεγχείῃς, ἔνυ στυάδεσ;
 Τίθ' οὐτως ἔστι τεθροπέτες, ἠύτε νεβροί;
 Αἰ τ' ἐπὶ οὐδ' ἔκαμον πόλεος κωδίοιο Δεῦσα
 Ἐσαο' οὐδ' ἄρα τις σφε' μετὰ φρεσὶ γήεταυ ἀλκή.

Pudet his subiicere quæ pari affectu dicit Pallas,

Quò fugitis socii? per vos est fortia facta,
 Per ducis Eumandri nomen, & quæ sequuntur.

Et tertia in eodè libro, qua Mnesthea & Vlystem carpit,

Τί τ' ἐκ καταπύσσοντες ἀφύσαστε, μίμνετε δ' ἄλλουεσ;
 Σφῶϊν μὲν τ' ἐπέοικε μετὰ πρώτοισιν εόντας
 Ἐσαίου, ἠδὲ μέγχις κωσειρης αἰπιβόλησαι.
 Πρώτων γὰρ ἢ δαίμων ἀκουάζειδων ἐμείο.
 Ὅ πότι δαίτη γέροντι ἐσθλιζομένων ἀχμοί.
 Ἐνθα φίλ' ὀπίσθεα κρέα ἐδύσθαι, ἠδὲ κυπέλαι
 Ὄνου πνέειν μαλλιείδος, ὄφρ' ἐδέλητον.

Haud abfamilia quæ in octauo,

Αἰδῶς ἀργεῖοι, καὶ ἐλεγχεῖα, εἶδος ἀγνοί.
 Πῆ ἔβαν ἀχολαί ὅτε δ' ἠραμῶν εἶν ἀεργοί.
 Ἄς ὁπότ' ἐλκεμὸν κενεαυχέες ἠγροεῖαδα.
 Ἐδοντες κρέα πολλὰ βοῶν ὀρθοκρασίων.
 Πίνοντες κρητῆρας ὀπισθείας οἴνοιο
 Τρώων ἀνδ' ἔκατον δικκοσάντε ἔκαστος
 Στήθεσδ' ἐπὶ πολέμοι· νῦν δ' οὐδένοσ ἀξίος εἶναι.
 Ἐκτορεσ' ὅσ' ἄρα νῆασ ἐπιπρήσει πύρε κληέω.

Tarchontis autem oratio non minorem præ se fert animum, quàm pugna,

Quis metus? ò nunquam dolituri! ò semper inertes

Tyrrhem! qua tanta animis ignavia venit?

Fœmina pallantes agit? atque hæc agmina vertit?

Quo ferrum? quidve hæc geritis tela irrita dextris?

At non in Venerem segnes, nocturnaque bella:

Aut ubi curua choros indixit tibia Bacchi

Expectate dapæ, est plena pocula mense.

Hic amor, hoc studium. dum sacer secundus aruspex

Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in alto.

Arboris quoque casum haud facilem operoso carmine descripsit Maro: Tantòque ornatu rerum naturam am-
 biuit, atq. euenta ipsa: vt illa Homeri propofita, quæpiam
 hypothefis videatur. sunt autem in quarto Iliadis, ficut
 de

de fraxino in x i i. de quercu fulminata in x i i i i.

Ο δ' ἐν κενῆσι χαμῶ πτόεν ἀγχιερός ὤς,
 Ἡ ῥά τ' ἐν εἰαυθῆ ἔλεος μεγαλοῦ πεφύκει
 Λείν' ἀπὲρ τὸ οἰόζοι ἐπ' ἀκροτάτη πεφύκεισι,
 Τίω μ' ἀμματοπτοῦδος ἀνὴρ ἀΐθωνι σὸδ' ἦρο
 Ἐξέταμ' ὄφρ' ἴστω κείμην περικαλλεῖ διφροῦ.

Non multò maior opera posita est in hac narratione, quàm in cędenda populo fecerit Carpentarius. At in nostro Musa loquitur,

*Ac veluti somnis antiquam montibus ornum
 Quam ferro accisam, crebrisque bipennibus instant
 Eruere agricolę certatim. Illa usque minatur,
 Et tremefacta comam concusso vertice nutat.
 V vulneribus donec paulatim euicta supremum
 Ingemuit, traxitque iugis amulsa ruinam.*

Non si ipse Iupiter poeta fiat, melius loquatur. In sexto-decimo Iliadis huic similis est: alia à superiore, quam ex quartodecimo recitabamus,

Ἡ ἔπει δ' ὡς ὅτε πὲρ δρυῶς ἦρσεν ἠ' ἔχρωϊδες,
 Ἡ δ' πίτυς βλωθρῆ' τίω τ' οὔρεσι τέκτονες αἰδρῶς
 Ἐξέταμον πελέκασσι τέκασσι νήϊον ἔειδ'.

Quam diuinus vir obruit sua imitatione,
*Concidit, ut quondam caua concidit, aut Erimantho,
 Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.*

Versus quoque præcedens hosce, par est illi Homérico in xvi. Iliados, de Cebrione,

Κεῖτο μίγας μεγαλωσὶ λελασιθῆος ἰπποσιωάων.

Sic ille,

Ipse grauis grauitérque ad terram pondere vasto.

Nisi velis illum huic apponere,

Flebant ingentem, atque ingenti vulnere victum.

In hoc est sententia par, in illo numerus.

Antiquam igitur ornum cum antiqua Troia. Accisam ferro illam, hanc longinquo bello attenuatam. Agricole, Græci sunt. Naturam verò spectā ipsius arboris. Illa minatur: sed usque, & usque, & tremefacta, & nutat. Paulatim euicta. Addidit & attributionē, Congemuit. Nā ictibus sanè respondet arbor sonitu. Et, traxit ruinam secum, sicut Ilii euerfio traxit secum Æneæ opes, & Antenoris, & Heleni, & aliorum. Quòd autem populi ramos non fecerit etiam imę partis participes: falsus est. ἴτυς verò si est, vt

interpretantur, rotæ curuatura: pessima quidem fiat è populo. nam & facillimè atteritur, & minus fideliter tenet ferrum, si eo incrustetur.

In vndecimo Vlyffæ,

ΑΨαφὴν βεβῆχον ἀπὸ ὑψηλοῦ μεταδρῶν.

Quod noster tanto maiore cultu,

Informis lethi nodum trabe nectit ab alta.

Etenim tam atrox res aliquo verborum ambitu studiosius comprehendenda fuit.

Milites quoque representat Virgilius animosos, non vulgares. Quippe Pandarus & Bitias vltro etiam portas recludunt. Rectè igitur turribus assimilatur, quæ sanè ad mœniorum defensionem constituuntur. Comparatur autem roboribus veribus diuinis,

Portam, quæ imperio ducis est commissæ, recludunt

Freti armis. quid potuit generosius? Deinde addit quod perterreat animos plebeios,

-vltroque imitat mœnibus hostem.

Ipsi intus dextra, ac leua pro turribus astant,

Armati ferro, & cristis capita alta cornicis.

Quales aërie liquentia flumina circum

Sive Padi ripis Athesim, seu propter amœnum

Consurgunt gemine quercus, intusque caelo

Attollunt capita, & sublime vertice nutant.

Homerus autem minore opera,

Εἴ δὲ πύλησι δ' ὕψος ἀπὸ τοῦ εὐρον ἀείσω

Τίνας ὑπερθύμους λαπιδάων ἀρχιμητῶν.

Ἐστασάν, ὡς ὅτε δρῦες ἐν ἔρσειν ὑψητέρω, αἰτ' ἀέριοι μίμνευσσι καὶ ὑπὲρ τὸν ἥμισυ τὰ πάντα,

Ῥ' ἕλκυσσι μεγάλασι δίλωκλεις ἀεθρήσασιν.

Ὡς ἀεθρὰ τῶ χειρῶν πεποιθότες, ἰδέσθασιν

Μίμνετε ἀεθρῶν μίμνετε ἀπὸν, ἰδέσθασιν.

Quæ in decimonono scribuntur, post se reliquit,

Τῶν δ' ἡράσασιν πάσας κλυτὰ τεύχεα θέει

Κατὰ μέλας, εἰ ἔπω τις ἀνὴρ ἀμμοισι φόρῳσιν.

Ille autem,

En perfecta mei promissa coniugis arte

Munera, ne mox aut Laurentes nate superbos,

Aut acrem dubites in prelia poscere Turnum.

Tota quoque clypei descriptio multò est apud nos aptior vniuerso argumento. Homeri autem clypeus, striola & pue-

& puerilia continet. Quinetiam sigillorum quæ in eo sculpta sunt, motum quomodo repræsentare queat, nescio. nisi quòd ille ait, *Σκευτὴν πατιούνται ὄπες*, ad Homeri poemata accommodari possit. In illa enim verborum opulentia, licuit ei ineptire. Ait ibi,

Οὐδ' ἴσαν, ἤρχε δὲ ἄρα σφιν ἄρης, ἢ πάλλας ἀθλίη.
 Esto, gestus euntium effingi potest. at subdit,

Οὐδ' ὅτε δ' ἄρ' ἔχουον ὅτι σφίσιν ἦκε λοχῆσαι
 Ἐν ποταμῷ ὅτι τ' ἀρταῖος ἔλω πάντες βροτῶν.
 Ἐνδ' ἄρα τοῖς ἴζοντ' εἰλυμέναισι ποταμῶν.

Quomodo eunt, ut perueniant, ac deinde confidant? alia quoque eiusmodi. Sed & ridiculum illud, Citharædum statuit sanè. & κιδάρελι: bene. manus enim ad Citharam sunt. At quum ait,

- λίνον δ' ἄπο κελὸν ἀείδει: procedat. os enim apertum dabit Vulcanus. illud verò λινάλας ἢ φωνῆ quis ferat? dicet parum apertum. At mugitus etiam ore clauso. & parum aperto grauissimus sonus cantoribus. Præterea in cælo facit Vulcani officinam, quo nihil stultius esse potest: At prudentissimus vir,

*Insula Sicanium iuxta latus, Æoliámque
 Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,
 Quam subter specus, & Cyclopyum exesa caminis
 Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus
 Audit i referunt gemitum, striduntque cauernis
 Strictura chalybum, & fornacibus ignis anhelat.
 Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*

Vbi & rerum naturam sequutus, & verbis signatus loquutus est. Cæterum Virgiliana officina cælestis potius: diuinis enim verbis descripta est. Homericæ autem plebeiis

*Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
 Brontésq; Steropésq; & nudus membra Pyracmon.
 His informatum manibus iam parte polita
 Fulmen erat: toto genitor quæ plurima calo
 Deiecit in terras: pars imperfecta manebat.
 Tres imbris torti radios, tres nubis aquosa
 Adsiderant, rutili tres ignis, & alitis Austri.
 Fulgores nunc terrificos, sonitumque metumque
 Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras.
 Parte alia Marti currumque rotâsq; volucres
 Instabant: quibus ille viros, quibus excitat orbes:*

*Ægidæque horrificam, turbatæ Palladis arma
Cerratim squamis serpentum, aurôque polibant.
Contexósque angues, ipsamque in pectore diua
Gorgona de secto vertentem lumina collo.*

Homericam domum Vulcani videamus in decimo octavo Iliadis,

Ἡ φάσις οἱ δὲ ἴκανε δῖμον θεῖσι ἀργυρέη
Ἄφροδιτον ἀσεβήεντα μεταπρεπέ' ἀδανάτοισι,
Χάλκον· ὃν ῥ' αὐτὸς ποίησατο κυκλοποδίων.

Nunc autem officinam & opera,

Τρεῖς ποδῶν γὰρ εἴκοσι πάντας ἐπιχεῖν
Ἐστάρηται ἀπὲρ τείχων ἐὺσταθεῖς μαγάρωιο.
Χρυστα δὲ σφ' ὑπὸ κύκλα ἐκείσῃα πυθίμῃ θῆκεν.
Ὅθρα οἱ αὐτὸματοι θεῖον δ' ὕσσοντα ἀγῶνα,
Ἡ δὲ αἰτίας ποδὸς δ' ἄμα νεοίκτο δαῦμα ἰδέσθαι.
Ὅδ' ἦτοι πῶσον ἡψ' ἔχον τέλος· ἕα τὰ δὲ ἔπειτα
δαφνάλεα προσέειπε, τὰρ ἦ ἔρτυε, κόπῃ δὲ δεσμούς.

Nugæ hæ anicularum. Ille autem cum poesi adiunxissit philosophiam. Tria nãque attribuit fulmini pro substantia: imbrem, nubem, ignem, id est aquam, aerem, ignem. Non enim excuti potest nisi à frigido & humido fulmen, quod calidum & siccum est. Neque sine impetu erit & loco. iccirco aerem dedit. Addit præterea, τὰ ἰδία, Fulgures, id est ἀστράπες: eosque terrificos. & quæ sequuntur. Instrumentorum quoque & materiarum narratio alterius aurea, alterius verò plumbea,

Φύσας δὲ ἐν χρυαίοισιν ἐεἴκοσι πᾶσαι ἐφύσασαν,
Παντοίωμ ἐϋπρησον αὐτῷ πῖμλο ἐξακείσασα
Ἄλλοτε ἡψ' ἀσεβήεντι παρὲ μμεναι' ἄλλοτε δὲ αἰτέ
Ὅσπῶς ἦφασσε γ' ἐθέλει, καὶ ἔργον αἰότο.
Χάλκον δὲ ἐν πυρὶ βάλλεν ἀπετέρα, κακασίτερον τε
Καὶ χρυσὸν πῖμλω τα, καὶ ἀργυρον. αὐτὰρ ἐπιτα
Θήκετ' ἐν ἀκμοδέτῃ μεγαν ἀκμονα. γῆτο δὲ χειρὶ
Ραῖσ' ἔρα κακασίτερον, ἐτέρῃ δὲ γῆτο πρὸς ἄλλω.

Audi nunc verum poetam, non autem foraneum narratorem. Etenim quum ad arma facienda κακασίτερον miscet, equidem videre videor nostrorum medicorum scripturas, in quibus ut multa scire videantur, tota parata, integras impinsunt officinas

—at illi
*Ocyus incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti. fluit æs riuus, aurique metallum.*

*Vulnicifusque chalybs vasta fornace liquefit.
 Ingentem clypeam informant, unam omnia contra
 Tela Latinorum: septenosque orbibus orbes
 Impediunt. alii ventosis follibus auras
 Accipiunt, redduntque: alii stridentia tingunt
 Æra lacu, gemit impositis incudibus antrum.
 Illi inter sese multa vi brachia tollunt
 In numerum: versantque tenaci forcipe massam.*

Atque hic quidem præcedit narrationem. Non autem quemadmodum fecit ille, prosequutus est opus: sed distulit tanquam in Theatrum, ad narrationem. Quid illa?

*Τεῦξ ἀπὸ τοῦ θάρκεα φαεινότερον πύρρον ἀντήσ.
 Τεῦξ δὲ οἱ κωλύω βελαρῶν κροτάφοις ἀραρυῖσθαι
 Καλῶ δαδελίω ὅτι δὲ χεῖροισιν λόφον ἦκε.
 Τεῦξ δὲ οἱ κρημίδης ἐὰν κροτάφοισι.
 Terribilem cristis galeam, flammâsq; vomentem,
 Fatiferâmq; enses, loriceam ex ære rigentem,
 Sanguineam, ingentem: qualis quum cœrulea nubes
 Solis inardescit radius, longæque refulget.
 Tum leues ocreas electro aurôque recocto.*

Profectò nihil potuit aptius, quum cœruleam nubem implevit splendore. Idem nânque in ferro polito est.

Sic etiam in militari prudentia fuit excellentior Maro. Hector nânque multò citius ac facilius armatum Patrocli cadaver auferre poterat, cuius exuviis postea potiretur, quàm otiosè medio in prælio exuere, atque relinquere cadaver, pro quo etiamnum Troiani essent pugnaturi. Eo, inquam, in loco spoliare otiosè, quo ex loco cadaver ipsum auferre nequiverit: sanè pauca vel opera vel tēpore indigebat ad cadaver ipsum tollendū. Non sine labore verò mortuū exarmare possumus. Et Iuno ibi clam Ioue demittit Irim ad Achillem: cui etiam profitetur sese Ioue inficio ab Iunone missam. Pulchrū verò Iouē, si deus omnium, Irim non videat: quum Thetis è profundo maris audit flentē in tentoriis Achillē. harū ineptiarū apud nostrū nihil inuenias. Aristæum nânq. ad caput Penei fluuij, qui perexiguus est, flentem audire potuit Cyrenē.

Apud Gellium quoque illud animaduersum est, à Virgilio additam vim nutritionis: id quod ab Homero sit omissum in sextodecimo Iliados,

— ἐκ ἀεὶ στήθε πατρὶς ἰωὶ ἰσπότη πηλεὺς,

Οὐδὲ δέ τις μῆτρον γλαυκὴ δόσι πίπτε δαίμασσι,

Πέτρη τ' ἠλιβάτη' ὅπ' τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Virgilius autem postquam dixit,

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus author,

Perfide: sed duris genuit te caucibus horrens

Caucasus: addidit, Hyrcanæque admorunt ubera

Tigres. Neque enim satis est, bonis prognatum esse: sed primis alimentis augeri, aut immutari infantium naturâ. Propterea quod & ætas est propè principia, atque in ipsius principiiis: & lac haud ita multum abest à seminis natura. est enim sanguis discocctus, alter in mammillis, alter in testiculis.

Conferatur Andromachæ fletus ab interitu mariti, cû Euryali matre. In vicésimo secundo ita scriptum est,

Τῷ δὲ ἐλελήχην ἡσυχμαὶ δὲ οἱ ἐκπαι κέρμεις.

Virgilius,

- miseræ calor ossa reliquit.

Excussis manibus radii, reuolutaque pensa. Videor videre

illa exurgente pensa reuoluta. Cætera quæ sequuntur, v-

trobique optima. nânque Andromache, — δειοῦτο μαρτύριον

Παλοῦσθαι κερσίδω. Et mox, maritum vbi trahi vidit,

Τῷ δὲ καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἐρεβεννὴ νύξ ἐκάλυψε.

Ἡ' ἔπειτα δ' ἐξ ὀπίσσω, δόπο δὲ ψυχῶν ἐκίπνυσε.

Euryali verò mater non cecidit, neque animo defecta est,

sicuti neque Hecuba. satis igitur si

- euolat infelix, ex fœmineo ulsulat

Scissa comam, muros amens, atque ægmina cursu

Prima petit: non illa virum, non illa pericli

Telorumque memor.

Ecce animum amentis, qui non concidit. Homerus autè in re atroci temerè lasciuuit, velum quod Andromachæ deciderit, Veneris fuisse munus: deque nuptiis ibi primis, sanè intemptiuè & ineptè. Quæ verò sequuntur, sapiunt Græcæ luxuriam orationis. quæ tota quidem coniugis sit: sed non tota Andromaches. olet enim plebeiam mulierculam magis quàm primariam fœminam. Et illud ridiculum,

Ἄσυναλξ, ὃν πρώτος ἐπικλήσθη καλῶς.

Quid enim ad rem? què nunc vult docere? sicut è Theologis nostris vnus, qui in oratione ad Dominum Iesum disputat, quot sunt genera charitatis: quasi eum docturus, quem

quem exoratum velit tanquam omniscientem omnipotentemque. Anus autem nostræ Virgilianæ conquestio adeò sublimis est, adeò rara, vt sapientibus sustulerit audaci am imitandi,

Hunc ego te Euryale aspicio? & quæ sequuntur.

Affectus tot, tanti, tam frequentes, vt excutiat animum potius quàm lacrymas mihi. *Potuisti linquere solam? Cru- delis, quæ sum terræque marique sequuta.* Nec id dedisti mihi, vt te extremum alloquerer, Hæc, postquam dixit senectæ requies, & sera: laces præda canibus in terra ignota. Quod vulgò datur parentibus, saltem funera curassem. Pro patria extinctus est: gaudeo. at, *vulnera non laui.* Cui posui ergo operam in veste? cui festina fui? Hac tela solata sum curas meas, quæ illas auctura fuerit? vbinam es? vbi te querar? Quo te sequar? integræne saltem es? an discurrendum mihi vt discerpta membra colligam? At verò nullum esse hostium telum quod me tibi possit adiungere? Et si cessant illi, tu qui pius es veræ vitæ pater Iupiter, abstinebis ab eius teli iactu, quo me potes efficere beatâ? Ita nihil omisissum cælesti viro illi: nihil addendum, nisi ab ineptis: nihil immutandum, nisi ab impudētibus. Omnia signatè, ex natura, ex arte, ex eruditione: sententiæ, numeri, figuræ, simplicitas, candor, ornatus, incomparabilia: atque vno vt absoluam, Virgilio.

Pulcherrima Homeri in eodem libro duo carmina, & spectatæ simplicitatis,

Ως δ' ἐν οὐρανοῖς ἡ δὴ ἄνωγα θεῶν ὄρνιθες

Ὁὐτ' ἀπ' ὁ τῶν δ' αὐτῶν ἀποπέσειεν ἔξ' ὁ δ' ἰστέον.

Virgilius grandior, cultior,

Ac velut in somnis oculos ibi languida pressit

Noctæ quies: ne quicquam audios extendere cursu

Velle videmur: et in mediis conatibus ægri

Succidimus, non lingua valet, non corpore nodæ

Sufficiunt vires: nec vox, nec verba sequuntur.

Vbi etiam numerus nobis notandus est. Extendit enim, a ut extendere conatur cursum accentus medius in verbo illo, *videmur*. In aliis enim versibus ferè est cæsura. hic autem superest adhuc vna syllaba. Perpende verò amplificationem. Haud multò procul his illa ex eadem cura, & studio, & felicitate,

Purpureum veluti quum flos succisus aratro

*Langue scit moriens, lassōve παραυετα collo
Demisere caput, pluuia quum forte grauantur.*

illi autem verbula nuda & sicca, in viii. Iliad.

Μήκων δ' ἴσ' ἐτέρωσ' κάρη βάλεν ἢ τ' ἐπὶ κήρω
Καρῶ βελουδῶν νεπίσσι τε εἰαρηῆσι.

Ineptum faciunt Phidiam garruli Græci. Etenim dixisse se, Iouem olympium quum fingeret, ex tribus Homeri versibus maiestatem collegisse. quippe de supercilii, & crinibus in i. Iliadis,

Ἡ δ' ἔκ κριμ' εἰσισσι ἐπ' ὄφρ' ὑπὸ νεῦσσι κροῖνον.

Ἀμβρόσιας δ' ἀρεχ' χαίται ἐπέφρωσαντο ἀιακτος

Κροτος ἀπ' ἀθανάτοιο, μίγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Sanè aut ludunt Phidiam, aut nos ludit Phidias. Etiam sine Homero puto illum scisse Iouem non carere supercilii & castætie. Fortasse verò etiam ridicula facies illa nobis esset, si extaret. Itaque Virgilius quum parum tutam in hæc minutulis rebus sui carminis esse crederet maiestatem: dixit simplicissime,

Annuic. Et totum nutus tremefecit olympum.

Poterat enim non sine periculo grandiloquentiæ, ponere crinium destitutionem.

Ex vicefimo tertio Iliadis trāstulit versus illos in comparisonem,

Μάστιγι δ' ἀγὲν ἔλαυνε καταμαδόν· ἀφ' δ' ἔοι ἵπποι

τ' ἴσσι· ἀεὶ ἑσθλὸν ῥίμπα φρήσσοντι κέλαιδον.

εὐτολοχία multa. at in nostro animata oratio,

Non tam præcipientes huius certamine campum.

Corripuere, ymnusque effusi carcere curvus:

Nec sic immixtis aurige undantia lora.

Concussere iugis, pronique in verbera pendunt.

Cum virtutibus horum carminum non est conferenda ieiuna illa humilitas. audent præferre tamen Grammatici temerarii. Principiò, nihil infelicius quàm μάστιγι ἀγὲν ἔλαυνε. Nam cōtinuatio & equorum diminuit opinionem, & contemptum facit verberum. Frequentibus interuallis stimuli plus proficiunt. Quod verò admirantur Græculi, pessimum est, ὑψίστ' ἀερέθω. Extento nánque, & vt milites loquuntur, clauso cursu non subsiliente opus est. Quare diuinus vir, undantia lora: hoc enim pro flagro. &, præcipientes. &, Corripuere campum. idque in præterito, ad celeritatem. Et, ymnus, quasi in deuexa, adeò celeres sunt. Illa verò supra

supra omnem Homerum, promi in verbera pendent.

At verò ne illa quidem ex xv. cum his conferre audeas,

Ως δ' ὅτ' ἀπὸ ἰπποισι κληπίζειν εὖ εἰδώς.

Ὅς τ' ἐπὶ ἐκ πολλῶν πίτυρας τιμωγέρεται ἵππους,

Σύδας ἐκ πεδῆος μέγα προπύσσου δῖος ἀκούει.

Λαοφρόν κ' αἰὲν ὄδον πολέες δὲ ἐθάλασσαντο

ἄνερες, ἠδὲ γυναικίς· ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλές αἰεὶ

Θρήσκον ἀνοσ' ἐπ' ἀλλοῖν ἀμείβεσται, οἱ δὲ πέτονται.

Vbi etiam desultorios equos videas apud Homer.

Locus ille valde ambiguus est, vtrum faciat superiorē:

sic enim legimus in duodecimo Iliadis,

Ως δ' ὅταν ἔγχε κύνας, κ' ἀνδράσι θρηρευτῆσι

Καφίριος ἢ λέων σφίρεται δένει βλαμάρων.

Οἱ δὲ τε πυργηδὸν σφίρας αὐτὰς ἀρτυώαντες

Ἀνπίοι ἰσάσκη' ἀκοντίζουσι θαμειαίς

Αἰχμᾶς ἐκ χειρῶν, τὸ δ' ἔποτε κυδάλμιον κῆρ

Ταφεί, ἠδὲ φρεεῖται· ἀγλωροῖν δὲ μιν ἔκτα.

Ταφεία τε σφίρεται σίχας ἀνδρῶν περὶ πύλων

Ὅππῃ τ' ἰδύσει, τῆ τ' εἰκοσι σίχας ἀνδρῶν.

Cæterum antequam ponamus Virgilianam, altera quo-

que illa ex vndecimo videnda est,

Ως δ' ὅτε καφίριον ἀμφὶ κώες, θαλαροῖτ' αἰζήνοι

Σείονται. ὁ δὲ τ' εἰσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο,

Θήρων λευκὸν ὄδοντα μὲν γαμπίησι γλύουσι.

Ἀμφὶ δὲ τ' αἰέονται· ἄσπασ δὲ τε κόμπος ὄδοντων

Γίνεσται· οἱ δὲ μύουσι ἀφ' αἰετῶν ἄσπασ ἰόντα.

Priori autem potius respondet hæc,

Actus velut ille canum morsu de montibus altis

Actus aper: multos Vesulus quem pinifer annos

Defendit, multo sique palus Laurentia, sylva

Partus arundinea: postquam intrâ retia ventum est:

Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos:

Nec cuiquam irâsci, propiusque accedere virtus:

Sed iaculis, tutisque procul clamoribus instant.

Principiò illum in medio collocat Homerus: noxter ad-

ducit, canum morsu actus. Neque πυργηδὸν conuenit: sed τεί-

χηδὸν coronam venatorum alibi dixit Poeta. Turritum

igitur non possunt circumstiterè. Illa verò omnia sunt potiora

Græcis, Vesulus descendit: & Laurentia palus: & cum

multos annos: ergo ingens aper est. Præterea natura, sylva

Partus arundinea: quales in paludib. Adriæ. Et illa, ἠσπασεῖ.

Substitit. certè pictura verissima. Hoc enim agit, & quasi quid sit acturus meditatur. deinde infremit, tum inhorrescit. Quod autem ait, τῆ' εἰκονι σίχης ἀδρῶν, non est verum. Imò verò vnusquisque optat vt ad se accedat, atque in venabulum sese induat. Nimis nos ignauos faciunt isti Critici. Aliud est esse Homerum aut Grammaticum, qui fugiat aprum impressionem facere tentantem. Ergo si cedunt, quare non abit? Etenim si tentat frequenter, non cedunt: si cedunt, ea qua cedunt parte abit, non tentat. Quare huic illasi quoque & conferre & præferrere audebimus, contra Græculorum opinionem, qui Homericiam putant meliorem,

Vt fera, quæ densa venantum septa corona

Contra tela furit: seseque haud nescia, morti

Iniicit, & saltu supra venabula fertur.

Iam enim hoc est aliud quàm σίχης περιζεν. & plusest, haud nescia se morti dat. Sicut Helenor. Homerus autem ineptè ibi comparat Hectorem Leoni, Græcos venatoribus. nam venatores vrgent leonem in comparatione: in prælio verò contrà, Græcos Hector. Iccirco leo σπερόωρος impetum reprimit. at miseri Græci ibi ne mouentur quidem, pauore torpentes,

Νηυσὶ δ' ἠ' γλαφυρῶν ἐλάμβροι ἰχθυόωντο

Ἐκτοσθ' εἰδότες κρατὲσιν μύσσοσθ' ῥόβοιο.

Secundam verò comparationem non tam imitatus est, quàm de natura ipsa expressam superauit lectissimis illis tum verbis, tum numeris, in III. Georg.

Ipsè ruit, demésque Sabellicus exacuit sus:

Et pede profubigit terram, fricat arbore costas:

Atque hinc atque illinc humeros ad vulnèra durat.

Orat in sextodecimo Iliadis Iouem Achilles pro Patroclo: eius vota sic diuidit Homerus,

Τὸ δ' ἔτεσσι μὲρ ἑδάμα πατέρ', ἔτεσσι δ' ἀνέυσσι.

Νῆον μὲρ οἱ ἀπ' ὠσπιδῶν πόλεμον τε, μάχην τε

δάμα, σὸν δ' ἀνέυσσι μάχης ἔξ' ἀποπέδῶν.

De Aruntis voto ille,

Audiit: & voti Phœbus succedere partem

Mente dedit: partem volucres dispersit in auras,

Sterneret ut subita iurbatam morte Camillam

Annuit oranti: reducem ut patria alta videret

Non dedit, inque Notos vocem vertèere procelle.

Hic litigant iidem. nam vbi quippiam est fusè dictum à nostro breui gyro collectum dolent. Accisam aiunt orationem vbi contrà, in Latinam maiestatem quæ non possunt collecta venire, hilariore ambitu explicat: rursus fremunt. At ô boni, quod alibi diximus, hic quoque vobis æcquo animo audiendum est: Acceptam materiam semper facere volumus meliorem. Nego tibi Grammaticæ, tam rotundam esse Homericam illam dictionem, quàm nobis videatur: nempe verbum δῶκε est extra orbem illorum membrorum: & in alio quidem versu. In primo versu, membra duo sunt optimè proposita. Vbi igitur vox illa superflua atque otiosa, μέλιω: verbum δῶκε positum oportuit. nam secundum membrum distributum in tertio versu, curtum est: primum membrum in secundo versu, vastum. Nostra verò membra paria sunt. Et repetitum verbum, dedit, atque affectum negatione, est elegantissimæ loquutionis author. Quòd autem crepant verba illa vltima, -inque notos vocem vertere procella, esse παράλειον & affectatum, non vident penè iidem verbis superiorem sensum instaurari. Idem nánque est -partem volucres dispersit in auras: &, in notos vocè vertere procella. Sic verò describi vota irrita à Latinis, iam & triuuis notum est: quemadmodum & omnia verba,

Demophoon ventis & verba & vela dedisti. &

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,

Et iubet Æolios illa referre notos.

Quòd grauatè ferenti Sarpedonis interitum Ioui, Iuno ridiculè dicit: quid enim sapientiozem Iunonem, quàm Iouem facit vecors ille? sanè admittimus,

Ἄνδρα θνητὸν εἶοντα πάλαι περὶ ἀνδρῶν εἶσθι

Ἄψ' ἐδέλεις θανάτοιο δυσνηχίος ἐξαναύσας

Longè maiore maiestate nostra,

Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus

Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis

Hoc virtutis opus. Neque conuersus est ad illas nugas,

Ἄλλ' εἶποι φίλος ἐς ἱ' τειν δ' ὀλοφύρομαι ἤτορ,

Ἡ' τοι ὤψ' μιν ἕασον ἐπὶ κροατῆρ' ὑσμίνῃ

Χερσὶ ὑπὸ πατρὸς κλοισο ὑβρισιπλάσθαι δαμύλαι.

Si eum tantopere amas, permitte ipsum interfici. Pulchrum. sed consolatur mox sepulchro. quasi verò non & id περιφρον. At nos ter, mortem ait non esse finè hominis,

fed vitæ terminum: πῆρας non τέρους, finem autem esse virtutem. Legerat enim Aristotелеm vir doctissimus hæc eadem dicentem. Deinde exemplis agit,

-Troia sub mœnibus altis

Tot nati cecidere deum, quin occidit unâ

Sarpedem mea progenies. Et quod manet etiâ interfectorê,

-etiam sua Turnum

Fata manent: metâsq;e dati percutit ad eui.

In eodem libro moriens Sarpedon, Glaucum monet ne se permittat mortuum spoljari: néve patiatyr Græcos suo caduere potiri. Longè præstantiore animo Camilla Accæ iubet, det operam vt Turnus prælium redintegret: de suo caduere nihil. Qualem vocem excellentiorem attribuas Paulo aut Marcello? & illa quanti est?

Hactenus Acca soror potui, & Ianique vale.

Sarcasmos est Æneæ,

Isthic nunc metuende iace. Non te optima mater.

Condēt humo: patriôve onerabit membra sepulchro.

Alitibus linquere feris: aut surgite mer sum

Vnda feret: piscêsq;e impasti vulnèra lambent.

Quorum similia sunt in vndecimo Iliados. Cæterùm longè aridissima,

Θῆσι τέλος θανάτοιο κηρήθρον, ἔδ' ὑπέλυξας.

Ἄδελ'· ἢ ὑπὸ σίγῃ πατρηῆς πότνια μήτηρ

Ὅσπερ κρηθρήσουσι θανόντι σφ' ἀλλ' οἰωνοῖ.

Ἢ μισαί ἱρῦνοι σέβ' ἠλευσὶ πυκνά βαλόντες.

Coegit autem in vnum & aues & pisces Virgilius. nam in xxi. de piscibus, in alia huic simili oratione,

-Σχεμαίνδρος

Οἷσσι δινίεις εἶσω ἀλὸς εὐρέα κόλπον

Θεσσκων τις κ' ἢ κῦμα μέλαραι φεῖχ' ἰσάζει

Ἰχθῦς ὅς κα φάγησι λυκείονος ἀργάτα δημόν.

Obiiciunt & illud Homericus Iupiter in primo statim Iliados nutu concutit Olympum. id quod aliis quoque locis vbi nutat, intelligi debeat sine repetitione. At Virgilianus annuit in primo & in quarto, neque concutit. In decimo tandem eius nutus & concussio describitur: quasi alius sit. Primùm huic obiectioni alteram obiiciam, deinde quod sentio, dicam. Videamus quoties armatus prodierit in aciem Agamemnon, antequam venerit in vndecimū Iliados librum: in quo solo tandē armatur, non sine proluxa

prolixa armaturæ descriptione. Hoc habet. deinde non animaduertunt isti, nunquam antea in concilio effe loquutum Iouem, in quo solo cælum nutatione concutiebatur. Quamquam quum legerent illa carmina isti soli fugæ, eos oportebat admiratione mutos esse, potius quàm Poetam incusare, quòd non semper repetierit perpetua repetitione digna, quàm quòd distulerit. Ascribam igitur tanquam Gorgona illis,

Infit, eo dicente deum domus alta silescit.

Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.

Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.

Videant Iouem alibi sæpe loquutum. nunquam tamen sua maiestate vsu in conciliis, quapropter hæc quæ hic dicuntur, euenirent. sic de nutu quoque dicendum est,

-ubi tot Simois correpta sub undis

Scuta virum, galesque, & fortia corpora voluit.

Et melius dixit, & aptius collocauit quàm Homerus in duodecimo Iliados. Ibi enim quum enumerat fluuios, quorum impetu vsi sint Neptunus & Apollo ad diruendum Græcorum murum, annumerat & Simoenta his versibus,

Καὶ σιμόεις, ὄθι πολλὰ βόαρχα, καὶ περὶ αἰεταί

Κάππισον ἐν κινήσει, καὶ ἡμιθέων ῥήσος αἰθρῶν.

Quid enim ad fluuios, si in puluerem illa cecidere? At noister ait, à Simeontis flumine volui.

Nihilo felice iudicio vexant illa quæ Virgilius accepit ex vicesimosecundo Iliadis,

Καὶ τότε δὴ χεῦσεν ἅπαντα ἐπίταρ πύλαντα

Ἐν δὲ πύθει δ' ὕο κῆρε ταυηλιγῆος θανάτοιο,

Τῷ μὲν ἀχιλλῆος, τῷ δ' ἔκτορος ἰπποδάμιοιο.

Ἐλκε δὲ μέγιστα λαβῶν ῥέπει δ' ἔκτορος ἄστυμον ἡμῶν

Ὡς χετο δ' εἰς αἰδαο λίπεν δὲ εὐβοῖος Διόλλαν.

Vituperant verò, propterea quòd, inquirunt, Homericus Iupiter Achillis atque Hectòris fatum perpendit, quòd nondum constabat: Turni verò fatum iam prædixerat Iuno, quum apud Virgilium explorat lancibus illène an Æneas victoriam consequatur. Iunonis verba,

Nunc iuuenem imparibus video concurrere fati:

Parcarumque dies, & lux inimica propinquat.

Quibus sic satagentibus respondemus, Poetarum deos, Homero primo omnium infaniente, omnes simul omnia &

circ & posse. futura verò solas Parcas in suis libris arcana habere. Quinetiam Platonici diis præesse imperio ac vi dixere Necessitatem. Iuno igitur ex Parcibus quod dicebat, didicerat iam: Iupiter nondum habebat notum. An verò si id sciuisset Iupiter, è lancibus præscientiam illam elicere conatus fuisset? Sanè lances illas ipsa fuisse Fata intelligas: quæ tunc Iupiter consuleret. Neque Ioui dixerat id Iuno, sed Iuturnæ. Sic Hectoris quoque interitum Patroclus prædixit: quod quum è summo cælo Iupiter audisset, pensione illa explorauit an verum esset. Vides quemadmodum Homeri impiæ ineptiæ nos cogant ineptire. Cæterum quod nostra interest, loquutionem & numeros ipsos videamus,

Iupiter ipse duas æquato examine lances

Sustinet: & fata imponit diuersa duorum:

Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum.

Vbi præter dictionis ac numerorum nobilitatem, illa quoque vsus est prudentia poetica: qui non addidit quod præceps Homerus fecit, euentum rei. Maxima enim virtus hæc est Poetæ, vt auditorem ad vltimum vsque verbum suspensum teneat. Particula autem illa, *Quem damnet labor*, omnibus illis Homericis anteponenda est. A quo, scilicet, labor frustra suscipiatur. Lancium verò harum nugas exceptas arbitror ex Ægyptiorum superstitionibus, quæ attributæ sunt Necepsæ ac Petrosiri. Circulû faciunt, quæ in quadrantes diuidunt, in iis vacuis victorias & mortes ex nominibus pugnantium venantur.

Non sunt autem ferendi, quum augurium ex duodecimo Iliados, negant rectè translatum ad comparationem. Est autem hoc,

Ὄρνις γάρ σφιν ἐπιήλθε περιστάμενη μακρῶσι

Αἰετός ὑψιπέτης ἐπ' ἀετὸς ἐρεχλαίων ἐέρων

Φονήντα δράκοντα φέρων οὐχί σοι πύλασιν

Ζωὸν εἴτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὐκ ἔτι λήθεται μάχη.

Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα καὶ σῆδος παρὰ δειρῶ

Ἰδνωδὸς ὀπίσω ὀδὴ δὸς ἔδεν ἦκε χαμαὶ

Ἀλγίστας ἐδωήσῃ, μάσῃ δ' ἐπὶ κείβασιν ὀμάλῃ.

Αὐτὸς δὲ κλάζεις πέτετο πνοῆς αἰθέριοιο.

Comparatio autem hæc,

Vtque volans alto raptum quem fulua draconem

Fert aquila: implicuitque pedes, atque virgibus hæsit.

*Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectusque horret squammis, & sibilat ore,
Arduus insurgens. illa haud minus urget obunco
Luctantem rostro, simul ethera verberat alis.*

Ponam Barbarorum verba: vt maiorem ex illis fidem eorum iudicium consequatur. A Virgilio solam aquilæ prædam referri. cum minimè aductisse omen Homerice aquilæ: quæ sinistrâ veniens, vincientium prohibebat accessum. & accepto à captiuo serpente morfû, prædam dolore deiecit. Hæc est diuina oratio nostrorû Grammaticorum Latine balbutientium. qui ne omen quidem sciunt quid differat ab augurio. Et pulcherrimum argumentum. Noluit transferre in auguria sua. ergo ignorauit cuiusmodi esset omen. quû tamen etiam primâ literaturæ adolescentes, augurii vim explicantem Polidamanta intelligant. Adde mira illorû verba. Ab aquila aiunt factum tripudium solistimum, cum clamore præteruolante: *Quid?* in aere fieri potest terræ pauium? nonne hoc fuit ita in libris augurum? At quomodo audiuit quispiam vel ab vncûguibus alitibus, vel sine offâ tripudium fieri solistimû? Proinde non mirû si ita clausulerunt iudicium suum. his prætermisissis, quæ animam parabolæ dabant, velut exanime in Latinis versibus corpus remansit. At comparationis anima est æquatio rerum comparatarum: quæ vt constet, iam ponemus res ipsas. Venulum corripit Tarchon hisce illius versibus,

Direptumque ab equo dextra complectitur hostem.

Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.

Nonne illis paria sunt?

- raptum quem fulua draconem

Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæsit.

Deinde sicut hîc,

- simul ethera verberat alis. sic ibi, - volat igneus equore

Tarchon Arma virumque ferens. & sicut ibi, - tum summa ipsius ab asta Defringit ferrum, & partes rimatur apertas, Qua vulnus lethale ferat. sic in his, - illa haud minus urget ob unco Luctantē rostro. ac quemadmodum ille Saucius serpens sinuosa volumina versat. Arrectusq. horret squamis, Arduus insurgens: ita & Venulus contrâ repugnâs sustinet à iugulo dextrâ. Quid hîc augurii quæris Græcule? visne draconem ab aquila proici, si Venulus non est proiectus: vis à dracone illam nostrâ percuti, si Tarcho à Venulo nō est

vulneratus? Quanta verò argutia simul & grauitas in illis? - *Et vim viribus exit.* Cætera quoque phrasis Regia est, & ipsius Apollinis ore digna. Efficacia quoque, vt in aliis item semper, longè maior est. neque enim solum fert, vt illa Græca: sed *implicuit pedes*, vt implicatio significet vnguiū vncitatē: præpositio autem, ingressum illorum aut in spiras, aut etiā in corpus ipsum. Animaduertes etiam serpentis conatus. Vides in sinuosis voluminibus euasione: vertit enim ea, vt sese nexu soluat. Quid? quāto expressius est, *Luclantē*, quā palpitantē? hoc enim est *ἀσπίοντα*. quod conueniret ei qui *κόλα*. Illud quoque media è natura sumptum est, *Ardus insurgens*: sic enim pugnant dracones. Ne verò putes nobis ignota esse auguria: & illius memineris in primo diuini operis,

Aspice bisfenos letantes agmine Cycnos: Et quæ sequuntur. Tum lege in duodecimo alterum, vtrumque verò de nostro penu,

Nānque volans rubra fuluus Iouis ales in Æthra

Littoreas agitabat aues, turbamque sonantem

Agminis aligeri: subito quum lapsus ad undas

Cycnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.

Vt igitur augurium transtulit in comparationem: ita in hoc augurium comparationem illam ex quintodecimo,

Ἄν' ὄς' ὀρνίθων περὶ λωὸν ἀπὸ τοῦ αἴθρον

Ἐθνος ἐφορμᾶται ποταμὸν πᾶσα βόσκηματων

Χλωὸν, ἠγχεζόνων, ἢ κίχων δουλεγοδίων.

Vt iam taceant ignaui isti, qui diuini viri liberum ingenium atque iudicium intra Homericæ inuentionis cancellos seruire voluerunt. Haud ita fit, sed à natura proposita Homero argumenta, quasi dictata discipulo emendat Virgilius tanquam magister.

Falluntur enim Græci, si alio animo putent nos ab illis accepisse sua, quā vt meliora faceremus. Nam quæ illi à natura, quæ ante ipsos erat, mutuati sunt: ab ipsis nos eadem de causa mutuos esse par est. Quippe si illi non dixissent, ea nos dicturos fuisse. nunc quum dixerint: nos quoque dicendi rationem iniisse.

Igitur cū aptissimè augurii imaginē transtulerimus in nostram comparationem: videamus an alias aquilarum comparationes æquali felicitate assequuti sumus. Est in vicefimo secundo Iliados illa, cui non solum sonum & maie-

*Aquilarum
comparatio
nes.*

maiestatem, sed etiam animam addidit,

Οἴμωσεν δὲ ἄλεις, ὡς' ἀετὸς ὑψηπέτης,
 Ὅς' εἶσι πέδιυδὲ δια νεφύων ἐρεβενῶν
 Ἀρπάζων, ἢ ἄρν' ἀμελλῶ, ἢ πλάχα λαζῶν.

Qualis ubi leporem, aut candenti corpore cynnum

Stultit, alta petens pedibus Iouis armiger unxis.

Hactenus fortasse pares: neque enim assentiri me patitur diuinorum sonus numerorum. tum autem quia non probo comparationem. Neque enim similitudo est inter Hectorem aduersus Achillem, & aquilam aduersus leporem. Quod verò addidit, nulli Græcorum imitabile est,

Quæsitum aut matri multis balatibus agnum

Martius à stabulis rapuit lupus. Est & in nono alia aquilæ comparatio.

Sed est alia quoque in xvi. Iliados,

- ὡς' ἀετὸς, ὃν ῥά τε φασι

Ὅξ' πατὸν δὲ ρεῶν ἑσπεριῶν πετελιῶν.

Ὅντι κ' ὑψόθ' εἶόν τε πόδας ταχὺς ἐκίλαθε πλώξ,

Θάμνα ἑσπ' ἀρπικίμω κατὰ κλίμωρ' ἀλλὰ τ' ἐπ' αἰπῶ

Ἔσονται· κή τε μιν ὄκτα λαβὰν ἐξείλετο θυμῶν.

Sic calumniatorum ineptis assentiamur: qui Virgilianæ Dianæ damnabant comparationem, quicum in syluis Dido otiosa conferretur: laceretur suorum patronorum iudicio hęc Homerus: qui aquilę despectanti ac rapienti leporem, comparauit Menelaum circumspectantem an videret Antilochum: cuius opem & consilium quæreret. Illud magis vrget: nemo enim paulò in natura exercitator nescit, Aquilam quæ leporem in fruticeto sit, imminente aquila nunquam exiturum.

Illà quoque in secundo Iliados, tamen sunt magnifica, tamen ad nostrorum magnitudinem non attingunt,

Ἔσπετε νῦν μοι μούσῃσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι·

Τ' μείε γδ θεῶν εἴσε, παρῆσε τε, ἴσετε πάντα,

Ἡ' μείε δὲ κλέος οἶον ἀκούωμ'· οὐδέ τι ἰδωμ',

Ὅτι πτες ἠγχιόντες Δαναῶν, κ' κείραναι ἦσαν.

Πληθύνει δ' ἐκ αἰὲν ἐγὼγε μυσθίσσεται, οὐδ' ὀνομάνω·

Οὐδ' εἴ μοι δέξασθ' ἠλώσασαι, δέξασθ' εἰς ἑμέατ' εἶεν,

Φωνή δ' ἄρ' ἦναις, χάλκειον δέ μοι ἦτορ ἐσθλή·

Εἰ μὴ ἐλυμπιάδεσ μοδσσαι διὸς ἀργόχοιο

Θηγαίρες μνησαίαι' ὄσσι ἔσθ' ἔλιον ἄλδον.

Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusque mouete.

Qui bello exciti Reges, quæ quemque sequuta

Complerint campos acies, quibus Itala iam tum

Floruerit terra alma viris: quibus arserit armis.

Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.

Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.

Quo in loco ferream vocem illam noluit optare, sed ad rem potius atrocem transtulit in sexto, de tartareis suppliciis,

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,

Ferrea vox: omnes scelerum comprehendere formas,

Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

Cætera verò quanto magnificentius? nam illud quantum, bello exciti Reges? Maius & illud, -quæ quemque sequute Complerint campos acies. & quàm iucundum? *Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.* Illud verò trepidum atque humile. ἡ μῆϊς δὲ κλέος εἶον ἀκούουσι, quibus asperferit floribus. *Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.* vbi tum singula seorsum, tum simul verba omnia sunt consideranda. Id quod toto in Catalogo tibi faciendum est: atque utroque quidem. Quibus in locis tanto excedit Homeri tumultuariam illam narrationem, quanto excedit meam orationem omnium hominum cogitatio. Verùm ne nos egere putes imitatione, animaduertas etiam in sua illa grandiore,

Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum,

Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem

Cum primùm Ausoniis exercitus appulit oris,

Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnae:

Tu vatem, tu diuæ mone. Dicam horrida bella,

Dicam acies, actosque animis in funera Reges.

Tyrrenamque manum, totamque sub arma coactam

Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo:

Maius opus moueo.

Iti quoque fœderis versus vtrinque sunt describēdi. quorum Homerici in terra, Virgiliani inter musas à Phœbo facti videri queant. Primùm igitur apparatus: qui sanè est apud Homerum sine apparatu,

- ἐλέγευσε δὲ ἑπαιγεύς

Ἰππους ζευγυύσασθαι, τῆς δὲ ὀτράλως ἐπιδόντο.

Iti fœderis
vis compa-
rariōnes.

Ἄν δ' ἄρ' ἔβη σφίραμος, κ' δ' ἴω' ἡ τῆιν ὀπίσω.
 Πάρ δέ οἱ ἀντίω' ὄφρα κ' ἀλλὰ βύσαστο δίφρον,
 Τὰ δὲ διὰ σχοῶν πεδίον δ' ἔχον ὠκίας ἔππους.
 Ἄλλ' ὅτε δ' ἄρ' ἔκοντο μετὰ τρῶας, κ' ἀχμῆς,
 Ἐξ ἔππων ἀποβαίτες ὅπῃ χυθῶνα πολυβοτείρων,
 Ἐς μέσων τρῶων, κ' ἀχμῶν ἐσιχθόντο.
 Ὄρυστο δ' αὐτὰρ ἔπειτα αἰῶξ ἀσδρῶν ἀγαμέμνων,
 Ἄνδ' ἰδοὺ σὺς πολύμητις.

Videtur aniculae cuiusdam narratio. at illa,
 Interea Reges, ingenti mole Latinus
 Quadriungo inuehitur curru: cui tempora circum
 Aurati bissex radii fulgentia cingunt.
 Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis
 Bina manu lato crispans hastilia ferro.
 Hinc pater Aeneas Romana stirpis origo,
 Sidereo flagrans chryseo, & caelestibus armis:
 Et iuxta Ascanius, magna spes altera Roma,
 Procedunt castris,

NUNC SACRIFICIA,

- puraque in veste sacerdos
 Seti ger a factum suis, intonsamque bidentem
 Artulit: admonitque pecus flagrantibus aris.
 Illi ad surgentem conuersi lumina solem
 Dant fruges manibus falsas: & tempora ferro
 Summa notant pecudum: paterisque altaria libant.

Hæc Romano ritu: ille suo,

- ἄτὰρ κέρυκος ἀγαυὴ

Ὄρνια τρῶα δῶν σιμώνων κρητῆρα δὲ ὄϊον
 Μίσθρον. ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ὅπῃ χεῖρας ἔχευαν.
 Ἀτρεΐδης δὲ ἔρυσσ' αἰθέρος χεῖρας ἰ μύχαιραν
 Ἡ' οἱ παρ' ἕξτεος μέγα κούρα ἀνδ' ἀόρτο,
 Ἀρῶν ἐκ κεφαλῶν τὰ μὲ πρίχας, αὐτὰρ ὀπίστα
 Κέρυκος τρῶων, κ' ἀχμῶν νείμαν ἀείσοις.

Orationes deinceps nullo modo pares,

Τούτῳ δ' Ἀτρεΐδης μάλ' εὐχετο χεῖρας ἀισχύν.
 Ζεὺ πάτερ, ἰδ' ἠδὲν μέδων κούρῃσι, μέγιστε,
 Ἡ' ἔλιος δ' ὅς πάντ' ἐφορᾷς, κ' πάντ' ἐπακούεις,
 Καὶ ποταμοί, κ' γαῖα, κ' οἱ ὑπὲρ θοκαμῶντας
 Ἀνδρῶν ποῦς πίνυθον, ὅς τις κ' ὅπιορκαν ὁμῶσθ'.
 Τ' μῆϊς μάρτυρ' ἔσθ'· φυλάσσετε δ' ὄρνια τρῶα.
 Εἰ μὲν κεν μῆτιλλον ἀλέξανδρος καταπέφθῃ,
 Αὐτὸς ὅπῃ δ' ἔλόντι ἐχέτω, κ' κτήματα πάτω.

Η μείς δ' ἄνθεσσι νεώμεθα ποτοπόροισι.
 Εἰ δέ κ' ἀλέξανδρον κλέηνη ζαυδος ἠφάλαος,
 Τρωάς ἔπειθ' ἐλένην, κ' κτήματα παῖσι. ἄποδωῖαι,
 Τριμῶ δ' ἀργείοις ἄποπνέβη λῶπν ἔοικαν.
 Η' τε κ' ἐσοῦσίοισι μέλ' αἰθρώποισι πέληται.
 Εἰδ' αἰ ἐμοὶ τριμῶ σφάμιος, σφάμιοιο τε παῖδος
 Τίνεν ἐκ ἐθέλωσπν ἀλέξαιδ' εροῖ πσόντος.
 Αὐτάρ δ' ἦ γὰρ κ' ἔπειτα μσχεσομα εἶνε κσ ποιηῖς
 Αὐθι ὠφών, εἴως κα τέλος πολέμοιο κχέω.

Solum facit Agamemnonem promittentem. At enim-
 uerò Græcorum ille ritus qualis, si non vtrinque stipu-
 lentur? Nos igitur sic,

*Tum pius Æneas stricto sic ense precatur,
 Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti:
 Quam propter tantos potui perferre labores.
 Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
 Iam melior, iam diua precor: tu quæ in ælyte Mauors,
 Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques,
 Fontesque fluminesque uoco, quæque ætheris alti
 Relligio, & quæ caruleo sunt numina ponto.
 Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
 Conuenit Euantri victos discedere ad urbem.
 Cedet Iulus agris: nec post arma ulla rebelles
 Æneadæ referent, ferrò ue hæc regna laceissent.
 Sin nostrum amauerit nobis victoria Martem.
 Vt potius reor, & potius dii numine firmem.
 Non ego nec Teucris Italo; parere inbebo.
 Nec mihi regna peto, paribus se legibus amba
 Inmicte gentes æterna in sædera mittant.
 Sacra, deosque dabo, sacer arma Latinus habeto.
 Imperium solenne sicer: mihi mænia Tescri
 Constituent. urbiq; dabit Lauinia nomen.*

Nam quòd omisit τοῦ ὕπνερθε κσ μόντας αἰθρώπους τίνωσδεν:
 rectè quidem. Agamemnon enim vult vicifici Paradis in-
 iurias. Æneas nihil nisi Lauiniam petit. Terram quoque
 aptius inuocat quàm Agamemnon. additque rationem
 propter quam, inquit, tot ærumnas executus sum. Præte-
 rea Iunonem, vt mala deprecetur. Martem belli numen,
 quod non sine reprehensione reliquit Agamēnon. Tum
 addit omnes cælites illa diuina periphrafi, - quæque ætheris
 alti Relligio, id est, dii qui in æthere coluntur. Præterea
 ne-

neque κέρων, neque καταπίων: sed, *Cesserit victoria Turno,*
& addidit, fors: vt sit fortuna, non virtus. Mox, *amuerit*
nostrum victoria Martem. sic puto loqui deorum proceres
in consiliis cælestibus. Cætrorum carminum virtutes à
nobis alibi sunt explicatæ. quæ verò dixerit Latinus, sunt
quauis imitatione potiora,

Sic prior Æneas: sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens celum, tenditque ad sidera dextram,
Hæc eadem Ænea celum, mare, sidera iuro,
Latoaque genus duplex, Lanúmq; bifrontem,
Vínque delúm infernam, & diri sacraria Ditis.
Audiat hæc genitor, qui fædera fulmine sancit.
Tango aras, mediósq; ignes, & numina testor,
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fædera rumpet,
Quo res cunque cadet, nec me vis vlla volentem
Auertet: non si tellurem effundat in undas,
Diluisio miscens, cælúmve in Tartara soluat.

Vbi animaduertas eadem aliis verbis, alióque orationis
ambitu collecta. *Celum mare, cælites.* quæ auxit addita
patria religione, *Ianis & Ditis,* propter Auernum. Dein-
de ritus, *Tango aras:* sicut in quarto, *-arasque tenebat.* An-
fulas enim habebant aræ: quod etiam in antiquis vide-
mus monumentis. Quinque versus, quibus colligit verbulis, *Quo*
res cunque cadet. Nota: *vis vlla volentem Auertet.* Nequæ
ipse volens faciam: neque me vis vlla velle faciet: ne Iu-
piter ipse quidem. Quinetiam nullis terroribus, nullis re-
rum monstis mutabor.

Iliados primo, versus est in quo aiunt epitheta ditæ
uentum, quæ in nostro nulla sint,

Τὸς δ' ἰκέρων οὐρανὸν ἰεὶ ἐκέρρος καταίων.

Nostræ autem ille,

Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.

Primum, quæ epitheta? equidem vnum tantum videq;
siquæ láguidú. quid enim aliud est ἰκέρων, quam veniens?
At omnis ventus veniens est, vnde & Latinis vox. In Vir-
giliano versu verò qui negat epithetum: ipse quid sit epi-
thetú nescit. Neque enim vnico tantum verbo clauditur
omne epithetum, sed interdum pluribus. Plurima apud
Horatium exempla, *Verris obliquum meditantis ictum.* Et
grandiores sunt loquutiones periphrastica. Igitur quod

οἷος Græcis, quasi ad caudam: Maroni fuit, in *ruppi*, & *surgens*: sanè significatè, qui antea non esset.

Est in v. Iliad. & alibi non semel versus ille,

Εἴθε τίνα πρῶτον, τίνα δὲ ὕστατον ἔξεν ἀεζεν
 Ἐκτορ. Quod semel tantum Virgilius, additæque apostrophe ad interrogationem, quo nihil esse potest suavius,

*Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
 Deiciis? aut quod humi morientia corpora fundis?*

Verba quoque Hectoris moribundi, prædicantis Achilli mortem, longè sunt languidiora illis quæ dicit Orodes Mezentio,

- non me quicumque es inuito,

Victor, nec longum latabere. Te quoque fata

Prospectant paria, atque eadem mox arua tenebis.

Ille autem sic in xxii, Iliad.

Φεζέο νυῦ μῖτοί πειθεῖν μῖνιμα χροῖμαι,
 Ἢματι τῶ, ὅτε κέν σε παρειαί, κὶ φίλος δούλων
 Ἐσθλὸν ἔόντ' ἐλέσσωσι ἐπὶ σκαῖσι πύλοισι.

Item responso,

Τὸν κὶ τεθνεῖσσι παρσηνύδα διος ἀχιλλεύς.
 Τέθνασι. κῆρα δὲ ἐγὼ τότε δέξομαι, ὅσπότε κεν δᾷ
 Ζεὺς ἐδέλη τελέσῃ, κὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.

Quanto plus spirat militis ille,

Ad quem subridens, mista Mezentius ira,

Nunc morere, aſt de me diuim pater atque hominum Rex

Viderit. Vbi sui poematis indignum putasse Homericum verbum animaduertas. quod enim ille *σπερ ὄνειον γέλωτα* dixit: hic *subridens ira mista*. Et cum Orodes nondum esset mortuus: rectè, & quidem cum aduerbio, *Nunc morere*. quare cum expirasset Hector, non decujt Achillem verbum *τέθνασι*. Id quoque memineris à Virgilio semel positam, ab Homero bis huiusmodi diuinationè, quippe in xvii, tantundem prædicat Patroclus,

Οὐθὺν οὐδ' αὐτὸς δεήσει βίη. ἀλλὰ τοι ἦδ' ἔ
 Ἄγχι παρῆσαν δάνατος κὶ μοῖρα κρηταίη,
 Χερσὶ δαυρῶτ' Ἀχιλλῆος ἀμύμονος ἀγαπίου.

Vbi simpliciter Homerus, βίη: Maro autem amplius, *in illo*, & elegantius, *te quoque fata Prospectant paria*.

Trofecto pulcherrima sunt loca, quæ videas in vtroque authore: vbi duo confligunt exercitus. in *iiii* Iliados,

Οἱ δ' ὅτε δὴ εἰς χεῖρας ἔνα ξυμῶντες ἴκοντο,
 Σωὸν ἔβαλον ῥηούς, σωὸν δ' ἔρχεα, κ' ἄψος ἀϊδρῶν
 Καλκιδωρῆκων, ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαί,
 Ἐπλητ' ἀνδρόισι, πολὺς δ' ὀρυμαῖδος ὄραφ.
 Ἐῖσα δ' ἄμ' οἰμασθή τε, κ' ἄχολῆ χλαί τ' ἀϊδρῶν,
 Ὀλλυμένων τε κ' ἀνδρῶν, εἴη δ' αἴμα π ράμα.

Quæ iisdem verbis etiam in VIII, reposuit. noster autem tanto impetu, ut videar non inter poeticas delicias, sed in medio Marte versari,

*At manus interea muris Troiana propinquat:
 Hæthruscique duces, equitumque exercitus omnis,
 Compositi numero in turmas. Fremitu aquore toto
 Insultans sonipes, & pressis pugnat habentis,
 Hinc obuersus & huc. tum late ferreus hæstis
 Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
 Nec non Messapus contra, celerisque Latini,
 Et cum fratre Coras, & virginis ala Camille,
 Aduersis campo apparent; hæstisque reductis
 Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:
 Aduentusque virum, fremitusque ardescit equorum.
 I s progressus. Vide congressum,
 Iamque intra iactum teli progressus uterque
 Substiterat. subito erumpunt clamore, fremensque
 Exhortantur equos: fundunt simul undique tela
 Crebra, nituis ritu, cælumque obtexitur umbra.
 Continuo aduersis Tyrrenus, & acer Aconteus
 Comixi incurrunt hæstis, primique ruinam
 Dant sonitu ingenti, præfractaque quadrupedantium
 Pectora pectoribus rumpunt.*

DEINDE interponit varias vicissitudines impressio-
 num: tandem verò insurgit,

*Tertia sed postquam congressi in prælia, totas
 Implicuere inter se acies, legitque virum vir:
 Tum vero & gemitus morientum, & sanguine in alto
 Armæque, corporaque, & permisti cæde virorum
 Semianimes voluntur equi, pugna aspera surgit.*

QVI versus à Lucillio irridebatur:
*Hæstis horret ager: eum fecerat Ennius ex Homeri XIII,
 Iliadis:*

Ἐφελεν δὲ μάχῃ φησὶ μὲροσς ἐγχεῖσσι.

Qui verò duo versus in XIII, sunt Iliados, fatemur ex

Græcæ linguæ commoditatē nobis esse aptiores ad laudandum, quàm ad imitandum,

Φερίωνος δὲ δει δουρι, σάκος σάκῃ περιδεύμεγα

Ἄσπις δὲ ἀσπίδ' ἔρεθε κέρως κέρω, ἀνέχε δὲ αἰὴρ.

Cæterùm qui sunt in agminibus exercitati (vñam id ignotum esset nobis) verborum tum successionem, tum cohesionem probent: rem quæ indicatur, rideant. Fac hastæ hastam hæere posse: quod nisi cancellatim fiat, esse nequit: hoc autem neque ab Homero declaratum est: neque per verbum φερίων explicari quit. Itē, clypeū clypeo cõferri, hoc enim est testudo priscorū. quonā modo galeæ galea cohærebit? Præterea cū dixit σάκος σάκῃ: quid erit ἀσπίδ' ἀσπίς? quare diuinus vir cū ἀππων animaduerneret, contentus fuit illis quæ fieri solent, *Hæret pede pes, densusque viro vir*. Quam verò inepta futura fuerit ea imitatio, si expleretur: ex his patebit,

Conferta hasta hastis, tum pes pede, suntaque scutis,

Atque humeris humeri, galeæ galea, atque viro vir.

Quos sanè versus propino etiā Lucillio irridendos: tamen si sunt illis Homericis *παλαγγιάτῃσι*. Verùm græculi grammatici quid sit Virgilium esse, nesciunt.

Illā minoris controuersiæ, facilioris assensionis quæ sunt ex *Iliad*o 13,

Ὄς δὲ αἶμα δ' ὄο πόντον ἐγένετο ἰχθυόεντα

Βορέης δὲ Ζέφυρος, τάτῃ θρήικαν ἄππον,

Ἐλθόντ' ἕβαπνως, ἀμυθῆ δὲ τι κύμα κλαυρόν

Κορδύεται, ποδῶν δὲ πέριξ ἄλα ρύκος ἔχειται.

Magnificentius & signatius, ut omnia semper noſter,

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti

Conſiſunt, Zephyrūſque, Notūſque, & letus Eois

Eurus equis, ſtridunt ſyluæ. ſuiſque eridante

Spūmētis, atque imo Nereus ciet aquora fundo.

Aduerſos fecit, quibus eſſet vnda cumulator, ac non fine cauſa κορδυόειον. Addit violentiam, Ruptus turbo. Et illius ſimplicitas vehementer opprimitur iucundiffima illa circunſcriptione, & letus Eois *Eurus equis*. In cæteris quis non videt hîc magiſtrum qui didicerit, illic diſcipulū qui docuerit? Vt omittamus Zephyrum Thraciū. Quis enim hoc defendat? Porphyrius opinor: qui ait Zephyrum è Thracia flare in Græciam, turpi ſanè aut inſentia aut impudentia. eſt enim Græciæ Thracia Septentrionalis,

trionalis, non Occidentalis. Quòd si dicat Homerum Iliadè scribere, cuius loci situs ventorù quoque sitù doceat: ac propterea Zephyrum Occidentale ventum per Thracià flare in eà partè Asiæ, vbi fuit Ilium. hoc quoque falsum est. Argestes enim potius is est quàm Zephyrus. Zephyrus autè per Græcià in Troianos cãpos transmittit, quanquã ne sic quidè. non enim obliquè spirat, sed rectà ἰσημερινῶς sub circulo æquatorè. Præterea non potest absolui, cùm Zephyrum & Boreã ex iisdè cæli segmentis fecerit proficisci. Si Troianis igitur mittet Zephyrum Thracia, iis nullo modo Boreas indidem mitti conuenit. Ne verò sine iudiciis semper iudicemus, quod fecimus modò in Græcis, vt Latina faceremus, in Latinis quoque censuimus faciendù, vt facta Græca demonstrarent cuiusmodi Homerica illa fieri potuerint. quæ tamen non gloriæ gratia nunc à nobis posita arroganter putes, sed animi causa potius, vt imitationis viam hac quoque in parte moniamus. Sũto igitur sic, sanè ex tempore, & in mediæ noctis fusa vigiliis, fessio iam animo, ac cœnaturienti,

Ἦ ὕπερ ἠγνυμένωιο τυράνοιο αἰτία κρητῆ.
 Κύματα ἴς αἰέμων, Ζεφύρου τε, ἢ Βορέου
 Ἴδ' εὐρεθὺ μῆσσορος εἰσὼν ἰπποσωμάτων
 Τῶν δὲ γ' ἑρηνυμένων σέζουοσ' ἔπι κρημπίεται ὕλη
 Ψαμμοχύτη πιδόθεν πόντου τ' ἀπερεύγεται ἄλμη.

Apponemus huic & hanc propter affinitatem, quæ sanè est magnifica, & Virgilio digna. Posita verò est in Iliad.

Ὡς δ' ὅτ' ἐν ἀιμαλῶ πολυχητὶ κύμασιν θαλάσσης
 Ὄρνυσι πεισὺ τερεθρὶ Ζεφύρου ἑσποικιήσαντο
 Πόντου ἰσὺ τὰ κρητῆτα κορύσσεται. αἰτὰρ ἔπειτα
 Κέρτασ' ἠγνυμένωον μωγάλα βρέμασ' ἀμφὶ δὲτ' ἀκροσ
 Κυρτὸν εἰὼν κορυφοῦται, δροπίβει δ' ἀλὸσ ἀχχίλω.

Magnifica inquam, & plena, & nobilis. Aiunt igitur diuite narratione expolitum maris motum, motuque incrementa. Virgilium verò (sic enim loquuntur) peruo-
 lassè tantum,

*Fluctus ubi primo cœpit cùm albescere ponto,
 Paulatim sese tollit mare, & altius undas
 Erigit, inde imo consurgit ad æthera fœnulo.*

Sanè exuperat Græcos potius, quàm superat. Sonum enim audis: prudentiam delidero. nanque ait incipere at-

tolli in litore. & statim ait in ponto cumulari primùm, deinde frangi in litore. tū autem postquam fregit ipsum fluctum in litore, quid redit ad curuationem? postremò non est verum tunc fordes expui, sed postea id fit. Quæ videns Poeta, nihil repetiuit: sed vno tractu processum fluctuationis aptissimè descripsit. Ante igitur motum, qui animaduersionis dignus sit, albescit maris superficies, crispata enim fulget. deinde paulatim sese tollit, tū altiores vndæ contumescunt. Postremò subuertitur à fundo ipso. Illud etiam addas animaduersionibus: non esse maiores fluctus in alto mari cum quatitur tempestate, quam vbi minus est profundū. Quæadmodū in hoc nostro Britannico videmus, Potes, & primo ponto, interpretari in litore. Verū ibi semper albescit: semper enim frangitur.

Quam verò generosè dixerit illa ex xi, Vlyssæa,

Ωρη ἄρ' πολίων μύθων, ὄρη δέ τε ὕπνου.

-*Suadent quæ cadentia sulera somnos. non nisi nobilia ingenia possunt comprehendere.*

In xi Vlyss. metitur Homerus Oti & Ephialtæ corpora,

Τοὺς δ' ἠ' μικίστους ἑρέψε ζείδωρος ἄρουρα

Καὶ πολὺ κηλίστους μετὰ γὰ κλυτὸν ὄρειονα'

Ἐντάωρος γδ τοῖγα, καὶ ἀνεκπύχρεις ἦσαν

Εὐρεσ, ἀτὰρ μικρὸς γὰρ ἠβέδωλον ἐνεόργμοι.

Οἱ καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτων οὐλύμπα

Φλοπιδεσῆσιν πολυμαχὸς ποτ' ἴμοι'

Ὅσων ἐπ' οὐλύμπα μέμεισαν δειῦρ αὐτὰρ ἐπ' ὄσων

Πήλιον εἰσοσφύλλοι, ἢ οὐρανὸς ἄμβρατος εἶν.

Admirantur Græculi pueriles mensuras: aiuntque esse δαιμόνιον ἀκρίβεια: ignauæque esse omissum à Virgilio. Nihil sæpe cogor exclamare, aliud esse Græculum circulatoré, aliud regis orationis authoré. Indigna censuit sua maiestate Virgilius hanc minutam superstitionem. Nam quod ad montium confectionem attinet, nemo Græcorum ad illorū numerorum artē accessit: de qua suo loco,

-*ter sunt conati imponere Pelio Ossam*

Scilicet, atque Ossæ fronsosum inuoluere Olympum.

Satis igitur habuit dicere: immania corpora. & plus dixit quam Homerus. Ille enim ἀπειλήτων: nos autem,

-*manibus magnum rescindere calum*

Aggreβι, superisque Ionem detrudere regnis.

Admirabilem verò proportio nem hanc dimetiamur. Quadruplam deberi aiunt proceritatem crassitudini. Homerus dixit latos *ἑνεαπάρχειας* longos *ἑνεαοργήτους*. Passus quartam partem esse cubitum. Sanè cùm sui quisque passus æquet longitudinem : quartam partem sui cubitum habet. Itaque etiam plicatis ad pectus brachiis, summitatibus suis medii digiti sese contingunt. Ceterùm neutiquam verum est, eiusmodi esse hominis symmetriam. Cùm enim iustè homo magnitudinis, octonum sit palmorum, pectus esset palmorum duùm. qua constitutione nihil esse potest deformius: In viro forti tres octavas ferè partes suæ longitudinis à pectore capi conuenit: ab humeris tantundem cum semisse.

Parthenias noster pari vsus est verecùdia, cùm Polyphemi ingluuiem narraret, atque crudelitatem,

Vidi egomet duo de numero cùm corpora nostro

Prensa manu magna, medio resupinus in antro

Frangeret ad saxum. Quæ Homerus, quasi diceret apud iudicem causam, atrocissimis atque immundissimis verbis vsus est,

Σὺ δὲ δύο μάρτυρας, ὡς ἐκ σκύλακος ποτὶ γαῖαν

Κόπῃ, ἐκ δὲ ἑγκάρατος χαμᾶδις βέβη. δύο δὲ γαῖαν

Τοὺς δὲ διαμαλίσσῃ τιμῶν ἰππλίσια το δόρπον.

Ἦΐδι δ' ὡς ἐκ λείων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν

Ἐΐκατό τε, σαρμάς τε καὶ ὄσῃα μυελόντα.

Quæ ille paucis, atque insignibus,

Visceribus miserorum, et sanguine vescitur atro.

Neque enim representare voluit teterrimâ carnificinam quæ non deceret heroicam maiestatem, sed oleret potius fatyri cam licentiam.

Quæ ex v, Vlyssææ transtulit ad suâ Circen, longè sunt excellentiora,

- ἃ ἐν νύμφῃ

Ναῖεν εὐπλόκαμος. τίω δὲ ἐνδοθι τέτλημι ἕκασαν.

Πύρρῳ ἐπ' ἐχάσθημι μέγα κηῖτο. τῆλ' ὅσε δὲ ὀδμῆν

Κέδρου τ' ἀλεάτοιο. θύου τ' αἰδανῆσιν ὀδῶσαι

Δαιουῶντων. ἢ δὲ ἐνδον αἰοιδάουσ' ὅτι κελῆν

Ἰσὸν ἐποικυῶν ἡυσταῖα κερύδι ὕφαιεν.

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos

Astiduo resonat cantu, testisque superbis.

Vrit odoratum: nocturna in lumina cedrum,

Arguto tenues percurrens pectine telus.
 Vides enim heroicam phrasin, resonat lucos cantu. & argu-
 to pectine melius, quàm aureo.

Cum Elyxæ diris, diræ Polyphemi nullam habent pro-
 portionem maiestatis,

Δὲς μὲν Ὀδυσῆα πολυπόρονον εἴχεσθ' ἰκέδῃ.
 Ἄν' οἱ μοῖσ' ἐστὶ φίλος τ' ἰδμεν ἢ ἰκέδῃ,
 Οἶνον ἢ ὑπέμφρον, ἢ ἰλὺ ἢ παρτίδα γαίην
 Ὅτ' ἐκκαῖς ἔλθει ὀλέσει ἀπο πάντας ἑταίρους
 Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὐρεθὶ δ' ἐν σῆματά οἴκο.

Omitto coactam & insuauem dictionem, ἐν πῆματά οἴκο.
 nam penitus est barbara hæc figura: si euenit quod prece-
 tur, id quoque in fatis fuit. quomodo si est μοῖσ' ἰκέδῃ: non
 fit μοῖσ' sic quoque ἰκέδῃ, quare noluerim plerisque in lo-
 cis, hic & alibi Homerū tam placuisse Poetæ nostro: sed
 loquutiones atque sententiæ comparentur,

-si tangere portus

Infandum caput, ac terris admare necesse est:

Et sic fata Iouis poscunt: hic terminus hæret.

At bello audacis populi vexatus ex armis

Fimbis extorru, complexa auul fus Iuli

Auxilium imploret, videatque indigna suorum

Funera: nec quum se legu sub pacis iniquæ

Tradiderit, regno aut oprata luce fruatur:

Sed cadat ante diem, mediæque inhumatus arena.

Vbi etiam historiam tetigit Virgilius. Etenim memoriæ
 proditum est, Æneam cum Mezentio pugnantem in Nu-
 mici fluminis ripa nusquam comparuisse.

Similem immiscuit illis eruditionem,

Meonio regi, quem serua Licimnia surtim
Sustulerat, vetitisque ad Troiam miserat armis.

Quos cum confecisset ad illorum normam, quæ in II, I-
 liados scripta sunt,

Οὐς τέκεν ἀσυόχη δῆμον ἄπορος ἀλείδω

Πάρθενος αἰδὼν ὑπερβαῖον εἰσαναλώου

Ἄρνη κερτερῶ, εἰ δὲ οἱ παρελίστατο λάδρη.

Condiuit legum militarium scientia. Neque enim licebat
 seruis militare: iccirco vetita dixit arma.

Exanguia illa quoque ex Iliados XXI,

Ὡς δὲ λείβω ζεῖ ἐνδὲ δ' ἐπιγρόμφοι αὐρεὶ πολλῶ

Κνίαν μελωμῶος ἀπαλοσφροῦ οὐ στάλοιο

Παίτηθεν ἀμφολοδόν, ἕω δὲ ξύλα κέχρηνα κίτται.
 ita animauit,

-magno veluti cum flamma sonore
 Virge suggeritur costu undantis aheni,
 Exultantque aestu latices, furit intus aquai
 Fumidus, atque alte spumis exuberat amnis
 Nec iam se capit unda, volat vapor ater ad auras.

Nam quid attinebat, porcinas intus carnes ponere? & κίτται, emortua vox est. illa viua, suggeritur, vt ne ignis deficiat. Subinde nánq. materia fouendus ignis qui è virgis fit. adeò pingit omnia diuinus vir. Et sanè sonitus maior ex eo igni, quàm ex ligno maiore aut crassiore. Neque verò aut deest, aut latet nos causa. Multum enim aeris diuulsi in ipsis ramalibus. Ahenú quoque grandior vox, quàm lebe. Itaque alibi adornauit epitheto, *Dodonaísque lebetes*. Omitto quod videre videor, ignem ipsum, atque bullantem, fumi globum, qui à diuino viro χερύτης dictus est, vapor ater. Diuina sanè illa, *Nec iam se capit unda*. fit enim seipsa maior. Nihil verò puerilius quàm quod ibi ab Homero dictum est, Xanthi aquas vri igni. Sanè Xanthú Vulcanus fortasse possit vrere: sicut Martem vulnerare Diomedes: at aquas igni vri in fluuio, quis credat? Potius ac citius, si qua vrútur, ea aquis ab incendio vindicari. Est & altera sentètia contra naturam,

Ζεὺς δ' ὕδαρ, ἢ δ' ἔδρα πορρίεν.

Nihil futilius. tunc enim maximè mouetur aqua vbi feruet. *Quin* liquores ignem perinde atque vastatorè fugiút. Si olei aliquantum super tabulam mittatur, atque in medio eius carbo accensus imponatur: videbis illico diffundere oleum, diffunderéque sese, atque dilatate,

Quæ verò qualiáque addidit ornaméta illi ex xi, Iliados,

ὦς ὁ θεὸς αὐτῶν κωμήσατο χάλκλον ὕμενον.

Olli dura quiete oculos, et ferreus urget

Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

In eodem posuit versus luculentissimos, quos etiam repetiuit in x x,

-αἴματι δ' ἄξον

Νέρθεν αἴματι πετάλακτο, ἢ αἰτῶνος αἰσέει δίφρον,

Ἄς αὖ αἰσέει πτερίων ὀπλίων ραδάμυγες ἔβαλλον

Ἄς ἄν αἰσέει πτερίων.

Huic splendorem addidit grandiloquentiæ,

- spargit rapi da ungula rores

Sanguineos, mistaque cruor calcatur arena.

Par rotunditas & in illis,

Tum caput orantis nequicquam ac multa parantis

Dicere, deturbat terra: truncumque repente

Prouoluens. Altricto nánque ambitu numerorum expediuit facti celeritatem: atque aures præuenit, sicut ille anteuerterat preces. Homerica verò sunt longa & laxa,

Ἡ, κὶ ὁ ὑβήριν ἔμελλε θηρείς χεῖρὶ παχείν

Ἀψαύφιος λίσσεται, ὁ δὲ αἰχχίνα μέσσην ἔλασσε

Ἐσθλάνη αἰχχίνας, ἄπο δὲ ἄμφω κέρον τένοντε,

Ἐσθλάνη δὲ ἄσσε πύρη κέσσε κοινήσιν ἐμίχθη.

Falsum præterea est, à pulmone caput auulsum loqui posse. & durum est, Caput mistum puluere. non enim miscetur quod apparet & extat.

Similem & probauit & exercuit celeritatem in prælio, ubi copiam & frequentiam ingruentium telorum sic descripsit: *crebra niuis ritu*: neque admittere voluit Homeri prolixitatem, quæ est in x i i, Iliados,

Ἦσαν δὲ ὄσσε νηφάδες χιόνος πύρρῃσι θαμναῖαι

Ἡμεπε χειμαρῶν, ὅτε τ' ἄρετο κμηπέτα ζεῦς

Νηφάδῃ αἰδράποισι πρῶτα σκόμβρος τὰ ἀκῆλα,

Κοιμήσας δὲ αἰήλους χεῖρὶ ἔμπεδον ὄφρα κελύψῃ

Τ' ἄλλων ὄρειαν κορυφάς, κὶ ἀφρόνας ἀκέρους,

Καὶ πεδία λατεῦντα, κὶ αἰδράν πύονα ἔργα,

Καὶ τ' ἐφ' αἰλὸς πολυῖς κέχυται λιμέσση κὶ ἀπταῖς

Κῦμα δὲ μιν ἀροσπάζον ἐρύκαται, ἄλλα τε πᾶντα

Εἰλύσεται κρηδύσθη, ὅτ' ὄπτερίσῃ διὸς ὄμβρος.

Detestatus est Poeta noster more suo loquacitatem, & quid est, τὰ ἀκῆλα? Tempestatem intelligit. Sanè nix non vastat, vt fulmen, aut grando, aut imber. & ταυτολογία, κορυφάς, ἀκέρους. In mari verò quis vidit niuem? sanè id præter modum. Neque scio quorsum κῦμα ἐρύκαται, id est, κρητῆ χειρόνα, vt interpretantur: sed arceat. Neque ὄμβρος, rectè, & haud ita multò antè eiusdem niuis similis comparatio nõ sine reprehensione,

Οἱ δὲ ἄσσε χειμαρῶσι τινὲς ἐὺδμήτων ἄπο πύργων

Βάλλον ἀμωόμβροι σφῶν τ' αἰτήδ, κὶ κληπάων,

Νηῶν δὲ ἀκυπόρων, νηφάδες δὲ ὡς πύττον ἐραζέ

Ἰς τ' αἰήμος ζαῆς νήφρα σκιοέντα δονήσας

Ταφθείας κρητῆσεν ὄπ' ἄσσηνὶ πολυβοτείρῃ.

Quanto

Quanto aptius missilia grandini assimilasset, quemadmodum Poeta verus,

*Ac velut effusa si quando grandine nimbis
Præcipitant: omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi
Dum pluit in terris: ut possit Sole redusto
Exercere diem. Aliam verò frigidiorē ponit in xv,
Ω' δ' ὅταν ἄν νεφέων πῖν' τὰν νεφῶν, ἢ χαλάζα
Ψυχὴν ἰὼν ἀρίστῃς ἀφθρηχθῆς βορέας.*

Vbi non puduit cadenti grandini descendente de cælo Irim comparare. nihil enim infelicius. Hæc igitur comparationes oppressionum. Res autem ipsa, ut hic Aeneæ: ita in nono describitur super Turno, & super Aiace in xv i,

*Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum
Nec dextra valet iniectis sic undique telis
Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum
Timidis galea: & saxi solida æra fathiscunt:
Discussæque iuba capiti: nec sufficit umbo
Ictibus, ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus. Tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit. fessos quatit æger anhelitus artus.*

*Αἶας δ' ἰὼν ἔτ' ἔμμενε, βιάζετο γδ βελέεσσι.
Δάμνα μιν ζωὸς τε νόσος, καὶ πῆρες ἀργαῶν,
Βαλόντες, δ' ἐνὶ δὲ σπείῃ κροτάφοισι φρεσὶν
Πήληξ βαλλομένη κροτάφῳ ἔχει βάλλετο δ' αἰεὶ
Κάπφαλα ῥ' ἄποινῶ, ὃ δ' ἀεὶ σέθεν ἄμον ἔκταμνον
Ἐμπέδον αἰὲν ἔχων σέκος ἀφορῶν, ὃ δὲ δυνάτο
Ἄμφ' αὐτῶ πολέμιζα, εἰρείδοντες βελέεσσι.
Αἰεὶ δ' ἀργαῶν ἔχει ἀσθματι. καὶ δ' εἰ εἰδράς
Παύτοθεν ἐκ μελέων πολὺς εἰρήεν, καὶ δὲ πῖν εἶχεν
Ἄμπνεύσαι, πάντη δὲ κροτὸν κροτῶ ἐσθέρωτο.*

Pulcherrima est equi comparatio in xv, Iliad.

*Ως δ' ὅτε τις σάκος ἵππος ἀκροῖστας ἐπιφάντη,
Δεσμὸν ἀπορήξας θείη πεδίω κροτάφων,
Εἰωθὰς λέεσθαι ἐὺρείος ποταμοῖο
Κυδισίων, ὃ ψαδὲ κέρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χεῖται
Ὡμοῖς αἰσούσται. ὃ δ' ἀγλαῖα πεποθῆς
Ρίμπα ἐγρωῖα φέρεται ἢ τ' ἠδρα, καὶ νόμον ἵππων.*

Non pauca hic animadvertenda. Primum, an omnia excullerit Poeta noster. nam quod verbū habuit Latinum,

Quo diceret illud *σαπός*, *Stabulatum* dicunt Itali voce felicissima, longéque evidentiore, quàm *Græci*. *σαπός* etiã etiam alibi quàm in stabulo intelligam. Sanè Poeta illo aduerbio designauit, *Tandem liber equus*, id est, multo post tempore, quàm non est solutus. *ἀκρόστας* præterit noster. nos in hymno *Rochi* sic expressimus *Saturum ad præsepe*. Alterum quod perpendamus, est: longè melius à nostro partes collocatas. Nam otiosus ille versus,

Εἰσθός λέεσθαι ἐν ῥήτοισ ποταμοῖσ,

Si non it ad fluuium, vadit enim *ἐς ῥήτα ἢ νόμον ἴππων*.

Quare multo melius diuisit ac distribuit Maro, aut in pastus, aut ad fluuium. Tertio loco non est prætereundum: pessimos esse equos, qui aquis gaudent, vt abluantur. neque sitis, neque laboris esse patientes. Qui se poluerant libenter, arumnarum tolerantiores sunt, & dominis fideliores. Quartò meminerimus in sexto *Iliados*, huic item equo *Paridem* totidem, iisdémque verbis comparatum. quo nihil esse potest turpius. Dantur enim comparationes, duabus de causis: ob efficaciam, & ob decorem. quorum vtrumque si repetantur, amittitur. postremò *ὄλιμον πεποιθός*, sine verbo, rectus est, & subdit *ἡμῶσ ἢ γυναια φέρη*.

*Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus: campoque potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentaque tendit equarum,
Aut assuetus aqua perfundi flumine noto
Emicat, arrectisque fremis ceruicibus altè
Luxurians, luduntque inba per colla, per armos.*

Est etiam plus, *fremis*, quàm *κυδίων*. & *luxurians* quàm *ἀγλαῖσ πεποιθός*. & *ludunt*, felicius quàm *ἀίονονται*: modò huc scilicet, modò illuc. & verius *per colla, per armos*, quàm *ὄμοισ* tantùm.

Nec verò coarctat semper effusam *Homeri* dictione. interdum enim dicit: vt illud in *x x i, Iliados*,

-λίδον εἴλετο χεῖρσ παχέησ

Κεῖθρον ἐν παδίω, μέλαινα, σπηχέω τε, μέγαν τε

Τὸν ῥ' ἀΐδρεσ προπέρι δίσταν ἐμύθωσ ἔσον ἀσούρνεσ.

-saxum circumspicit ingens,

Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat

Limes agro positus, litem vt discerneret armis.

Plus ad rem facit, *antiquum*, quàm *nigrum*: declarat enim magnitudinem: quia à nullo emotum est, & verosimilius est,

est, non esse asperum: si pro termino positum fuerat. Hæc melius, Illa ampliora, Campus, ager, aruum, Campus planiciem dicit. Ager tractum terræ. Aruum agri partem. etiam ἄτυμον intendit summa illa eruditione. Lis enim à limitibus, Limes à diuisione, qui solueret dominium, & possessionem, mutata Græca vocali in Latinam tenuior. sed hæc opulentiùs in libris Originum. Etiam illud notare possumus, *Saxum antiquum* aptè designare verba illa: ἀδρες ἀφ' ὅτερι.

Etiam illis vicit: quæ sunt ex eodem libro,

— φύλῳ ὡς ἐπέλεια

Ἡ ῥά θ' ὑφ' ἱρκκος κοίλῳ εἰσέπιατο πέπρω

Χρησμον' ἐδ' ἀοζ τ' ἄγα ἀλαίφρα ἀψμον' ἔν.

In hac salua est columba. Cuius etiam, si diis placet. Fatui curam gerit, ἐ γδ ἀψμον, inquit. in altera verò, quæ est in sequenti libro fuga,

Ἡ ὕτι κίρκος ὄρεσφι ἐλαφρότερος πεπιλωῶν

Ρ' ἠδ' ὄως εἴμενε μὲ τ' ἠήρωτα πέλεια

Ἡ δ' ἀθ' ὑπαδα φοβεῖται, ὃ δ' ἐγγυς ὄξυ λεληκός

Τάρπ' ἐπαίσεις, ἐλβεν δ' ἐ θυμός αἰώγει.

In nostra, præda,

Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto

Consequitur remis sublimem in nube columbam:

Compressamque tenet, pedibusque euiscerat uncis:

Tum cruor, et vulsa labuntur ab æthere plumæ.

Haud dici potest, quam sit tabernaria illa oratio in I, Iliados, quam etiam tædet posuisse,

Εἴαθ' γάρ γ' ἐ δέλοισιν ἀχαιοὶ τε τρωάς τε

Ὀρνια πρὸ ταμόντες ἀριθμηθῆναι ἀμφο,

Τρωάς κ' ἄγαδαι ἐ φέσται ὄσσαι εἰσιν,

Ἡ μῆς δ' ἰδ' ἀκαδάς διακοσμηθῆναι ἀχαιοὶ,

Τρωῶν δ' ἀδρα ἐχασον ἐ λόμεδα οἰνοχοοῦνεν,

Πολλὰ μὲν δὴ γὰρ δέλοισιν οἰνοχοοῖο.

Sanè bellum orationis ductum, vel militarem vel etiam Imperatorium, magno Atrida dignum. at nostra Iuturnæ verè Virgiliano ore loquitur.

— en omnes, et Troes, et Arcades hic sunt,

Fatalisque manus, insensa Hæthruia Turno.

Vix hostem alterni, si congregiamur, habemus.

Aiacis sunt verba modica in XIII, Iliadis,

Ἄρα δ' ἐ τε χεῖρες ἀμύων εἰσὶ κ' ἡμῖν.

Quæ noſter Pallas melius,

Mortales totidem nobis animaque manuſque.

Fugit Hector in xxiI, Iliad. fugit & Turnus: quæ loca, qui
voluerit, poterit comparare: duo tamen hic ponam,

- ἔπει δ' ἄχ' ἱερύϊον ἔδ' ἔβοειω

Ἄρ' ὑδ' ἴω, ἄτε πρὸς ἰν ἀθήλια γίνεσθαι αἰδρῶν,

Ἄλλα πρὸς ψυχῆς θεῶν Ἐκτορος ἰσποδῶμοιο.

Quod caſtigatiſſimè noſter,

- neque enim leuia, aut ludicra petuntur

Premia, ſed Turni de vita & ſanguine certant.

Alter locus eſt eiſdem modi, ſed diſparis ſententiæ: Achilles nutu vetat ſuis, nequis telo miſſili impetat Hectorem: fanè loqui eum quis prohibebat? Currens quomodo abnuere intelligebatur?

Λαοῖσι δ' αἰένουε κερῆσσι διὸς ἀχρηδύς,

Οὐδ' εἰ αἰὶδρῶν ὄπ' Ἐκτορι πικρὰ βέλεμενα,

Μῆτις κ' ὑδὸς ἄερισσο βαλλῶν, ὃ δὲ δεύτερος ἔλδοι.

Aeneas autem hoſtibus, qui præſentes erant: non enim
Troiani illic circum Hectorem,

Aeneas mortem contra, præſensque minatur

Exitium, ſi quiſquam aseat: terretque trementes,

Excitſurum urbem mimitans.

In ſecundo Iliad.

Γαῖα δ' ἰσπεσον ἀχρηδύς, διὸς αἰς τερπιραίνω

Χωροῦν, ὅτε τ' ἀμφὶ τυρωεὶ γαμαί ἰμείσση

Ἐν ἀρμῶις, ὅτε φασὶ τυρωεὶς ἐμῶν δυνάς.

Grandiores numeri noſtri,

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durùmque cubile

Inarime Iouis imperiis impoſta Typhoeo.

Vbi cum diſputant vnicùmne tantum ſit verbum *εἰν ἀρμῶις* apud Homerum, an duo: nihil ad nos. Inepti enim ſint, qui putent à Virgilio ignoratum quemadmodum appellaretur locus ille: à quo cum ea ſcriberet tantum diſtabat, quantum Neapolis vel Roma, à Baiano ſinu.

In xviI, Iliad. eſt Tauri comparatio,

Ὡς δ' ὅταν ὄξωσ' ἔχων πέλεκυ αἰχμῆος ἀνθρ

Κόφας ἐξ ὀπθ' ἐν κερῶν βοὸς ἀχρηδύοιο,

Ἰνα τῆμιν διαπῶσται, ὃ δ' ἐκ φροδορῶν ἀρπῆσσι.

Tantum abeſt vt noſtra: æquet magnitudinem, vt etiam vituperari poſſit. nam quid eſt, *διαπῶσται*? interpretantur, *ἰσπῶσται* ἢ *ἔκα*, & ſi percuffit: hoc enim eſt κόφας = quomodo

modo *προσδραῶν*, præuenit ictum saltu? nisi dicas, τὸ *προσ* significare progressionem, non autē progressionem. Longe est nostra excellentior,

*Quales mugitus fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.*

Vel illa vrbaneitas, cum ad aram statuit. & quæ verba, *incertam* excussit securim.

Ob Pallantis interitum Æneæ iram non lacrymis, aut obtutu furioso, aut dentium concussione declarauit Poeta noster, sed verborum suppressione, & animi impetu. nam statim accepto nuncio sine verbis,

*Proxima quæque metit gladio, latiusque per agmen
Ardens limitem agit ferro:*

& quæ sequuntur diuina:

*Pallas, Euander in ipsis Omnia sunt oculis. Mox oranti
Mago, quæ dixit,*

-belli commercia Turuis

Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.

Dixit commercia, quia vitam auro atque argēto mercabatur. Achilles autem simpliciter,

*Πρὸν μὲν γὰρ πάρος κλον ἔπιπασεν μόρσημον ἡμᾶρ
Τόφρα τέ μοι περιδέδρα ἐνὶ φρεσὶ φίλτερον ἦεν
Τρῶων κῆ πολλὸς ζωὸς ἔλον, ἰδὲ ἑπέσασα.
Νῦν δὲ ἴα ἐσθ' ὅστις δάνατον φύγη.*

Ex Iliad. i, & xx, ponamus hic comparisonem,

*Ὡς δὲ ὅτ' αἰὴρ ὄχετι γῆς δὸν κελύεις μελθὺ ὕδρῃ
Ἀμφυτὰ κῆ κήπους ὕδρατος βόον ἡγάμονε ὕει
Χερσὶ μάκροισιν ἔχον, ἀμάρης δὲ ἐξ ἔχματα βάλων
Τὸ δ' μὲν τε παρορέοντος ἰσὰ φηφίδες ἀπασαί
Ὀχλυῦται, τὸ δὲ π' αἶψα κρατερόωρον κελαιρίζει
Χαίρω ἐπὶ παρῶ λαί, φθάνει δέ τε κῆ τὸν ἀγροντα.*

Quorum optima quæque eo spatio includit Poeta, vt omnes sanos deterruerit ab eiusdem rei descriptione,

Ecce supercilio cliuosi tramitis undam

Eliciu, illa cadens raucum per leuia murmur

Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arma.

Vbi neque olitoris, neque scœnificæ ligonem aut marram habes. & *παρῶ λαί* respondet cliuositas: & *ἡγάμονε ὕει*, elicit, rectè tamen pingit Homerus rusticum præpurgantem viam aquæ, sublati glebis aut cespitibus ex alucolo. quæ

signatissimo verbo atque à Grammaticis prætermisso Poeta declarauit, *Elicis*. Illices enim appellantur fossiculae in aruis.

Fugit Dolon in x, Iliad. fugientem insequuntur Diomedes & Vlysses : quos duobus comparat canibus feram sequentibus,

Ως δὲ ὅτε κερχὰ ἐδδοντε δ' ὕο κωίε εἰδδτε θύρη,
 ἢ καμῆδ' ἢ ἐλαγρόν ἐπίγατον ἐμυθίς αἰεὶ,
 Χῶρον αὖ ὑλάνον, ὃ δέ τε ποροδέσει μεμικτός.

Longè excellentius describitur Æneas Turno instans,

*Inclusum veluti si quando in flumine pastor
 Ceruum, aut puniceæ septum formidine penne,
 Venator cursu canis, & latratibus instat:
 Ille autem insidius, & ripa territus alta
 Mille fugit, refugitque vias, at viuulus Vmber
 Hæret hians, iam iamque tenet, simili que tenenti
 Increpuit malū, morsūque elusus inani est.*

Cuius exacta, venusta, grandis, efficax, numerosa, florida loquutio cuiuscunque theatri expectationem superat.

Æneæ impetum nimbo comparat Poeta verbis ac numeris eiusmodi, vt multis Homeris opus sit ad assequendam illius magnitudinem. Igitur vnā ponemus ex Iliad. x i i i,

*Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
 It mare per medium, miseris heu prescia longè
 Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas
 Arboribus, stragemque satū: ruet omnia late:
 Anteuolant, sonitūque ferunt ad littora venti.*

Quomodo nimbum anteuolant venti, si illum impellunt? quia nimbus crassior aer est. Itaque ventus, & pōit, & antè, & cum illo. Homericæ autem admodum misera est,

Ως δὲ ὅθ' ἰσὸ λογιῶν αἰέμων ἀτέρων αἰέτω,
 ἢ καπ. πρὸ τε τε πλείσθ' κόνις ἀμυθὶ καλεῖ δούε,
 Οἷτ' ἀμυθὶς κόνις μεγάλῃ ἰσάσθ' ὀμίχλῃ.

Et in subsidiis alteram ex eodem libro. Cæterum ne sic quidem vincemur. Est autem hæc vehemens, & magnifica,

Οἱ δὲ ἴσαν ἀργαλέον αἰέμων ἀτάλατοι αἰέτω,
 ἢ φα β' ἰσὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἴσι πρὸ δνδῆ,
 Θεωσισίω δὲ ἰμάδω ἀλλ' ἰσάσθ' ἔν δέ τε πολλὰ
 Κύματα παρ' ἄζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης

Κυρτὰ θαλασσιόωντα, ἀπὸ μὲν τ' ἀλλ' αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα.

Veniat suppetias ex xvi,

Ὡς δὲ ὅτ' ἀπ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεός μιν μέγαλοιο

κινήσει πυκνῶν νεφέλων τετρασηγάρα Ζεὺς,

Ἐκ τ' ἐρῶνεν πᾶσαι σκοπιῆς, καὶ ὄρησι αἰετοί

καὶ νάπαι, ἔσσαν δὲν δὲ ἀπ' ὑψηλῆς ἀσπίδος αἰθέρος.

strictior in eodem,

Ὡς δὲ ὅτ' ἀπ' ὑψηλοῦ ὄρους ἔρχεται ἔσσαν εἶσα

αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λάλαπα τείνει.

Sanè paruo negotio sic magnus liber, vt ait Martialis, fieri potest.

Quod verò vix summis attingit labris de Marte in xv, Iliadis,

—μάρητο δὲ ὡς ἄρης ἐγχεσάλοος.

Longè alio apparatu videas apud nostrum,

Qualis apud gelidis cum flumina concitus Hebri,

Sanguineus Maiors clypeo increpat, atque fidentes

Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto

Ante Notos, Zephyryūque volant, gemit vltima pulsus

Thracia pedum, circumque atra formidinis ora,

Itaque insidiae que dei comitatus aguntur.

Toties in rebus argumentisque similibus maximos hosce

duos viros comparauimus: libet verò tum animi, tum

etiam eruditionis gratia contraria loca adducere. Sunt in

quadrantibus Lunæ singulis bini dies, in quibus mare nō

mouetur. Calma dicitur ab Adriaticis languida quies illa:

à veteribus Romanis Græca voce, Malacia. Eius descri-

ptionem traxit Homerus in xix, ad comparisonem.

Quòd si quis putat non eam immobilitatem, sed otium à

venis tantum esse, quod scribit, non laboro:

Ὡς δὲ ὅτε πορθύρη πύλαος μέγα κύμασι κωφῶν,

Ὀσσύρον λιγῶν ἀνέμων λαβήσασσι κέλευθα

Ἀύτως, ἔσσι ἄρα τε ποικυλῆσσι δάται, ἔσσι τέρωσι,

Πρὲν πῖνα κικελεύον κατακλύσασσι ἐκ δίος ἔρον.

Contrarium huic, inquam, locum illum cenfeo, in quo æ-

stum maris describit Maro. Non quod hoc motu careat

in ipsa Malacia: sed quia ibi quies, hîc motus pingitur.

Videamus igitur vter melius. sunt enim diuina,

Quali ubi alterno p. occurrens gurgite pontus,

Nunc tuit ad terras, scopulósque superiacit undam:

Spiritem, extremámque sumi perfundit arenam:

*Nunc rapidus retro, atque est: revoluta resorbens,
Saxa fugit, litisq; vado labente relinquit.*

Mirifice sanè Homerus surdum fluctum dicit, & colorem tantùm assignat mari purpureū: Non autem *μωρωπυρρες*, aut *ελεισθον*, aut *σφαορμηδον*, vt alibi & dixit, *αυτως*. Latine dicas eleganter, Tantum. i. nihil præterea. Hic autem facit oculos tam exacta descriptione, vt in hisce verbis plus videam illius motus, quàm ipso in mari.

Hæc sunt quæ multo labore descripta, maiore iudicii periculo in medium adducta sunt: alia quoque inueniantur, quæ hisce addi possunt. Verùm satis hæc putauimus esse ad imitantium vtilitatem. cuius exemplum, regula, principium, finis esse debet nobis Maro. Nam quemadmodum Antonius apud Ciceronem de Poetis, Videtur enim ipsi alia lingua, quàm Latina loquuti: ita à nobis de Virgilio dici solet: cæteri alia lingua quàm poetica mihi vti videntur. vnum tibi vt excellens sis, proponendū est: electionem summam esse in poeta virtutem, & sui fastidiū. Mulierem Aristoteles suapte natura *μυμψικωγεν* vocat. talem te esse oportet, vt etiã expetas plus quàm possis. Homericam fuge licentiam, & laxum dicendi genus. nihil non probat ille, quod semel meditatus est. Excutere potes aliquot etiamnum loca, vt te ipsum acuas, atque adeò incendas ad iudicandum.

*Electio
summa
virtus in
poeta.*

Totus aditus fabulæ Aristæi sumptus est ex Iliad. xviii. vbi & moderatio, & numeri, & rerum prudentia maior Virgilio. nimius est in recensendis Nereidibus Homerus: perinde atque caneret Genealogiam. Prudentiæ fuit illud, quod alibi quoque diximus: Aristæum in Penei ripis statuere, vt à matre exaudiretur. nam de profundo maris Achilles flens in tentoriis, qui possit? præsertim cùm dii Homerici nihil audiant aut sciant, nisi per nuncios, aut quæ sub oculis habeant. Agamemnon Achilli se purgaturus, inepta detinet aures oratione: Atque fabulam atexit. Sed & Æneam cum Achille, non solum irato, sed etiam insano nugãtem facit de suis maioribus, deque suis equabus, maximis mendaciis. Itaque nõ est mirum si plerique mutauit Maro, plurima omisit. Neque muscarum probauit comparationes, neq. fabularum, quam ille ponit in decimo tertio, satis humilem, atque Heroica indignam maiestate. A deorū verò præliis canendis Deus ipse opti-

mus maximus auertat nos. nusquam enim fuit ille οἷον-
εἶπερ. Antequam verò partem hanc absoluamus: descri-
bendum est ex v, Iliad. εἰδῶλον illud Æneæ, cum quo Vir-
giliana vmbra conferatur.

Αὐτὰρ ὁ εἰδῶλον τεύξ' ἀργυρότοξος Δαρδάνων

Αὐτῷ τ' ἀρεια ἰκελον, καὶ τεύχεσι τοῖον.

Quod nudum subtegmen (dii immortales) qua diuina
trama pinxerit Poeta noster, facilius intelligere atq. ad-
mirari quàm vel imitari, vel explicare possimus,

Tum dea nube caua tenuem sine viribus vmbra

In faciem Æneæ (visu mirabile monstrum)

Dardaniis ornat telis, chelysque imbâsqve

Diuini asimulat capitis, dat inania verba:

Dat sine mente somnum, gressûsqve effingit euntis.

Neque verò contentus hac opulētia, addidit etiam è me-
dio naturæ, cui compararet: idque non vnum.

Morte obita quales fama est volitare figuras,

Sunt que sopitos deludunt somnia sensus.

Quo in loco etiam philosophiæ penum excussit vir ad-
mirabilis. nânque & rem controuersam penes authorum
fidem statuit: quippe de idolis rerû anima atque vita fun-
ctarû: *Fama*, inquit, *est*. & signatè, *figuras*: quippe sine cor-
pore, tamen si figura corporis extremitas definitur. & *volit-
tare*: non enim mole consistunt. Par eruditio è somniis.

sunt enim species sine materia, à materiatis fluentes spe-
ciebus. Nec sine maxima scientia dixit, *sopitos sensus eludi*:

non enim eluduntur non sopiti. Hoc discas apud Aristotelem, *sensus non falli*.

mus & id ad Poetæ gloriâ facere accessionis: Comodius
ab Iunone aeris numine, concreatû idolû q̄ ab Apolline:
nisi addideris ipsum esse Solam. voces omnes singulatim
per teipsum poteris perpendere. Iam verò quid præterea?
nam Homericum idolum nihil: nostra verò vmbra quid?

At primas lata ante acies exultat imago,

Irritatque virum telis, & voce lacebit.

Vbi non pictam rem, aut mortuam poesim vides: sed
rem ipsam, vt ita dicam, vegetam atque etiam viuam.

Quo exêplo, quemadmodum & cæteris omnibus, non
râ imitatio, quàm exploratio magnitudinis Homericæ co-
gnominari mereatur opera Maroniana. tantiq. viri studiû
atque diligentiam impolitæ illi simplicitati non tantum

afferre laudis, quod sit sequuta, quàm exprobatioris, quòd posterior tempore, prior sit nobilitate. Atque hæc quidem satis esse poterant etiam curiosis, nisi Macrobius alieni iudicij mancipium, supina quadam temeritate interpelleret. negat enim in v. Saturnal. vsquam ab Homero de Paridis iudicio factam mentionem, sed à Virgilio temerè occupatam. Iam tum primùm quid nobis aut dicendum aut suspicandum est? Macrobius excerptisse potius ex aliis calumniis, quàm Homerum legisse. An Græco popularis lectiois memoriam intercidisse? an verò si Homerus aut ignoravit aut dissimulavit illius iudicii fabulam, non licuit viro omnium doctissimo ex aliorum eruditione depromptam posteritati profiteri? At enim uerò in ultimo Iliad. sic scriptum est,

Macrobij
expensum
u. d. c. i. u. m.

Εἴθ' ἄλλοις ἢ πάντων ἰώδανεν ἢ δέποθ' ἦρη
Οὐδέ ποσειδάων ἢ δὲ γλαυκῶπιδι κοῦρη·
Ἄλλ' ἔχον, ὡς σφην σφῶτων ἀπύχθετο ἴλιος ἱρή
Καὶ παρίσμοσ, ἢ λαός, ἀλέξανδρον ἔνεκ' ἄτης,
Ὡς νεύεσκε θεῶς, ὅτε οἱ μίσαλλον ἱόντο
Τῷ δ' ἦησ' ἢ οἱ πόρε μαχλοσώϊω ἀλυσενίω.

Comparatio locorum VIRGILII & aliorum
Græcorum quàm Homeri,

CAPVT IIII.

PLacuit Homeri locis in vnum congestis caput, seorsum alio iudicio cum reliquis quoque poetis Virgiliam excellentiam comparare: nequid ad summam huiusce operis perfectionem desideretur. Ac primùm luculentissimam Ætne descriptionem ex Pindaro perpendamus. à Phauorino enim apud Gellium Maro feruidè exagitatùs à Pontano fortasse non parum frigidè cum sit detensus, à nobis hoc loco quoad fieri poterit, ostendetur naturæ par: Pindaro longè maior.

Σικελία τ' ἀπὸ πύξεται Στέρνα λαχράντα. κίων
Δ' ἔσθνια σιωτέχει
νιφτοσ' ἄγνια, πάντες χιόνος ὀξείας τιθίωσ.
τάς ἐρέυρονται ἢ ἀπλά- τε πυθὸς ἀγνόπωται
ἐν μυχῶν παλάμ, ποταμοὶ
δ' ἀμέρμιοι ἢ ἀποχόοντι ῥόον καπνοῦ
ἀφ' αὐτῶν. ἀλλ' ἐν ὄρθηται πέτρας
εἰνίωσσ κυλινδράφρα φλόξ, ἰσ βαδει-

αι φέρει πάντου πλάξαι σὺν πατάγῳ.

κίνο δὲ ἀράξαιον κρημνὸς ἔρπτον

δεινότητος ἀάπτμ-

πι, τέρας ἰβὺ δαυμάστον ποροσιδέ-

δαυ, δαύμα δὲ παρλιον-

των ἀκούσαι.

Calumnix capita quatuor. Primum à Pindaro rem, vt est, descriptam: fumare interdium, nocte flammam edere: à Virgilio tempora hæc confusa. Cui respondemus ad hunc modum: Rectius à Marone fumum ac flammam simul altera in parte posita orationis: in altera verò, saxa liquefacta. Nam sanè & fumum & flammam fundit simul, non ex dici ac noctis natura separata, aut fumum, solùm incertis temporibus, etiam noctu, quemadmodum coràm nos vidimus. Quod verò in quarto loco criminationis positum est, à Pindaro non dictum, saxa, eructari: quid tū postea? Quasi verò Graculorum famuli simus, ac non emendatores. Nam quod addunt: haud ita esse, verùm pro monstro habendum: sanè pro monstris habendos ipsos ostendit: qui non viderunt pumices ipso in litore ab Aetna ciectos. sanè verò quid aliud est fauilla quàm discretus ignis vi pumex? aut quid aliud pumex, quàm futura fauillæ massa? Quid quod πλάξαι, lapidum crusta, videntur interpretari commentarij? sic enim verba illa, φλοξ εἰς βαδείας φέρει πάντου πλάξαι, exponunt, ἡ ξυδὴ τῷ πυρὸς φλοξ ἐμπίγνυσι αὐτῷ ὄρουσ τὰς πέτρας εἰς βεδείαι, τῶν ἔστι, εἰς τὸ βαδύ. Nam alioqui φλοξ, quid ferat? etenim, φέρει pro φέρεται non feramus nos, quibus notum est flammam in profundum ferri non posse. Quanquam ne saxa quidē profundum ipsum petunt illa, excocta sanè, quippe igni facta leuissima: sed supernatant, vt videmus. neq, patiatur Philosophus, qui pro comperto habet ignita omnia, etiam metalla, ab aquis, si eò iniiciantur, reslire, nisi sint insigni grauitate. Alterū caput obtrectationis est hoc, ῥίνο κρημνὸς, & ποταμοί, non rectè interpretatum voce illa, Globos. Quin, inquam, noluit ille interpretari, poterat enim dicere, flumen, aut fluxum, aut eiusmodi: sed noluit. Certè si flammarum volumina intueare, nō fluuiio prolabenti cōpares, sed implicatarū rerū globis. Cuius profectò rei subest ratio naturæ duplex. nāq, & impetus erumpentis flammæ non potest perpetuo tenore oppositū aerem, in quem subit, scindere: cōuoluitur ergo per repressionem: & diuersarū inter

se partium cū sit flamma: quippe ex igni & fumo, aliam alia impedit. Itaque non quemadmodum Pontanus fecit, ad philosophos à poetis est amittendus Phauorinus, sed ab his arcendus: ab illis relegandus. Tertia impudentia est, cū aiunt, *picēam nubem* non cohære cum fauilla candenti. quem Pontanus locum figura quadam loquutionis defendere instituit: sanè vti dicebamus alibi, frigida. vt intelligatur id quod alibi:

-quirinali lituo, paruaque sedebat, Succinctus trabea. Eadem ratione, *fumantem piceo turbine*, non autem fauilla. Ego aliter cenleo, Fumum mistum fauilla. illæ nanque merç sunt ineptiæ quas esutunt. non proprio, sed peruulgato significato dici, *candens*, pro feruenti, & relucenti. Nā, *candens*, inquit, à candore, non à calore dictū est. Principiò qui putat, *αἴθωνα*, nō rectè à latinis exprimi per *cādens*, vtriusque linguæ sunt ignari. lamprimum sibi ipsi contradicunt *candens* peruulgata significatione pro feruētī accipi, non autē propria. Sanè quod vsu peruulgatū est, impropriū nō est. quanquā apud Ciceronē in vtroque significato positū inuenias. Ad hæc (quemadmodum in Originibus dictum est) *candens*, non ab albedine, sed à luce tractum est. nam quæ opaca & obscura sunt, per meatus lumen non admittunt: vbi fenestra aut ostium patulum est, *χαρῆς*: vnde *αἰν-χαιδὲν*. Itaque illustrantur intus luce, ac candida efficiuntur. Lucem autem & ignē cognata esse, multis in locis à nobis disputatū est. Quid de fauilla ipsa si nolis illud intelligi significatū, nonne alba est? at (inquiunt) quonam igitur modo exit cum fumo ardens fauilla? Hoc exit modo illa, quo fumus ille Pindaricus *αἴθων*. Quippe mista hic fauilla fumo, hic flammæ fumus. Hæc de his satis. temerarias translationes acutius intueamur. Quis enim sine risu (sapientē intelligo) cæli columnam montem dicat? nihilo sanè melius, quàm in Alcorano Mahumeth Montes, palos vocat. Acutum verò niuem nemo sanus vocet, id quod neq. antè ausus, neque post imitatus est quisquam. Humanè excusent. Quòd ita manum afficiat nix, quasi pungat. Præterea falsissimum est, ignē fundi purissimum. non igitur *ἀγρόταυται*. Neq. inuerecundè eò confugiant: *ἀγρόταυται* esse, quia lustremur eo. Sanè verò bellum ignē lustratorii, qui ab inferis efflatur. Illud quoque reprehensione non caret quod cū ignem scripsit eructari, postea diuisit

*Candens
vnde di-
catur.*

duxit in ignem & fumū. quóque rursū repetit κείνο δὲ
 ἀπὸ τοῦ κρημνὸς ἐρρητὸν δεινὸ τὰ τοῦς ἀιαπέμπει. Vbi etiam fon-
 tem posuit post fluuium. Neque cum modestia dicat quif-
 quam, ἐρρητὸν, erumpentem ignem. est enim vox illa rebus ἐρρητὸν.
 & commodata minimè sese à terra attollentibus. Et quis
 almitat illud, Fontes emitti? Fons enim fundit, & emittit *Fons.*
 ruos: ipse manet. Si quis verò eruditorū more, vocabu-
 lorum causas atque origines contempletur, neutiquam
 vni nominum Pindaricorū acquiescat. Nam θαύμα, non
 est propriū τῷ ἀκούσαι. quippe primo suo ortu fuit, θαύμα.
 & minus accuratum illud: τέρας θαυμάσιον ἰδὲ, θαύμα δὲ:
 non enim disungi oportuit θαύμα & θαυμάσιον. Magis e-
 tiam patitur auditus, quàm visus, qui fulgure non expaues-
 cunt, tonitru perterrentur. Quanto ergo luculētius horri-
 fiam Maronianum, quàm θαύμα Pindaricum? Certè ni-
 hi differt à sono tonitru Aetna tonitru. Itaque illa quo-
 que meliora, *Turbine*, & *Piceo*: &, *sidera lambit*. Lingua e-
 nin vibrationi flammæ, motus persimilis. quod cum isti
 circulatores adlaurant, non eis in mentem venit, si Pinda-
 ro Aetna columna cæli est, necesse esse flammam inde e-
 runpentem non solū lambere, sed etiam penetrare si-
 deri. Quanto etiam elegantius *viscera montis*, quàm sim-
 pliciter, *πλάμα*. & *liquefacta saxa*: quæ definitio pumicis
 est. Allusit autem bonus Philosophus ad rerum naturam:
 sunt enim Platoni, & Theophrasto, & aliis lapides *χυτοί*.
 & *cam gemitu*, maluit, quàm cum sonitu: vt ille, *οὐκ πατά-
 γω*: quia dixit, viscera. & peritus linguæ Latinæ plusquam
 quibus alius, nedum vt Cellium nomen. (nam Macro-
 bius ad Latii cloacas hausit: signatum posuit verbum: *ge-
 mitus* enim ex repleto pectore: hoc nāque *γμειν*. & per-
 stitit ibi naturæque constans diuinus vir in iisdē vestigiis:
 vt cum dixit, *globos*, apposuerit *glomerare*. Pontanus verò
 non rectè adducit pro defensione illud: Aenæ narrationi
 non conuenisse Pindaricas metaphoras. Hyperbole nān-
 que illa, *sidera lambit*: quavis translatione maior est. Rectè
 illud, Longè felicitus à nostro Poeta quàm à Græco, sub-
 iectum fuisse Aenæ Enceladum. Hac etenim parte cum
 hoc nostro ille ne est quidem conferendus.

Ad huc itaq. modū cū Pindaro: nūc agamus cū Clau-
 dianō. quāuis. n. Latinos inter se postea cōparabimus: tamē
 hic loc. illa exigit ne hæc Virgiliana rursū repetatur,

*Ætna gigantes nunquam tacitura triumphos.
 Enceladi bustum: qui saucia membra reuinctus
 Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur:
 Et quoties detrectat onus ceruicæ rebelli
 In dextrum laeuumque latus, tunc insula fundo
 Vellitur: & dubia mutant cum mœnibus vrbes.
 Nunc mouet indigenas nimbos, picæque grauatum
 Fœdat nube diem: nunc motibus astra lacepsit
 Terrificis: damnisque suis incendia nutrit.
 Sed quamuis nimio feruens exuberet æstu,
 Sit mœnibus seruare fidem: pariterque fauillis
 Durescit glacies tanti secura vaporis,
 Arcano defensa gelu: sumoque fideli
 Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.*

Quæ carmina tamen bona sunt: tamen explorandum est nobis, quantum absint ab eo quem sequuntur. Duo iam primis contemplanda sunt. quæ uterque dixerit, & que hic illi addiderit. Principio admonitum te velim: potestas hocce qui post Virgilium fuit, declamatoribus similiore videri mihi: qui dum argute dicant aliquid nihil pensi habent, quid cuique parti maiestatis vel incommodet, vel obsecundetur. quare & numeros lædi uecessè est, & perire gratiam ex affectatione. De Encelado igitur Maro,

*Fama est, Enceladi semistum fulmine corpus
 Vrgeri mole hac: ingentemque insuper Ætnam
 Impositam, ruptis flammam expirare caminis.
 Et fessum quoties motat latus, intremere omnem
 Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.*

Dixit igitur, *semistum fulmine corpus: bustum: sine illa venere.* sequentia verba valde olent Grammaticum,

-qui saucia membra reuinctus

Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur.

Illorum quoque lucem, *-fessum quoties motat latus: vmbra ignaua ac languida operuit, & quoties detrectat omnia c sanè melius: latus, quam ceruix. & motat. perpetuo nãque oneris, frequentiam motionis excitat. Audis deinde tremorè Poetæ verbis. postremò, Cælum subtexere fumo, de prauauit illis, & motibus astra lacepsit. neque enim distinguas: motine obscuretur cælum, an moueantur astra. omnino verò insuauè est. Quæ imitatus est, hæc: quæ addidit,*

didit, videamus. - *nunquam tacitura triumphos.* Verborum fonitus huc eum inuitauit. non tamen dixerim Ætiam non tacere, sicut nec loqui. Frigidum illud est, *damnis suis incendia nutrit.* si dixisset, gloriam, aut regnum, aut ciuismodi, acutum fuisset. nunc non excitat: vulgare enim est incendia damnosa esse. Illud autem nimis acutum, *Ignem seruare fidem niuibus.* non enim hoc promissere ignes niui. quare & putidè repetit, *fumo fideli:* vbi etiam contra rerum naturá dixit, *Flammam lambere pruinis fumo.* Flamma enim fumo prior. leuior nánque est. Quòd si aliter vides in igne nostro: hoc fit propterea quòd flamma alitur humore ligni, à quo vbi abest, extinguitur illico. at in oris cauernarum Ætne, flamma viua est, & sine fumo & falsum est, in *Mongibello* niues esse qua incumbunt flammæ, tanto minus pruinæ seruantur, vbi radit eas fumus.

Quid quod omnia penè ad verbum sumpsit è Sillii, xiiii, quæ vt potuit interpolauit,

*Asst Ætina eructat tremefactis cautibus ignes,
Inclusi gemitus, pelagique imitata furorem,
Murmure per cecos tonat irrequieta fragores
Nocte dièque simul fonte è Phlegethontis: ut atro
Flammarum exundat torrens, piceaque procella
Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis.
Sed quanquam largo flammarum exæstuat intus
Turbine, & assidue subnascens prostruit ignis.
Summo cana iugo cohibet. (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternoque rigore
Ardentes horrent scopuli. Stat vertice celsi
Collis hyems, calidæque niuem regit atra fauilla.*
Verum hæc etiam infra comparabuntur.

COMPARATVR

CVM THEOCRITO VIRGILIVS.

CAPVT V.

O Misso Hesiodo, cuius vniuersa opera ne cú vno quidè versu Georgicón sunt comparanda: videamus, quæ loca Theocriti adèd Græca sunt, vt Latiná, quemadmodù aiunt, respuant venustatè. At Gellius quidè rectè iudicauit, non omnia omnibus respòdere posse. aliqua enim Graiis lucè, Latinitati tenebras asferre. Interire igitur audacia suauitatem. Iccirco illud τὸ κελὸν περικαυίης, neque

dixit, neque attigit prudentissimus poetarum, linguæ culpam dissimulans, suam vitans. Haud tamen illa minus suavia, *dum redeo: & brevis est via*, in his,

Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellus.

Et potum pastus age Tityre: & inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caneto.

Ex illis,

Τίτυρ' ἔμην τὸ κελὸν περικαθεῖ βόσκη τὰς ἀγρὰς

Καὶ ποτὶ τὰν κέρανα ἀγρὶ τίτυρε κ' τὸν ἐνόχην

Τὸν λιχουκὸν κτάκωνα φυλάσσει, μὴ τι κορύψῃ.

Non defuit igitur linguæ, sed ab ea defectus est. At quod suppleuit, quanta cum gratia? Nam sanè hoc ipsum: τὸ κελὸν: ne ceteræ quidem eiusdem Græciæ nationes sua lingua queant explicare. sed & *pastus* dixit, longè quam ille efficacius: quas potù ducat. est enim pecus minimè siticulosum. Subest præterea, ex figura gratia. Est enim repetitio tecta figura altera cognata, quam Scalam dicebamus, *pasce pastus*. Nam quod aiunt pro hirco malè positum caprum, à doctissimo Poeta: sanè ipsi sese non doctissimos ostendunt. quippe, Capra, vetus est vox. Sic mas, Caper, antequàm castradi vltus inuentus esset. Hircus verò, peregrina, & Osca, sicut &, Hirpus, pro lupo. Quid quod apud Gelliū κτάκων, rufus interpretatur nescio quis. at Græci cōmentarii, candidū malūt, népe à grano Cartami, quod sanè album est, & à Græcis κηῶκων appellatur. Illis quoque nihil vrbanius. nam cùm à Theocrito dictum esset,

Βάλκει κ' μάλοισι τὸν ἀπόλον ἀκλιεῖσα

Τὰς ἀγρὰς περιρόντα, κ' ἀδύπιο πομπυκίεσθε.

Argutius & suavius adeò noster, vt nihil suprâ,

Malo me Galatea petit lasciva puella

Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.

Expressit enim lasciuiam, cùm petit malis, virginè, cùm fugit, muliebre ingenium, cùm vult resciri factum. Inepta apud illum Cissybii descriptio, & quæ in sexto libro à nobis acrius iudicatur. Noster, vt semper, sobriè. Quæ licentia abusus est Græcus: qui eodè argumento multa: Epitaphia, Amores, Contentiones: vbique & laxus, & prolixus. Noster parcus, pressus, politus, rotundus, solidus: in his nusquam non sibi similis, in argumentis nunquam non dissimilis. Itaque & illa rotundius,

Necdum

Necdum illis labra admoſi, ſed condita ſeruo.

Laxius ille,

Οὐδέ τί πω ποτὶ χεῖλος ἔμῳν θύξω, ἀλλ' ἐπι κείται
Κλεαίνου.

Rectius quoque cū intercalare carmen non rūpit ſententiam apud nos: quod audet Græcus in 1, Idyllio,

ὃ πῶν πῶν & reliqua: interponit, ληγίτε βοκολιμαῖς, quod eſt intercalare: poſt quod ſubdit verbum, ἐνθ' ἄναξ. Idem committit in Bionis Epitaphio.

Quanquam autem libauit leuiſſimè argumentum, auſpicatūque eſt non diſſimili interrogatione in vltima Ecloga diuinus Poeta, ſicut Theocritus in prima. longè tamen poſt ſe reliquit illum. Nudum & ſimplex hoc, & ſine affectu, *ὄχα δάφνης ἔπεκατο.* Apud nos vegetior oratio,

-indigno cū Gallus amore periret. Ille,

Τῷ οὐν ἐθὶ θῶες, τῷ οὐν λύκοι ἀρύσαντο,

Τῷ οὐν καὶ κρημνίῳ λίων αἰέκλαυσε θανάτου.

Noſter hæc in ſuum Daphnin cū retuliſſet, addita hyperbole ſuperauit,

Daphni tuum Pænos etiam ingemuiſſe Leones

Interitum montesque feri, ſyluæque loquuntur.

Sed & mirificis auxit numeris,

Illum etiam lauri, etiam flere myricæ:

Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem

Manalus, & gelidi fleuerunt ſaxa Lycei.

In illis fanè decreſcit oratio,

Πολλὰ οἱ πᾶρ ποσὶ βῶες, πολλοὶ δὲ τε ταῦροι,

Ποῦ αἰ δὲ αὐ δάμναται, ἢ πόρπες οἷδ' ὕσαντο.

Nam quem Thoës lugeant, & lupi, & leones paſtorum hoſtes: quid apponit mirum oratio, quæ addit domeſtici decoris mœrorè? Quare eandem ſententiam longè concinniore verborum flexu, atque etiam interpoſitis ſententijs, quaſi clauis in toga, vehementer illuſtrauit,

Stant & oues circum: noſtri nec pœnitent illas:

Nec te pœniteat pecoris diuine Poeta:

Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

Poſt hæc autem nudam atque rudem enumerationem ſuperaduenientium Mercurii bubulcorum, & aliorum qua libus condimentis ſuam fecit hoc eſt diuinam?

Ἢ θὶ ἱρμῶς ἀεφῆτος, ἀπ' οὐραοῦ. εἶπε δὲ δάφνη

Τίς πο κατατρέχεις, τίος ὄμα δὲ πόνοι θρασαι;
 Ἦ ἴδου τοι βίαται, τοὶ ποιῶσιες, ἂ πόλοι ἰωδον;
 Πάντες αἰρηάτων τί πάθῃ κακὸν ἰωδ' ὁ φορὶ πο;
 Κίρα, δάφνοι τάλαν τί τυ ταλαι; ἂ δὲ τί κωρα
 Πᾶσαν αἰὰ κέραν, πᾶντ' ἄλστα ποσὶ φορεῖται,
 Σατιύσαι, δ' ὑστέρως τίς ἀραν, ἢ ἀμύχωνος ἐστί.

Audiamus nunc Apollinem ipsum loquentem. neque enim ille cum pastor esset, iucundioribus, aut tetetioribus cecinit numeris, quàm Maro nosster,

*Venit ex opilio, cardī venere bubulci,
 Vidus hyberna venit de glande Manalca:
 Omnes, unde amor isto, rogant. Tibi venit Apollo:
 Galle, quid insanis? inquit. Tua cura Lycoris
 Perque nimes alium, perque horrida castra sequuta est.*

Spurca autem illa môstra Græca, potius quàm carmina,

ὦ πόλος ὄμα ἴσση πᾶς μικράς, οἷα βατεύεται,
 Τάλαται ὀφθαλμῶς, ὅππ' οὐ τέρσος αὐτὸς ἐχρητο.

Penitus omisit Parthenias, nihil enim liberalibus auribus
 horribile magis. Vertit igitur ad illa suauissima,

*Venit ex agresti capit is Sylvanus honore,
 Florentes ferulis, ex grandia lilia quassans.
 Pan Deus Arcadie venit quem vidimus ipsi
 Sanguineis ebuli bacis, minioque rubentem.*

At quæ verba deinde?

*Et quis erit modus, inquit, Amor non talia curat.
 Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuus,
 Nec cythiso sat urantur apes, nec fronde capelle.*

Sic Galli conquestio tantum superat Daphnidis respon-
 sionem, quantum humani ingenij captus fert. In quo au-
 ro illæ etiam gemmæ resplendescunt. Ad Arcades oratio
 votum, quo pastor optat fieri, & illa diuina, - hic ipso re-
 cum consumerer auro. - nec sit mihi credere. - ab te ne frigora
 ledant.

*Ab tibi ne teneras glacies secet aspera plantæ. - teneri sique
 nicos incidere amores Arboribus: crescent ille, crescetis amores,
 - tanquam hæc sit nostri medicina furoris. & mutatio consi-
 lij in amante, & conclusio per sententiam, Omnia vincit
 amor, ex nos cedamus amori. Ad quæ nemo Græcorum vn
 quam aspiravit,*

Quæ verò Theocritus,

Νῦν ἴα ἢ φορῆντε βᾶτοι, φορέσσε δὲ ἀκωνθαι,

Ἄ δὲ καλά νάρκισσος ἐπ' ἀρκυδοῖσι κοῦράσῃ.
 Πᾶτα δ' ἔναλλα γῆυιτο, καὶ ἀπίτυι ὄχρας ἐνείκη,
 Δάφνης ἐπὶ θανάσκει, καὶ τῶς κωίας ὠλαφος ἔλκει.
 Κ' αὖ ὄρειον δὴ σκῶπες ἀνδρῶν γαυῖται το.

Transfuit ad Damonis Musam longè elegantius,

Mosfo Nisa dat ur: quid non speremus amantius?

Iungentur iam gryphes equis: auroque sequenti

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Nunc & oves ultro fugiat lupus, aurea duræ

Mala ferant quercu, narcisso floreat alnus:

Pinguia corticibus sident ele: tra myrice.

Cerrent & Cycnus ulula. Sit Tyrus orpheus,

Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.

Omnia vel medium fiat mare.

De amore verò quos versus ibi ponit, nullus mortalium
 æquare valeat.

Nunc scio quid sit amor. duris in cotibus illum

Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes

Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.

Sanè accedant illa,

Νῦν ἔγνω τον ἔρωτα βαρῦς θεός. ἦ οὐκ λεάνας

Μασσὸν ἐθῆλαζε, δρυμῶ τέ μιν ἔτρεφε μέγιστη,

Ὅς μακρῶτα σμύχων, καὶ ἐς ὅσον ἀχρεῖς ἰάπλει.

illa inaccessa,

Sæuis amor docuit natorum sanguine matrem

Commaculare matris: crudelis tu quoque mater.

Crudelis mater magis, an puer improbus ille?

Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.

Pharmaceutria quoque valde illustris Theocriti Poema-
 rium, longè castigatior apud nostrum. longè item pruden-
 tior. Incipit enim à cognitione effica cix carminum, quâ
 subicitur ille. *Nihil, inquit, nisi carmina defunt.* Illius autem
 nationi fatalem multiloquentiã elegantissimo gyro col-
 legit: cùm illa posset nihilominus, quæ repudiassè constat.
 Quanquam totam vertissè libet suspicari, quam postea
 Latinam ex Græca. i. ex nugaci puram fecerit. quare de
 Lauro nec illa quidem probavit,

- καὶ δὲ σσοδὴν εἰδούσῃ αὐτῇ,

cùm aut sic aut melius posset,

Quin oculos, mentemque fugit cinis,
 Anaphora quoque illa rotundior,

*Daphnis me malus vrit, ego haec in Daphnide
laurum:*

Non neglecta occasione duplicis significati verbi huius Vro. quod ex Terentio & Theocrito non semel obserua re potes. Theocritus simpliciter nimis, *αἰάσων*. Amoris quoque enarrationē omisit noster: satisque habuit melita illa componere, *Talis amor Daphnin*: & quæ sequuntur. Quibus autē præterea superavit illū, hæc sunt. *-nec sit mihi cura mederi*. Repetitio, *-ποῖο λέκτη venena, -nascuntur plurima ponto*. Tum autē quæ pertinent ad incantationes, *ne respexeris*. *-nihil ille deos, nil carmina curat*. bonum sit. & illa, *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* Theocritus verò cū ait, Hippomanem herbam equas agere in furorem. idem quod Hesiodus professus est. nam hoc frustra quæras ex Theophrasto, Plinio, Dioscoride.

Pari cura è pluribus vnam confecit: quippe Corydonem ex Amaryllide, Cyclope, & Bulbulcis, quarum aliquot loca lepidissima videamus,

*Ἦ μὲν τοι λευκὸν διδυματόκον ἄρα φυλάσσω,
Ταῖ με κ' ἂ μίμνονος ἐρδαιῆς ἂ μελαγχρόνης
Αἰτίῃ, δ' οὐ σὶ οἶ, ἐπιτὶ μοὶ ἐκδιδραρυῖσθι.*

Quanto efficacius, lepidius, comptius, cultius,

*Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccat omni ubera. quos tibi seruo.
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat.
Et faciet, quoniam sordent tibi numera nostra.*

Nam quæ in Cyclope dixit similia, longè quoque inferiora sunt,

*-πρόρω δὲ τοὶ ἔνδρα νεβρίδες
Πάσις ἀμνογόρους.*

Ex eadem verò versus illos bonos quidem, sed immodicos, (sunt enim vndecim, quorum primus, *ἀρχαῖος πολύφαμος*) cōcludit ille lactea simplicitate quinque illorum *Formosum pastor*, &c. contrà, illud,

πν δ' ἂ μέλει, οὐ μὲ δ' ἔδην.

Suauissimo lepore diffudit,

-nihil mea carmina curas.

Nil nostri miserere, mori me denique cogis. Quod in alia dicebat Theocritus,

*-ἀπὸ γὰρ με ποιήσεις, & illa, γρηνάσκα χαρίματα. ita cōposuit,
Dejpe. Titus*

Despectus tibi sum, nec qui sum quæris Alexi.
 Cætera verò sic expressit, vt vinceret,

-βοτὰ χηλια βόσκω

Καὶ τούτων τὸ κράτιστον ἀμειλιχρῆνον γάλα πίνω.

Τυφὸς δ' ἔλειπται μ' ἐπ' εἰ δέρεται, ἅτ' εἰ ὀπίωρ,

Οὐ χειμῶδες ἀκρῆ, παρσὶ δ' ἰσσοεσχεθεὶς ἀεί.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Lac mihi non æstate nouum, non frigore deficit.

Et illud quomodo adornauit?

Συρίσθην δ' ὡς ἔπας ἑπίσταμαι ὄδε κυκλάπων.

Canto quæ silitus, si quando armenia vocabat

Symphio. Dircæus in Aëtæo Aracyntho.

Vbi etiã suã eruditionẽ prudenter professus est. sero enim *Pastorum
cantiones*
 appetente diei, quasi receptui cùm canebant pastores, vt
 è pastu greges euocarent suauissimis numeris. experie-
 bantur emereri gloriam diurnarum cantionum. Tum il-
 la, quanto splendidiora?

Ὁ κύκλωφ, κύκλωφ, πᾶ τὰς φρένας ἀπεπότισαι;

Αἰε' ἐνθὸν ταλάρας τι πλέκοις, καὶ θαλλὸν ἀμίσσας.

Τοῖς ἀρνεοῖσι φέρεται, τὰ γὰρ κεν πολὺ μείλλον ἔχεις νοῦν.

Τὰ περιούσιον ἀμεγαλὰ, τί τὸν φεύγοντα διώκεις;

Εὐρήσις γαλάττωι ἴσως ἢ καλλιῶν ἄλλων.

Ab Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?

Semiputata tibi frondo sa vitis in ulmo est.

Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,

V'mimibus, mollique paras detexere iunco?

Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

E buhulcis autem illa,

Καὶ γὰρ θύω σὺ δ' εἶδος ἔχω κερκὸν, ὧς με λίθοντι.

Ἦ γότται εἰς πόντον ἐστέλεπον, ἢς δὲ γαλάτα.

Nec sum adeo informis, iuper me in littore vidi,

Cùm placidum ventis staret mare. æquauit his. his vicit,

-non ego Daphnii

Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.

Quanquã equidẽ in pastore nõ probarim potius è mari,
 quam è fonte speculum. Nectærea verò illa sua tota

Huc ades, & quæ sequuntur. At illa diuina,

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.

Nec si muneribus certes concedat Iolas.

& illa,

-Pallas quas condidit arcus

Ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylva,

Item illa,

Ἀθήτων κύριον, ὁ λύκος τῶν αἴρα δίοικει

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν μελένημα.

Torna leena lupum sequitur, lupus ipse capellam,

Florentem cytisum sequitur lasciva capella.

Te Corydon, ὃ Alexi, trahit sua quenque voluptas.

Quo loco in tertia persona nominatim, *Corydon* plus habet efficaciam, quam pronomem *Ego*. Sententia verò illa non solum vellicauit criticorum calumniam, sed etiã nuntantẽ victoriã adeptã est: *trahit sua quenque voluptas*. Concludit enim vagas similitudines vulgata certaque hominum opinione. Illi verò ridiculi, qui pastoribus nolunt esse prouerbia. quid enim tritum magis quàm illud, *Alia aliis placent*? *Theocritus* autem prouerbia tum multa inculcat, tum adẽ obsecra nonnulla, vt diu fit eorum quãsitã interpretatio. Sanẽ verò quid illo lepidius?

Me tamen vris amor: quis enim modus adfit amor?

Item ex eadem *Amaryllide*,

Ἦν δὲ τοι δὴ μᾶλα φέρον τῶνδε κρειττόνων

Ἐμὲ κάλυψεν κρειττόνων, καὶ αἰθέρον ἄλλα τοι οἶσάν.

Posuit difficultatem τῶνδε, vnde iussisti: *Noster* autem sic: quod *Potui*,

Quod potui puero syluestri ex arbore lecta

Lurea mala decem misi, cras altera mit tam:

Venus Latinã munditiã: *Alterã decem*. Si plus potuisset, non esset ab eo donum in diem crastini dilatatum.

Ex *Idyllo*, quod *Pastores* inscribitur, eduxit *Eclogam* suam *Palæmonem*: in qua & tractauit eadem felicius, & supposuit meliora vtilis,

Ἦ πάσι κρύβειν τὸ ποθεινὸν ποσσὶς ἀμελγῆς

Infelix o semper ouis pecus, ipse *Nearam*

Dum sonet: ae ne me sibi præferat illa, veretur.

Huc alienus oues custos bis mulget in hora,

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Græcẽ nanque orationi tot addidit venustates quos verba,

Et ille cùm dilueret obiectũ ἄπο τῆ ἀδυσίτου, quia senex obseruaret,

Ἄλλ' ὁ γέρον ὑφίπτι τὰ μόνον καὶ μὲ φυλάσσει.

Ille obiectiue deterret ab obiciendo,

Prouerbia
iusticorum

Parcius ista viris tamen obicienda memento.

Sequius tamen aliunde: quippe ex octava,

Οὐ θησὶ πόκε ἀμύον. ἐπεὶ χαλεπὸς β' ὁ πατήρ μου

Χ' ἄ μείτηρ, τὰ δὲ μάλα. ποθ' ἴσασθε πότ' ἀριθμύνη.

Verùm longè felicius, cùm pro matre *noner* cam posuit: & variauit rem nudam: vt alter *hædos*, quippe modicum gregem: vterque verò *pecus*, cuius iacturam magno in numero quia deprehēdi posset, maiore indigeret cura atque obseruatione.

Composuit autem cùm huiusce argumenti initio modum ex Idyllio v, quod inscribitur *Viatores*. ex quo illa,

Τὰ ποίαι σὺ εργα; τὸ γδ πόκε δ' ὡς τυβάρτα

Ἐκτίσω σὺ εργα; τί δ' οὐκ ἐπ' σὺ κερυδῶνι

Ἀρσὶ τοι χαλαρὰς αἰλὸν πομπύσθην ἔχοντι;

Quæ ille sic longè meliùs,

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera

Iuncta fuit, num tu in triuuis indocte solebas

Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Sanè aptius *indocte*, quam *δ' ἄλ.* Multi enim serui doctissimi fuere: inter quos & sapientes, *Æsopus*, *Epictetus*, & alii: præsertim pastores, quibus otium vel maximum ad ciuicemodi artes suppetit. Ac sanè tertio versu nequam dubium est, quin ad vnguem perfecerit quod ille rudius inchoauerat.

Ille verò longè elegantissima, neque cū quibus *Græca* conferas,

-τὸ δ' ἄ κακὸ, καὶ τὸ ἴτιαις:

Βασίλειον. καὶ νῦν μὲ λολίδια γυμνὸν ἔδρασε.

Et cùm vidisti puero donata dolebas,

Et si non aliqua nocuisses mortuus esses.

In ipsa verò pignoris depositione, *Laconis* altercatio de lana caprina satis inepta est. nam in cōtentione quæ supposuerit, satis constat esse meliora.

Τὰ μῶσα μερικεύνη πολὺ πλῆον, ἢ τὸν ἀοιδὸν

Δάφνιν. ἐγὼ δ' αὐτὰς χιμῆρας δ' ὄσ' ἀραίπον ἔδυστα

Nostr. *Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.*

Ille colit terras, illi mea carmina cura: & alia,

Κι γὰρ ἐφ' ἑσῶ τὰ παρθένα αὐτίκα φάσασιν

Ἐκ τὰς ἀρκεύθου κατελὼν τῶν εἰ γδ ἐρίοδει.

Parta mea Veneri sunt munerata: nānque notauit

Ipse locum, acria quò congressere palumbes.

In cæteris autem & ipse suus author est, & multò lepidiora profert, atque venustiora. Illud verò diuinum, O quoties, *et quæ nobis Galatea locuta est.*

Partem aliquam videnti diuinum referatis ad aures.

Prudentius quoque Maro, qui indiscussam litem relinquit, quàm Theocritus, qui Caprario palmam dat. suspensus enim etiamnum est auditor. Fortasse etiam multò melius dixisse videtur victus, quàm victor,

Neque audeat quispiam sanæ mentis æquiparare illis illa,

Δαμοίτας ἢ Δάφνης ὁ βασιλεὺς εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν πᾶν ἀεὶ σιωπάζων. ἢ δὲ ὁ ἢ αὐτῶ
Πυρρος, ὁ δὲ ἡμιχθῆσιος. ἔτι κρᾶται δὲ τὴν ἀμφο
Ἐ' ὀδύνην θύρεος μίσω ἀμφο τὴν ἀείδον.

Fortè sub arguta confederat ilice Daphnim
Compulerantque greges Chorydon *et* Thyrsis in unum:
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas:

Ambo florentes atatibus, Arcades ambo:

Et tantare pares, et respondere parati.

Multò sunt omnia rotundiora. Et melius greges quàm gregem duo, vt ille, ἀγέλαν. Et Daphnim bubulcum declarat: Damoetas, quid sit, non dicit. Quod noster distributione lepidissima castigauit. & sanè lepidius, *florentes atatibus*, quàm πυρρος ἢ ἡμιχθῆσιος. quæ ne eo quidem probes. potest enim vtrumque vterque esse. Quòd si adducas illa,

Ἄμφο τὰ γ' ἤτις πυρροτέρω, ἀμφο ἀτάτω

Ἄμφο τυροσθεν δειδαμῶν, ἀμφο ἀείδον.

Orationis filum sanè probamus. illud verò nimis superstitiosè dictum arbitramur. Fuisse eos impuberes, quid enim cultum ab inculta illa ætate aut excitari, aut prouocare potest? Et perfectioris artis est tum seorsum cantare, tum paria prouocanti respondere, quàm vel canere, vel fistula modulari.

Alia quædam sunt haud ita magno iudicio perpendenda. quæ aliis periculum sui facere volentibus, relinquenda censuimus: vt illa,

Τὰν γλαίωσιν θάλασσαν ἕα ποτὶ χόρσῳ ὀρεχθεῖν.

Huc ades: insani feriant, sine litora fluctus.

Signatus enim, *insani feriant*, quàm γλαίωσιν. hoc enim languidum epitheton ad verbum illud. præsertim quum

vbi alliditur mari litus, aqua illa glauca siue cęrulea ne-
tquam est. Et,

Η ἐξάδω ὑπὲρ ἔγω γὰ κέεα τευ, ἀ νίεα παῖτων

Η νῦν εἰς ἐμὰ σὺ μὲν τῆς θελοῖς ὑμῶν δὲνα φῦλλα

Εἰς ὄρεος ὄρεΐ φάει· ἔγω δὲ ὄδον ἀ γερμῆσιν.

Sepibus in nostris paruam te rosula mala,

Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem.

Alter ab undecimo iam tum me cęperat auisus:

Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.

Nam & quę exprimit, lautę dicit: & quę mutat, sapidio-
ra sunt: & quę addit, faceta ac mollicula. nonne melius,
mala, quam folia Hyachinti? vt omittam calūnię faciem.
petuntur enim magis Hyachinti flores, quàm folia: & in
montibus infrequentior Hyachintus. Descriptio verò
ætatis, & non vulgaris neque affectata tamen, maximę
que conueniens pastori. Postremo quoque versu semel
contentus fuit ibi,

Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error.

At ille non semel, αἰς ἰδόν, αἰς ὀμῆσιν.

Silenú verò, & Tityrum, & Pollionem, & Męrim, to-
tas illius esse constat, ita vt nullis locis ad eum Theocritus
aspirare posse videatur. Quare pauci, corruptique iu-
dicii, infelicissimę eruditionis Grammatici exuant per-
ditam illá temeritatę, qua possessi sunt à Theocrito Ma-
ronem superatum.

Theocritus
à Virgilio
superatus.

VIRGILII LOCA EX

APOLLONIO.

CAPVT VI.

Smilis impudentia eorundem, cum audent agnoscere
Squartum diuini operis, ex Apolloni Argonauticis de-
ductum. Tantum enim abest vt hoc verum sit, vt penę
pudeat nos illius apponere vnum aut alterum locum pro
comparatione libri incomparabilis. Nam neque conue-
nit argumentú, nisi hoc solo, quod amauit hospité Me-
dea: & vniuersę orationis contextus longę allus est.
Quę tamen lux in nostris ex illius fumo effulgere vide-
tur, in his extat,

Προσάρθ' δὲ δ' ὄφρα μὲν εἶπ' οἱ ἰσθάλετο πᾶν τε.

Αὐτὸς δ' οἶος ἔλω, οἷοισι τε φάρεσσι αἴτω,

Ὅλα τ' εἶπε, αἰς ἔζετο ἐπὶ θρόνου, αἰς τε θύραζε

Ἦεν. οὐδέ τιν' αἰλον οἴσαστο φρεσὶ φέγετα
 Ἐμφοραμίερα τοῖον' ἐν ἕασι δὲ αἴν' ὀράσει
 Αὐδ' ἠτε μούσῳτε μαλίσθητες, εὐς ἀγρᾶνευ.

Sanè non contemnendi versus: verùm haud ita admiran-
 dandi, si isti audiantur,

*At Regina graui iandudum saucia cura
 Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
 Multa viri virtus animo, multæque recusat
 Gentis honos: herent infixi pectore vultus,
 Verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.*

Et illa nequaquam digna quæ legantur, vbi adsunt Ma-
 roniana,

Δειλὴ ἔχων, τίον με βαρεῖς ἐφόβησαν ὄνεσσι.
 Δείδω, μὴ μέγα δ' ἦπ' φέρη κλον ἦ δὲ κίλευθος
 Ἠρώων. & pauca quæ lequuntur,
 Ἄπικα soror, quæ me suspensam in somnia terrens?
 Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

Et cætera diuina. Ille autem rursus

Τοῖα κρατικῶσσοισσι μινυαδεδίψ' γέον ὕπτιο
 Λεύκω ὄνεσεται λυγρῶ.

Descriptio quoque noctis Græco vulgaris,

Νύξ γὰρ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἀγχο κέρος: οὐ δὲ οὐ πόντος
 Νῆσται εἰς ἐλίκαπτε, κ' ἀστέρων ἀείωνες
 Ἐδρακαὶ ἐκ νηὸν ὕπτιοιο δὲ καὶ περ ὀδύτης
 Καὶ πύλασθες ἐελδύτο. καὶ πῖνα παίδων
 Μπύρεχ τεθνεύσαν ἀδινὸν σπῆλ' κ' ἄμα κάλυπτεν.
 Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἐπ' ἀπ' ἀπ' ἄλλων: οὐ σπῆρος ἦεν
 Ἠχέινος: σπῆρ δὲ μελαμωφίλω ἔχεν ὄρη.
 Ἀλλὰ μὲν οὐ μνηστῆρ' ὄπι' γλυκίσθες λάβει ὕπτιος.

Vulgaria inquam hæc, & plebeia oratione: illa planè
 Heroica,

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
 Corpora per terras, sylvaque & fœua quierant
 Æquora: quum medio voluuntur sidera lapsus:
 Cum tacet omnis ager: pecudes, pictæque volucres,
 Quæque lacus late liquidos, quæque horrida dumis
 Rura tenent, somno posita sub nocte silenti
 Lenibant curas, & corda oblita laborum.
 At non infelix animi Phœnissa, nec unquam
 Soli itur in somnos, oculi sive, aut pectore noctem
 Accipit: ingeminant curæ, rursusque resurgit

Sensus amor. Æneç quoque & Iasonis trepidatio si comparentur, quantum distent?

-οὐ δ' ἰσχύσαν

Θιωσιώης μεγαώτερος. ὁ δὲ ξίφος ἐκκαλεῖτο
Σπαιοσίφρος, ἄρμυρῶνα νεὸς δὸτὸ πείσμα τ' ἐκείνην.

-raginâque eripit ensem

Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro.

Idem omnes simul ardor habet: rapiuntque cœliumque.

Littora de feruere: latet sub clausibus æquor.

Hæc igitur potuerat Seruius, aliique adducere potius aduersus se, quàm pro sua causâ. Verùm quæ illi ex eodem ne animaduertère quidem, operæ precium erit ad præsentem adducere exercitationem.

Est Iopæ cantus apud Poetâ in primo diuini operis: est in primo Argonauticôn apud Apollonium Orphei cantus longè alius, & quem potius referas ad Silenum Virgilianum,

Ἦσαν δ' ὡς γῆρας, ἢ οὐρανός, ἠδὲ θαλάσσια

Τοσφὴν ἐπ' ἀλλήλοισι μὴ σωμαρῆσ' ἄτα μορφή,

Νεῖκος ἐξ ἑλπίο διεκράθεν ἀμφὶς ἕκαστα.

Ἦ δ' ὡς ἔμπεδον ἀνὲν ἐν αἰθέρι τέμναρ ἔχουσι

Ἄκρα, σελιῶν ἄντα, ἢ ἠελίοιο κελυδοῖς.

Ὀύρια δ' ὡς αἰέταί τε, ἢ ὡς ποταμοὶ καλὰ δόντες

Αὐτῆσι νύμφησι, ἢ ἔρπειτα πᾶσι ἔρποντο.

Attexit deinde fabulas.

Hoc idè argumentum habes in primo *Metamorphoscôn*. In Sileno autem longè politiora & augustiora,

Nânque canebat uti in macrum per inane coacta

Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent,

Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis

Omnia, & ipse tener mundi concrenerit orbis.

Tum durare solum, & discludere Nereæ ponto

Cæperit, & rerum paulatim sumere formas:

Tânque nouum terræ stupeant luce sciere solem,

Atque atque cadant summotis nubibus imbres.

Incipiant syluæ quum primum surgere, cùmque

Rara per ignotos errent animalia montes.

Virgilius maiestatem suprâ explicauimus in comparatione, qua describit apes: ubi cum Homericâ conferebantur. nunc hic Apollonii quoque ars, & diligentia spectetur in primo,

Ως δὲ ὅτε λείρα κακὰ σφελερμάουσι μέλισσαι
 Πέτρης ἀκχούβριαι σμυλινίδος ἀμφὸς δὲ λειμῶν
 Ἐρσηνίαι γανυτὰρ τὰς δὲ γλυκύν ἀλλοτε τ' ἄλλον
 Κερπὸν ἀμέρρουσι πεπτανηθίαι.

Est item supra locus, in quo Vulcani officinam Virgilianam cum Homeri operis comparabamus: videndum est hic Maroniano per simile argumentum ex eodem Apollonii libro. sic enim de Cyclopiibus,

Ζῶνι κεραυνὸν ἀάκτι ποιεῦντοιοι ὅς τῶσιν ἠδ' ἠ
 Παμπόωνων ἐπέτυκτο μῆς δὲ ἐπὶ δούτο μωῶων
 Ἀκτῆνος, πῶ οἶα σὶδ' εἰρήεις ἐλάσασκον
 Σφύρασι μωλερῶ πυχρὸς ζέουσαν αὐτῆμιώ.

Quod hic ait, defuisse vnum tunc radium: diuinus Poeta, pars imperfecta manebat. Itaque, *Fulgores nunc terrificos, sumitūque, metūque Miscebant operi: & alia incomparabilia.* Rudia illa verba eiusdem authoris,

-κακῶ δ' ὅπῃ κωτέρον ἄλλο

Νῆσσι, ἀψάφῃν ἔσχησιν αὐχίνοι.

Sic expoliuit vt & deformitatem texerit,

Informis lethi nodum trabe mēlit ab alta.

Tantum abesse oportet Heroem ab Epigrammate. nihilo enim pictius Apollonius, quàm Aufonius quum laqucum nominauit.

Illis quoque nihilo minora addita ornamenta. Ex eodem libro primo sunt hæc,

Τελεσθε χαλκείους δόχμ' τεύχεσι δινάδεντες
 Τύμβῃ ἐνωτεροῦζαν.

Ex nostro vndecimo hæc,

*Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
 Decurrere rogos: ter mastum funeris ignem
 Lustrare in equis, vltimasque ore dedere.*

Lepida illa, & accurata eiusdem,

Ως δὲ ὅτε τίς τε μύσση πεπομυθῶς ἔσαντο ταῦ ερε
 Πίσσα τε σερπητῶν κ' ἐλίσσιδας, οὐδὲ ρομῆων
 Οὐδ' ἀγῆλις ὄδεται, ἀφῆσαι δὲ ὄδδῃ, ἀλλοδ' ἀπαεσσε
 Ἀλλοτε δὲ ἰσάμβροσθ' αἰὰ πλατῶ αὐχέν' αἰέρων
 Ἴσσην μύσση κακῶ βεβολυθῶς οἰσση.

Longè alia ratione contextuit in tertio absolutissimi operis,

Est lucos Silari circum, ilicibusque virentem

*Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asillo:
Romanum est: Oestrum Graij vertere vocantes:
Asper, acerba sonans: quæ tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, sylvæque & sicci ripa Tanagri.*

Temporis quoque curriculum matutini, quum describit
Poeta in octavo;

*Inde, ubi prima quies medio iam noctis abacta
Curriculo expulerat somnum: ceu fœmina primum
Cui tolerare colo vitam, tenuisque Minerva,
Impositum cinerem, & sopitos suscitât ignes,
Noctem addens operi, famulâsque ad lumina longo
Exercet penso: castum ut servare cubile
Coniugis, & possit parvos educere natos:*

Non multum abest ab Apollonii consilio, qui simili ratio
ne, alia opera expressit idem sub articulo vespertino,

Ἡ μὲν δὲ ἀγροδὲν εἰσι φουτοκάρου, ἢ τις ἀροτρῆυς
Ἀσπαστος εἰς αἴλην ἔλω, δδρποιο χατίζων.
Αὐτῆ δὲ ἐν πορομαλῆ τετραμυθία γυνάτ' ἐκαμβεν
Αὐσάλτος κονίσι, σελιτρεῖας δὲ τε χεῖρας
Εἰσορῶν, κρεα παρὰ ἐν ἠρήσαστο γαστρί.

Nuda etiam illa ex secundo libro comparatio,

Ὡς δὲ ὅτ' ἐν κνήμοισι κούας δεδαμύφοι ἀγροῦς
Ἡ ἀγας κερκούς, ἢ ἀροτρῆας ἐχρῆσσοιτε
Θείασσι τυτδὸν δὲ πταγρόωφοι μετόπιδεν
Ἀκρῆς ἐν γρούεσι μετόπιδεν ἀράδωνται ὀδοντας.

Quanta illis evasit,

*Inclusum velut i siquando flumine nactus
Cervum, aut Puniceæ septem formidivæ pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Ille autem insidiis, & ripa tertitus alba
Millo fugit, refugitque vias. at viuidus Vmber
Hæret hians: iam iamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis, morsûque elusus inani est,*

Cestuum pugnam non hîc ponam ex Marone. neque ex
Apollonii secundo totam, sed illustriora, aut similia loca
tantum, quæ doctorum iudiciis subiiciantur,

Τοῖσι δὲ μεσσηύς δεξαπὼν ἀμύκοιο λυκορῆυς
Θῆκα παρῖθε ποδ ἄνθιους ὀλέτρθεν ἰμάντας
Ὡ μούς, ἀζαλέους· σελ δὲ ἐν, ἔσαν ἐσκληῶτες.

In medium geminos immani pondere cætus
Proicit. & mox,
Obstupere animi tantorum ingentia septem
Terga bouum: plumbo infuso, ferrôque rigebant.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὐλ' ἐν ἰμασί διασάδον ἠρπύωντο,
Αὐτῆν ἀιαχούφιοι πέδον ἀεγροεῖδι βαρείας
Χείρας, ἐφ' ἀλλήλοισι φέρον ἀρπύωντες.
Et paribus palmas amborum iniiecit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus uterque,
Brachiaque ad superas interritus extulit auras.

Quod hic arrectus in digitos: ille,
Ἐνθα δ' ἐπιπρ' ἀμυκος ὑφ' ἐπ' ἀεγρᾶταῖσι ἀερθεῖς
Βούτυπος: εἰς τὸ διασπᾶν ταινύσαστο.

Sic quæ de Darete, -alternaque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Apollonius de Polluce, -ἀλλὰ δὲ χεῖρας
Πειρίζων, εἰδ' ὅς περ ἐν ὑπὸ χαλοῖ φορῶντα.

Gemma labant: vastos quatit eger anhelitus artus.
& Multa viri nequicquam inter se vulnere iactant:
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus, erratque aures & tempora circum
Crebra manus: duro crepitant sub vulnere male.
-ὡς τοῖσι παρ' ἑαυτ' ἀμοφτέρωθεν

Καὶ χεῖρας κτύποι· βρυχῆ δ' ὑπερῖπλ' ὀδόντων
Καίτοι: οὐδ' ἐκλήξαν ἠεσάδον οὐ πρίζοντες·
Ἐπεὶ ἀφ' οὐλοῦν ἔθμεν ἢ ἀμοφτέρωθεν ἰδόμεσθα.

Comparat oppugnanti castellum Dareta Virgilius. Comparat Apollonius impetenti nauem curuo fluctui Amycum. Exitus tamen pugnae alius alii. An verò Apollonii pugna cum Theocrito conveniat, ex huiusce Idyllio videndum est. Verùm prius Bebrycii pugilis immanitatem ex vtriusque descriptione intueamur. Apollonius sic,

Ἄλλ' ὁ μὲν ἢ ὀλοῖο τυφάος, ἢ δ' αὐτῆς
Γαῖος εἶναι εἶκτο πάλωρ πίκος, οἷα πάριδον
Χαυρῆν δὲ πικτῶν.

Fufius ambit eius picturae gloriam Theocritus,
Δεινὸς ἰδεῖν, σκληροῖσι πεδασαίφιος οὐατα πυγμαῖς.
Στίδεια δ' ἐσφαίρατα κλάσμα, ἢ πλατὺ ἰώτων,
Σαρκοῖ σιδερεῖη, σφυρηλατος οἷα κλωσός.
Ἐν δὲ μύθεσσι σφαιροῖσι βρυχίοντι ἀεγρῶν ὑπ' ἄμων

Ἐ΄σασιν ἢ ὕτε πέτροι ὀλοτρῶχοι οὕτε κυλίνδων

Χειρῶν ποταμὸς μεγάλης ἀπείξεσθ δύναις.

Quanto igitur hac designatione Theocritus superat, tanto splendore & arte ab Apollonio ipsa in pugna superatur. Nullam enim plagam narrat inflictam Polluci: sed semper Amycum pulsatum. Ac primùm quidem,

- πῦ δ' ἄκρον τύψε γῆμιον

Τυωδαρίδης ὀπίοντος.

Et mox,

Ἰμμοτέρωσιν ἀμμοσεν ἀμμοβιδίς.

Et statim,

Ἐ΄ση δὲ πλῆγῆς μαθύων· ἐκ δ' ἔπυσεν ἀμμο

Φόινον.

Et mox,

Μίσησθε ῥηὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασεν αὐγυμῶ.

Πῦ δ' ἀπίσσυρμῆτοπον ἐς ὀστέον.

Deinde eo ictu prostratum permittit erigi. quod pugilum lege fiebat, ne iacens vulneraretur. vt intelligas quod apud Virgilium ignotum, pro noto pretereunt. Nam ex Entelli casu videbatur victoria Daretis. nondum tamen erat eam consequutus: nisi quum immobilis iaceret. Redintegrata deinde pugna mutuas verberationes miscet. sed in Polluce nullam signatam plagam,

Ἀλάλους δ' ὄλεον στεροῖς θείοντες ἰμμοσ.

Ἄλλ' ὁ μὲ ἐς σῆθος τε, καὶ ἔξω χεῖρας ἐνώμω

Αὐχένος ἀρχαῖος βιβρύκων. ὁ δ' ἀεικίστη ἀπλαγῆς

Πῦ στωίφωρε πρόσωπον αἰκιστος πολυδύκνης.

Σάρκας δ' αἰ μὲ ἰδρωπὶ στωίζανον. ἐκ μεγάλου δὲ

Ἀΐψ' ὀλήρης γῆμιτ' ἀνδρός.

Exitus autem hīc,

Σκηνὴ μὲ σκηνῶ πολυδύκλος ἐλλαβε χεῖρα

Δόχμος δ' ὀποπροβολῆς κληνθίς, ἐτάμψ' δ' ὀπλοβάνων

Δεξιτερῆς λυβείων ἀπὼ λαγόνος σπλατῶ γῆμον.

Ἄλλ' ὄγ' ἰσθμίδου κεφαλῆ· σίβαρ' δ' ἄσφα χεῖρε

Πλάζεν ἰσθ' ὀσθμὸν κρόταφον, καὶ ἐπέμψεν ὀμμο΄

Ἐκ δ' ἰχθύου μέλαν ἀμμο δούας κροτάφοιο χεμόντος

Λαμῆ δὲ σόμωε τύψε, πικτοὶ δ' ἀερίβησαν ἰδόντες

Ἀεὶ δ' ὀξυτέρω πτύλα φθασίτο ἀερώσπον

Μέχρι στωλλοῖσθε παρήϊα.

Apollonius autem tamerfi in vitandis ictibus Pollucem declarat artificem meliorem, æquat tamen penè pugnam verbis. Etenim post duas comparationes,

- ὡς τοῖσι παρήϊα ἀμμοτίρωσιν

Καὶ γῆμιος κτύπειν· βρυχῆ δ' ὕπερθε δ' ὀδόντων.

Ασπιτος· ἢ δὲ ἑλληξαι ὄπισθε δὴν ἐτάζοντες.
 Ἐστὶ πρὸ ἑλοῦν ἄθμα κ) ἀμφοτέρους ἐδάμασαι.

Itaque etiam interponit respirationem,

Στάντε δὲ βαρὸν ἀποδὲν ἀπεμάρξαντο μετώπω
 Ἰδρῶ, ἄλλε κμασπηθῶν αὐτιφῶτα φουτόωντες.

Committit deinde refectos altero congressu,

Αἴψ' δὲ αὐτὶς σιωόρουσαν ἐλατῆσι, ἵπτι ταύρω
 Φορβάδος ἀμφὶ βοῶς κηκοητότι δηρημάσκων.

Sequitur arsalia ab arte illius,

Ἐνθα δὲ ἔπειτ' ἀμυκος μ' ἐσ' ἀερωτάτοισι ἀερωδῆς
 Βύτυπος εἰα πόδωνι τανύσατο. κωδ δὲ βαρεῖαν
 χεῖρ' ὄπι οἱ πηλέμμεν. ὁ δὲ αἰζατος ὑπέστη
 Κεχτα παρχαλίνας ὄμω δὲ αἰδέξατο πᾶχυν
 Τυδῶν. ὁ δὲ αἰχ' αὐτοῖο παρὲκ γόνυ γρωὸς ἀμίβων
 Κόψε κρεταίηδων ὑπὲρ ῥέατος. ὁστία δὲ εἶσω
 Ρῆξεν. ὁ δὲ ἀμ' ὀδωῶν γρυζῆ ἔρχεται.

Sunt præterea loca quædam valde affinia. Narratio nân-
 que Heleni proximè accedit ad Phinei prædictionem,
 quam describit in secundo Apollonius. Vitandam Aeneæ
 Scyllam, & Charybdim: vitandas Iasoni Symplegades.
 Legendæ oræ inaccessæ ferorum populorum huic: cauenda
 Aeneæ littora Græcis occupata. Iasoni Venerem propi-
 ciendam: lunonem placandam nostro. Nihil vero fimi-
 lius duobus excursibus: & eo, quem facit Aeschyli Pro-
 metheus monens Io: & eo, quem Phineus Iasoni propo-
 nit. Cum Dionysio quoque in libello de situ Orbis pars
 hæc erit comparâda, qua Ponti populi describuntur. For-
 tasse illi palmam dederis. animi igitur gratia vnum atque
 alterum versum contemplemur: Apollonii hæc de pul-
 cherrima fabula,

Αὐτίκα δὲ ἀστυρῆς ἐπέβαν χθονὸς· ἐνθα συνώπη
 Θυγατέρ' ἀστυποῖο κηδίσσαστο, κηαὶ οἱ ὄπασε
 Παρθενίλω Ζεὺς αὐτὸς ὑπερχοίησι δδωδῆς.
 Δη γδ' ὁ μ' φιλόπτοα ἐέλδρω. νεύσε δὲ ὄγ' αὐτῆ
 Δασυῖφρα, ὄκλαν ἦσι μ' ἔρεσιν ἰθύσειεν.
 Ἡ' δὲ ἐ παρ' θενίλω ἰπῆσατο κερδοσυῖησι.

Dionysij verò hæc,

Τίς δὲ μετ' ἄστυρῆς πρόχουσις χθονὸς ἐκτεταύουσαι.
 Ἐνθα δὲ ἀμαζονίδων ἀπ' ἔρεος ἀμυβίοιο
 Λευκὸν ὕδωρ πορῆισιν ἐνυάλλιος θερμάδων.
 Οἷς ποτ' ἀλωομήλω ἀστυπιδε δέκτο σπῆσπην.

Καί μιν ἀκηχευβίλῳ σπειτέρῃ παρενάσσατο χάρι
 Ζῆλος ἐφημοσύνησιν· ὁ γὰρ φιλότιμος ἔθανός
 Ἰθακῶν, πάτρης ἐπιπόσειον ἐκ ἐθέλων.

Apollonius illa quoque leuiter ac simpliciter,

-μὲ δὲ γυμνασιότατοι αἰδρῶν

Τρηχεῖν χαλκίης, καὶ ἀτιρία γαῖαν ἔχουσιν
 Ἐργατῶν· τοῖσι δὲ ἀμφὶ σιδῆρεα ἔργα μέλονται.

Dionysius autem fufius & fuauius,

Τοῖσι δὲ ἐπι καὶ χαλκίης σφραγῶν καὶ ἀπηνία γαῖαν
 Νάρσι, μογεῶν δεδακκότες ἔργα σιδῆρεν.
 Οἱ βα βαρυδύποισι ἐπ' ἀκμοσὶν ἐστῆότες,
 Οὐλοποι καίονται καμῆτου καὶ οὐζύος ἀνῆς.

Verum ad Virgilium redeamus.

Tempestatem Apollonius & naufragium describit in
 secundo: in quibus illa potissimum extant,

-ἄρασι δὲ κύμα

Κεκληγῶς πνοῆσι· καλαρῆσι δὲ ἔσανδον ἀχλὺς
 Ἄμπεχεν· ἔδπη ἄσρα διαύγα φαίνεται ἰδέσθαι
 Ἐκ νεφίων σκοπίεις δὲ πέρα ζῆφος ἠρήρεισο.

E quibus videre liceat, an maximus Poetarum opus ha-
 buerit illius imitatione. nam cætera valde sunt plebeia.

Potes animaduertere tamen haud valde esse dissimilia
 quæ Virgilius,

Hinc mihi Massyle gentis monstrata Sacerdos,
 Hesperidum templi custos: epulâsque draconi
 Quæ dabat, ἔθρ̄ sacros seruabat in arbore ramos,
 Spargens humida mella, soporiferâque papauer.
 Hæc se carminibus promittit soluere mentes
 Quas velit: adest alius duras immittere curas:
 Sistere aquam fluminis, ἔθρ̄ vertere sidera retro.
 Nocturnosque ciet manes, mugire videbis
 Sub pedibus terram, ἔθρ̄ descendere montibus ornos:

ab illis Apollonii in tertio,

Κούρη τις μαγάρῃσιν εὐπρέπε τ' ἀμῆται
 Τῷ ἐκείτῃ φειάλλα θεὰ δάει τεχνήσασθαι
 Φάρμαχ, ὅσ' ἠπιεθὸς τε φέει, καὶ νύχτυοι ὕδαρ.
 Τοῖσι καὶ ἀκαμῆτοιο πύθρις μακίστη αὐτῆμιν,
 Καὶ ποταμοὺς ἔσθῃσι ἄφαρ καλὰ δῶμα βέοντας.
 Ἄσρα τῷ, ἔθρ̄ μίλις ἑρῆς ἐπέδῃσι καλυψοῦς.

Inter quæ iudicium tuum interpones. quemadmodum &
 inter illas duas comparationes,

Ἡελίος ὅς τις τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀγλαίῃ
 Ἦ δ' αὖτος ἐξαιώσεται τὸ δ' ἀνέον ἠὲ λέγει
 Ἡ ἔπου δὲ γοαυλῶ κίχρυται ἢ δ' ἔνδρα κ' ἔνδρα
 Ὡ κείν' σφοδρῶς γινώσεται αἰάρεσσα.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen abeniis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia percolitat late loca: ianque sub auras
Erigitur, summique ferit laquearia tecti.

Sanè noster expressit vagam illam atque instabilem impressionem, quæ ex aquæ procedit crispatione. qua tandem quiescente, laquearibus subadhæret. Vbi in transcurso libet exercere ingenia Grammaticorum. Seruius enim minus rectè sic loquitur. *Repercussum*: aut vacat, Re: aut bene repercussum: quia primò aquam ferit: inde postea tendit ad tecta. Minus rectè inquam. sed ita dicendum fuit. Malè putant quidam, Re, vacare. sanè in aliis libris, & in Meteoris, & in secundo De anima à nobis declaratum est: Lumen aut esse rectum, aut reflexum. ἀνακλάσμενον vocat Aristoteles. Percutitur igitur aqua à lumine: deinde lumen ab aqua reflectitur. sicut & vox in Echo. Homerus in primo Iliados expressit per vocem illam, περιπλαχθέντας. verum hoc planius, illud paucis ignotum. Quare dixit imaginem lunæ? nam lumen nõ est ab imagine lunæ, sed à luna. imago enim est species rei. An diuinus vir sciebat hoc à Philosophis disputari, Lumen resne sit quædam suapte natura existens? id quod est: veluti color in herba viridis, an imago quædam corporis lucetis? qualis est viriditas in speculo ex vero herbæ colore manans. Idcirco lunæ imaginem, lumen ipsum intellexit: vt sit, Lumen in laquearibus esse lunæ imaginem exceptam atque repercussam. Libet, inquam, diuinum virum supra triuialia ingenia diuinitus interpretari: nusquam enim Musa illius mortale quicquam sonat.

Videantur etiam eius delincamenta fabulæ, qua vterq. Saturnum in equum transformat ex quo tum Chironi natus est. Sic enim in secundo,

-ὁ δ' ἔξ' ἀνῆς ἀγορεύσας

Ἐστυ χαρτέντι φιλῶ ἐκαλήμιος ἴππο.
 Ἡ δ' ἀπόδ' ἤρωρον τε κ' ἦδρα κείνα λεπούσα
 Ὡ κείν' ἰκίλῃρσι εἰς ἔρα μακρὰ πλάσθη
 Ἡ δ' ἔν' ἰνα δ' ἠ χείρωνα πλάσθη, ἀλλὰ ἔν' ἴππο

Ἄλλα θεῶ ἀτάλαστον ἀμοιβήν ἔπειθεν ἄνθρωπον.

Ille autem in tertio perfectissimi operis,
Talis & ipse iugam ceruice effudit equina
Comiugis aduentu permix Saturnius: & altum
Pelion himmitu fugiens impleuit acuto.

Quippe deprehensus ut ait Græcus,
Ρεῖλω ἐξ ἀπαύρου περιελάττω. τὸς δὲ ὄντι λώκτροις
Τίτμη θεὰ μωσθηύς.

Polyphemi quoque celeritatem agnoscas in Maroniana
Camilla, ex primo Argonauticōn,

Τὸν ῥα ποσειδάωνι ποδάκεις αὐτὸν ἄνθρωπον
Εὐρώπῃ πιτυῖο μελαδινέος τέκα κόυρη.
Κείνος αἶψ' ἢ πόντου ὄντι γλαυκοῖο θέσειαν
Οἶδ' ματος, ἐδὲ θεῶς βάπτει πόδας· ἀλλ' ὅσον ἄκροισι
Υἷχισι τε γόμφος διερχ' ἑπὶ ῥοῖο καλυύθω.
Illa vel intacta segetis per summa volaret:
Gramina, nec teneras cursu lesisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis
Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.

Agnoscas, inquam, pernicitatem, non celeritate, sed gra-
uitate superatam, quemadmodū & illa Iasonis ad matrē,

Μὴ μοι λυγρὰ εἰς ἐμβαλλο μῆτερ αἴϊας
Σὲ δὲ λίλω, ἐπεὶ ἢ ἰσθ' ἐρυπθῆσθαι κωκώτιτος
Δάκρυον, ἀλλ' ἔπει καν ἢ ἀλγιστὸν ἄλγος ἀερίο.

illis Turni ad Amatam,

Ne que se, ne me lacrymis, ne ve gmine tanto
Prosequere in duri certamina Martem euntem

O mater. Traxit enim lacrymas diuinus Poeta ad
augurium magna illarum, atque euentus affinitate.

In quarto quoque Æneidos ex eodem libro Argonau-
ticōn expressam, auctam, superatam inuenias compara-
tionem,

Οἷος δὲ ἐν γυγῖο θυώδτος εἶσσι δροπίδων
Δῆλον αἶν' ἠγάθειω, ἢ κλάεον, ἢ ὄγε πυθῶ,
Ἢ λυκίλω θρεῖων ὄντι χαίδοιο ῥοοῖσι.

Qualis ubi hybernam Iyciam, Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo:

Instauratque choros: mistique altaria circum
Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.

Ipse iugis Cynthi graditur, mollique fluentem
Fronde premis crinem fingens, atque implicat auro:

Tela sonant humeris.

Iunonis item oratio ad Iuturnam,

*Seis ut te cunctis unam, quae cunque Latina
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile
Prætulerm, cælique libens in parte locarim;*

Neque planè videtur orta ex verbis Iunonis ad Thetidè
in quarto, neque sine illa facta,

Ἐξ ἑπινυπυρίας αὐτῆ ἡρέρον, ἢ δὲ ἀγαπύουσα
Ἐξοχον ἀλλασον, αἴτ' εἰν ἀλλὴ ναιεταύουσι.
Οὐωκεν ἰσὶ ἑτέλης δὲν ἰδὸς ἰεῦθροιο

Λέξαιδαι.

Sed & ibidem Iuno ad Thetidem sollicita
metu periculorum Argonautis imminetium, videtur
haud abfimilis affectibus Veneris Neptunum orantis pro
Æneæ classe. quo in loco Poetarum princeps non illum
solùm post se longè reliquit, sed imitandi spes omnium
extinxit: tantus verborum splendor amœnissimæ varia-
ti coniunctus est.

Spirant etiam hæc in secundo operis incomparabilis,

*Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quam multa Zephyro turbentur arena
Aut ubi nauigiis violentior incidit Eurus,
Scire, quot Ionij veniant ad littora fluctus.*

Illa ex Apollonii quarto,

- ὄσα τε πόντου

Κύματα χειμερίοιο κορύσεται ἐξ ἑσπέραιο,
Ἦ ὄσα φύλα χαμαὶς ἀεὶ κλαδῶδες πῶσιν ὕλης
Φυλλοχόω ἐνὶ μίλῳ. τίς αὖ τὰ δὲ τεκμήρητο;

Cuius rei imaginem habes etiam in sexto diuini operis,

*Quam multa in sylvis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram surgite ab alto
Quam multa glomerantur aues: ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricus.*

Illa Apollonii sunt elaboratiora, nostra simpliciora,

Ὡς δὲ ὁ πόντων δελφίνες ἐπιέξ ἀλός ἀδιδίωτες

Σταφροφύλων ἀγχιπῶν ἐλίωσονται ἀπὲ νῆας,

Κίμω τε ἢ προπάγειτε ὀρεφίφωσι, ἀδιδετ' ὄπ' ἰδεν,

Ἄκωτε παρβολάδω νάυησι δὲ χάρμω τίτυκται.

Delphinium similes, qui per maria humida nando,

Carpathium Libycumque secant: luduntque per undas.

Phonema verò Apollonii haud penitus est tutum. Ma-
xima enim ex parte delphines, quum ita ludunt, imminē-
tem

em nunciant tempestatem. quare nautis nullam afferunt voluptatem.

Vnus, ut opinor, superest locus, quem cum Virgiliano comparemus. est autem in quarto,

Τῶς ἰδέν, ὡς τίς τε νέω ἐπὶ ἤματι μύωλω,

Ἡ ἰδέν, ἢ ἐδύκων ἐπακλύστον ἰδέσθαι.

Quæ illæ non solum excellentissimis numeris, sed etiam fida exactâque rotunditate illustravit,

Obscuram qualem primo qui surgere mense

Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.

Atque hæc quidem hactenus ex Virgilio atque Apollonio verorum Poetarum iudicio subiiciebamus. Superfunt aliqua ex eodem, quæ cum aliis nostris comparentur. In primo Argonauticôn illa sunt,

Πάντες δ' ἕσαν ἰδέν λείψον θεοῖ ἤματι κείνῳ

Νῆα, καὶ ἤμαθ' ἄνθρωπον ἄβροτον ἄριστον

Πόντον ὅππῃ λάεσκον, ἐπ' ἀκροτάτοις δὲ νύμφαι

Πηλιάδες κορυφῆσιν ἐδάμεζον εἰσορῶσασαί

Ἐρπον ἀθλιωαῖας ἰταυρίδας, ἠδὲ καὶ αὐτὰς

Ἡρώας χεῖρας τε ὀπποροδίδοντας ἐπέμει.

Quæ Catullus simplicissimè sententia inuerfa,

Illæque, atque alia viderunt luce marinas

Mortales oculi nudato corpore Nymphas

Nutricium tenus extantes e gurgite cano.

Harpurias quoque volebam Ouidii cum Apolloniani *Harpuriarū* comparare, verum vix eas illum attingisse video. quare ad *comparatio.* Poetarum metam recurrendum fuit,

Ἀλλὰ διανερέων ἄρῳ πέλαις αἰόουσαί

Ἄρπυιαί σόματος, χεῖράων τ' ἀπογαμφηῖσι

Σιωχέας ἤρπαζον. εἰλείπετο δ' ἄλλοτε φορέης

Ὀυδὴ ὄσον, ἄλλοτε τυίδων, ἵνα ζῶων ἀκρόστο.

Καὶ δ' ἐπὶ μυσταλίῳ ὀδμῶν χέρον. ἐδὲ πρὸς ἔπλω

Μηδὲ λευκοσίῳ δὲ ἀρευέμεος. ἀλλ' ὄπτο τιλοῦ

Ἐσπῶδ' ἄτοιον οἱ ἀπέντες λείψανα δ' αὐτῶς.

Quæ non aspernanda summis munditiis includit diuinus vir,

At subito horrifico lapsu de montibus adsunt

Harpysia, & magnis quatunt clangoribus alas:

Diripiuntque dapes, contactûque omnia fædant

Immundo. Tum vox tetrum dira inter odorem.

Et iterum,

Rursum ex diuerso cali, cæcisque latebris
 Turba sonans, prædam pedibus circumuolat uncis:
 Polluit ore dapes.

Et mox,

Semesam prædam, & uestigia sæda relinquunt.
 Ut sit illud, ἀλλοτε τίλλου. quanquam hoc ex proposito, ἢ
 ζῶων ἀκρόχορτο illud vi, quippe pulsæ, pulsataque.

Est & quod è Luciano excipiamus, quicum hæc ex quar-
 to componantur,

-ὁ δὲ φοίνιον ἔλκος ἀρασσα.

Θαρσαλέως ἔνεκ' ἔμιν ὑπέρβιον ἔλκος ἔπειρα.
 Σχέτλιος, ἥτις οὐκ ἴδεν ὑπὸ χροῖ δ' ὕστερ' ἰώμα
 Δυσμελέος. πολλὰ δὲ χροῖ ἔφρασε μὲν χροῖ ἄχρυσ.
 Αὐτίκα δὲ κλίνας διαπέφρασε βαρῆνο τὰ γῆνα
 Ὑψος ἀμυχανίη, ἑτάροι δὲ μιν ἀμφοτέρωθεν
 Ἡΐως τ' αἰσινίδης, ἀδινῆ περὶ δαμβίτες ἀτη.
 Οὐδέ μιν ἔδ' ὅτι τινος ἀποφθίμης φθ' ἔμμελε
 Κεῖσθα ὑπὸ κελίφ' πύθουκα γὰρ ἐν δόξαι σάκρας
 Ἴος ἀραρ' μιν δόξασι δὲ χροῖ χροῖ ἔμμελε λαχνη.

Quæ nō est imitatus noster, sed huic simplicitati vim at-
 tulit soni valentioris. Sunt autem in nono,

-miserique in crure Sabelli

Seps stetit exciguus: quem flexo dente tenacem
 Ausulitque manu, piloque affixit arenis.
 Parua modo serpens: sed qua non ulla cruentæ
 Tantum morti habet, nam plage proxima circum
 Fugit rapta cutis, pallentiaque ossa retextit.
 Tanque sumo laxo, nudum est sine corpore uulnus:
 Membra natant sanie, suræ fluxere, sine ullo
 Tegmine poples erat, femorum quoque musculus omnis
 Liquebit: & nigra distillant iniquina tabe:
 Dissiluit stringens iterum membrana: fluitanteque
 Viscera: nec quantum toto de corpore debet,
 Effluit in terras: scæuum sed membra venenum
 Decoquit: in minimum mors contrahit omnia uirus.
 Vincula neruorum: & laterum textura, canumque
 Pectus, & abstrusum fibris vitalibus omne,
 Quicquid homo est, aperit pesti: natura profana
 Morte patet: manant humeri, fortisque lacerti:
 Colla caputque fluit: calido non ocus auro.
 Nix resoluta cadit: nec solem cera sequetur.

*Parua loquor: sanie corpus stillasse peristum:
Hoc & flamma potest: sed quis rogus abstulit ossa?
Hæc quoque discedunt, puræque sequuta medullas
Nulla manere sument rapidi vestigia fati.*

Deinde illud acutissimum epiphonema,

Cyniphias inter pestes tibi palma nocendi.

Eripiunt omnes animam: tu sola cadaver.

Tam infans videtur Græcus, quàm hic nimius, si inter se conferantur. Cæterùm quanquam Vulcani officinam apud Homerum atque Virgilium diligenter excussimus: tamen huius nostri iudicii putauimus interesse: si Homerica iterum cû Apollonia statuamus. Accedunt igitur in tertio Argonauticôn ad Vulcani insulâ Iuno ac Pal-las quemadmodû Thetis in duodevicesimo Iliados. Illæ Venere inueniunt. hæc Charin Vulcani vxores,

- Η' δ' ἄρα μοῦν

Ἡ το δὲ μὲν δινοτὸν αἰα θρόνον αὐτὰ θυροῖον.
Λευκαῖσι δ' ἐκείτηρθε καμῆς Ἰπαιφίη ἄμοις
Κόσμαι χρυσῆ δια κερκίδη, μάλλε δὲ μακροῦς
Πλέξασθ' πλοκάμους. τὰς δὲ προπύργιδεν ἰδύσασα
Ἐχέου, εἶσω τὴ σφ' ἐκείλει, καὶ ἄπο θρόνου ἄρτο,
Εἶσε τ' ἐν κλισμῶσιν. αὐτὰρ μετέπειτα καὶ αὐτὰ
Ἰζανεν ἀφίκτους δὲ χρυσῶν αἰὲδ ἴσαστο χάρτας.

Charis autem,

Τόφρα οἱ ἐστὶν ἔλθε δια θεῖες ἀργυροπέλα.
Τὴν δὲ ἰδὲ προμολῶσα χάρεις λιπαροκρήδημος,
Καλὴ, τὴν ἄπου σπεικλυτὸς ἀμοργυρεῖς.

In quibus vicit illam Gratiam gratis. Quâ palmam ficuti de Homero tulit ille: ita de eo Claudianus. In Poematio nânque de Honorii nuptiis, de Venere sic,

*Cæsariem tunc forte Venus subnixæ corusco
Fingebat folio: dextra læuâque sorores
Stabant Idalia. largos hæc nectaris imbres
Irrigat: hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat: sed tertia retro
Dat varios nexus, & iusto diuidit orbes
Ordine, neglectam partem studiosa relinquens.
Plus error decuit. speculi nec vultus egebat
Iudicio: similis recto monstratur in omni,
Et rapitur quocumque vider. dum singula cernit,
Seque probat, nati venientis prospicit umbram.*

Quæ quum perpenderit, inueniemus nostros nullis numeris, nullis apparatus cedere Græcorum inuentioni. Quare quum Valerius Flaccus eandem quam Apollonius, materiam tractarit: proponenda sunt deinceps loca illa, quibus tanti viri certare videantur.

Ac primum quidem, quod attinet ad situm orbis terrarum, quam Geographiam vocat, sanè quàm imperitus regionum videtur Apollonius fuisse. Quis enim dicat à Colchis tantum distare Libyam, quantum medium terrarum orbis ab ortu atque occasu. Quibus in dimensionibus Herodotum quoque ineptissimum fuisse satis comperit. De Istro verò, dii boni, quas fabulas? à Riphæis montibus labi, qui erumpit ex Occidentalibus nostris montibus eum in duo scindi flumina, quorum alterum in Adriaticum erumpat: à cuius maris litoralibus montibus Saus & Draus nobiles flumini in illum sese induunt, tanquam in sinu terræ depressiorè. Ex Adriatico deinde Minyas deducit in Tyrrhenum ita demum, si subeant Eridanum, per quem in Rhodanum subuehantur. inter quos editissimæ alpes partim imperiæ, partim infames cadaueribus viatorum.

Quæ verò ex utroque similia considerari possunt, multa sunt sanè. Alius ordo eiusdem vel rei vel facti. Aliæ orationes earundem personarum. inter quas ea, qua Medea exprobrat Iasoni & merita sua, & illius fidem. Et illa qua offenditur Ætææ animus erga Medeam fugientem. cantus Orphei. Longè enim aptius canit apud Flaccum Minyis, & Phryxum & Athamantem: quàm apud Apollonium terræ calique creationem. quid enim viris militaribus, cum Philosophorum vmbris? Initium quoque operis Flacco grauius atque numerosius. tametsi quantum probemus, in sequenti libro satis est declaratum. Toto etiam opere, quanquam est ille nostra inferior expectatione, splendidior est Apollonio. Priuatim verò aliquot loca delecta sunt de multis.

In tertio Apollonii de Iasonis beneficio, hæc Iuno,

Εἶς ἔστι κτὶ παροχῶσιν ἄλλε πλάθοντος αἰώνου,
 Αἰδρῶν ἀνομήνης περιπέφη αἰτεβόλῃσιν
 Θῆρας ἔξαρτῶν. νικητῆ δὲ ἑπαλιώστο πάντα
 Οὐδὲτα κὲ σκοτασθεμῆλαις, οἱ δὲ κερτῆ αὐτῆ
 Χέμας περικτασχηδὰ κυλινδωφεισ φορέοντο.

Γρηὶ δὲ μ' εἰσαυφίλω ὀλοφύρατο, καὶ μ' ἀγαίεσσε
 Αὐτὸς εὐὸς ἄμοισι δικαστοῦσσι φέρειν ὕδαρ.

In primo Flacci Iason orans,

Omnipotens Regina, inquit, quam turbidus atro
 Æthere, cæruleum quateret quum Iuppiter imbrem,
 Ipse ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
 In campos & tuta tulli: nec credere quivis
 Ante deam, quam te tonitru nutūque reposci
 Coniugis, & subita raptam formidine vidi.

Herculis aduentus ad Minyas,

Αὐτὸς δ' ἢ ἰότατι παρέκ νοῦν ἀρυθῆος
 Ὀρμῆθ' ἰσῶ χεῖρ' οἱ ὕλας κίεν ἐδολὸς ὀπίαν,
 Πρωθῆνης, ἰῶντε φορεὺς φύλακος τε βιοῖο.
 Protinus Inachiis ultro Tirynthius Argis
 Advolat: Arcadio cuius armata veneno
 Tela puer, facilemque humeris gaudentibus arcum
 Gestat Hylas. velis ille quidem: sed dextera nondum
 Par oneri, clamæque capax.

Deducunt nauem,

Νῆα δ' ἔπι κρητέα: ἀρρηὸν ἰσοδημοσιῶσιν
 Ἐΰστατον πάμπρωτον εὐστραφεῖ ἐνδὸθεν ὄπλων,
 Τεινῶν μοι ἐκέρτερον, ἢ εὐἀσχερίοιο γόμοιο
 Δέσχετα, καὶ ροδίσι βιλῶ ἔχει ἀιπόωσαν.
 Σκαπῆλον δ' ἀΐψα κρετ' εὐρος, ὅσον ἀπειβάλλεται χῶρος
 Ἡ' δὲ κ' ἀρρωσὶ ἴσσω αἰλὸς, οὐσάπιον ἄρ
 Ἐλκοῦσιν χεῖρας ἐπὶ ὀσμείεσσι ἔμαλλεν.
 Αἰεὶ δὲ προτέρω χθαμαλώτερον ἰξέλαχον
 Στεῖραθ' ἐν δ' ὀλωξέσασσ' ἐσθρίσαντο φαλαγγας·
 Τῶ δὲ κατάντη κλίνας ὅππ' ἀπώτησι φαλαγγιν,
 Ὡς κανὸν ὀλιδαῖα κατα δ' αὐτῶν φορέοιτο.
 Τ' ἦ δ' ἀρ' ἐνθα, καὶ ἐνθα ματαρέψαντες ἐραῖ μὲν
 Πηχυῖον προέχοντα πρὸ σκαυμοῖσιν ἐδρασαν.
 Τῶν δ' ἄδραμοῖσιν αὐτοὶ ἐνέσταν ἀμφοτέρωθεν,
 Στέρναθ' ὀμοῦ, καὶ χεῖρας ἐπὶ ἄλασαν. ἐν δ' ἀσχεπῶς
 Βῆστανθ', ἢ ὄπρωσι νεύουσιν κ' ἄμικρον ἐρύσαν.
 Κεκλώμενος δ' ἠύστε μάλα μίγα. τοὶ δὲ παρ' ἄσπον
 Ὡς κρητέα βρῆσαντε μῆ σφελίξαι ἔρωη.
 Νειῶν ἐξ ἔδρας. ὅππ' δ' ἐβρῶσαντο πῶδρασαν
 Πρωσφραδίαζούσσοι. ἢ δ' ἔσαστο πηλιας ἀργῶ.
 Ρ' ἴμφα μάλ', οἱ δ' ἐκέρτερον ὅππ' ἄσποντες.
 Ἐλ' δ' ἀρ' ἰσοπρόπιδι σιβαρῆ σενάχοντο φαλαγγας.

Τελείωσθε δὲ δέσσην αἰδὴν κέλευε λιγυρὸς
 Βεῖδοσὺν καδὸλίωδον δὲ ἔσσην ἄλως· οὐ δέ μιν αὐδῆ
 Ἀψαπιαπιαζόντες ἔχον ἑσπέρωσσι κίουσαν.

Breuisse Flaccus,

*At ducis imperiis Minis, monitūque frequentes
 Puppem humeris subeunt: et tento poplite proni
 Decurrunt, intrantque fretum, non clamor anhelis
 Nauticus; aut blanda testudine defuit Orpheus.*

Sic quæ Græcus proluxa narratione statuit, apparatus,
 sacrificium, orationem: nos ter paucis versibus,

*Tum lati stat uunt aras, tibi rector aquarum
 Summus honor tibi carules in littore vittis.
 Et Zephyris, Glaucōque bonem. Thetidique iuuentum
 Deicit Ancæus. Non illo certior alter*

Pinguis a lethisera perfringere colla bipemi.

Ipse ter æquoreo libans carcestia patri

*Sic ait Æsonides. Et cætera quæ sequuntur, quibus illa
 designauit, - οὐ δὲ ἄρ' ἔπειτα*

Χέρνικα τ' ἐλοχύτας τε παρὶ οὐδον αὐδὰρ ἰήσων

Εὐχῆτο κακὸύβρος πατρῴων δ' ὀπίδωτα.

Sequitur oratio ad Apollinem, vt illa ad Neptunum, &
 post orationem partitur operam in sacrificio,

Ἦ γὰρ ἄμ' ἀχολῆν προχύτας βάλει. τὰ δὲ ἐπὶ βυσσὶν

Ζωσάδω, ἀγκῆος ἑσπέρωσι, ἠεκαλέης τε.

Ἦ τοι ὁ μὲν ῥεπάλω μίασον κέρην ἀμφὶ μίτωπον

Πλῆξεν ὁ δὲ ἄδρῶος αὐδῆ πρὸς ἑσπέρωσι τῆ γαῆ.

Ἀγκῆος δὲ ἐπὶ τριῶ κ' ἑπὶ τριῶ αἰχένη κόψας

Χαλκίῳ πλέκει, κροτῆρες δὲ κροτῆ τίνοντας.

Ἢ illa quoque valde similia. hæc supra quoq. cū Catullianis,

Παῖτες δὲ ἑσπέρωσιν λεύσων θεοὶ ἤματι κείνῳ

Νῆα κ' ἠμῶσιν αἰθρῶν ἰβῆος· οὐ τὸτ' ἀέρσοι

Πόντον ὀπηπλέεσσαν ἐπ' ἀκροτάτοισι δὲ νύμφῳ.

Πυλάδες κροτῆσιν ἐδάμβων εἰσορῶσσι

Ἐργον ἀβύμας ἰωνίδος, ἠδὲ κ' αὐτοῦς

Ἠρώας χεῖρας ὀπηπλέωντας ἑρπύμα.

Αὐτὰρ ὄγ' ἐξ ἑσπέρωσιν ἑρεος κίον ἀγχι θαλάσσης.

Χεῖρων ἑπὶ νείδης πόλιν δὲ ἐπὶ κίματος ἀγῆ

Τέτλη πύδας κ' πολλὰ βαρεῖν χεῖρὶ κελύων,

Νέσων ἐπευφήμησεν ἀκροτάτοισι νεοσφύροισι.

Στῶ γὰρ οὐ παρῆμας ἐπὶ πωλίνων φορέουσα.

Τὸ κείνῳ ἀχίλῃα τίλη δειδύκετο πατρί.

Quæ coniuncta hæc, diuifit in fuis Flaccus. Nam & feor-
fum abeuntes prof equitur Chiron. & deorum fpectatio-
nem acc ommodat longè melius ad Solis metum,

*Siderea tunc arce pater pulcherrima Graium
Cæpta tuens, tantamque operis confurgere molem,
Lætatur, patrii neque enim probat otia regni.
Vnà omnes gaudent fuperi, venturâque mundo
Tempora, quæque vias cernunt fibi crefcere Parca.
Sed non & Scythici genitor difcrimine nati
Intrepidus, tales fundit Sol pectore voces.*

CHIRONIS autem & Pelei affectus, infantifque in-
genium longè felicius defcripfit,

*Iânque aderat fummo decurrens vertice Chiron,
Clamantemque patri procul oftentarat Achillem.
Vt puer ad notas erectum Pelea voces
Vidit, & ingenti tendentem brachia paffu,
Adfuit, charâque diu ceruice pependit.
Illum nec valido fputantia pocula Baccho
Sollicitant, veteri nec confpicienda metallo
Signa tenent, fupet in ducibus, magnùmque fonantes
Haurit, & Hercule offert comminus ora leoni.
Lætus at impliciti Peleus rapit ofcula nati.*

DEINDE fequitur oratio cum votis.

FLACCII tempeftatem mox cum Virgiliana & a-
liis comparabimus: ad cuius tamen vel nitorem vel effi-
ciam minimè aspirat illa Argi apud Apollonium, quip-
pe eft fanè quàm frigida: ait enim Boream à Ioue mif-
fum folia mouere: tum autem,

Νικηθίς ἔστι πάντων δὲ πελάγους ἡ ῥοσὴ δὲ κύμα
Κεκληθὸς ἀνοίησσι κελανθίς δὲ ἕρανον ἀχλὺς
Ἀμπραχεν. ἰδὲ πη ἀστρα διαυγία φάμετ' ἰδὲ δὲ
Ἐκ νεφέων σκοτεινὸς δὲ περὶ Ζόρος ἠρήρησις.
Ἰστία δὲ ἔξήρηται ἀέμου ἰώως ἠδὲ καὶ αὐτῶς
Νῆα δαίδιχ' ἔαζε πνασοῦβρω ῥοδίσισι.

Et mox,

Quid fit πῖρος apud Hippocratem fuo loco fcriptum eft.
quid τυφὸν, tum apud illum, tum in Meteoris: Venti ve-
hementiam è terræ marifve habitu, quo vento nihil vio-
lentiam. Iccirco gigantem Tartari ac Telluris filium,
τυφῶνα Græci nominarunt: alii τυφῶνα, nonnulli τυφῶνα,
Quæ nomina vnus eſſe patet tum alibi, tum in Home-
ricis commentariis. Igitur quum Virgiliana fuprà def-

scripserimus, non hic repetemus: sed Flacci atque Apollonii loca, è quibus Græcas intelligas vanitates. Homerus enim Inarimenei canit impostam: Apollonius Serbonidem paludem. Sic enim scribit in secundo, de Caucaſi iugo quodam,

Ἐνθα τυράανα φατὶ δῖος κρηίδας κεραιῶν
Βλήθρον, ὅπ ποτε οἱ σιέρας ἐπορεύατο χεῖρας
Θερμὸν δὸπ κραιτὸς σάξαι φόνει ἕλωτο δὲ αὐτῶς
Οὕρεα, καὶ πεδίον νηστίων. ἐνθ' ἐπι νηῶσιν
Κεῖται ἑσπερὺχος σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

Flaccus autem in Sicilia ponit,

-Sicula pressus tellure Typhoeus

Hunc profugum, & sacras reuoluentem pectore
flamas,

Vt memorant, pressum ipse comis Neptunus in altum
Abstulit, implicuitque vadis: totiesque cruenta
Mole resurgentem, torquentemque anguibus undas
Sicanium dedit usque fretum: cumque urbibus Aetnam
Intulit ora premens.

Confudit igitur cum Encelado,

-Trux ille eieclat adest

Fundamenta iurgi pariter tunc omnis anhelat
Trinacria: inieclum fesso dum pectore molem
Commouet experiens, gemitusque reponit inani.

Hæc autem etiam inter Latinos comparabuntur.

Herculis oratio, Minyas ad Lemnum genio indulgentes castigantis,

Δαμόνοι, πάσης ἐμφύλιον ἄμ' ἀποτέρης
Ἡμέας· ἢ ἐ γάμων ἐπιδυνέες ἐνθάδ' ἐβλήθη
Κεῖθεν ὄνοσάμενοι πολὺ ἠπείρας. αὐτὰ δὲ εἶδεν
Ναῖοντας λιπαρῶ ἀερόσιν λήμονιο ταμείδῃ,
Οὐ μὲν ἀκλειεῖς γὰρ σὺν ἐθνεῖσι γυναιξίν
Ἐσόμεθ' ὧσ' ἐπὶ δ' ἡρόν ἐβλήθη. εἰ δέ τι κώσας
Αὐτόματον δάσει τις ἐλὼν θεὸς ἀξιαφρόσιν.
Γούνη αὐτῆς ἕκαστοι ἐπὶ σφία. τὸν δὲ ἐπὶ λείπροις
Τ' ψιπύλλης εἴατε πανήμερον, εἰσόκε λήμον
Πασι δ' ἰστανδρώση, μεγάλη τὴ ἐ βάζεις ἕκαστα.
O miseri, quicunque tuis accessimus actis:

Phasim

*Phasus, & Æeten, Scythicæque pericula ponti
Redde, ait, Æsonide. me tecum solus in æquor
Rerum traxit amor: dum spes mihi sistere montes
Cyaneos, vigilæmque alium spoliare draconem.
Si sedet Ægei scopulos habitare profundi
Hoc mecum Thelamon peraget meus.*

• Hyle raptus in primo Apollonii,

- αὐτίκα δ' ἦγε

Λαὸν ἰδὼ καὶ δ' ὑπάρδεν ἐπ' αὐχένος αἰδέτο πᾶχιω
Κῦσα ἐπιδύουσα τέραν σώμα. Ἀξίτερῃ δὲ
Ἀγκῶν ἑσπασε χεῖρ, μέση δ' εὐκρίββαε δίνη.

In tertio Flacci,

- nil umbra, comæque

*Turbavitque sonus surgentis ad oscula nymphæ.
Illa avidas innecta manus, heu fera cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici,
Detrahit: adiuta prono nam pondere vires.*

Theocritus autem nudam tantum narrat sum-
mersionem. vbi aduerter etiam animum ad compara-
tionem,

Ὡς δ' ὅτε τίς τε μύσπτι τέτυμμένος ἔαστο ταύρης
Πίστα τι φορῶσαν, ἢ ἐλεσιδάς· ἔδεν νομίων,
Οὐδ' ἀγέλης ὀδεταί, φρήσας δ' ὄδον, ἄλλον ἀπαύσας,
Ἄλλοτι δ' ἐσάμβρος, ἢ εἰς ἀπλατυ αὐχέν' αἰέραν
Γήσπιν μύκκισα κακῶ βεβολιδρός οἶσρα.
Continuo volūcri cen pectora tactus asilo,
Emicuit Calabris taurus per confraga septis,
Obuia quæque ruens: tali se concitat ardens
In iuga senta fuga. Pauet omnis conscia latō
Sylua: pauent montes.

Hæc quidem sonora magis: plus tamen arident

Græca.

Suprà ostendimus pugiles quales essent: nunc quan-
tus Amycus,

Ἀλλ' ὁ ἴδρ ἢ ὀλοοῖο τυφάτος, ἢ ἢ αὐτῆς
Γαῖης ἔξ' ἔμκτο πέλωρ τέκος. οἶα παρῶθεν
Χαοῦσφιν δὴ τίλτεν.

In quarto Flaccus,

- mortalia nuscquam

*Signa manent: instar scopuli qui montibus altis
Summus abit, longæque iugo stat solus ab omni.*

Cæterum quum alio pugnent modo apud Flaccum, alio apud Apollonium, remitto studiosos ad illorum versuum lectionem, quos ponere piguit.

Nec minus Chalybum statuimus supra fodinas atque artem: Flaccus in eodem breuissimè,

*Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in armis.
Et domat afflicta semper domus ignea massa.*

Harpyiæ itidem Flacci cum superioribus repetendæ sunt, Diripiunt, verruntque dapes: fædatæque turbant

Pocula: fragrat odor, surgitque miserrima pæna.

Et haud multò post,

*Fragrat acerbus odor, patrisque aspirat Auerii
Halitum. & mox, - inhiat Cocytia nubes
Luxurians, ipsique ferens fastidia visu.*

*Tum sola colluue, atque illis stramina mensis
- Fæda rigant, striduntque ale, prædæque cruenta
Semit utrinque fames.*

Iasonis oratio ad Æeten longè est apud Flaccum luculentissima, atque artis plena. quicum Apollonii infantia ne est quidem conferenda.

E satione dentium nati, cui trium poetarum plus debeant ob illustrem narrationem, despiciendum est. Vbi βάλανος αὐτὸς ἐρχόμενος ab Apollonio dicuntur: Flaccus Bellatricem appellat glebam. Versus sunt in tertio,

*Οἱ δὲ ἄνδρες πάσαν ἀνασχέσαντες ἀστυραν
Γηρυόνας, φείξαν δὲ θεὸν τιβάρησι σακίαισι,
ἀνεσσι τ' ἀμφοτέρους, κορυθαίτωσι τε λαμπούργοισι
Ἄρης τίθροος ἔπιστομῆσθαι. ἵνα πο δὲ ἀγγλῆ
Νεῖο δὲν ἕλυμπὸν δὲ δὲ ἰὲ εὖς ἀεράπλοισα.*

In Flacci septimo,

*Martius hic primum ter vomere fusus ab ipso
Clangor: & ex omni sonuerunt cornua sulco.*

*Bellatrix tum gleba quatit, pariterque creati,
Armarique phalanx, totisque insurgere campis.*

Sequitur deinde cædes apud utrumque: sicut antecedit opera, & labor tauris iungendis: quæ studiosi inter se conferre poterunt. Libet tamen etiam ingeniosissimi poetæ versus ascribere his: quanquam haud multò post Latinos

tinos cum Latinis comparare instituimus. Igitur Ouidius in tertio Transformationum sedatius omnia,

Inde, fide maius, gleba cœpere moueri:

Primâque de sulcis acies apparuit haste.

Tegmina mox capitum, picto nutantia cono.

Mox humeri, pectusque, onerataque brachia telis

Exsistunt, crescitque seges clypeata virorum.

Addit & comparisonem,

Sic, ubi tolluntur festis aulea theatris:

Surgere signa solent, primùmque ostendere vultus,

Cætera paulatim: placidòque educta tenore

Tota patent, imòque pedes in margine ponunt.

HORATII ET GRÆ-

CORVM COMPARATIO.

CAPVT VII.

Cum Maronis aliquot loca ex Apollonio excutemus, ad Flaccum vsque prouecti sumus. nunc ad reliquos transeundum. Ac de Horatio quidem ita sentimus, Si Græcorum Lyrica extarent: futurum, vt illius furta quamplurima deprehenderentur. Qui tamen imitatores, seruum pecus appellare non dubitarit. Sanè ex Pindaro illa,

Quem virum aut Heroa, lyra, vel acri

Tibia sumis celebrare Clio? & reliqua.

Sic enim Pindarus,

Ἀναξίφορμος γὰρ ὕμνοι

τίνα θεῶν, πῖν' ἦρωα

τῖν' αἶθρα κελὰδ' ἠσοῖσθι; & quæ sequuntur.

Ex Alcæo, vt opinor, multa: vt hæc,

Deprome quadrimum Sabina

O Taliasche merum dyota.

Ἐγχεύς, χίρνα παλαρῶν. & illa,

Nunc est bibendum. & cætera,

Νῦν γὰρ μὲθ' ὕσκειν, καὶ πνα εἰς βίαν

Ποτειν. Item,

Nullam V are sacra vite prius seueris arborem,

Ex eodem Poeta.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃ; πρότερον δένδρον ἀμπέλα.

Puto tamen cum fuisse Græcis omnibus cultiorem.

CAP. VIII.

Ovidii ingenium multis maius est visum, quàm ut quicquam de Græcis mutuaretur. quum tamen ille Transmutationum libros è Græcorum fabulis contextuerit: non dubito quin eorum adiutus argumentis, etiam si quid extaret illustrius, suis inseruerit. Præsertim quum μεταμορφώσεων titulo ab illis quoque sint editi libri. Inter quos etiam Callisthenem authorem prodidere. Sed & Polyphemi cantionem sumpfit è Theocrito: quam fatali sua illa luxuria non tam amplam, quàm vastam fecit. Ea est in tertiodecimo Transfigurationum. & in Idyllio ad Nician, qui inscribitur Cyclops. quare inde petantur. Hesiodi autem secula ita est mutatus, ut longè post se reliquerit:

Χρύσειον ὑπὲρ φρόνα γήϊος μολύβδου αἰθρώσαν
 Ἀθάνατος ποίησεν ὀλύμπια δόματ' ἔχοντας.
 Οἱ ὑπὲρ κέρους ἦσαν, ὅτ' ἕκαστ' ἐμβασιλευε.
 Ὄσσε θεοὶ δὲ ἔζων ἀκνέδρα θυμὸν ἔχοντας,
 Νόσφιν ἄτερ τε πόνοιν, καὶ οἰζύος' ἔδδ' ἢ δειλὸν
 Γῆρας ἐπιλυ.

Horum ille nihil, sed alia longè meliora. Illa autem,

-Καρπὸν δὲ ἔφερε ζείδωρος ἀρουρα
 Αὐτομάτη ποσσὸν περὶ ἀφρονον.-

*Ipse quoque immunis, & astròque intacta, sine ullis
 Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.*

Quod malè repetit,

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Omisit autem illud Hesiodi, longè optimum in hac ætate,

Ἐνῆσπον δὲ ὡς ὑπὲρ δὲ δ' ἀμυδύροια.

Quæ autem de cæteris ætatibus in utroque Poeta sentiamus, ad Hypercriticum nostrum retulimus. Imitatio in illis,

Οὐδὲ πατέρ' ἀμύδρασι δ' ὀμοίως, ἔδδ' ἢ παίδεσ'
 Οὐδὲ ζείνος ξεινοδδρα, καὶ ἑτάμερος ἑτάμερα
 Οὐδὲ κασίγυγτος φίλος ἑσεται, ὡς τοπαρσασπ'

Ἄϊψα δὲ θεοῦ σκονταε ἀπὸ νόστου τοκίας.
*V*nuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,
*N*on focer à genero: fratrum quoque gratia rara est.
*I*mminet exitio vir coniugis, illa mariti:
*L*urida terribiles miscent aconita nouerca:
*F*ilius ante diem patrios inquit in annos.

EIVSDEM fames in octauo;

*E*st locus extremis Scythiae glacialis in oris,
*T*riste solum, sterilis sine fruge, sine arbore tellus,
*F*rigus iners: illic habitant pallorque, tremorque,
*E*t icinna fames.

Et mox,

*D*ebenit in Scythiam, rigidique cacumina montis:
*C*aucason appellant: serpentum colla lenauit,
*Q*uesitamque famem lapidoso vidit in agro.
*V*inguibus et raris vellentem dentibus herbam.
*H*irtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
*L*abra incana situ, scabrìque rubigine dentes,
*D*ura cutis, per quam spectari viscera possent.
*O*ssa sub incuruis extabant arida lumbis.
*V*entris erat, pro ventre locus: pendere putares
*P*ectus, et à spina tantummodo crata teneri.
*A*uxerat articulos macies, genuumque tumebat
*O*rbis: et immodico pradibant tubere tali.

Quae libentius recito, quod praeceptores nostri optimi
 ac doctissimi putabant sola excursionem Callimachum,
 non etiam nitore vinci. Id igitur ut pateat, illius versus ex
 pulcherrimo hymno in Cererem,

Αὐτίκα οἱ χαλεπὸν τε, καὶ ἀγροῖον ἑμβάλε λιμὸν,
 Αἰθῶνα, κοχτερόν· μάλῃ δὲ ἐσπεύητο νόσση.

Vbi vides nihil hic comparari posse. Qui si damnant hanc
 descriptionem, Famam quoque Virgilianam vituperent
 necesse est.

Cæterum nudis ille rebus addidit ornamenta. veluti
 quum orationem attribuit Nymphæ. Callimachus so-
 lum, κακὸν μέλος ἔαχεν ἄλλως. Sacerdotem excitat Ceres,
 ut Eryfichthona castiget: Ouidius famulo attribuit. Ille
 minas à securi: hic plagam sine minis. In arbore noster ele-
 gantior,

Stabat in his ingens amoso robore quercus,
 Vna nemus, vitta mediam, memorisque tabella,
 Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.
 Sepe sub hac Dryades festas duxere choreas:
 Sepe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
 Circumiere modum: mensuræque roboris vlnas
 Quinque ter implebant: nec non & cætera tantum
 Syva sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa.

Ille autem,

Ἦς δὲ τις ἀρχαίως, μέγα δένδρον, αἰδέσθαι κῦρον
 Τῷ δ' ἔπι τανύμοσφι ποτὶ τῶνδ' ἰόντωντο.

Quod hic μέγα δένδρον: noster, vna nemus. Ea erat magnitudine, vt sola pro nemore haberi posset. Sed & meliore consilio Robur esse fecit Ouidius, quàm Populum Græcus. est enim sterilis, neque quicquam ad Cererem. Neque hæc arbor cum aliis, neque inter se illæ conueniunt quæ ibi memorantur. Quis enim terrarum locus vnus Pyrum fert cum Vlmo, & Pinu, & Populo? Quinetiam inuasio atque impressio famis apud illum nulla: nobis ad-cò luculenta, vt nihil suprâ,

-altorque sapore solutum:

Noctis enim tempus, geminis amplectitur vlnis,
 Sèque viro inspirat: faucibusque, & pectus, & ora
 Afflat: & in vacuis peragit ieiunia ventis.

Affectum verò ipsum Callimachus vt effingat, tanto fusior ac laxior, quanto fuerat in cæteris vel parciore vel castigatior. Orsus enim ab operis ministrorum,

Ἐκαστὸν αἰτῶν τίνοντο, δ' αὖθις δὲ ὄνιον ἀφρασαν.

Pergit exequi particulatim minima quæque, vnde peteret opem ad extinguendam esuritionem,

-καυαὶ δὲ μὴ αὐλίας ἦδ' ἠ

Τετραπόδων ἦδ' ἠ γδ ἀπυρήσαντο μείγαισθαι.

Ἀλλὰ καὶ κριὰς μεγάλας ἰσθάλουσαι ἀμείξαν.

Καὶ τὰν βῶν ἔφαρχου, τὰν ἐστία ἐπρεφα μάλιστα,

Καὶ τὸν ἀεθλοφάσθαι, καὶ τὸν πολυμήϊον ἔπιπον.

vsque ad selem,

Καὶ τὰν αἰχρῶν τὰν ἐπρεμα θηρία μυκασί.

Quæ noster bono iudicio neglexit: illaque est imitatus, quæ ingenii sui vi fecit vt essent sua.

Ἐνδρυμκος δὲ ἤπιτε πανήμερος εἰλαπναςαίς

Ἦδ' οὐ μευρία πάντε. καυαὶ δὲ ἐξάκλιτο ταςήρ.

Αἰεὶ μάλλον ἔδοντι. τὰ δὲ ἐς βυθὸν εἰς θαλάσσης
 Αλεμέτας ἀχάριστα κατῆ: βέν εἶδα τα πάντα.

Compones etiam comparationes,

Ὡς δὲ μίμνεντι χιόν, ὡς ἀέλια ἐνι πλάγχθων,
 Καὶ τοῦτων ἔπ μείζον ἐτάκτε μίση δῖπ νευχεῖ
 Δειλάφ ἔν ἐς τα, ἔ, ὅς τα μοῦον ἐλίφθεν.

Quæ postrema, fami, non Erysiythoni tribuit Naso.

Quæ verò arguté acutéque, ac plusquam humano ingenio est prosequutus, non pigebit ascribere. Ipso in somno esurientem, dii boni, cuiusmodi?

Lenis adhuc somnus placidus Erysiythona pennis

Mulcebat: petit ille dapas sub imagine somni:

Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat,

Exercetque cibo delusum guttur inani:

Pròque epulis tenues nequicquam deorat auras.

Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi:

Pèrque asidas fauces, immensaque viscera regnat.

Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aer,

Poscit, & appositis queritur ieiunia mensis.

Inque epulis epulas querit.

Quòdque vrbibus esse,

Quòdque satis poterat populo, non sufficit vini:

Plusque cupit, quo plura suam demittit in alium.

A V D I nunc comparationem,

Vtque fretum recipit de tota flumina terra,

Nec satiat ur aquis, peregrinosque ebibit amnes:

Vtque rapax ignis non unquam alimenta recusat,

Imumerasque faces cremat: & quo copia maior

Est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est:

Sic epulas omnes Erysiythonis, ora profani

Accipiunt, poscuntque simul. cibus omnis in illo

Causa cibi est: semperque locus fit inanis edendo.

Iànque fame patrias, altique voragine ventris

Attenuarat opes: sed inattenuata manebat

Tum quoque dira fames, implacataque vigebat

Flamma gula.

In quibus eam vides vim sententiarum, quam nemo est Græcorum consequutus. Nam qualia illa? *Inque epulis epulas querit.* Et de igne, copia fieri vorationem. Et, *Accipiunt, poscuntque simul.* Et, *cibus omnis in illo Causa sibi est.* &, *semperque locus fit inanis edendo.*

Quæ igitur nostri de Græcis parare potuerunt, hæc sint satis: neque pauca, neque omnia. Non enim tantam ætiones aut dispensatores apud herum putamus rationes: sed ut quæque optima visa sunt ad excitandam constituendamque nobilis Poetæ imitationem, ita à nobis carptim & accepta & proposita sunt. Nunc verò ne quid desit tam perfecto operi, contemplemur id quoque: An Græcorum ullus ad nostrorum regulam suas dirxerit dimensiones. Atque Oppianus quidem inter Græcos adeò sublimis est, adeò numerosus, ut eorum vnus ad Virgilianam diligentiam aspirasse videatur. Quare siquid illi cum nostris commune sit, hæc apponetur. Est comparatio nobilis in primo Piscationum: quæ meretur studium & operam nostram,

Ὡς δὲ ὄτ' ἀπ' αἰετοῦ πον τε καὶ ἀργυροῖο βόαν
 Τ' ἀπίτης γέροντος χεῖρας ἔρχεται νεφερίων
 Ἄτλατος νεφέντα πάρον, καὶ χεῖμα θυροῦσαι,
 Πυλμαῖον τ' ὀλιγοδρασίον αἰψήλευα γῆρας θνα.
 Τῆσι δὲ ἀπ' ἰπταυφῶσι καὶ σίχας δρυῖες ἐσμοῖ
 Ἡ ἔεχ τε σμάσσι, καὶ ἀλλυτοὶ ὄϊμοι ἔχουσ.

Hanc quum ex Virgiliana, quam supra posuimus, accepit: iccirco tam grandibus numeris cecinit.

LVCANVS autem in quinto sic,

*Strymona sic gelidum bruma pellenæ relinquunt
 Poturæ te Nile græves: primoque volatu
 Effingunt varias casu monstrante figuras.
 Mox ubi percussit tensus Notus altior alus:
 Confusos temere immisitæ clomerantur in orbes,
 Et turbata perit dispersis littera pennis.*

Non potuit autem, neque deuit explicare totum locum illum Virgili ex tertio absolutissimi operis Oppianus,

*Interea toto non secius æquore ningit:
 Intereunt pecudes: stant circumfusa primis
 Corpora magna bouum, & summis vix cornibus extant.*

& cætera: quippe legibus comparationis in angusto cogitur,

Ὡς δὲ ὄπ' ἀπ' ἀρῦπεδον σμάσσι νεφερίων ἀλλυται

Ἐσπερίς ζεφύροιο ποὺν ἄβρος· ἔδ' ἐπὶ γαίης
 Κυανέης· ἰδέειν ὑποφάνεται· ἀλλ' ἄρα πάντα
 Ἀρχὴν ἠχιόνεσσιν ἐπασσύτερας κικέλευπται.

Etiam quod Maronis supra posuimus de aquila & serpente,
 ipse diuinis modis transtulit ad feruum & serpentem,

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὰ ζυλόχης ὄριον ὄδον ἐξερείνων
 Βελθύκερος ἑλαφός, ῥίνηλατον ἔχγος αἰεῦρος
 Χείλω δ' εἰσαφίκενε, καὶ ἔρπετόν εἶρυσεν ἔξω.
 Δάπλει δ' ἐμύθωσε· ὁ δ' ἑλίσσεται ἀμείψι γοῶσα,
 Δειρῶ τε, σέγγον τε· τὰ δ' ἠμίβρωτα κήχωνται
 Ἄψα· πολλά δ' ὄδοντες ὑπὸ σῶμα δαρτρεύουσι.

Vide etiam quàm magnificè ædificauit super tenui illo
 Horatii fundamento,

Non missura citem, nisi plena cruoris hirudo.

In secundo nánque sic,

Ὡς δ' ὅταν ἰπτήρ πολυμήχανος ἔλκος ἀφύσσων
 Οἰδαλέον, τῷ πολλὸν αἰάριστον ἐνδόν ἀμψα
 Ἐνέμεται, διεσχέει δὲ γροάς κυανόχεα λίμνης
 Ἐρπετὰ τειρωβόιοι καὶ χροός ἐσπύεξε
 Δαμνυόται μέλαν ἄμψα· τὰ δ' αὐτίκα γυρωθέντα
 Κυρῖνται, καὶ λυθρον ἐπέκασται, καὶ δὲ ἀνίστη,
 Εἰσέκταν αἰμοζαφῆ ζωὸν ποτον αἰερούσαντα
 Ἐκ χροός αὐτοκύλισα πύση, μεθύουσι ὁμοῖα.

Par opera & laus in illis ex quarto operis incomparabilis,
 - *Metopé sique, aliæque volucres,*

*Et manibus Proce peccatis signata cruentis.
 Omnia nam late vastant: ipsæ sique volantes
 Ore ferunt, dulcem midis immittibus escam.*

Ille in tertio piscationum,

Ὡς δ' ὅπῳτ' ἀπ' ἰλιώεσσιν φέροι βόσπον ὄρταλχοισι
 Μήτρης, εἰαρὴν ἠ ζεφύρου ποταπὴ γαλός ὄρνις.
 Οἷ δ' ἀπαλὸν πρὺζοντες ἰπιδρωσκουσι κελίῃ
 Γηδουσωοὶ ἀδελ' μητρί, καὶ ἐμείροντες ἰδωδ' ἦς
 Χείλος ἀναπλύουσι· ἅπαν δ' ὄπῳτ' ἄμψα λέληκται
 Ἀνδρὸς ξεινοδόκιο λίγα κλάζουσι νεοσοῦς.

Nec minus illa,

- *Et odora canunt vis: tanquam difertus declamator,
 propositum argumentum felicissimè locupletauit, in
 quarto,*

- ἠὺτ' ἔς ἔχγος

Κνωσσοῦ ἀρίνοιο κλωδὸς ἄβρος· ὅς τ' ἐπ' ὄρασι

Θηρὸς ἀνιχνεύει σκολιῶν βάσιν ἐξερεινῶν,
 Ρ' ἴδος ὑπαργελίην νημερτεῖ· καὶ τὸ μιν αἶα
 Μάρψιν καὶ ἐμύθησεν, εἶον δ' ἑπίλασεν αἶαυτα.

Quæ posuimus ad excitandam indolem iuniorum: ut haberent exempla vtriusque orationis vel breuioris, vel vberioris.

Nemo etiam dubitabit, qui hæc legerit Oppiani,
 Ὡς δ' καὶ ἐν ζυλόχοισιν ὄρεσ' ἐρεμ' ἀγρευτῆρες
 Ἐἶλον ἀγαλλεῖων ἔλαφον θαλαρροῖ τέρην
 Μυρίων σέφρατις ἀπὸν δρυός, ἀμφὶ δὲ κοῦφον
 Ὀρνίθων δήσαντο δαα' πλερὰ· ταῖ δ' ὄρεσσαι
 Ἡλέμαται πλώουσι κενὸν ῥέθρον, ἐδὲ πλάσσαι
 Μαλιδίως περὶ γλάσιν ἀτυζέωσι μεμίσασιν,
 Εἰσὼκε θηρητῆρες ἐπαῖξαντες ἔλωσι.

quin ex Virgilianis tam sublimem sumpserit spiritū: sunt autem in duodecimo diuini operis,

*Inclusum veluti si quando flumine nactus
 Ceruum, aut punice septum formidine pennæ,
 Venator cursu canis, et latratibus instat.*

Artem illam pennarum è Gratio disces,
 Diuina illoque illa ex quarto politissimi operis,

*Qualis populea mærens Philomela sub umbra
 Amissos queritur fætus, quos aurus arator
 Obscurans nido implumes detraxit: at illa
 Flet noctem: ramoque sedens miserabile carmen
 Integrat, et mæstis late loca questibus implet:*

Fuere pro Idea ad suauissima hæc quæ posuit in quinto ille,

Ὡς δ' ὅπότε ὀρταλίχισσι χελιδὸς νηπάχισσι
 Νέρθεν ὑπὸ ξ' ὄρεφοιο τυχῶν ὄρεσ' ἀλγί πλάσσει.
 Καὶ τὸς ἰὼν χεῖτερον, καὶ ἔσασιν ἐν δον ὀδόντων.
 Μήτηρ δὲ πρῶτον ἰὼν ἀτυζέωσι πεπόνηται
 Λείψια τιτσηγία φόνος ῥόν.

Sunt & hæc ex eadem officina in primo venationum,

Ἐγρεο, καὶ πρηχέαι ὀπισθεῖωσιν ἀταρπόν.
 Τῶν μερῶν ἔπει τις εἰς ἐπάτησιν αἰοιδῆς.

LVCRETIVS enim,

*Auia pieridum per agro loca, nullius ante
 Trita sólo. Quæ suo more diuina fecit Maro in tertio
 consummati operis,*

Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis

Raptat amor, iuvat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Sanè in secundo nihilo infuauiora,

Me verò primum dulces ante omnia Musæ,

Quarum sacra fero, ingenti percussus amore

Accipiant. Quibus deinde addidit beati ingenii opes,
quæ sequuntur.

Habes igitur maximi Græcorum, cum excellentissimo
omnium Poetarum comparationem: Nunc videamus
an cum Gratio, aut Nemesiano quicquam illi conueniat:
si prius picturam equi ex Marone designauerimus,

Βαθὸν ἰστέρ διήρησι, μετήροσι, ὑψικέρνον.

Αἰεθρι μέγας αὐτός ἐσθ' ἀπειρή κ' ἤμα

Τ' ἡμῶσθε· νεάτιμ δὲ χόωσ' ποτὶ διαζέδρα νεύου.

Εὐρύ πέλοι, θαυδρόν τε μασόφρυον· ἐκ δ' ἄεθρ κέρσης

Ἀμφὶ μάτωπα πρεχῶν πυκνὰ δὲ στήντο κέρυμβοι.

Ὀρμα τοῦθ' ἐν, σφυσσάπον, ἔπισπυλοισι θαυδρόν.

Εὐρεΐα ῥίνες, σόμα δ' ἄρκιον, εὐατα βαΐα,

Γυσελήν διερὴν τελέθει λασιμήχενος ἔππου.

Ἔς, ὅτε χατῆεσθαι λοφον νεύει πρυφάλεια.

Πολυ πέλοι σέρρον, δολιχὸν δέμας, εὐρέα νῶτα

Καὶ ῥάχης ἀμφόθυμας, μίσσην ἰχία πᾶνυσσᾶ.

Ἐκ δὲ θεοὶ πολλὰ μετόπηδε πανύπρεχος ἔρη.

Μηροὶ δ' ἄπαγές μινώδεις, αὐτὰρ ἔγερθεν

Ὀρδοτνεῖς, δολιχοῖτε ποδῶν ἀπειμακτες αἰλά.

Καὶ ἰσάλα λιπυαίτοι, κ' στερὰν δελουῖα κῶλα,

Ὅσα πανικράροισιν ἀελλοπόθιος ἰλάροισι.

Καὶ σφουδρὸν ἀκλίνιστο, θεοὶ δὲ ἀπειδρομος ὄπλῃ,

Τ' ἄμαλ' ἐν γαίης, πυκινῇ, κερόσθᾶ, μεστᾶνῃ.

Hæc an vera sint omnino, alterius est operæ. quæ ab Apolline nostro dicta sint videamus,

-illi ardua ceruicæ,

Argusimque caput: non solùm paruum. breuis alius non
autem δολιχὸν δέμας. obesaque terga, non solùm lata.

Ισχυρίασque τοῖς ἀνιμοσὺν πectus; non est satis, πολὺ σέρρον. Sed & ἠδεια suprâ declarabat,

-generosi pullus in aruis

Atius ingreditur, & mollia crura reponit, id est, non tigidè
procreta: sed quod Aristoteles dicit, ὑγρόν.

Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces

Audet, & ignoto sese committere ponto.

*Nec vanos horret strepitus, & hic intermiscet,
 -tum si qua sonum procul arma dedere,
 Stare loco nescit, micat auribus, & tremis artus,
 Collectamque premens voluit sub naribus ignem.
 Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
 At duplex agitur per lumbos spina. hoc erat αμφιδυμος:
 -κατάγμε*

Tellurem, & se lido transiter sonat vngula cornu.

E. GRATIO verò hæc,

*Nempe ingens, nempe ardua fundet in auras
 Græta. Cætera de nationibus trahit. In quibus mirum
 quòd tum ipse, tum Oppianus profitetur,
 Non tamen Hispano Martem tentare minacem
 Ausim. Sic Græcus à celeritate sola dilaudatos, dam-
 nat tanquam imbelles,*

*Ἄλλ' ἄρα ἐκ πάροισι μέγα φοβήθησιν Ἴβηρες,
 Ὡκυτίεσσι πόδες ἰσχυρότερος ποδίοισι.
 Κεῖνοισιν τάχα μωῶος ἐκατίον ἰσθαερίζοι
 Αἰετὸς ἀδελείοσιν ὀπιθύνων ἡμάλιοισι,
 Ἡ κέρμας ταλαῆσι ταυνογαμῶος πηρὺ γαστρί,
 Ἡ δὲ δελφὶς παλίοισιν ὀλιδαίωσιν ῥοδίοισι.
 Τόσων Ἴβηρες ἕασσι δύοὶ πόδες λιγμένους.
 Ἄλλ' ὀλίγοι, βραχίτε ὤμος, ἐκ ἀνάγκης ἦτορ.*

Nostris sanè visibus nulla terrarum pars mittit præstantiores, siue dexteritatem, siue animum spectes. Nam & domino mites, & hostium hostes sunt. Impulsi in mucrones abeunt, iussu heri morituri. Cæli non auertuntur: percussorem etiam appetunt: denique fiunt læuiores. Vidimus nos inter anni fideique miracula, vsum è comilitonibus auctum incolumen, equo ita saucio, vt etiam intestina per humum traheret. neque prius concidendi tempus esse ratus est, quàm sessor descenderet, atque in focii terga subfili-ret. quod tamen addit verum est,

Καὶ δρόμον ἐκ παύεσθιν ἐλεγχόμενοι σαδίοισι.

Quòd autem nò notos habuerit Hispanos equos, & hinc patet,

Ὁ πάλιν δὲ ἐκραιερωὺ πηλοσφόρον ἀρυπέδιλον.

quum pauci equi meliore vngula fulciantur. Totaque Hispania scrupea, fabulosa, aspera, siticulosa sit: tantum abest vt limo lutòve vngulæ corrumpantur. Quare ple-risque Hispaniæ locis calceos è cannabinis filamentia con-

connexos gerunt.

NEMESIANVS autem sic, longè inferior illis,

Illis ampla satis leui sunt equora dorſa,

Immodicumque latius, de latere intellige, non vt ille, *ἄμα*: id est corpus totum. animosiores enim sunt, neque deficit facilis spirandi vis, nec diuturna spiritus contentio labefacit: tum sequitur, *paruaque ingentibus alui.* Ita verò adultis: at pullum eme, cuius aluus par sit maternæ, verum, atque commune prouerbium militare. Causas hæcæ & alias reddidimus iis in libris, qui mihi ab amantissimi furto surrepti sunt. Et

Ardua frons, aurèſque agiles, capit ique decoro

Aluus bonos, oculique vago splendor e micantes.

Plurima se validos, cernix resupinat in armos.

Fumant humentes calida de nare vapores.

Nec pes officium standi tenet, unguis terram

Crebra ferit, virtusque artis animosa fatigat.

Canum verò formam quis horum trium absolutius descripserit, videamus,

Μικιδανὸν κοχτιεὺν, δέμας, ἄρκιον, ἠδὲ κέρλιον

Κούφον, ἐὺζώνιον, κούφαι εἰλεῖται ὀπωπαί.

Κάρχηρον ἐκτάδιον πλέθον σόμα βασι δὲ ὑπερθεῖ

Ὀύστα λεπτάλοισι σφαιεῖλλον δὲ ὑψέμοισι.

Δειρὴ μικιδανὴ, καὶ σήθια νέρθε κοχτιεῖ,

Εὐρέα. τὰ ἀρόδιον δὲ τὸ ὀλιζοτέρω πῶσι ἐστὶν,

Ὀρδο τονοῖς, κώλων τυναοὶ δολιχέρεις ἐσοῖς,

Εὐρέες ἄμοπλάται, πλευρῶν ἐπιχάρσια ταρσά.

Ὀσφύες εὐσταρκαι, μὴ πίνονες ἀντάρ ὀπιδιον

Στηριγῆτ, ἐκτάδιος τε πέλις δολιχόσμιος ἐρῆ.

Hi ad cursum: ad pugnam verò,

Σιμῶτροι ὑφ' ἑαστο ἀρόστωπά τε, δινα δὲ ὑπερθε

Νεύει βροσκωίωισι μεσόθρρα, καὶ πυρέντες

Ὀφθαλμοὶ, χαρτοίωισι ὑποσίλεοντες ὀπωπαῖς.

Ρῆνὸς ἀπαι λάσιος, κοχτιεὺν δέμας, ἀρῆα τῶπι.

Qualis ait minus celeres, magis animosos, magisque ortes.

GRATIVS ad hunc modum,

Sint celsi vultus, sunt hirtæ frontibus aures,

Os magnum, et patulis agitato morsibus ignes

Spirent, astricti succingant ilia ventris.

*Cauda brevis, quo loco melius, quàm Græcus, magna
nânque cauda venaticis cursoribus oneri est, sequitur,*

-longâque latæ, discretâque collo

Cæsaries, non pexa nimis, non frigoris illa

Impatiens, validis tum surgat pectus ab armis:

Quod magnos capiat motus, magnisque super sit:

Diuinum profectò versum,

Effuge, qui lata pandit vestigia planta:

Mollis in officio, sicca ego dura lacertis

Crura velim, & solidos hæc in certamina calces.

AVRELIVS autem, Nemasius hæc,

-sit cruribus altis,

Sit rigidis: multâque gerat sub pectore lato

Costarum sub sine decenter prona carinam.

Quæ sensim rursus sicca se colligat aluo.

Rembus ampla satis validis diductâque coxas.

Cuique nimis molles fluitent in cursoribus aures.

*Quibus è locis haud paruum capias impetum ad imita-
tionem, atque exercitationem.*

*Ex Arato quoque & Nicandro fortasse educi possint
aliqua: sed hæc impræsentia sint satis. Quòd si quartas ad
huc alia, conferre possis Vulcani casum, qui & ab Ho-
mero & à Flacco descriptus fuit. Sunt in 1, Iliados,*

Ἦδη γὰρ με εἰ ἀλλοτ' ἀλέξειέμεναι μέγιστα τα

Π' ἴε ποδὲς τε ταζάν' ἔτο βυλίου θεαπέσιου.

Παί δ' ἦμαρ φορέμεναι, ἅμα δ' ἠέλιον κατὰ δ' ὠπ

Καππίσον ἐν λήμαν' ὀλίβρε δὲ τι θυμὸς ἐπιπν.

Εἶδα με σίντις ἀέθρες ἀφ' αὐμύπεντο πτόντα.

Ini, Argonauticòs,

Mox etiam paridae tentantem vincula matris

Solvere, prærupti Vulcanum vertice celi

Devoluit, sicut ille polo noctemque diemque,

Turbinis in morem, Lemni cum litore tandem

Insomnit, vox inde reponit ut percudit urbem:

Acclinem scopulo inueniunt, miserentque, fouentque

Alteros agro cunctantem poplite gressus.

L A T I N I C V M

L A T I N I S C O M P A R A N T V R,

C V P V T X.

Néque

NEquè paucis, neque plebeis exemplis comparatum nobis puto, ut inire possimus rationem rerum naturas exprimendi. Neque enim alio modo imitatur que dixerint priores: quam illi res ipsas imitati sunt. Vbi haud parùm dubitandum est, utrum potius eueniat nobis, Iuuenur ne aliorum inuentione: videmus enim & quæ viderunt illi & quæ nobis, non visa sibi, videnda reliquerunt. An premamur iniquius: quippe præuenti, rarò meliora possumus addere bonis. Nā posteaquā liberum laxumque dicendi genus ex Homero castigauit diuinus Maro: posteriores poetæ, quid quòve modo dicerent, vix inuenere: quare Latinorum quoque ingenia sunt inter se conferenda: quorum iudicio nostri operis apparatus fiat luculentior. Primum igitur certis materiis quasi capita quædam statuuntur. deinde, si quid præterea fecerit ad rem: ut sese illa dabunt, excipientur. A pestilentia placuit incipere, quæ in III, limatissimi operis vicit omnium mortalium vel laudem vel obrectationem.

PESTILENTIA.

CAPVT XI.

Hic quondam celi vitio miseranda coorta est
 Tempestas, totoque Autumni incaudit æstu.
 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.

Corruptique lacus, infecit pabula tabo.

LVCRETIVS, in VI, ex Thucydide,

-mortifer æstus

Fimbis in Cecropis funestos reddidit agros:

Vastavitque vias, exhansit cibus urbem.

OVIDIVS, in VII,

Dira lues populis, odio Iunonis iniquæ:

Incidit: exosa dictas à pellice terras.

Principio cælum spissa caliginæ terras

Præsit, & ignavos inclusit protervus Austros.

Constat & in fontes vicium venisse, lacusque.

VIRGILIUS,

Nec via mortis erat simplex, sed ubi ignea venis

Omnibus acta sitis miseris adduxerat artus,

Rursus abundabat fluidus liquor, omniæque in se

Ossa minutatim morbo collapsa traherat.

LVCRETIVS,

Nec unio cuiquam posses ardore tuæ

Corporis in summo summam feruescere partem:
 Sed potius tepidum manibus proponere tactum.
 Intima pars hominum verò flagrabat ad ossa.
 Inciderunt ipso venientes ore patente:
 Infedabiliter sitis arida corpora mersans
 Equabat multum paruis humoribus imbrem.

VIRGILIVS,

Quaestusque nocent artes: cessere magistri
 Phyllirides Chiron, Amithaoniisque Melampus.

LVCRETIVS,

Nec requies erat ulla: mali defessa iacebant,
 Corpora: mussabat tacito medicina timore.

OVIDIVS,

Dum visum est mortale malum, tantaque latebat
 Causa nocens cladi, pugnatum est arte mederi,
 Exitum superabat opes, victa que iacebant.

SANE causa efficacior apud Ovidium, propter quam
 nullo vsui essent artes. quippe morbus non erat à vitio e-
 lementorum tantum, sed etiam ab ira deorum. quare
 non solum pro aliis frustra medici, sed pro se temerè:
 nempe,

-inque ipsos sua medentes

Erumpt clades: obsuntque auctoribus artes.

SILIVS IN XIII,

Succubuit medicina malis: cumulantur acervi
 Labentum, & magno cineres sese aggere tollunt.

VIRGILIVS,

Saepe in honore, deum medio stans hostia ad aram,
 Lamea dum nivea circumdatur infusa vitta,
 Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
 Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
 Inde neque impositis ardent altaria fibris,
 Nec responsa potest consultus reddere vates:
 Ac vix suppositi iunguntur sanguine cultri.
 Summaque ieiuna sanie infuscatur arena.

OVIDIVS,

Adnoti quoties templi: dam nota sacerdos
 Concipit, & fundit purum inter cornua vinum
 Haud expectato ceciderunt vulnere tauri.

ET MOX more suo iterum,

-mucitus victima diros

*Edidit, & subito collapsa sine ictibus vllis
Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.*

VBI est plena Virgilianorum imitatio.

*Fibra quoque agra notas veri, monitū s̄que deorum
Perdiderat.*

HAEC quoque illa referunt superiora.

VIRGILIUS,

*Hinc lævis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit: & quatit ægros
Tussis anhela sues, ac faucibus argit obesis.*

SIII quoq. conatus attendere poteris: sic. n. in XIII;

*Criniger astriferus Titan feruoribus aruas,
Et patulam Cyanen, latæque palustribus undis
Stagnantem, Stygio Coeuti oppleuit odore,
Temporæque Autumni lætis florentia donis
Fœclauit, rapidoque accendit fulminis igni.
Fumabat crassus nebulis caliginis aer.
Squallebat tellus vitioso feruida dorso,
Nec victum dabat, aut vllas languentibus umbras.
Atque ater piceam vapor expirabat in æthram.*

HINC Homerum sequitur,

*Vim primi s̄sere canes: mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde fera syluis sterni.*

IN quos versus cū à superioribus incidas. videaris balbutientem scholasticū audire. quare nostros quoque versus qui in Rochi hymno simile tractant argumentum, hisce adscribere cepit impetus: & fecissem, nisi putassem inuidiosum. cessimus itaque pudori.

LVCRETIVS,

-cum primis fida canum vis

*Serrata vis, animam ponebat in omnibus ægram
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.*

OVIDIVS,

*Strage canum primo, volucrumque, auiumque botançis,
Inque feris subitideprenta potentia morbi.*

VIRGILIUS,

*Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ
Victor equus, fontē s̄que auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demisse aures, incertus ibidem*

*Sudor, & ille quidem moriturus frigidus aet:
Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.*

OVIDIUS,

*Acer equus quondam, magnaue in puluere fama
Degenerat, palma veterumque oblitus honorum
Ad praesepe gemit morbo, moriturus inerti.*

SILIVS,

*Heu dolor! insignis notis bellator in armis
Ignao rapitur letho.*

Deinceps prosequitur Maro in armentis morbi signa
& mortis, ac remedia diuinitus: quippe tum castissimé,
tum luculentissimé. mox verò illa verò Apolline digna,

*Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumans vomit ore cruorem
Extremusque ciet gemitus, it tristis arator
Mærcurem abiungens fraterna morte inuencum
Atque opere in medio defixa reliquet aratra.*

TVM illa caelo ipso profecto delapsa,
Non umbra aliorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum: non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit annus, at ima
Soluuntur latera, atque oculos stupor urget inertes,
Ad terramque fuit de vexo pondere ceruix.

SATIS hæc erant ad deterrendum animos sapientum
ab imitatione: verum ea his addidit, quæ etiam obtere-
rent audaciam,

*Quid labor, aut benefacta iurant? quid vomere terras
Inuertisse graues? atqui non Mæstica Bacchi
Munera, non illis epula nocere repostæ.
Potula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres.*

QUAE equidem malim à me excogitata atque con-
fecta, quam vel Cræsum vel Cylum ipsum dicto habere
audientem.

OVIDIUS autem properat nullum enim spatium reli-
quit ille, in quo vestigium posset ponere,
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medioque recumbere sulco.

VIRGILIVS,

*Non lupus insidias meditatur quilibet circum,
Nec gregibus nocturnus obamla laxa crior illum*

*Cura domat. timidi damæ ceruicque fugaces.
Nunc intèrque canes, & circum tecta vagantur.*

OVIDIVS,

*Non aper irasci meminit: nec fidere cursu
Certa, nec armentis incurrere fortibus ursori.
Omnia languor habet. Syluisque, agrisque, visisque
Corpora fœda iacent: vitiantur odoribus aure.*

Virgilius post hæc serpentum clades canit: ab illis nulla
de auibus verò,

*Ipsi est aer auibus non æquis: & ille
Alta præcipitem vitam sub nube relinquunt.*

LVCRETIVS simpliciter,

*Nec tamen omnino temerè illis sedibus ulla
Comparebat avis.*

Verùm quæ sequuntur non solùm narrationi, sed etiam
cuius expectationi finem imponere poterunt,

*Balatu pecorum, & crebris mugitibus annes
Arentesque sonant ripe, collisque supini.
Iamque cateruatim dat stragem: atque aggerat ipsis
Instabilis turpi dilapsa cadauera tabo:
Donec hœmi tegere, ac foliis abscondere discunt.
Nam neque erat arboris visus, neque viscera quisquam
Aut undis abolere potest, aut vincere flamma:
Nec tondere quidem morbo illuvieque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verùm etiam inuisos si quis tentarat amictus.
Ardentes papule, atque immensus olentia sudor
Membra sequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore contractos artus sacer ignis edebat.*

LVCRETIVS,

*Mulsaque humi cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus: tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, ne acrem exciret odorem:
Aut ubi gustabat, languebat morte propinqua.*

VIRGILIVS,

Præterea nec iam mutari pabula refert.

LVCRETIVS,

*Nec refert, utrum nos in loca deueniamus
Nobis diuersa, & celi mutemus amictum:
An celum nobis nativam intro corruptam
Deferat.*

MULTA præterea, quæ prolixius profequitur Thucydides, omisit diuinus Poeta duabus de causis. nânque & fastidium semper fugit: quæ virtus habenarum laxatores istos defecit: Lucanum dico, Statium atque alios. & de gregibus cùm scriberet, particulatim humanos interitus describendos aliis permisit iudiciis: ipse suo est vsus. Lucretius autem, qui rerum naturam canit, iure minutiora persecutus est: nec minore Ouidius ratione: quippe in Pelei persona absumptum narrat populum. Non sunt igitur contemnenda si qua conueniant apud vtrumque. Spectemus igitur quid ad Lucretii puritatem addiderit Ouidius,

LVCRETIVS,

*Principio caput incensum feruore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & ulceribus vocis via septa coibat,
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu grauis, aspera tractu.
Inde ubi per fauces pectus complebat, & ipsum
Morbida vis in cor mæstum confluerat agris:
Omnia tum vero vitæ claustra lababant,
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem.
Rancida quo perolent proieccta cadauera ritu.*

OVIDIVS,

*Viscera torrentur primo, flammisque fathiscunt.
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni.
Aspera lingua tumet, tepidisque arentia ventis
Ora patent, auræque graues captantur hiatus.
Non stratum, non ulla pati medicamina possunt.*

SILIVS quoque aliquid, tanquã cornicula meditatus est,

*Arebat lingua: & gelidus per viscera sudor
Corpore manabat tremulo. descendere fauces
Abnuerant sicca iussorum alimenta ciborum.
Aspera pulmonem tuſis quatit: & per ànbela
Igneus efflatur sitientum spiritus ora.
Lumina ferre grauem vix sufficientia lucem.
Vnca nave iucent, saniésque immista cruore
Expuitur: membrisque cutis tegit ossa pareſis.*

LVCRETIVS,

Mulsi præcipites lymphis putealibus altè

*In fluvios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacentes corpus in undas.
Inciderunt ipso venientes ore patente.
Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Aequabat multum paruis humoribus imbrem.*

OVIDIVS,

-passim, positæque pudore

*Fontibus, & fluviis, puteisque capacibus hærent:
Nec sitis est extincta prius quam ulta bibendo.*

LVCRETIVS,

Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant

Corpora. OVIDIVS,

*Inde graues morbo nequeunt consurgere: & ipsi
Immoriuntur aquis.*

S E D repetit Lucretius mox hoc idem,

*Multa siti prostrata viam per, præque voluta
Corpora: sic amnes ad aquarum strata iacebant,
Interclusa anima nimia dulcedine aquarum.*

DE funeribus autem,

*Omnia denique sancta delum delubra repleat
Corporibus mors exanimis: onerataque passim
Cuncta cadaveribus cælestium templa manebant
Hospitibus loca, quæ complerant ædituentes.
Nec iam religio diuim: nec numina magni
Pendebant: etenim præsens dolor exuperabat.
Nec mos ille sepulture remanebat in vrbe,
Vt pius hic populus semper consuerat humari.
Perturbatus enim totus trepidabat, & unus
Quisque suum pro re consortem nactus humabat.
Multaque vis subita, & paupertas horrida suasit:
Nanque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper extructa ingenti clamore locabant.
Subdebantque faces, multo cum sanguine sepe
Rixantes potius, quam corpora desererentur.*

OVIDIVS,

*Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera porta.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est.
Dæque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.
Qui lacryment, de sunt, indefletæque vagantur*

*Natorum matrumque animæ, inueniuntque senumque:
Nec locus in tumultus, nec sufficit arbor in ignes.*

SILIVS,

*Pasim etiam deserta iacent, inhumataque lato
Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus.*

LVCANVS igitur cum vidisset communes hosce locos occupatos, materię summam satis habuit percurrere. Sunt autem in VI,

*Corpora tum soluit tabes, et digerit artus,
Traxit iners celum fluide contagia pestis.
Obscuram in nubem, tali spiramine Nessus
Emittit stygionum nebulosis aera saxis:
Antraque lethiferi rabiem Typhoni anhelant.
Inde labant populi, caloque paratior unda
Omne pati virus, duravit viscera cæno.
Iam riget atra cutis, distentaque lumina rumpit:
Ignæque in vultus et sacro feruida morbo
Pestis abit, fessumque caput se ferre recusat.
Iam magis atque magis præceps agit omnia fatum:
Nec mediis dirimunt morbi vitamque necemque,
Sed languor cum morte venit: turbaque cadentium
Aucta lues, dum mista iacent incondita visis
Corpora. nam miseros ultra tentoria ciues
Spargere, funus erat.*

TEMPESTAS.

CAPVT XII.

NON minor affectatio ad poeticam gloriam erexit
ingenia in describenda tempestate. cuius magnitudinem ex diuini viri numeris primo loco explicemus.

*Incubere mari: totumque à sedibus imis
Vnâ Eurisq; Notisq; ruunt, crebèrque procellis
Africus: et vastos voluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes calumque diemque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.
Intonare poli, et crebris micat ignibus æther:
Præsentemque viris intentant omnia mortem.*

Profectò horror ex apparatu minacissimæ tempestatis
hic est pictus, potius quàm dictus.

OVIDIVS autem,

Cum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.

HACTENVS efficacia nulla: & tamen

Ardua iam dudum demittite cornua rector
Clamat, & antennis totum subducite malum,
Hic iubet. nimis properè illa: impediunt aduersæ iussa pro-
cellæ,

Nec sinit audiri vocem fragor æquoris ullam.

At enim uero nautas ita repente facere amentes minimè
decurrit. nondum enim re desperata,

Hic rapit antennis: quæ dum sine lege geruntur
Aspera crescit hyems. & mox,

Ipsæ pauet: nec se qui sit status ipse fatetur
Scire ratus rector, nec quid iubeatue, uelitue.

De ventis autem & fluctibus illa,

Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
Vndarum incursum grauis unda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur, celumque æquare videtur.
Pontus, & inductas aspergine tangere nubes
Et modo cum fuluas ex imo uertit arenas,
Concolor est illis: stygia modò nigrior unda,
Sternitur interdum, spumisque sonantibus albet.

LVCANVS IN V,

Primus ab Oceano caput exeret Atlanteo
Core mouens æstus: iam te tollente furebat
Pontus, & in scopulos totas erexerat undas.
Occurrit gelidus Boreas, pelagusque reuondit:
Et dubium pendet, vento cui pareat æquor.
Sed Scythici uirrit rabies Aquilonis, & undas
Torfit, & abstrusus penitus uada fecit arenas.
Nec perfert pontum Boreas ad saxa: suumque
In fluctus Cori frangit mare: motaque possunt
Æquora subductis etiam concurrere uentis.
Non Euri cessasse minas: non imbribus atrum
Æolii iacuisse Notum sub carcere saxi
Crediderim: cumctos solida de parte ruentes
Defendisse suas uolento turbine terras.
Sic pelagus mansisse loco. nam parua procellis
Æquora raptâ ferunt. Ægeas transit in undas
Tyrrhemum: sonat Ionio uagus Adria ponto.

PRÆTER has hyperbolas, illa ridicula,

*Ah quoties frustra pulsatos equore montes
 Obruit illa dies: quam celsa cacumina pessum
 Tellus victa dedit! non ullo littore surgunt
 Tam validi fluctus: alioque ex orbe voluti
 A magno venire mari, mundumque coercent
 Monstrife: os agit unda sinus, sic rector Olympi
 Cuspide fraterna lassatum in secula fulmen
 Adiuvit, regnoque accessit terra secundo.
 Cum mare convulsit gentes, cum littora Tethys
 Noluit ulla pati, celo contenta teneri.
 Tunc quoque tanta maris moles creuisset in astra.
 Ni superum rector prestisset nubibus undas.*

Vides quas inanitates. Quonam tempore factum est, ut
 durius à molliori coerceatur? Vasta omnia, & insani po-
 titius, quam poetæ: ita isti ea quæ reliquit Virgilius, tan-
 quam minimè proba, dum quasi omiſſa & ignota illi, per-
 sequuntur: acquirunt damna nominis sui importuna se-
 dulitate, quæ ille modestia sua subterfugit. Quare eodem
 filo & hæc texuit,

*Non celi nox illa fuit: latet obscurus aer
 Inferna pallore domus: nimbisque gemat us
 Deprimitur: fluctusque in nubibus accipit umbrem.
 Lux etiam metuenda perit: nec fulgura currunt
 Clara, sed obscurum nimboſus disſilit aer.
 Tum si per um convexa tremunt, atque arduus axis
 Insonuit, motaque poli compage laborant.*

Dum ambit plausum admirantium, hæc monstra edidit.
 Itaque effertur sine habenis more suo, ita ut prudentiori-
 bus etiam verò furere videatur.

*Extimuit natura chaos: rupisse videntur
 Concordes elementa moras: rursusque redire
 Nox manes mixtura deis: spes una salutis:
 Quod tanta mundi nondum periere ruina.
 Quantum Leucadio placidus de vertice pontus
 Despicitur: tantum nauis videre trementes
 Fluctibus è summis præceps mare, cumque rumentes
 Rursus hiant undæ, vix eminet equore malus.
 Nubila tanguntur velis, & terra carina.
 Nam pelagus, qua parte sedet, non celat arenam,
 Exhaustum in cumulos: omniſque in fluctibus unda est.*

Post hæc, qualia Ouidii postrema,

*Artis opem vicere metus, ne scitque magister
 Quam frangat, cui cedat aqua, discordia ponti
 Succurrit miseris, fluctusque euertere puppim
 Non valet in fluctus, victum latus unda repellens
 Erigit, atque omni surgit raris ardua vento.*

Illud etiam præter ineptias, animaduertes ab eo peccatum, vbi Corum opponit Boreæ. nam cum excitat ab Oceano Atlantico, potuit excusari, si id appellationis etiam cum Callaico, aut Britannico facias communem: tamen si pro errore potius notari potest. Cæterum detexit insipientiam suam cum ait, à Coro motum pelagus à Borea retundij. Sanè vterque Septentrionis comes, atque stipator est. Corus ab Occidenti latere, Boreas ab Orienti. Quamobrem ab eorum vtriusque impulsus fluctus, ab altero repelli non potest: sed vtriusque vi in Austrum directà impingere. Præterea cum dixerit: mare accipere in nubibus imbrem, id est, eò vsque attoni, vt subeat nubes ipsas, in quibus hauriat pluuias antè, quam demittantur: quare nunc addit, *nubila tanguntur velu*, sanè hoc minus est. at alia summi vici maiestas illa inculpata,

*Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens,
 Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.*

QVAE OVIDIVS,

*Et nunc sublimis veluti de vertice montis
 Despicere in valles, imùmque Acheronta videtur.
 Nunc vbi demissum cursum circumstetit aquor,
 Susplicere inferno summum de gurgite calum.
 Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
 Nec leuius pulsata sonat, quam ferreus olim
 Cum lacerus aries balistæ concutit arces.*

SVMMA quædam hæc tempestatis: particulatim verò illa,

*Vnam, qua Lycio: fidemque vehebat Orontem
 Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
 In puppim ferit. Excititur, promissque magister
 Voluitur in caput, ast illam ter fluctus ibidem
 Torquet agens circum, & rapidus vorat equore vortex.*

OVIDIVS,

*Frangitur incur su nimbo si turbis arbor:
 Frangitur & regimem: spoliisque animosa superbis
 Unda velut victrix, summatque despicit undas.*

LVCANI illud luculentum: Virgiliū enim,
- intentant omnia mortem, sic - totidēque videntur,
Quot veniunt fluctus, ruere atque irrumperē mortes.

ILLA verò,

*Talia iactanti stridens Aquilone procella
 Velum aduersa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
 Franguntur remi: tum prora auertit, & undis
 Dat latns, insequitur cumulo præruptus aquæ mons:*

QUANTO sunt hi cæ meliora quæ Lucanus anhelauit?
- non plura loquuto

*Auulsit laceros percussa puppe rudentes
 Turbo rapax: fragilēque superuolitantia malum
 Vela tulit. sonuit victus compagibus alnus.*

Ac sanè haud scio an modica nauicula, quanta ab vnico
 nauata regi potest, si pes qui velum imum cohibet dirumpatur,
 ita vt velum supra malum tollatur, vitare possit
 submersionem.

QUANTO propius verò,

*Iam validam: Ilioei nauem, iam fortis Achate
 Vicit hyems. laxis laterum compagibus omnes
 Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fathiscunt,*

Non enim strepitu quæsiuit gloriam carminis: sed splendore
 ac luce veritatis. Ouidius quoque parè & sobriè:
 fed tanquam interpres, aut discipulus à dictante,

*Iamque labant cunei: spoliataque regimine cera
 Rina patet: præbetque viam lethali bus undis.*

ILLA autem,

*O tæque, quatæque beati, & cætera longè fufius,
 Non tenet hic lacrymas, stupet hic, vocat ille beatos
 Funera quos maneant: hic votis numen adorat,
 Braditiæque ad cælum, quod non videt, irrita tollens
 Poscit opem: subeunt illi matæque, patæque:
 Huic cum pignoris domus, & quod cuique relictum est,*

TVM verò noctem repetit ac tenebras: nec semel,
Omne latet cælum, duplicatæque noctis imago est.

ET suprà, *- caret ignibus æther:*

Cæ. æque nox premitur tenebris hyemisque, sui que.

Illud obseruabis, cunctos ab Ouidio dictos, non clauos ligneos:
 arcis enim olim, nunc ferreis pangunt naues: sed eas,
 quas Pacuvius illo versu subscudes vocat,

Nec ulla suis seus cohibet compagem:

Tabellas ait esse Festus, quibus ligna coxantur. apud Vitruuium non semel inuenies. earum figura est, quasi cum duos cuneos obtusi mucronis componas. Idcirco Italianum vulgus fabrorum, *caudas picæ* nominant. His etiam nunc Valconicæ Britannicæque naues commissorum ansæ ferreæ in lapidibus ad latera pontium & scalarum. Pictor igitur apud Vitruuium, ubi loquitur de parietum factura, subscudem pro ansa designauit. Nec minus illud obseruandum, Decimum fluctum ab omnibus ferè poetis Latinis decantatum esse, pro maximo. verum de his in Originibus,

OVIDIUS quoque tum alios, tum seipsum in 1, Tristium imitatus est,

Me miserum, quanti montes voluuntur aquarum:

Iamiam tracturos sidera summa putes.

Quantæ diducto subsidunt æquore valles:

Iamiam tracturas tartara nigra putes.

Quocumque aspicio nihil est, nisi pontus & aer:

Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax

Inter utrumque fremunt immans murmure venti:

Nescit cui domino pareat unda mari.

Deinde cum enumerauit ventos, subdit illa optima,

Rector in incerto, nec quid fugiatue petatue

Inuenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.

Et infra,

Nec leuius laterum tabula feriuntur ab undis,

Quam graue balistæ mænia pulsat onus.

ATQUE illa de Decumano,

Quis venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes,

Posterior nullo est, undecimoque prior.

STATIUS autem modicis versibus hæc perstrinxit materiam: propterea quod in Hypsipyles persona deduxit narrationem, in quinto Thebaidos,

Jamque aderam: terra, quantum Gortymia currunt

Spicula: ceruleo gravidam cum Iuppiter imbrî

Ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgæ:

Sistit agens. Inde horror aquis: & raptus ab omni

Sole dies, miscet tenebras: queis protinus umbra

Concolor. obmixti lacerant caua nebula venti.

Diripiuntque fœtum, nigris radit humida cellis

*Verticibus: totumque notis portantibus equor
Pendet, & equato iamiam prope sidera dorso
Frangitur: incerta nec iam prior impetus alno,
Sed labat extantem rostris modo gurgite in imo,
Nunc celo Tritona ferens. nec robora profunt
Semideum Heroum puppémque insana flagellat
Arbor, & instabili procumbens pondere curuas
Raptat aquas: remique cadunt in pectus inanes.*

Vbi infano epitheto insanam arborem appellauit: neque probè vsus est verbo, *flagellat*, de re vasta ac solida.

HÆC intuenti, non quid aliud præterea, sed quoniam alio modo hæc eadem dici possint, cõtemplandum est. Quapropter quid item cecinerit Valerius Flaccus vt queat cognosci, versus eius ex Argonauticõn 1, subiiciamus,

-fundunt se carcere lati

*Thraces equi, Zephyrusque & nocti concolor alis
Nimborum cum prole Notus, crinémque procellis
Hispidus, & multa stauus caput Eurus arena.
Induxere hyemem, raucoque ad littora tractu
Vnamini freta curua ferunt.*

Iam primum falsum hoc est. si enim quatuor spirat venti, ad litus nunquam impellent mare. Sequitur:

-nec sola tridentis

*Regna mouent, vasto pariter ruit igneus ather
Cum tonitru, piceoque premit nox omnia celo.
Excussi manibus remi.*

QVOD Virgilius,

*Excussi manibus radj. conuersaque frontem
Puppis in obliquum resonos latus excipit ictus,
Vela super tremulum subitus volitantia malum
Turbo rapit.*

ET MOX,

-tota cum protinus alnus:

AVDIS insuauem numerum:

*Soluitur, & vasto puppis mare sorbet hiatus
Illam huc atque illic nunc torquens verberat Eurus,
Nunc stridens Zephyrus, aufert Notus: undique feruens
Æquora, cum subitus trifida Neptunus in hasta
Cereleum fundo caput extulit, &c. in quibus sese ille ad
Mare nis imitationem totum comparauit.*

AB his poteris præliorum apparatus, atque singulas congressiones, varias plagas, euentus, mortes diuersis ex poetis conferre. quibus nos super sedendum rati sumus, ne auctores ipsi integri describerentur. quocirca nunc ad alia: atque imprimis ad Diras. est enim carmen, quo mala hostibus imprecabantur. priscum illud quidem atque in scenis primùm agitatum: mox ad recentiorum animos accommodatum, quemadmodum suo loco dictum est. Ouidius ibi suam variis fabularum adornauit ambagibus. argumentum tamen est idem. Maroniana quoque rudimenta musæ sunt in carmine ad Batarum: quæ politiore iudicio redegit ad pauca in Bucolicis, sub Damonis persona. Ac quanquam superiore libro diras Polyphemi cum Elisæ imprecationibus comparabamus: tamen ut felicius absoluantur iudicia, hic quoque describenda sunt: præsertim cùm ex nono quoque Iliad, quæ ibi non posuimus, afferamus. Polyphemus igitur hæc,

Κλύθε ποσειδάων, γαήροχε, κυανοχάμητα
Εἰ τί ποτε σὺς εἶμι, πατὴρ δὲ ἐμὸς εὐχέαι ἐδῶ.
Δός μὴ δόσῃσ' ἄλλοις πολλοῖσ' ἄνθρωποις οἴκαδ' ἰκέσθαι
Τῶν λατρεῖται δαίμων ἐν οἴκῳ ἔχοντα.
Ἄλλ' εἰ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλος τ' ἰδέειν, καὶ ἰκέσθαι
Οἶκον εὐκτιλέωρον, καὶ ἑλῶ ἐς πατρίδα γαίην,
Ὅτ' ἴε χαλεπὸς ἔλθοι, ὁλέσας δ' ὅτο πάντας ἑταίρους
Νηὸς ἐπ' ἄλλοτρίης, εὐρεῖ δὲ ἐν πῆματι οἴκαρ.

Phœnix patris diras recitat,

- Πατὴρ δὲ ἐμὸς αὐτῶν οἰδαίεις
Ποῦ δ' ἄλλοτρίῃσ' ἐσθ' ἄλλοις δὲ περικλυτῶν ἑταίρων
Μή ποτε γαίῃσ' ἄλλοις ἐφείσ' ἑσθ' ἑταίρων
Ἐξ ἐμῶν γαίῃσ' ἄλλοις δὲ ἐτέλειον ἑταίρων,
Ζεὺς τε καταχθόνιος, καὶ ἐπαιρὴ ὀφσεφόνεια.

DIDO sic, - si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est:
Et si fata Iouis poscunt: hic terminus hæret.
At bello audacis populi vexatus, et armis,
Fimbis extorris, complexu amulsus Iuli,
Auxilium imploret: videatque indigna suorum
Fœnera: nec, cum se sub leges pacis iniquæ

Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
 Sed cadat ante diem, mediâque inhumatus arena.
 Hæc precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo,
 Tum vos ô Tyry, stirpem & genus omne futurum
 Exercete odiis: cinerique hæc mittite nostro
 Munera: nullus a mor populis, nec sædera sumto.
 Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
 Qui face Dardanio, ferroque sequare colonos,
 Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.
 Littora littoribus contraria, fluctibus undas
 Imprecor: arma armis pugnent.

Damon autem postquam narravit ea quæ suaderent
 mortem, subdit secundo loco rerum miracula. Postre-
 mo verò,

Omnia vel medium fiat mare. vivite sylve.
 Præceps aerij specula de montis in undas
 Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.

Horatianus autem puer in Epodo,

Diris agam vos: dira detestatio
 Nulla expiatur victima.
 Quin ubi perire iussus expiravero:
 Nocturnus occurrat furor:
 Petamque vultus umbra curvis unguibus:
 Quæ vis deorum est manium:
 Et inquietus assidens præcordiis
 Pavore somnos auferam.
 Vos turba vicatim hinc, & hinc saxis petens
 Contundet obscenas anus.
 Post, insepulta membra differant lupi,
 Et exquilina alites.

Hic, quæ alii ut eveniant inprecantur, minatur se esse-
 cturum, Quomodo etiam irata Iuno Virgil. Sanguine
 Troiano & Rutulo dotabere virgo: propterea quod ipsa est
 author malorum. neque enim deorum reginam vota fa-
 cere decet ipsam, sed aliis rata facere. Itaque etiam apud
 Senecam in Hercule furente,

Non sic abibunt odia, vivacesque aget
 Violentus ira animus, & saevus dolor
 Aeterna bella pace sublata geret.
 Que bella? quicquid pontus aut aer tulit
 Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum,

*Fractum atque domitum est: superat, & crescit malis,
Iraque nostra fruitur: in laudes suas
Mea vertit odia.*

Quemadmodum Virgilius,

-qua memet in omnia verti.

*Minorque labor est Hercules iussa exequi,
Quam mihi iubere. vt illic adit furias: sic & hic,*

Absint ab imo Tartari fundo excite

Eumenides, ignem flammæ spargant comæ:

Viperea seu verbera incutiant manus.

& amplificat,

Veniat inuisum scelus,

Suumque lambens sanguinem impietas ferox,

Errorque, & in se semper armatus furor,

Hoc hoc ministro noster vtatur dolor.

Per eadem vestigia OVI DIVS IN IIII,

Non tulit: & secum. Potuit de pellice natus

Vertere Meonios, pelagique immergere natus,

Et laceranda sua nati dare viscera matri:

Et triplices operire nouis Mincides alis:

Nil poterit Iuno, nisi inultos flere dolores?

Idque mihi satis est. hæc una potentia nostra est.

Ipsè docet, quid agam. fas est & ab hoste doceri.

Maluissè dicere lucrum est.

Quidque furor valeat, Pentheia cede satisque

Ac super ostendit. cur non stimuletur, eátque

Per cognati suis exempla sororibus Ino?

mox vt apud SENECA M, furia comites,

-luctus comitatur euntem,

Et pauor, & terror, trepidoque insania vultu.

CLAUDIANSVS autem eundem furiarum apparatus

luculentis in Ruffinum versibus explicauit,

-glomerantur in vnum

Innumera pestes Erebi: quascunque sinistro

Nox genuit sætu, nutrix Discordia belli,

Imperiosa Fames, letho vicina Senectus,

Impatiensque sui Morbus, Liuorque secundis

Anxius, & scisso mærens velamine luctus,

Et Timor, & cæco præceps Audacia vultu,

Et Luxus populator opum, cui semper adhærens

Infelix humili gressu comitatur Egestus,

Fœdâque *Auavitæ* complexa p̄ctora matris
 Inſomnes longo veniunt eximine cura.
 Omnia pulchre, ſed omnia à celeſti fonte illo,
 Veſtibus ante ipſum, primiſque in faucibus orci
 Luctus, & ultrices poſuere cubilia cura:
 Pallentēſque habitant Morbi, triſtiſque Senectus,
 Et Metus, & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas,
 Terribiles viſu forma, Lethūmque, Laborque,
 Tum conſanguineus Lethi Sopor, & mala mentis
 Cardia, mortiferūmque aduerſo in limine bellum,
 Ferreique Eumenidum thalami, & diſcordia demens
 Vipereum crimem vittis innexa cruentis.

OVIDIANÆ autem Hypſipyles clara admodum imprecatio eſt,

Quod ſi quis ab alto
 Inſtus adest precibus Iuppiter ipſe meis:
 Quod gemit Hypſipyle, lecti quoque ſuccuba noſtri
 Mæreat, & leges ſentiat ipſa ſuas.
 Vtque ego deſtituor coniunx, matêrque duorum,
 A totidem natū orba ſit atque viro.
 Nec maleparta diu teneat, peiūſque relinquat;
 Exulet, & toto quærat in orbe fugam.
 Quam ſratri germana fuit, miſerōque parenti
 Filia, tam natū, tam ſit acerba viro,
 Cū mare, cū terras contempſerit, æra tentet:
 Egre inops, expes, cade cruenta tua.
 Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro.
 Vinite deuoto nuptâque, virque toro.
 Quæ neque tumida, neque vulgaria, ac tam rotunda, v̄
 tam breui gyro, tam compoſita apud multos etiam excellentes poſſimus deſiderare.

CATVLLI verò Ariadna hæc,
 Quare facta virū multantes vindico p̄na
 Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
 Frons expirantes præportat pectoris iras,
 Huc huc aduentate: meas audite querelas:
 Quas ego nunc miſera extremis proferre medullis
 Cogor, inops, ardens, amenti cæca furore.
 Quæ quoniam vere naſcuntur pectore ab imo:
 Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum.
 Sed quali ſolam Theſeus me mente reliquit:

Talimento, deæ, funestet, seque, suosque.

SI N G V L A euenta designati us exequitur

Valerius Flaccus in I,

-tu nuncia fontum

Virgo Ioui: terras oculis qua prospicis æquis:

Vltricisque dea: fûsque, & grandæua furorum

Pœna parens, meritis regis succedite tectis,

Et seuas inferte faces. sacer effera rapter

Corda paor: nec sola mei graua affore nati

Arma ratemque putet: classisque & pontica signa

Atque indignatos temerato littore Reges

Mente agitet: semperque metu deducat ad undas

Arma ciens. Mors fera viam, tentataque claudat

Effugia: & nostras nequeat præcurrere diras.

Sed reduces iam iamque viros, aurorque coruscum

Cernat iter, stabo insultans, & ouantia contra

Ora, manusque feram, tum vobis siquid inausum,

Arcanumque nefas, & adhuc incognita lethi

Sors superest: date fullaci pudibunda senecle

Exitia, indecorisque obitus. non Marte nec armis

Aut nati, precor, ille mei dignatus ut unquam

Ense cadat. quem fida manus, quem cura suorum

Diripiat, laceretque senem: nec membra sepulchro

Integat. Hæc noster de rege piacula sanguis

inumat, & heu cunctæ, quas misit in æquora gentes.

Vilemus igitur vbique inuocationes terrorum numinum

ad litionem, atque exitium. quæ sunt apud diuinum Pœ-

tan excellentissimè in eodem IIII,

Si, qui terrarum flammis opera omnia lustras,

Tique harum interpres curarum, & conscia Iuno,

Nocturnisque Hecate triniuis ululata per urbes,

Edira vltrices, & dy morientis Elisæ,

Accipite hæc: meritumque malis aduertite numen:

Et vstras audite preces.

Cuius uce asperfit sua STATIUS in I, Thebaid.

Dij, iutes animas, angustaque tartara pœnis

Qui regitis, tuque umbrifero Styx limida fundo

Quam video, multumque mihi consueta vocari

Annū Tisiphone, peruersaque vota secunda.

Et mox,

Exaudi digna precor, quæque ipsi furenti

Subiiceres orbum visis, regni sique carentem
 Non regere, aut dictis morantem flectere adorti,
 Quos genui quocunque toro, quin ecce superbi
 Pro dolor & nostro iandudum in funere reges
 Insultant tenebris, gemitusque odere paternos.
 Hisne etiam funestus ego? (Sequuntur verè dira)
 & videt ista deorum

Ignavus genitor? tu saltem debita vindex
 Huc ades, & totos in pœnam ordine penates.
 Indue quod madidum tabo diadema cruentis
 Vnguibus arripui: votis sique instincta paternis
 I, media in fratres generis consortia ferro
 Dissideant, da tartareis regina barathri,
 Quod cupiam, vidisse nefas, nec tarda sequetur
 Mem: in senum: modo digna veni: mea pignora nosces.

ALIVS modus apud Senec. in OEdipo, ac similior Ho-
 ratianis minis, mista tamen,

Te te cruenta sceptrâ qui dextra geris,
 Te pater inultus urbe cum tota petam:
 Et mecum Erinnes pronubas thalami traham,
 Traham sonantes verbera, incestam domum
 Vertam, & penates impio Marte obeeram.
 Proinde pulsum sinibus regum ocyus
 Agite exulem. Quodcunque funesto gradu
 Solùm relinquet, vere flori fero virens
 Reparabit herbas: spiritus pueros dabit
 Vitalis aura: veniet & filius decor.
 Lethum, lucis que, mors, labor, tabes, dolor,
 Comitatus illo dignus, excedent simul.
 Et ipse rapidis gressibus sedes volet
 Effugere nostras, sed græves pedibus moras
 Addam, & tenebo. Replet incertus via
 Baculo senilis triste pertentans iter,
 Præripite terras, auferam calum pater.

QVO loco defecit à legibus imprecationum, poeti-
 carum. Hoc enim agimus, ut quæ ex historiis conoui-
 mus evenisse, id in vota imprecantium inferamus. At
 Polynices nunquam ad senium peruenisse dictus est. Lõ-
 gè melius mutuas clades prædixisset, & in ipsis regis flam-
 mæ dissipationem. Euripidæ OEdipo in exilium abeun-
 ti hoc addidit Seneca. Sophoclis autem OEdips in Co-
 lono

Iono bis. semel voto, iterum diris,

Ἄλλ' οἱ θεοὶ σφι, μήτε τίω παρωιδίω
 Ἐρῶν κατασβέσιαν, εἰ δ' ἔμοι τέλος
 Αὐτοῖς χροῖτο τῆς δὲ τῆς μάχης πέρι,
 Ἡς νῦν ἔχονται, καὶ παναγορεύεται δόρυ.
 Ὡς οὐτ' αἰὸς νῦν σκῆπτρον ἢ δρόνος ἔχει
 Μείνειν, ἔτ' αἰὲ ξιλλυθῶς πόλι
 Ἐλθοι ποτ' αὖθις. Hoc votum, hæc diræ,
 Σὺ δ' ἔρ' ἀπόπλιός τε, κἀπάτωρ ἐμοῦ
 Κακῶν κέμισε, τὰς δὲ συλλαβῶν ἀρχας,
 Ἄς σοι κελύμα, μήτε γῆς ὀμφυλίου
 Δορεὶ κρατῆσαι, μήτε νηστῆσαι ποτὲ
 Τὸ κοῖλον Ἄργος, ἀλλὰ συζηεῖ χροῖ
 Θανεῖν, κτανεῖν δ' ὑφ' οὐκ ἐξέλιπται.
 Τοιαῦτ' ἀρώμα, κ' κελῶ πὺ ταρτάρου
 Στυγρὸν πατῶσιν ἔριδος, ὡς σ' ἀποκίση.
 Κακῶ δὲ τὰς δὲ δαίμονας, κελῶ δ' Ἄρη
 Τὸν σφῶιν τὸ δεινὸν μῦθος ἐμβελκόμετα.
 Καὶ ταῦτ' ἀκούσας σείχε, καὶ ἄγγελλ' ἰὼν
 Καὶ πῶσι καὶ μίμοισι, τοῖς σαυτὲ θ' ἄμα
 Πισοῖσι συμμαχοῖσιν, οὐνεκ οἰδίπους
 Τοιαῦτ' ἔνεμα πλοῖσι τοῖς αὐτῆ γέγρα.

Est & apud Martial. epigramma non abfimile diris.

COMPARATIONES.

CAPVT XIII.

IN comparationibus autem deprehendemus manifestam vel felicitatem, vel curam, vel anxietatem, vel exuberantiam, vel meticulosam superstitionem. Sunt autem frequentiores de leone: quarum varietatem in hisce spectare licet.

LEO.

SILIVS, IN XI.

Illatus velut armentis super ardua colla

Cum sese imposuit, victorque immane sub ira

Infremuit leo, et immersis grauis unguibus hæsit:

Mandit anhelantem pendens ceruice iuuenicum.

Nares potius occupat verbum languidum, *illatus*: & languidum *imposuit*. In *v*, autem efficacior & quæ agnoscat vestigia Virgiliana,

Fraud secus è specula præceps delatus opaca

*Subsidens campo, summissos contrahit artus,
 Cum vicina truci conspexit cornua tauri,
 Quamvis longa fames stimulet, leo, nunc ferus alta
 Surgentes ceruice toros, nunc torua sub hirta
 Lumina miratur fronte, ac iam signa mouentem,
 Et sparsa ad pugnas meditantem spectat arena.*

Penè omnia ex Marone. De leuculis autem idem in x,
 propria, ac satis leui inuentione,

*Haud secus, ac Libyca sæta tellure leæna,
 Insadunt rapidi iandudum, & inania tentant
 Nondum sat firmo catuli certamina dente.*

Maiore sono Lucani descriptio, atque operosior in i, at-
 que etiam propius accedens ad bestię naturam. fremit e-
 nim ante aggressionem. Addit autem in extrema despe-
 ratione feram constantiam.

*Æstifera Libyes viso leo comminus hoste,
 Subfedit dubius, totam dum colligit iram:*

Eadem sanè delineamenta quæ & Silio, sed addit ex ea,
 quam vulgò iactant, natura,

*Mox, ubi se seua stimulauit verberare caudæ,
 Exeritque iubas vasto & graue murmur hiatus
 Infremuit. tum torta leuis si lancea Mauri
 Hæreat, aut latum subeant venabula pectus,
 Per ferrum tanti securus vulneris exit.*

Frustratum autem præda non ignobili carmine.

Claudianus libr. i i, in Ruffinum,

-vacuo qualis discedit hiatus

*Impatiens remeare leo: quem plurima cuspis,
 Et pastorales pepulerunt igne cateruæ:
 Inclinatque iubas, demissaque lumina velat:
 Et trepidas mæsto rimatur murmure syllas.*

Quæ tamen in i i, de raptu Proserpinæ est, exprimit
 idem argumentum, quod superiores:

*Ille velut stabuli decus, armentique iuuenecam
 Cum leo possedit, nudatæque viscera fodit
 Unguibus: & rabiem toros erexit in armos.
 Stat crassa turpis sanie: nodosque iubarum
 Excutit, & viles pastorum despicit iras.*

Ex iis autem, quas sex posuit P A P I N I V S diuersis
 locis, quænam sit excellentior, videamus, in v i, Thebai-
 dos hæc,

Qualis

*Qualis ubi primam leo manè cubilibus atris
 Exerit rabiem (verba eadem quæ Claudiani) & s. a. 9
 speculatur ab antro: sic Silius, opacam speculam:
 Aut ceruum, aut nondum bellantem sorte iuuentum,
 It fremitu gaudens, licet arma gregèsq; laceessant
 Venantum: prædam videt, & sua vulnere nescit.*

Sic Lucanus, securus vulneris,

In eodem libro leonis nobilitatem,

*Vt leo, Massyli cùm lux stetit obuia ferri.
 Tunc iras, tunc arma ciet. si decidad hostis,
 Ire super satis est, vitàmque relinquere victa.*

In nono autem quæ describitur, & quæ suprâ ex s t-

L I I X, recitabatur, haud absimilis,

*Vt leo, cui paruo mater Getula cruentos
 Suggestit ipsa cibos. cùm primùm crescere sensit
 Colla iubus, toruúsque nouos respexit ad ungues:
 Indignatur ali: tandèmq; effusus apertos
 Liber amat campos, & nescit in antra reuerti.*

A L I A s iras, aliúsque modi animum generosum, in X I,

-indomitos vt cùm Massyla per arma

*Armenti reges magno leo frangit hiatus,
 Et contentus abit: rauci tunc comminus vrsi,
 Tunc a uidi venère lupi, rabièque remissa
 Lambunt degeneres aliene vulnere præde.*

S A T I A T V S enim leo abit, relinquens quod superest ignobilioribus bestiis. Tameñ à physicis dictum est halare eum tetros odores, in prædæ reliquias, qua fecunditate ab iis abhorreant feræ.

S E Q V V N T V R duæ, altera effœti iam, atque viribus destituti: altera cicurati. prior est in eodem,

-qualis leo rupe sub alta,

*Quem viridem quondam sylua, montèsq; tremebant:
 Iam piger & longo iacet exarmatus ab æuo.
 Magna tamen facies, & non adeunda senectus,
 Et, si dimissus veniat mugitus ad aures,
 Erigitur, meminitque sui, virèsq; peractas
 Ingemit, & campis alios regnare leones.*

A L T E R A in I, Thebaidos,

*Vt leo materni cùm raptus ab ubere, mores
 Accepit: pectique iubus, hominèmq; vererè
 Edidit: nulla s; que ruit, nisi iussus in iras*

Si semel aduerso radiauit lumine ferrum:

It iurata fides: domitorque inimicus:

SIMILLIMA Lucani in IIII,

Sic ubi desueta syluis, in carcere clausa

Mansuenerunt ferae, & vultus posuere minaces,

Atque hominem didicere pati: tam non a ferro, sed gustatu sanguinis efferari: si torrida paruos

Venit in ora cruor: redeunt rabiesque furorque:

Admoniti: eque tument gustato sanguine fauces.

Feruet, & à trepido vix abstinere ora magistro.

Sic etiam tradit cum cæteris Plinius: cicurem leonē lambentem nihil noui moliri: attenuata demum cute ubi ad sanguinis gustum deuentum sit, feritatem pristinam renouari.

Leona. DE LEONA quoque, & eius amore erga catulos luculentè cecinit in X, P A P I N I V S,

Vt Lea, quam sauo factam pressere cubili

Venantes Numidæ: natos erecta superstat

Mente sub incerta, toruum, ac miserabile frendens.

Illa quidem turbare globos, & frangere morsu

Tela queat, sed proliis amor crudelia vincit

Pectora, & in media catulos circumspicit ira.

Tigris. C V I placuit adiungere eiusdem Tigrin ex eodem, -sic aspera Tigris

Fœtibus abreptis, Scythico deserta sub antro

Accubat: & tepidi lambit vestigia saxi.

Nusquam ira: silet, & rabies, feritasque famésque

Oris - fames oris, duriusculum,

-eunt præter secura armenta, gregesque

at armenta nulla pascuntur illis locis.

Aspicit illa iacens, ubi enim quibus vbera pascat: minus quadrat pascere vbera.

Aut quos ingenti premat expectata rapina.

at non premit catulos præda, sed iuuat apposita.

V R S Æ,

Proxima leonis generositati vrsæ feritas est: quapropter è VI, Pharfalia Pannonicam feram, & assuetum Numidicis venatorem videamus,

Pannonis haud aliter post ictum senior vrsa:

Cum iaculum parua Libys amentauit habena:

Se rotat in vultus, & telumque irata receptum

Impetit,

Impetit, & secum fugientem circuit hastam.

Non potuit planius depingi & fuga & conuersio bestię in vulnus simul. Hoc enim vidimus nos. quippe hoc habent vrsi nostrates. non rarò sanè interfuimus venationi: vt telo potius, ac prius irascantur, quàm percussori. Contrà de leone proditum est.

TAVRI.

Neque semper leoni cedit taurus. cicurem nánque leonem à tauro victum saepe audiuimus, semel vidimus. Mutua igitur eorum pręlia recitabo primùm ex Idea poetarum: i. Georgic. 111, deinde ex aliis. In libr. Aristotelis, atque in Originibus dictum est quid esset ἀπμαγαλίη. Id ex hac narratione facillè declaratur,

*Illi alternantes multa vi pręlia miscent
Vulneribus crebris, lauit ater corpora sanguis:
Versaque in obnixos vrgentur cornua: vasto
Cum gemitu reboant, syluęque, & magnus Olympus.*

Placet etiam addere diuina illa ex historiis naturalibus,

*Nec mos bellantes vnà stabulare: sed alter
Victus abit, longęque ignotis exulat oris:
Multa gemens, ignominiam plagasque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus, amores.
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.*

PROSEQUENDVS ergo ad reditum vsque,

*Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura tacet pernox instrato saxa cubili,
Frondebis hirsutus, & carice pastus acuta.*

POST hæc arguta illa & rotunda,
*Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco, ventosque lacebit
Illibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.*

HÆC exercitatio, hic reditus,

*Post ubi collectum robur, viręsque receptę:
Signa mouet, præcepisque oblitum fertur in hostem.*

Deinde eam apponit comparisonem, qua & alios omnes superat, & seipsum prouocat. quippe ex VII, diuini operis supra posuimus hanc,

*Fluctus vt i primo cępit cum albescere vento
Paulatim sese tollit mare, & altius undas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.*

Hic verò hanc,

*Fluctus ut in medio cœpit cum albescere ponto
 Longius, ex altoque sinum trahit, utque volutus
 Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
 Monte minor procumbit: at una exœstuat unda
 Vorticibus, nigrâque altè subiectat arenam.*

LVCANVS autem in II, sine metaphora regno-
 rum & signorum,

*Pulsus ut armentis primo certamine taurus,
 Sylvarum secreta petir: vacuòsque per agros
 Exul in aduersis explorat cornua trunci:*

QVANTO viuidiora illa Maronis?

*Nec redit in pascuis nisi cum ceruice recepta
 Excussi placuere tori: mox reddita victo.*

Quoslibet in saltus comitantibus agmina tauris

*Inuito pastore trahit. Considerabis an tauri comiten-
 tur nouum victorem.*

STATIVS in II, Thebaidos utitur Lucani ver-
 bis quibusdam,

-veluti dux taurus amata

Valle carens, pulsum solito quem gramine victor

Iussit ab erepta longè migrare iuuenta:

Cum profugo placuere tori, ceruixque recepto

Sanguine magna redit, fractæque in pectore vires

Bella cupit, saltusque & capta armenta reposcit,

Iam pede, iam cornu melior. pauet ille reuersum

Victor: & attoniti vix agnouere magistri.

In III, autem victorem taurum optimis descri-
 bit verbis,

-sic nota in pascua taurus

Bellator redit: aduerso cui colla, suboque

Sanguine profusisque natant palearibus armi.

Tunc quoque lassa tument virtus: multumque superbit

Pectore despecto. vacua iacet hostis arena

Turpe gemens, crudòsque vetat sentire dolores.

DE eodem in IIII,

Vt possessa diu taurus meat arduus inter

Pascua, iam lassa ceruice, & inanibus armis:

Dux tamen, haud illum bello attentare iuuentis

Sunt animi. Nam trunca vident de vulnere multæ

Cornua, & ingentes plagarum in pectore nodos.

FLACCVS autem in II, Argonauticò,

-qualis per pasua victor

*In*greditur, tum colla tumens, tum celsior armis

Taurus: ubi assueti pecoris stabula alta renisit,

Et patrium nemus, & bello quos ultus, amores.

TANTVM verò pugnacis naturæ in hoc animali
ab hoc poeta compertum est, vt etiam aliis duobus locis
eius comparationibus ingenium suum exornarit.

In VI,

Non sic ductores gemini gregis horrida tauri

Bella mouent: medio coniuuæ stat candida prato

Victorem expectans: rumpunt obnixa ferentes

Pectora: subdit amor stimulos ac vulnura sanat.

Neque de nihilo est, cum candor additur iuuenæ.
nam & nos equos habuimus, qui in candidas essent fer-
uidiores: & nunc mulus est nobis, qui equabus candidis
plus mouetur. Quod autem supra modeste dixit, victo-
riam minuere sensum doloris: hic audacius ait, amorem
vulnera sanare. nō enim sanat, sed prohibet acerbitem.

In XI,

Sic ubi regnator post exulis oria tauri

Mugitum hostilem summa tulit aure iuuenens,

Agnouitque minas magna stat feruidus ira

Ante gregem, spumisque animos ardentibus offert:

Nunc pede toruus humum, nunc cornibus aera fidens.

Horret ager, trepideque expectant prælia vacce.

A P E R.

Aper his proximum occupabit locum: cuius compa-
ratio est apud Statium in XI,

Fulmineos veluti præceps cum comminus egit

Ira sues. deinde mutat numerum quemadmodum a-
pud Aristotelem, Theophrastum, Terentium suis locis
obseruatum est à nobis:

Strictisque erexit pectora setis:

Ignem tremunt oculi. posuit: tremunt, pro scintillant. nam
sanè sunt aruic: intenti scilicet. qui est impetus & con-
stantia, vt apud Plinium.

-lunataque dentibus unctis

Ora sonat, spectat pugnas de rupe propinqua

Venator pallens: imo ardens, & bonæ spei plenus:

canibusque si lentia suadet.

SILIVS autem in I.

*Fulmineus, ceu Spartani latratibus actus:
 Cum syluam occursum venantem perdidit, hirtum
 Horrescit seuis dorso, & postrema capescit
 Prælia, cadentem mandens aper ore cruorem,
 Iamque gemens geminum contra venabula torquet.*

non est gemitus: quippe is affectus ex mœrore, quoties inclusi in corde spiritus erumpunt. At in apro hoc est quod in lignatore: qui conatus adiuuat aspiratione in iectibus. si hinc poetis notum fuisset, quantum ignis eo in furore concipiunt dentes: non reticuisissent. Hæc autem cum Virgilianis comparata lucem amittent, quam possunt illorum absentia impetrare. essent enim optima si illa non fuissent.

L V P I.

Nunc lupi audaciam, versutiam, insidias spectemus in aliis poetis post Virgilium.

*SILIVS IN VII, -ceum nocte sub atra
 Munitis pastor stabulis, per ouilia clausum
 Impavidus somni seruat pecus: effera senit,
 Atque impasta truces ululatus turba luporum
 Exercet, morsuque quatit restantia claustra.*

AVDACIA hæc inconsulta: aperit enim pastori aggressiones suas. STATIVS autem in quarto propius imitatur circumspectionem Virg.

*Ille velut pecoris lupus expugiator opimi,
 Pectora tabenti sanie grauis, hirtaque fetis
 Ora cruentata deformis hiantia lana:
 Decedit stabulis, huc illuc turbida versans.
 Dumina: si demum comperta clade sequantur
 Pastores, magnique fugit non inscius ausi.*

AD illam verò Maronis: quæ est in II, diuini operis, in v, Thebaidos inuenies eam aspirare quam de Læna scribit STATIVS,

*-non aliter Scythicos armenta per agros
 Hyrcane clausere Lææ, quas exigit ortu
 Prima fames, audique implorant vbera nati.*

Non minore studio in hac quoque eandem imitatus est,

*-rabidi sub agmine misto
 Sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris,
 Nil non ausi fames, longo tenuant hiatu.*

Credo ita voluit: Attenuatos exercuit omnibus agris.
Neque enim potuit fames omnibus locis attenuare. per-
petua enim fuisset,

Iam stabula ipsa premunt, torquet spes irrita fauces

Balatúsque tremens, pinguéque ab ouilibus agna.

Melius pauidæ: aut sic,

Balatúsque frequens trepidis ab ouilibus

Sequuntur similia illis Silii.

Quod superest, duris astringunt postibus ungues,

Languida vox, & iners hîc, astringunt.

Pectoraque, & siccos mînuunt in limine dentes.

Astum verò in I, Achilleidos,

-ceu fœdere iuncto

Hyberna sub nocte lupi: licet & sua pulset

Natorumque fames: penitus rabiemque mindsq̄ue

Disimulans, humilêsq̄ue meant: ne nunciet hostes

Cura canum, & trepidos moneat vigilare magistros.

Ad lupos quoque referas simul & ad ceruas aliorum, quæ
idem poeta posuit in V, Thebaidos,

-qualis cum cerua cruentis

Circumventa lupis: nullum cui pectore molli

Robur, & in volucris tenuis fiducia cursu:

Precipitat suspensa fugam: iam iamque teneri

Credit, & elusos audit concurrere morsus.

LONGE alia à cerua illa Virgiliana,

E Q V V S.

Brutorum nobilissimum pulcherrimûmque iam ex poe-
tis pictum exhibeamus. Multa promes diuina ex III, con-
summati operis apud Poetam. Silius in X, de certatore,

Sic ubi profuit Piseo carcere præceps,

Ante suos it victor equus, curritque per auras

Non solum ante alios, sed enim (mirabile dictu)

Haud ulli durant visus equare volantem.

At neque volant numeri: neque non durum verbum,
durant: Quid enim est? oculus non durat equare currentê.

Longè felicius CLAVDIANVS in nuptiis Honorii, ad
normam Virgilianam,

Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris

Sollicitauit odor, tumidus, quatiênsq̄ue decoras

Curuata cernice subas, Pharsalia rura

Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes

*Naribus accensis mulcet fecunda magistros
 Spes gregis: & pulchro gaudent armenta marito.
 Priori comparationi similior ea quæ in i, Pharsaliæ,
 - quantum clamore iuuatur,*

*Eleus sonipes, quantum iam carcere clauso
 Immineat foribus, promissisque repagula laxet.
 Quæ verò in IIII, de equo scribuntur, non iam designant
 comparationem. poteris tamen inde petere: est enim
 narratio festum equum longè latèque declarans. tu eligi-
 to meliora,*

*Quippe ubi non sonipes motus clangore tubarum
 Saxa quatit pulsu, rigidos vexantia frenos
 Ora tenens: spargitque iubas, & surrigit aures:
 Incertoque pedum pugnat non stare tumultu.*

A V D I S quandam peregrinitatem,

*Fessa iacet cervix, fumant sudoribus artus:
 Oraque proiecta squallent arentia lingua:
 Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus urget:
 Et defecta grauis longe trahit ilia pulsus.
 Siccaque sanguineis durefcit spuma lupatis.*

(Malim, Raraque sanguineus arefcit)

*Iamque gradum neque verberibus, stimuliisque coacti
 Nec quantum crebris iussi calcaribus addunt.*

**Longè mollius possunt hæc & magnificentius,
 Iam neque lenta gradum languentibus addere possunt
 Verbera, frustratiisque latus calcaribus urgent:
 vel sic: nec fossi parent calcaribus armis.**

Tametsi hoc est maximum præceptum nostris imitatori-
 bus proponendum. ne potius dicant, quæ alii dixerunt,
 quàm quæ non dixerunt: nisi lucem, numeros, venerem
 adiungere sese posse sperant, quæ Flacco, Lucano, Silio
 sæpe desunt.

Quamquam verò Latinorum comparationibus locus
 hic designatus est: libet tamen Oppiani absolutissimi
 Græcorum apponere quæ de equo in v, posuit Piscatio-
 num,

- ὡς τὴν ἵππον

Ἰδρῶν δὲ ἀνύσας καματώδεις, τέρματος ἀέρον
 Ἀφρῶ ὑφ' ἀματόεντι χηλίω σκολιοῖσι χαλκνοῖς
 Ἐμπείρειδ' ἄρμον δὲ διὰ σόμα κίδναται ἄδωμ.

S E R P E N T I S.

Ad alia transeundum animalia. Serpentis comparatio-
 nem

nem habes in I I, Æneid. quam suprà posuimus : nunc a-
aliorum ingenia experiamur. Silius in XVII,

*Qualis in æstiferis Garamantum fœta veneno
At tollit campis feruenti pastus arena
Colla Paretonius serpens, latèque per auras
Vndantem torquet perfundens nubila tabem.*

Cæterum vt locupletius queas aliquid explicare, consti-
tuenda sunt hic trium poetarum carmina, quibus serpen-
tum narrationes luculentæ sunt. Siliii in VI, cæteris impar,

*-serpens tentum porrectus in vlnas
Lethalem ripam, & lucos habitabat Auernos.
Inglusiem immensi ventris, grauidamque venenis
Aluum deprensî satiabant fonte leones,
Aus acta ad fluiuium torrenti lampade Solis
Armenta, & tracta fœda grauitate per auras
Ac tæbe afflatæ vblucres: semesa iacebant
Ossa solo infirmi, latèque repletus, & asper
Vastatis gregibus, nigro ructabat in antro.
Isque, ubi feruenti concepta incendia pastu
Gurgite mulcebat rapido & spumantibus vndis,
Nondum etiam toto demersus corpore in anmem,
Iam caput aduerse ponebat margine ripæ.*

LONGE melioribus numeris Papinius in V,

*Terrigena exoritur serpens: tractuque soluto
Immanem sese vehit, ac post terga relinquit.*

Quia motus reptilium fluctuabundus est, constat enim
expulsu primo, mox tractu: quemadmodum in cæteris
quoque animalibus. Iccirco se relinquit post terga: eam
partem quam tracturus est, post depulsionem antece-
dentis. Sequitur, *Liuida fax oculis.* maluit liuidam lucem
attribuere, quàm puram igneam: cuiusmodi sanè magis
placet mihi,

-tumidi stat more veneni

*Spuma virens, ter lingua vibrat: terna agmina adunci
Dentis, & auratæ crudelis gloria frontis
Prominet. Agnoscas quantum & cuiusmodi, ex iis quæ fa-
cit,*

-miseræ nunc robora syluæ

Atterit, & vastos tenuat complexibus ornos.

Sæpe super fluuios gemine iacet aggere ripæ

Continuus, squammisque incisus adæstuat amnis.

& mox de siticulolo,

*Senior anfractu laterum sumuosa retorquens
 Terga solo, sicque nocens furit igne veneni:
 Voluitur, & vacuis flussiorum in vallibus errat.
 Incertusque sui, liquidum nunc aera lambit
 Ore supinato: nunc arua gementia radens
 Promus adheret humo, si quid viridantia sudent
 Gramina: percussa calidis afflatibus herba
 Qua tulit ora cadunt, moriturque ad sibila campus.*

Deinde ponit comparisonem, aitque tantum esse, quan-
 tus anguis caelestis, qui inter vtranque vrsam tenditur: si-
 cut Silius in II I. Ouidius horum multa, minore tamen
 sono, in III, transformationum,

*Martius anguis erat, cristis praesignis, & auro.
 Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.
 Tresque micant linguae, triplici stant ordine dentes.
 & mox, -longo caput extulit antro
 Ceruleus serpens, horrendaque sibila misit. nec multo post,
 Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
 Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcum
 At media plus parte leues erectus in auras
 Despicit omne nemus, tantoque est corpore, quanto,
 Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.*

Quemadmodum apud Statium, sic facit ille iactum lapi-
 dis in prima aggressionem. Sic Ouidius denique,

*-plenis tumuerunt guttura venis.
 Spumaque pestiferos circumstuit albida rictus.
 Terraque rasa sonat squammis: quique halitus exit
 Ore niger, stygio vitiatas inficit herbas.
 P O S T haec indulget ingenio,
 Ipse modo immensum spiris facientibus orbem
 Cingitur, interdum longa trabe rector extat:
 Impete nunc vasto, ceu concitus imbris amnis
 Fertur, & obstantes perturbat pectore filvas.*

Habes multam lucem in hisce, multos recessus. verum
 tot, tanta, tam bona, cum illis paucis comparare non equi-
 dem ausim,

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta,
 Horresco referens, immensis orbibus angues
 Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:
 Pectora quorum inter fluctus arrecta, inbaque
 Sanguineæ exuperant undas, pars cetera pontum*

*Pone legit, simul atque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iamque arua tenebant:
Ardentisque oculis suffecti sanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

Illa verò splendidissima, numerosissima, rotundissima, ex

III, perfectissimi operis præterire mihi religio est,

*Tollentemque minas, & sibila colla tumentem
Deice. iamque fuga timidum caput abdidit altè
Cum mediæ nexus, extremaque agmina cauda
Soluuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbes.*

Addamus & illa Apollineis non inferiora,

*Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis
Squammea conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus alium.
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terra, ac pluvialibus Austris,
Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram
Improbis ingluuiem, ranisque loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terraque ardore debiscunt:
Exilit in secum, & flammantia lumina torquens
Sevit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.*

AQUILAE AC SERPENTIS.

Serpentis autem atque aquilæ comparisonem suprâ posuimus ex Marone: hic ex aliis. Pugnat pro pullis apud Silium lib. xii,

*Haud secus occuluit saxi quos vertice fætus
Ales fulua Iouis, tacito si ad culmina nissu
Euasit serpens, terræque propinquus hiatu:
Illa hostem rostro, atque assuetis fulmina ferre
Vnguibus incessens, midi circummolat orbem.*

Virgilius, quemadmodum suprâ posuimus, pugnam tantam inter hostes. At Oppianus in v, Piscationum, quod hic de Aquila, ipse de hirundine: alio tamen euentu,

*Ὡς δ' ὁ πῶτ' ὄρταλιχίσι χελιδὸσι νηπαχίσι
Νέρθευ ὑπερ ὀρέσει τουχῶν ὄρις ἀγγι πελάγη, &c.*

Nam suprâ posuimus in comparatione Maronianæ lusciniæ.

SIMILLIMA in v, Thebaidos,

*Ac velut aligera sedem fætuque parentis
Cum piger vmbrosa populatus in ilice serpens:
Illa redit, queruleque domus mbrata quietem*

*Stat super impendens, aduēctōsque horrida mæstos
Excudit ore cibos, cum solus in arbore chara
Sanguis, & errantes per capta cubilia pluma.*

Virgiliū autem filo texuit augurium suum Claudianus in bello Gildonico, -fuluūque tonantis.

*Armiger ad liquidam cunctis spectantibus æthram
Correptum pedibus curuis imexuit hydrum.
Dumque reluctantem morsu partitur obunco.
Hæsit in ungue caput, truncatus decedit anguis.*

Aquilæ verò naturam in exploranda pullorum generosità, describit idem in præfatione quam dixit in tertium Honorii consulatum,

*Paruos non aquilis, fas est, educere sætus
Ante fidem Solis, iudiciūque poli.*

*Nam pater, excusso saliit cum germine proles,
Quaque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos,*

*Et recto flammæ imperat ore pati,
Consulit ardentes radios, & luce magistra,
Naturam, vires, ingeniumque probat.*

*Degeneres refugo torsit qui lumine visus:
Vnguibus hunc seuis ira paterna ferit.*

*Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitque acie nobiliore diem,*

*Nutritur: volucrumque potens, & fulminis hæres
Gesturus summo tela trifurca Ioui.*

Quæ satis leuia Lucanus includit pulcherrima comparatione: sic enim scribit in IX, vnde videtur illa sua deformatasse,

*Vtque Iouis volucer calido dum protulit ovo
Implumes natos, solis conuertit ad ortus.
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem, celi seruantur in vsus.
Qui Phæbo cessere, iacent.*

P H O E N I X.

In secundo de laudibus Stiliconis, pulchra Phœnicis comparatio apud Claudianum,

*Sic ubi sæcunda reparauit morte iuuentam:
Et patrios idem cineres, collectaque portat
Vnguibus ossa pii: Nilique ad littora tandem
Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro.*

Ad quem locum attuliffem fimiles ſententias ex luculentiffimo poematio eiusdem poetæ. verùm ea opera in ſequentem librum dilata eſt: vbi certa loca cum Laſtantii ocis conferuntur.

DELPHINI.

Ix quinto libro diuini operis, Delphinorum comparationem ſuprà deſcribebamus. cum qua quid conueniat illiquæ in nono Thebaidos poſita eſt, iudicare poteris,

Qualis caruleis tumido ſub gurgite terror

Piſcibus: arcani quoties deuexa profundi

(Epitheton, arcani, importunum hic)

Scrutantem delphina vident: fugit omnis in imos

Turba lacus: viridèſque metu ſtipantur in algas.

Nec prius emerſi, quàm ſumma per aquora flexus

Emitet: & viſis malit certare carinis.

FERA IN CAVEA.

Inter leones ex Lucano feræ cicuratæ poſuimus comparationem: cui addendum eſt quod fecit Claudianus: aliò tanque ſpectat. Illa manſueta efferatcit: hæc ferox ſtupet.

Vt fera que montes nuper dimiſit auitos,

Altorumque exul nemorum damnatur arena:

Notabis eloquutionem,

Mmeribus commota ruit. Vir murmure contra

Fortatur, nixuſque genu venabulo tendit.

Ille pauet ſtrepitus: cuneoſque erecta theatri

Deſpicit: & tanti miratur ſibila vulgi.

Non deſpicit, ſed ſuſpicit: neque verò contemnit, ſi pauet.

Neque fatiſfacit, tanti: aliud malle.

Verè cicurem Statius dat in quinto Thebaidos,

Vt fera, que placido rabiem deſueta magiſtro,

Tardius arma mouet: ſtimuliſque & verbere crebro

In mores negat ire ſuos.

GRUES.

Ex eodem Lucano Grues in ſuperioribus iudiciis reſenſebantur. nunc è Statio afferamus. Ille nânque Thebaidos quinto ſic,

Qualia trans pontum Phariſis deſenſa ſerenis

Rauca Paretonio decedunt agmina Nilo,

Quum fera ponit hyems: ille clangore fugaci

Vmbra fretis, aruiſque volant: ſonat auis ether.

*Iam Borean, imbrésque patiti: iam nare solutis
Annubus, & nudo iuuat estiuare sub Hæmo.*

Non satisfacit, quum ait, *iuuat pati Borean*: imò, frui: neque enim gelidus est. Neque intelligo quid conferat gruibus natatio. nam *sub Hæmo* non ponente hyeme: sed quanquam tunc vix quoque, sub cancro natatur.

A P E S.

Quid, quòque modo de Apibus statuas scribere, non potes aliunde melius capere consilium, quàm ex deo poetarum. Neque id solùm eo in libro, qui omnem humanam diligentiam superauit: quartum dico Georgicò: sed etiam in primo diuini operis. quæ quoniam suprâ notauimus, non hîc repetentur. Sed conferantur illa Claudiani in Ruffinum,

-veluti pastoris in ora

*Commota glomerantur apes: qui dulcia raptu
Mella trahit, bellaque cient, & spicula tendunt:
Et tenuis saxi per propugnacula cuncta
Rimosam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt: pronòque fauos examine velant.*

Ad lucem Virgilianam directis metaphoris. Alia ratio fugitiuarum apud eundem in primo, de sexto Honorii consulatu,

-qualis Cybeleia quassans

*Hybla: procul æra senex, reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes: quæ sponte relictis
Desciuerè fauis, somitùque exhaustus inani,
Raptas mellis opes, soliteque oblita latebræ,
Perfida deplorat vacuis examina ceris.*

Post operam diurnam Silius reuersionem canit in secundo, aut imminente tempestate,

*Aut ubi Cæcropius formidine nubis aquosæ
Sparsa super flores examina tollit Hymetos:
Ad dulces ceras, & odori corticis antra:*

Audis quàm hæret versus, nec properant, vt vult hîc,

*Mellis apes grauida properant: densòque volatu
Raucum cõmixta glomerant ad limina murmur.*

Neque dicam Glomerare murmur.

Vicit Statius Claudianum in x, Thebaidos,

*Sic, ubi puniceo pastor rapturus ab antro
Armatas erexit apes. fremit aspera nubes,*

*Inque vicem sese stridore hortantur: & omnes
Hostis in ora volant. Mox deficientibus aliis
Amplexa, parua[m]que domum, captiuaque plangunt
Mella: laborant[ur] & que premunt ad pectora ceras.*

Altera verò Claudiani similiior est ei, quam ponit Luca-
nus in nono,

*- simul effætas linquunt examina ceras:
Atque oblita favi non miscent nexibus a'as:
Sed sibi queque volat, nec iam degustat amarum
Desidiosa thymum: Phrygij sonus increpat eris:
Attonita posuere fugam, studiũque laboris
Florilegi repetunt. & sacri mellis amorem.
Gaudet in Hybleo securus gramine pastor
Dinitias seruasse case.*

SECVLITATEM Claudianus in secundo de raptu,

*- credas examina fundo
Hybleum raptura thymum: quum cerea reges
Castra mouent: sagique cauo demissus ab alueo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.*

Ex Marone deducebamus Martis descriptionem: quan-
to sit ea Silius inferior, ex primo libro coniectari potes,

*Quantus Bistonis late Gradivus in oris
Belligero rapitur curru, telumque coruscans,
Titanum quo pulsa cohors, flagrantia bella
Cornipedum afflatu domat, & stridoribus axis.*

Imò accendit bella, non domat. & in afflatu equorum
plus flatus est: atq. in stridore axis plus strepitus quam rei.

Brevius, sed non mollius Claudianus in Eutropium,

*Ecce autem flauis Gradivus ab usque Gelonis
Arua cruentato repetebat Thracia curru:
Subsidunt Pangæa rotis, altæque sonoro
Stridunt axe niues.*

Magna Papinii prudentia, qui quum illa Virgiliana sese
posse assequi desperaret: stilum conuertit ad illius sedes
describendas,

*- ubi mille furoribus illi
Cingitur aduerso domus immansueta sub Hæmo,
Ferreæ compago laterum: ferro arcta teruntur
Limina: ferratis incumbunt tecta columnis.
Leditur aduersum Phæbi inbar: ipsaque sedem*

Lux timet, & durus contristat sidera fulgor.

Digna loco statio.

EXPLICAT comitatum Virgilianum,

- primis salit Impetus amens

*E foribus, cacumque Nefas, Iraque rubentes,
Exanguésque Metus: occultisque ensibus astant
Insidia, geminumque tenens. Discordia ferrum.
Immeris strepit aula Minis. tristissima Virtus
Stat medio, latúsque Furor: vultúque cruento
Mors armata sedet. Bellorum solus in aris
Sanguis, & incensis qui raptus ab urbibus Ignis,
Et rerum Exuvie. circum & fastigia templi
Captæ insignibant gentes, celatáque ferro
Fragmina portarum, bellatricésque carina,
Et vacuú currus, protritáque curribus ora.
Pœna etiam, Gemitúsque: adeo vis omnis, & omne
Vulnus ubique ipsum, sed non vsquam ore remisso
Cernere erat.*

CERERIS.

In duodecimo Thebaidos luculenta est admodum
Cereris comparatio,

*Qualis ab Ætnæis accensa lampade saxis
Orba Ceres magna variebat imagine flammæ
Ausonium Siculumque latus, vestigia nigri
Raptoris, vastósque legens in pulvere sulcos.
Illius infamis ululatibus ipse remugit
Enceladus, ruptóque vias illuminat igni.
Persephonen amnes, sylvæ, freta, nubila clamant,
Persephonen: Stygiis tantum tacet aula mariti.*

CLAVDIANVS autem non iam ad comparandum
deduxit versus suos, sed ad iustam narrationem. Sic
enim scriptum est in tertio de raptu,

- retróque solutis

*Crimibus, ascendit fastigia montis anhelis:
Exuperátque æstus, & nulli peruia saxa:
Atque indignantes vestigia calcat arenas.*

Haud ita multo post,

*Exitúque reos flores, ipsúmque rapine
Detestata locum, sequitur dispersa viarum
Indicia: & pleno rimatur lumine campos:
Inclinátque faces. Omnis madet orbita fletu.*

Omnibus

Omnibus adiungit: quocunque igitur, equore fuluis.
 (Non semel fuluas vndas appellat)

Adnatat umbra fretis, externaque lucis imago.
Italiam Libyamque ferit: clarescit Hethruscum
Littus, & accenso resplendent equore Syrtis.

Ovidius in quinto Transformationum,
 -illa duabus

Flammiferas pinus manibus succendit ab Ætna:
Pérque priuinas tulit irrequieta tenebras.
Rursus ubi alma dies hebetarat sidera, natam
Solis ab occasu, Solis quærebat ad ortus.

Pauca item ex Callimachi hymno in Cererem.

D I A N Æ.

Dianam post Virgilio comparationem, apud alios videamus. Eam describit cum Phœbo sub Latonæ cura Claudianus in Proбини consulatu,

Qualis purpureas præbebat candida vestes
Numinibus Latona suis: quum sacra redirent
Ad loca nutriticis iam non errantia Deli:
Illa ferox saltus, & desolata relinquens
Menala, lassato Cretæ venatibus arcu:
Phœbus adhuc, nigris rorantia tela venenis,
Extincto Pythone ferens. Tunc insula notos
Lambit amica pedes: ridetque Ægeus alumnis
Lenior, & blando testatur gaudia fluctu.

STATIV in primo Achilleidos cum ipsis Nymphis & Pallade breuissimè,

-quales Sicula sub rupibus Ætnæ
 Naides Emmaas inter Diana, feròxque
 Pallas.

A M A Z O N V M.

Dianam igitur Palladèmq; sequatur Amazonum pictura Claudianus exarmatas statuit in secundo de raptu,

Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis
 (Mallè positis, quàm ademptis: hoc enim vim designat.)

Pulchra cohors: quoties arcton populata virago
Hippolyte, niueus ducit post prælia turmas.
Seu flauos strauere Getas: seu forte rigentem
Thermodontiaca Tanaim fregere securi.

Nescio quare frangunt glaciem: quæ quò solidior atque constantior, cò tutiorem munit viam transituris. Placet autem, quæ huic iuncta est, subdere comparisonem. est enim valde bona,

*Aut quales referunt Baccho solemnia nymphæ
Meonia, quas Hermus alit: ripæque paternas
Percurrunt auro madidæ. Latatur in antro
Annus, & undantem declinat prodigus urnam.*

ARMATAS Silius in secundo, & Maronianis similiore,

*Quales Threicia Rhodopem, Pangaæque lustrant
Saxosis nemora alta iugis: cursûque fatigant
Hebrum, innupta manus: spreti Ciconæque Getæque,
Et Rhesi domus, & lunatis Bislthones armis.*

STATIVS in primo Achilleidos breuem, sed luculentam, - quales Maotide ripa

*Quum Scythicas rapuere domos, & capta Getarum
Mœnia suppositis epulantur Amazones armis.*

QVAS cum Virgilianis vt compares, hic apponetur,
*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet:
Aurea subnectens exertæ cingula mamme,
Bellatrix: audetque viris concurrere virgo.*

HÆC in primo: in decimo hæc,
*Quales Threicia quum flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, seu quum se materia curru
Penthesilea refert: magnoque ululante, tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.*

ETIAM ex illis harum spectes imaginem,
*At medias inter cædes exultat Amazon:
Vnum exerta latus pugne pharetratq; Camilla.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Diane.*

E N C E L A D I.

Quæ de Encelado cecinerit post Virgilium Claudianus, satis est supra declaratum. STATIVS in tertio Theodos ad illius normam, & penè iisdem verbis,

*Quantus Thyrreni gemitus salis: aut ubi tentat
Enceladus mutare latus: procul igneus antris*

Mons tonat: exundant apices: fluct usque Pelorus

Contrahit: & sperat tellus abrupta reuerti.

LVCANVS in sexto nihil attulit noui aut acuti contra morem suum,

Non sic Ætnæ habitans in vallibus horret

Encelado spirante Notum: quum tota cavernas

(languidum epitheton, tota.)

Egerit, & torrens in campos destruit Ætna.

Ex Flacci secundo notabamus in proximis animaduersionibus, Typhocum nõ Inarime, vt apud Virgilium, sed Sicilia premi. Id quod ab Ouidio quoque in quinto Transformationum scribitur hisce versibus, quorum repræsentatio in hoc loco est opportuna,

Vasta Gigantis iniecta est insula membris

Trinacris, & magnis subiectum molibus urget

Æthereas ausum sperare Typhoea sedes.

Nititur ille quidem, tentatque resurgere sæpe:

Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro:

Laeva Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur:

Degrauat Ætna caput, sub qua resupinus arenas

Eiecat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.

Sæpe remoliri luctatur pondera terre,

Oppidaque, & magnos deuoluere corpore montes.

Inde tremat tellus, & rex pauer ipse silentium

Ne pateat, latèque solum retegatur hiatu,

Immissusque dies trepidantes terreat umbras.

QVAE vides rudia, atque inchoata simplicitate, quasi formulam quandam siue Ichnographiam picturæ plenioris.

PESTILENTIÆ.

Et quoniam multis versibus à nobis descripta est variis ex Poetis pestilentia, Claudiani breuitas ad simile argumentum adducenda est ex primo in Ruffinum,

Ac velut infecto morbus crudefcere celo

Inciens: primo pecudum depascitur artus:

Mox populos vrbesque rapit: ventisque perustis

Corruptos Stygiam pestem diffundit in annes.

FRONDIUM CASVS.

Animarum frequentia in sexto diuini operis: quam in secundo de raptu Claudianus imitatus est,

Quàm multa in siluis Autumni frigore primo

*Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quam multa glomerantur aues, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit aprici.*

ILLE verò sic,

*Conueniunt animæ: quantas violentior Auster
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.*

SANE est admodum illustris.

COMETÆ.

Cometam diuini Poetæ iam descripsimus, nunc aliorum alii recitandi sunt. Claudianus in primo eiusdem, ex illius verbis: sed cum præfagiis,

-qualis laturus in orbem

Præcepit sanguineo delabitur igne Cometes

(NON est præcepit, neque delabitur.

Prodigiale rubens. Non illum nauita tutò,

Non impune vident populi: sed crine minaci

Nunciat aut ratibus ventos, aut urbibus hostes.

IN iisdem vestigiis hæret Silius Punicorum primo,

Crine ut flammifero terret fera regna Cometes

Sanguineum spargens ignem: vomit atra rubentes

Fax cælo radios, & sæua luce coruscum

Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.

NUMEROSIVS fuisse, *Sanguineam spargens aciem.*

LVCANVS extra-comparationem simplici narratione, in primo,

Ardentemque polum flammis, caloque volantes.

Obliquas per inane faces, crinemque timendi

Sideris, & terris mutantem regna Cometen.

ITÆ etiam inuoluit τὸς διὰστροφας.

TEMPESTATIS.

Quemadmodum adduximus pestilentiam in comparationes, ex eodem Poeta deducamus & tempestatem. ea est in Poematio de bello Gildonico, haud fatis magna cum re,

Sic quum præcipites artem vicere procelle,

Affiduoque gemens undarum verbere mutat

De scensura ratis: cæca sub nocte vocati

Naufraga Ledei sustentant vela Lacones.

MARIS.

Maris autem, siue æstum, siue impetum, siue agitationem velis, ex his poteris cognoscere. Sonus apud eundem in Ruffinum primo, longè felicius,

- ceu murmurat alti

*Impacata quies pelagi: cum flamine fracto
Durat adhuc, seu itque tumor: dubiumque per æstum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.*

Æstum ex Virgilio, aut alluionem suprâ declarauimus. Ceterùm tanta est in illis numeris diuinitas, vt pudeat potius reliquisse, quàm ponere pigear. ea est in vndecimo diuini Poematis,

*Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus,
Nunc ruit ad terras, scopulosque superiacit undam
Spumens, extremamque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, litusque vado labende relinquit.*

STATIUS in vndecimo materiam addidit, non auxit,

*Ceu redeunt nubes, ceu circumstantibus austris
Alternis procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc retegat bibulas, nunc obruit æstus arenas.*

IMPETVM Lucanus in sexto,

*Quum mare lassatur, quum se tollentibus Euris
Frangentem fluctus scopulum ferit: aut latus alti
Montis adest, seramque sibi parat unda ruinam.*

VENTORVM.

Iure locum hunc sibi deposcunt venti. Silius in quarto admodum insuauis,

*Ceu gelidus Boreas, totum quum sustulit imo
Icarium fundo victor mare: nauita vasto
Iactatur sparsus, lacerata classe, profundo:
Cunctaque canenti perfunditur equore Cycloas.*

NIHILO venustius in quartodecimo,
*Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Quum sese immisit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras: sequitur cum murmure molem
Eiecti maris, & stridentibus affremat alis.*

LONO E numeroſior illa Statii ex vndecimo,
*Vt notus & Boreas, gemino de cardine mundi,
Hic Riphæa niue, Libycis hic pastus arenis:*

(NON placet, *pastus*.)

Bella cient. clamant amnes, freta, nubila, sylvæ:

(DECRESCIT oratio ad faciliora.)

Iámque patent strages. lugent sua damna coloni.

Et tamen oppressos miserantur in æquore nautas.

LVCANVS in secundo,

-*ut quum mare possidet Auster*

Flatibus horrifonis: hunc æquora tota sequuntur,

Si rursus tellus pulsū laxata tridentis

Æoliū tumidis immittat fluctibus Eurum:

Quantis icta novo ventum tenere priorem

Æquora, nubiferoque polus concesserit Euro:

V indicat vnda Notum.

NIVIS.

Post ventos habes imbres, grandines, niues. de illis supra. de niuibus idem in quinto,

Talis hyperborea virides niue verberat agros

Iuppiter. obruitur campis genus omne ferarum,

Deprensæque cadunt volucres (Nunquam niue cadunt)

-*& mæsis amaro*

Strata gelu. Nusquam tam altæ sunt segetes, quum ingruit nix, ut sternantur. Neque *mæsis*, hic proba vox. non enim dicitur nisi de matura segete. nam illud, - *tibi mæsis in herba est*, significat spem meram esse, & falsam opinionem.

Mæsis.

Sequitur, - *fragor inde ingis, inde amnibus ira.* neque hoc satisfacit. non enim ex niue fit fragor. neque dum ningit, amnes tumescunt: sed solutis niuibus.

In fine primi Piscationum Oppianus sine strepitu rem subiicit oculis nitidissimo carmine,

ὦς δ' ὁ πότ' ἀρύπεδον σκιάσει νεφάδεσιν ἀλωῶν

Ἐπειλείου ζεφυροῦ δῶδ' ἰβὸν ἠέρος· οὐδέ τι γαίης

Κυανίης ἰδέειν ἐσφραίνεται, ἀλλ' ἀεὶ πάσαι

Ἀργυρῆ χιονέσσαν ἰπασυτέρας κελύπται.

Non ignobilia sanè vbi non extent Maroniana. At verò illa vbi sese eduxerint è tertio nunquam: satis laudatì operis, oportet omnia silere. Obruuntur enim illius niuibus,

-*neque vlla*

Aut herba campo apparent, aut arbore frondes:

Sed iacet aggeribus niues informis, & alto

Terra gelu latè, septemque assurgit in vlnas.

Semper

Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Mox de glacie: tum de niue,

Interea toto non secius aere ningit.

Intereunt pecudes. stant circumfusa pruinis

Corpora magna bouum, confertoque agmine cerui

Torquent mole noua, ac summis vix cornibus extant.

Post hæc ea prosequitur ad quæ nemo sapiens aufit aspirare.

In octauo Thebaidos niues & imbres simul,

- non tanta cadentibus hædis

Aeriam Rhodopem solida niue verberat Arctos:

Nec fragor Ausoniae tantus, quum Iuppiter omni

Arce tonat. tanta quatitur nec grandine Syrtis

Quum Libya Boreas Italos niger attulit imbres.

Vbi, quare Ausoniae fragorem posuit, potius quam alius loci, nescio. Sanè oportuit loci nomen certum apponere, vnde tonitrua ingruerent. Itaque sic mallem,

- quum Vesulus alta

Arce tonat.

FLUVIORVM.

Poetarum princeps fluuiorum comparationes aliquot fecit, quas suis disposuimus locis. Ex primo eiusdem operis pauca extra comparationem, sed suo more, id est diuina,

Proluit insano contorquens vortice sylvas

Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnes

Cum stabulis armenta tulit.

Adeò exundans est Lucanus, vt & ipse sum furentem superet Padum,

Sic pleno Padus ore tremens (iam durè ore os attribuit)

- super aggere tutas

Excurret ripas, & totos concutit agros:

Succubuit si quæ tellus, cumulumque furentem

Vndarum non passa ruit: tum flumine toto

Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos:

Illos terra fugit dominos. non fugit: sed aufertur.

- his rura colonis Accedunt donante Pado.

Torrentem quoque ad rerum similitudinem adduxit idem Maro: quemadmodum superioribus commentationibus est animaduersum. Silius autem in quarto ad illorum regulam,

*Vt torrens celsi præceps è vertice Pindi
 Cum sonitu ruit in campos: magnòque fragore
 Auulsum montis voluit latus. obuia passim
 Armenta, immanésque ferae, syluaque trahuntur.
 Spumea saxosis clamat tonuallibus vnda.*

SAXVM AVVLSVM.

Auulsum ergo saxum in septimo Thebaidos præci-
 piti ruina contemblemur in versibus nobilissimis,

*Sic ubi nubiferum montis latus, aut noua ventis
 Soluit hyems: aut victa situ non pertulit etas:
 Desilit horrendus campo timor: arma, virósque
 Limite non vno, longæuaque robora secum
 Præcipitans: tandèmq; exhaustus turbine fesso
 Aut vallem cauat, aut medios intercipit annes.*

PILÆ SAXEÆ.

Haud longè absimilis pilæ Virgilianæ casus in nono
 diuini Poematis,

*Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
 Saxeæ pila cadit: magnis quam molibus antè
 Constructam iaciunt ponto. Sic illa ruinam
 Prona trahit, penitúsque vadis illisa recumbit.
 Miscet se maria, & nigra attolluntur arena.
 Tum sonitu Prochyta alta tremit, durúmque cubile
 Inarime, Iouis imperiis imposta Typhæo.*

Quemadmodum id fiat, non dixere Grammatici. Qua-
 re petenda erit eius ratio ex Vitruuio. Eius autem Poe-
 tæ Simia in quarto,

*Haud aliter structo Tyrrena ad littora saxo
 Pugnatura fretis subter, cacisq; procellis
 Pila immane sonans, impingitur ardua ponto.*

Epiphonema frigidum,

*Immutat Nereus: diuisâque cærule pulsus
 Illisum accipiunt irata sub æquora montem.*

QUERCVS.

Sic cadit quercus in nono Thebaidos.

*- Getico qualis procumbit in Hæmo
 Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus
 Cælo mista comas, ingentèmq; æra laxat.
 Illam nutantem nemus, & mons ipse tremiscit
 Qua tellure cadat, quas obruat ordine syluas.*

IN primo Pharsalix,

*Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuias veteres populi, sacratâ que gestans
Dona ducum: nec iam validis radicibus hærens,
Pondere fixa suo est: nudosque per æra ramos
Effundens, trunco non frondibus efficit umbram.
Sed quantum primo nutet caesura sub Euro,
Tot circum sylvæ firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur.*

AT in quarto diuini operis etiam oppugnata quâuis est iniuria potior,

*Ac velut annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc statibus illinc
Erueye inter se certant. It' Frigor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.*

Hactenus, quas memoria potuimus complecti, describendas curauimus comparationes. Neque sum nescius alias quoque adduci potuisse. Et omissæ sunt à nobis aliquæ minus dignæ visæ, quas persequeremur. Cæterum antequam locum hunc claudamus, bene collocatum iri operam nostram puto, si quibus sententiis in serpentum natura conueniat cum Nicandro Lucanus, videamus.

LVCANI CVM NI-

CANDRO.

CAPVT XV.

NON sine magno vsu duo hi poetæ comparabuntur: neuter enim vulgaris. Lucanus sententiis anxius: Nicander verbis atque numeris accuratus. Vix inuenias apud Græcos Poetâ politiorē: magna ei cura ne quid ineptum, aut ineptè dicat. Itaque nitidissimè suos describit serpentes: quo nitore, atque elegantia tantum acquisiuit gloriæ in Georgicis Maro. Lucanus autem suo more omnia ponit in excessu. Nam cum Græcus illa satis habuerit ita dicere de Hæmorrhoidē,

Τῆς γὰρ ὀδοντῶν, τὰ ὑπὲρ ἀδρῶα πύματαται οὐλα

Ρ' ἰόδεν. ἐξ ὀνύχων δὲ κτερίζεται ἀσφαλὲς αἷμα,

Οἱ δὲ φόνῳ μυδδῶντες ἀναρπίουσιν ὀδόντες.

Nostrer arrepta semel erumpentis sanguinis describendi occasione, largius effunditur, atque ipse cruor,

Z. ij.

*Vtque solet pariter totis effundere signis
Corycæ pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.*

Particulatim deinde assurgit,

*Sanguis erant lacrymæ. Quæcumque foramina novit
Humor, ab iis largus manat error: ora redundant,
Et patulæ nares. maius autem à minusculis venarum*

oris. *-sudor rubet: omnia plenis*

Membra fluunt venis. Repetit ergo eandem sententiam alia sententia. Sed & assurgit ad hyperbolem admodum excellentem,

-totum est pro vulnere corpus

Dipsadem alibi, Sittiam Latinè sumu s interpretati. Eius è morfu nocumenta Nicander,

*Δίμπασι δὲ ἐνφλέγεται κεφάλῃσιν ἀμφὶ δὲ καύσασα
Χείλησιν ἀζαλέης ἀζαίεται ἀβροχὰ δίφης.*

Comparatio deinde,

*Αὐτὰρ ὅγ' ἠύτε ταύρος ὑπὲρ ποταμοῖο νενευκῶς,
Κεφάλῃσιν ἀμύρηντων δέχεται ποτὸν, εἰσόκα νῆδ' ὕς
Ὀμφαλὸν ἐκρήξειε, χεῖρ δὲ ὑπεραχθῆα φόρτον.*

Lucanus autem ardentior ipsa siti,

*Vix dolor, aut sensus dentis fuit ipsaque lethi.
Frons caret invidia: nec quicquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum, carpitque medullas
Ignis edax, calidæque incendit viscera tæbe.
Ebibit humorem circum vitalia fu sum
Pestis: & in sicco linguam torrere palato
Cæpit. desessos irret qui sudor in artus
Non fuit: atque oculos lacrymarum vena refugit.*

Qui sciebat hoc? non enim lacrymamur in doloribus, aut vulneribus, viri præsertim militares. Animi affectus prosequitur mirificè,

*Non decus impetū, non mæsti iura Catonis
Ardentem temere virum, quin spargere signa
Auderet, totisque furens exquireret agris,
Quas poscebat aquas sitiens in corde venenum.*

Addit deinde animi excursionem. mox subdit,

*Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore:
Æquoreusque placet, sed non sibi sufficit humor.
Nec sentit fatique genus, mortemque veneni:
Sed putat esse sitim. Addit deinde miseram ac tragicam*

audaciam

audaciam, -ferroque aperire tumentes

Sustinuit venas, atque os implere cruore.

Aspidem autē vterque breuissimè: accuratius Nicander,

Σαρκί γδ ἔτε π δ' ἤμα φαίνεται, οὔτε δυσάλθες

Οἶδος ἐπὶ ἐλάται, καμάτου δ' ἄτερ ὀκλυταί κήρ.

Ἵππυλὸν δ' ἐπὶ τῶν κερ ἄχρη βίοτοιο τελευτῶ.

-nulloque dolore

Accipis: & Stygias somno descendis ad umbras.

Ex morstu Basilisci, Nicander multo plura,

Τύμματα δ' ἐπαύδην φωτὸς δέμας. αἱ δ' ἀπὸ γήμον

Σάρκας ἀποφραύουσι πελιδνά τι ζοφεράτε.

Οὐδέ τις ἐδ' οἰωνὸς ἰσθ' ἐρ νέκυν ἔχματα τείνει,

Αἰγυποὶ, γυπερ τε, κόραξ τ' ὀμβρῆρεα κρῶζον.

Οὐδὲ ἠρ' ὄσατε φύλ' ὀνομάζεται οὔρεσι θηρῶν

Δάκτυλα, πῶσιν πῆρ αὐτῶν θείον ἐφείη.

Εἰδ' ὀλοὴ βούβρωσις αἰδρεῖν πελάσθη

Αὐτοὶ οἱ θάνατός τε κ' ἰκία μοῖεα τίτυκται.

Lucanus, sicut de Torpedine,

-velox currit per tela venenum,

Inuiditque manum: quam protinus ille resecto

Ense ferit, totoque simul demittit ab armo.

Σῆπα, & σπηδῶνα vocant Græci serpentis speciem, cuius morstu diffluunt membra omnia. Tabiam Latinè diximus suo loco. In eius historia parcus & simplex Nicander: Lucanus ad eò incitatus, vt seipsum antecedit,

Τῆς δ' ἄτοι ὀλοὴν κ' ἰσθ' ὀδῶν ἔπλετο ἔλκος

Σπηδῶνος· νέματα δὲ μέγας ὀλ' φάτιος ἰός

Πᾶν δέμας· ἀναλέν δὲ πρὸ χειρὸ κερφουμένη θρῖξ

Σκιδνάται, ὡς γήρεα καταφύχθ' ἐπὶ τοῦ ἀγένης.

Ἐκ ἠρ' γδ κεφαλῆς τε κ' ὀφρύος ἀνδρὶ τυπέντε

Ρ' ὄοντα. βλεφάρων δὲ μέλαν' ἐξέφθιτο λάχυν.

Ἄψα δὲ προχόντες ἐπισκίζουσι κ' ἄλφοι,

Λεῦκα τ' ἀργηέσσαι ἐπιστεύονταί φησιν.

-nam plagæ proxima circum

Fugit rapta cutis, pallentiâque ora retextit:

Vide quid præterea,

Tânque sinu laxo nudum est sine corpore vulnus.

Membra natant sanie: sura fluxere: sine ullo

Tegmine poples erat: femorum quoque musculus omnis

Liquitur: & nigra distillant inguina tæbe.

Sic omnia minuatim,

Disiluit stringens uterum membrana: fluuntque viscera:
sed & illa mira,

-nec quantum de corpore debet,

Effluit in terras: sanum sed membra venenum

Decoquit: in minimum mors contrahit omnia virus.

tum nimius,

Vincula nervorum, & laterum textura, cauumque

Pectus, & abstrusum fibris vitalibus omne,

Quicquid homo est, aperit pestis. declamare putes. - natura
profana Morte patet:

Redit insolens ad ea, quæ iam tetigit,

-manent humeri, fortésque lacerti:

Colla, caputque fluunt. calido non ocyus austro

Nix resoluta cadit.

Hoc præter Nicandri sententiam, qui morti spatium dat
adeò, vt etiam vitiligines euenire canat. - nec solem cera
sequetur. Non sequitur, sed abscedit. Auget tamen am-
plificatione minimè vulgari,

Parua loquor, corpus sanie stillasse perustum.

Imò ambustum. nam perustum, non stillat.

Hoc & flamma potest. sed quis rogos abstulit ossa?

Hæc quoque discedunt: putrésque secuta medullas

Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.

Conclusio autem argutissima,

Cinyphas inter pestes tibi palma nocendi:

Eripiunt omnes animam, tu sola cadaver.

COMPARATIONES CÆ-

TERORVM LOCORVM

variz. CAPVT XVI.

Spero me aliquid attulisse momenti ad imitationis ra-
tionem. Quæ vt absolutior fit, expedienda sunt nobis
cætera quoque loca: in quibus illustres isti viri, vel natu-
rã omnes, vel alium alius expressere. Libet verò à Tor-
pedine auspicari: in qua, quemadmodum in cæteris, Græ-
cos à Latinis superatos ostendamus. Sunt igitur Oppiani
hæc, & poetæ sanè maximi, atque elegantissimi,

Οἶον κὲ νάρκη περιόχοι φάρμακον ἀλκῆς

Ἐσπεταὶ αὐτοδίδακτον, ἐν οἰκείοις μελέεσσιν.

Ἡ μὲν γὰρ μελακίτη δέμας, κὲ πᾶσ' αἰθρῶν,

Νοδῶς τε βοσχοῦ τῆν βερῶνεται· ἐδὲ καὶ φάμας

Νηχοῦνίω ὄρεα. μέλα γδ δ' ὕφρασα κίλευδα
 Εἰλεῖται, πολιοῖο δὲ ὕδατος ἐρπύζουσα.
 Ἀλλά οἱ ἐν λαγόνεσσιν αἰαλικίης ὄβλος ἀλκή
 Κερκίδος ἐμπεφύασι παρὰ πλευρῶν ἐκείτρθεν
 Ἀμφόδυμῳ. ἦ δ' εἴτις ἐπιφάσσει πελάσσας
 Αὐτίκα οἱ μελίωθ' ὀδύνης ἐσβησεν. ἐν δὲ οἱ ἄμμα
 Πήγνυται, εἰδὲν γῆα φέρειν διώατ', ἀλλὰ οἱ ἀλκή
 Ἦκε μαραινοῦρῳ οἷο παρῖεται ἄφρονι νάρκη.
 Ἦ δ' εὖ γηγάσκουσα θεοῦ γέρας, οἶον ἐδεκτο,
 Ὑπῖον ἀκλίνασα ἰφρεί δέμας ἐν φαρμάδοισι.
 Κεῖται δ' ἄσημῆς οἶα νέκυς. ὅς δὲ κεν ἰχθυῖς
 Ἐγχεῖμψι λαγόνεσσιν, ὁ ἰφ' αὐτοῦ, κέπτεσε δ' αὐτῶς
 Ἀδρανίης, βαρῦς ὕπνον ἀμνηχανίησι πεδῆθεῖς.
 Ἦ δὲ τοῖος ἀόρευσσε, κ' οὐ κραπνίωφ' εἴουσα
 Γισσοῦν, ζῶν δὲ κατεδίει, ἴσα θανάτῳ.

Deinde auget hæc eadem etiam quasi afflatu,

Πολλάκι κ' κ' λάτμε μετ' ἰχθυῖσι αἰτήσασα
 Νηχοῦνίως. κραπνίω ἰφ' ἐπιγροῦνίων ἐβέσεν ὀρμίω
 Ἐγγὺς ἐπιφάσασα, κ' ἐστυφίους ἐπέδουσεν.
 Ἔσαν δ' αἰαλίαι, κ' ἀμήχανοι, οὔτε κίλευθων
 Δύσμοροι, οὔτε φυγῆς μεμνηνῶν. ἢ δὲ ἰφ' οἴουσα
 Οὐδὲν ἀμμοῦνίους καταδάμνυται εἰδ' αἰόντας.

Sic in primo: sic in tertio,

Ναί μιν κ' νάρκη σφετερὸν νοῦν ἐκ δ' ὀρμείπει
 Πληγῇ αἰαζούσα, πταροῦψι δ' ὀδύνησιν
 Ὀρμῇ λαγόνας προσπίύσεται. ἄψα δὲ χάρις
 Ἰππίης, ὀδονακός τε διεδραῖψι, ἐς δ' ἄλπιος
 Δεξιτέρω ἐσκήψε φερώνυμον ἰχθυῖος ἄλλος.
 Πολλάκι δ' ἐκ παλάμης κέλαμος πέσεν, ὅπλατε θήρης.
 Τοῖος γδ κρύσαλλος ἐνίζεται αὐτίκα χειρὶ.

Sine quibus non videtur Poematium illud fecisse Clau-
 dianus: in quo vtrumque coniungit,

Quis non indomitam diræ Torpedinis artem
 Λαύει, & merito signatus nomine vires?

hoc enim est illius, φερώνυμον.

Illa quidem mollis, segnique obnoxia tractu
 Reptat: & attritis vix languida serpit arenis.

Omnia penè illius, sicut & illa,

Sed latus armauit gelido natura veneno,
 Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis

(imò κερκίση, quæ medulla carent)

Miscuit: & proprias hyemes per viscera duxit.

Hoc est illius κρυσαλλοι.

Naturam inuat ipsa dolis, hoc est, αὐτοδιδακτον.

- & conscia sortis.

Vtitur ingenio: longæque extenta per algas

Tactu fisa suo, successu lata resurgit,

Et viuos impune ferox depascitur artus.

Melius, sopitos quàm viuos.

Nunc transit ad ea quæ ille de eius ingenio in venatione,

Si quando vestita cibus incautior ara

Hauserit, & curuis frenatos senserit hamis:

Non fugit: aut vano conatur vellere morfu:

Sed propius nigra iungit se callida seta:

Et meminit captiua sui: longæque per undas

Pigra venenatis effundit flamina venis.

Per setam vis alta meat: fluctusque relinquit

Absentem iunctura virum.

inscitiâ Philosophiæ dixit hoc. continuatur enim vis: sed hæc alibi.

Sequitur,

- metuendus ab imis

Emicat horror aquis: & pendula fila sequutus

Transit arundineos arcano frigore nodos:

Quod ille πύγυρα.

Victricemque ligat concreto sanguine dextram.

Damnosum piscator onus, prædâque rebellem

Iactat: & amissa redit exarmatus auena.

Quod ille, ὄπλατε θύρης.

Cereris currum tam CLAUDIANVS quàm OVIDIVS descripsere. verùm hic leuissimè, nec suo more, perstrinxit in quinto Metamorphosèon,

- geminos dea fertilis angues

Curribus admouit: frenisque coercuit ora.

ILLE ambitiosus in primo de Raptu,

- sinuosa draconum

Membra regens: volucrisque per aua nubila tractu

Signant, & placidis humectant frena venenis.

Frontem crista tegit: pingunt maculosa virentes

Ferga nota: rutilum squammis intermicat aurum.

Nunc spiris Zephyros tramant: nunc arua volatis

Inferiore secant, cano rota puluere labens

Curvus
Cereris.

Sulcatam fecundat humum, flauescit ariftis

Orbita: surgentes sciuntur vestigia fruges.

Vestit iter comitata seges.

Idem Serenes quoque descripsere. Sed OVIDIVS figu- *Sirenes,*
ram tantum, eodem libro,

-vobis Acheloides vnde

Pluma, pedesque auium: ceu virginis ora geratis?

At CLAVDIANVS etiam naturam, illo puſillo poe-
matio, leui quidem, sed non ineleganti,

Dulce malum pelago Siren, volucresque puellæ,

Scyllæos inter fremitus, avidamque Charybdin,

Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra.

Blanda pericla maris, terror quoque gratus in vndis

Delatus, licet huc incumberet aura carinis:

FORTASSE legendum, hinc.

Impleſſentque sinus venti de puppe ferentes:

Fræbat vox una ratem, nec tendere certum

Delectabat iter reditus: odiumque inuabat:

Nec dolor ullus erat. mortem dabat ipsa voluptas.

Inter Maronis opuscula est etiam quod legas de Sireni-
bus. quæ non apposuissem, nisi eius iudicium maiore o-
pera deprehendi posset,

Sirenes varios cantus, Acheloia proles,

Et solita miseros ore ciere modos:

Illarum voces, illarum Musa mouebat

Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat.

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur:

Quodque foraminibus tibia mille sonat.

Quodque leues calami, quod suavis cantat Aedon:

Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

Nam in sexto neque tam multa licere, neque tam humi-
lia dicere censuit,

Iamque adeo scopulos Sirenum adueſta ſubibat,

Difficiles quondam, multorumque ostibus albos.

Quod de pyra diximus, deque funere Pallantis Virgilia-
ni: hoc idem apud Papinium quærendum in sexto The-
baidos ad Archemori funus.

Sternitur extemplo veteres incædua ferro

Sylua comas: large quæ non opulentior umbra

Argolicos inter, saltusque educta Lycæos,

Extuleraſi ſuper aſtra caput. Nimiſi & ambitioſus.

-stat sacra senectæ

*Nimine: nec solos hominum transgressa veterno
Fertur auos: nymphas etiam mutasse superstes,
Fauorúmque grezes.*

Opinio eorum, qui putant dæmones interire.

-aderat miserabile luco

Excidium: fugere fera, nidósque tepentes

Absiliunt (metus urget) aues. aut mendum, aut soloc-
cismus.

-cadi ardua fagus,

Chaoniúmque nemus, brumáque illa sa cupressus.

Epitheton commune aliis. aliud afferendum,

Procumbunt piceæ flammis alimenta suppressis,

Orni que, síliceæque trabes, metuendáque succo

Taxus, & infandos belli potura cruores

Fraxinus, atque situ non expugnabile robur.

Distinxit à quercu: quam supra Chaonium nemus

Hinc audax rabies, & odoro vulnere pinus

Scinditur. acclinant intonsa cacumina terræ,

Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus.

Dat gemitum tellus.

In Callimachi Sylua Cereri dicata satis animaduersum
à nobis est: nullam esse tellurem, quæ vno in nemore tot
alat arbores tam diuersas.

Addit deinde comparisonem,

-non sic euersa feruntur

Ismara, quum fracto Boreas caput extulit antro.

Durum nimis, fracto.

Non grassante Noto citius nocturna peredit

Flamma nemus. Linquunt stentes dilecta locorum

Otia cana Pales, Syluanis que arbiter umbræ,

Semideúmque pecus.

Pulchros deos! qui pelluntur
finibus suis à mortalibus. omnia verò ex ingenio suo Idyl-
liis, & Syluis aptiori.

-migrantibus aggemit illis

Sylua: nec amplexa dimittunt robora Nympha.

Deinde addit ritum ex eruditione,

Quum signum luctus cornu graue mugit obunco

Tibia. Valde mutila loquutio.

-cui teneros suetum producere manes

Lege Phrygum mæsta.

Satis in aliis quid esset νόμος
in Numeris dictum. Hæc igitur omnia si cum Virgilianis
confe-

conferantur, indicabunt, quicquid illis additum sit, ostentationis esse, non operæ.

Turni clypeus in septimo est diuini operis,

*At laeuem clypeum sublati cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Calatâque amnem fundens pater Inachus urna.*

In Thebaidos sexto, -pater ordine iuncto

*Læuis, arundinea recubansque sub aggere ripæ
Cernitur, emisseque indulgens Inachus urna.*

*Io post tergum, iam prona, dolorque parentis
Spectat in occiduis stellatum visibus Argum.*

Α ποδῶν: deinde nihilo melior.

VALERIVS autem Flaccus in quarto cui Ouidio videtur certasse ex Metamorphoseos quæ quia multa sunt, & nimia, lectorem eò remisimus.

In eodẽ libro, quod Latinis in quinto VIRGILIUS de Entello, breuissimè de Hippomedonte dixit, -ni se

Ardus Hippomedon Cauæa stimulante tulisset

In mediis. Cauæa igitur adhortationibus & plaufibus:

Entellus Acestæ castigatione. Eodem modo Capaneus Daretis iactantiæ similis. Quem locum etiam cum superioribus, quos posuimus, conferes. vbi breuissimam efficacissimamque animaduertes comparationem,

-et præceps cumulo salit vnda minantes

In scopulos: & fracta redit.

De Antæo ibidem STATIVS in comparatione,

*Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn: cum fraude reperta
Raptus in excelsam: nec iam spes ulla cadendi:
Nec licet extrema matrem contingere planta.*

Melius, Nec matrem licet, &c.

LVCANVS in quarto post longã luctæ narrationem,

-sic factus festulit alie

Nitentem in terras iuuenem: morientis in artus

Non potuit nati illius summittere vires.

Alcides medium tenuit: iam pectora pigro

Stricta gelu: terrisque diu non credidit hostem.

TEMPESTATIS autem signa imminentis quum & ARATVS, & VIRGILIUS in primo perfecti operis,

& VALERIVS Flaccus in primo Argonauticôn, & LVCANVS in quinto: illi quidem duo exigente id rei argumento: hi immodicè, nec sine ostètatione recenseât: nolui facere, vt penè iusti operis implem hic aures satietate.

Medeæ quoque veneficia apud eundem Flaccum in septimo componere potes cum iisdem artibus quæ in septimo Metamorphoseôn, tametsi alium ad finem explicantur. Incantationes verò ex iisdem Transformationibus cum Virgilianis,

*Quorum ope quum volui, ripis mirantibus amnes
In fontes rediere suos: concussaque sisto,
Stantia concutio cantu freta: nubila pello,
Nubilaque induco: ventosque abigòque, vocòque.
V ipereas rumpo verbis & carmine fauces:
Viuàque saxa sua, conuulsaque robora terra,
Et sylvas moueo: iubeòque tremiscere montes,
Et mugire solum, manesque exire sepulchris.
Te quoque Luna traho: quamvis temerata labores
Æra tuos mimuant. currus quoque carmine nostro
Pallent: ac pallet nostris Aurora venenis.*

IN IIII, autem diuini operis, tanquam magistri,

*Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit: ast alius duras immittere curas:
Sistere aquam fluiuis, & vertere flumina retro.
Nocturnosque ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.*

In Ruffinum primo eadem apud Claudianum,

- noui quo Thessala cantu

*Eripiat lunare iubar: quid signa sagacis
Ægypti valeant: qua gens Chaldaea vocatis
Imperet arte deis. Nec me latuere fluentes
Arboribus succi, funestaru[m]que potestas
Herbarum: quicquid lethali germine pollet
Caucasus: & Scythica vernant in gramine rupes.
Quas legit Medea ferox, & callida Circe.
Sæpius horrendos manes, sacrisque litant
Nocturnis Hecaten: & condita funera traxi
Carminibus victura meum: multosque canendo,
Quamuis restarent Parcarum fila, peremi.
Ire vagas quercus, & flumina stare coegi:*

*Versaque non prono curuani flumina lapsu
In fontes reditura suos.*

E A D E M potentia apud Lucanum in sexto, iisdem sententiis,

*Carminē Theſſalidum dura in præcordia fluxit
Non fatis adductus amor. Melius, concessus.*

-flammisque scueri

Illicitis arſere ſenes: Si ponas concessus, hinc dices, Ignotis.

-nec noxia tantum

*Pocula proficiunt. aut quum turgentia succo
Frontis amatura subducunt pignora sæta.
Mens hausti nulla ſinie polluta veneni,
Excantata perit. Quos non concordia miſti
Alligat vlla tori, blandaque potentia forma,
Traxerunt torti magica vertigine ſili.*

Plura, ac maiora, & immodica,

Cessaere vices rerum, dilataque longa.

Hæſit nocte dies. legi non paruit æther.

Torpuit & præcepſ audito carmine mundus.

Axibus & rapidis impulſos Iuppiter vrgens:

At axes neutiquam mouentur, nec poli quidem.

Miratur non ire polos. Nunc omnia complent

Imbribus, & calido producunt nubila Phæbo.

quod ſequitur acutiſſimum eſt,

Et tonat ignaro cælum Ioue: vocibus iisdem

Humentes lætæ nebulas, umbôſque ſolutis

Excuffere comis. ventis ceſſantibus æquor

Intumuit. ruruſus vetitum ſentire procellas.

Conticuit turbante Noto. puppi que ferentes

In ventum temere ſinis. de rupe pependit

Absciſſa fixus torrens: amniſque cucurrit

Quâ non pronus erat. Nilum non extulit eſtas.

Maander direxit aquas. Rodaniquæ morantem

Præcipitauit Arar. ſummiſſo vertice montes

Explicuere ingum. nubes ſuſpexit Olympus.

Solibus & nullis Scythica, quum bruma rigeret,

Dimaduere niues. impulſam ſidere Tethyn

Reppulit Æmonidum deſenſo littore carmen.

Terra quoque immoti concuſſit ponderis axem:

Et medium vergens titubauit niſus in orbem.

Tanta molis onus percuffum voce receſſit:

Prospectumque dedit circumlabentis Olympi.
Nec hisce contentus,

*Omne potens animal lethi, genitumque nocere,
Et pauet Aemonias, & mortibus instruit artes.
Has auida tigres, & nobilis ira leonem
Ore fouent blando: gelidos his explicat orbes,
Inque pruinoso coluber distenditur aruo.
Viperei coeunt abrupto corpore nodi:
Humanoque cadit serpens afflata veneno.*

Vix respiravi. sanè videor audire vnum quempiam ex
iis circulatoribus, qui vicatim pharmaca venditant sua.
Ne tibi Musæ talem dederint mentem, vt insanus, non
vates videre. Igitur ad alia,

IN sexto Sibylla diuini viri,

*At Phœbi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur vates: magnum si pectore possit
Excussisse deum. tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premento.*

Non hoc sono contentus Lucanus, in quinto addidit etiã
vlulatus qui nusquam leguntur,

*Spumea tunc primùm rabies vesana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelus clara meatu
Murmura, tunc mœstus vastis vlulatus in antris,
Extremaque sonant domita iam virgine voces.*

In quarto diuini operis describitur

*Fama, malum quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget: virésque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras:
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens, ira irritata deorum,
Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladoque forem
Progensuit, pedibus celerem & perniciousis alis:
Monstrum horrendum, ingens: cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictis)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
Nocte volat celi medio, terræque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes.
Tam facti prauisque tenax, quàm nuncia veri.*

QV AE sequuntur etiam pertinent ac descriptionem,

Hæc

*Hæc tum multiplici populos sermone replebat,
Gaudens: & pariter facta atque infecta canebat.*

Ab hisce deduxit sua Flaccus in 11,

*Quam Pater omnipotens digna atque indigna canentem,
Spargentemque metus, placidis regionibus arcet
Ætheris, illa fremens habitat sub nubibus imis,
Non Erebi, non diua Poli: terræque fatigat,
Quas datur. Audentem primi faciuntque fouentque:
Mox omnes agit, & montes quatit inuida linguis.*

SA TI VS Martis currum dixit eam mouere, in tertio
Thebaidos,

-at vigil omni

Fama sono, varios rerum succincta tumultus:

Melius: rerum varios accincta.

*Anteuolat currum: statûque impulsâ gementum
Alipedum trepidas denso cum murmure plumas
Excudit. urget enim stimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui. Bellica Marte stimulaturo,
-curruque infectus ab alto*

Terga comasque dea Scythica pater increpat hasta.

Nescio quare comas.

In eundem librum totum belli apparatus transfudit ex
optimo præceptore: à quo pro summa laude atque gloria
duxit, superari posse, quis enim omnium mortalium ad
illa aspiret?

*Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante:
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars leues clypeos, & spicula lucida terunt
Aruiua pingui: subiguntque in cote secures.
Signaque ferre iuuat, sonitusque audire tubarum.
Quinque adeo magne positus incudibus vrbes
Tela nouant: Atina potens, Tyburque superbum,
Ardea, Crustumeri que, & turrigeræ Antenna.
Tegmina tuta cauant capitum: flectuntque salignas
Vmbonum crates. alii thoracas ahenos,
Aut leues ocreas lento ducunt argento.*

Vomeris huc & falcis honos, huc omnis aratri

Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.

Classica iamque sonant: it bello tessera signum.

Tum illa verè militaria, quasi quum ad arma conclama-

tur. video enim hoc ipsum agere,

*Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos: clypeumque, auróque trilicem
Loricam induit ur: fidóque accingitur ense.*

Nec imbellia illa Papiniana, sed optima,
-liquere domos, dilectaque lati

Comptibia, & primo plorantes limine natos:

Melius, primo flentes in limine.

*Tantus in attonitos cecidit deus. Arma paternis
Postibus, & fixos superum ad penetralia currus
Vellere amor. tunc fessa putri rubigine tela:*

Nimis audax epitheton, fessa.

*Haerentésque situ gladios in seua recuruant
Vulnera: & attrito cogunt iuuenescere saxo.*

Hi teretes galeas, magnorumque area suta;

Non sunt teretes galeæ. Teretia sunt longa,

*Thoracum, & tunicas chalybum squallore crepantes
Pectoribus aptare suis. Gortynia lentant*

Imò lenta & retenta, tendunt aut curuantur.

Cornua. Iam falces, avidis & aratra caminis

Rastraque, & incurui saeuum rubuere ligones.

Cedere nec validas sanctis è stirpibus hastas:

Mallem sacris quàm sanctis.

Nec pudor emerito clypeum vestisse iuuenco.

Irrupere Argos: mæstique ad limina Regis

Bella animis, bella ore fremunt.

Sed etiam quod Aleæto Maronis facit, hoc huius

Bellona,

Prima manu rutilam de vertice Larissæo

Ostendit Bellona facem: dextraque trabalem

Hastam intorsit agens: liquido quæ stridula celo

Fugit: & aduersæ celso stetit aggere Dirces.

Mox & castra subit: ferróque, auróque coruscis

Mista vir is turmale fremit: dat euntibus enses:

Plaudit equos vocat ad portas: hortamina fortes

Non placet vox, hortamen, in Heroico.

Praeueniunt: timidi sique etiam breuis addita virtus.

Dx erat enim ille,

At seua è speculis tempus dea nacta nocendi,

Ardua tecta petit: stabuli & de culmine summo

Pastorale canit signum: cornúque recuruo

Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
 Contremuit nemus, & sylua intonare profunda.
 Audiit & Trivium longe lacus: audiit amnis
 Sulphurea Nar albus aqua, fontésque Velini:
 Et trepida matres pressere ad pectora natos
 Tum verò ad vocem celeres, qua buccina signum
 Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
 Indomiti agricola.

Transeamus ad amœnitatem quampiam. Elysium suum
 Claudianus in secundo de Raptu,

*Elysi cam
 pi.*

Admissum ne crede diem. sunt altera nobis
 Sidera: sunt orbes alij: luménque videbis
 Purius: Elysiumque magis mirabere solem,
 Cultorésque pios. illic preciosior ætas
 Aurea progenies habitat: sempérque tenemus,
 Quod superi meruere semel. Acuté dictum,
 - nec mollia de sunt

Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
 Perpetui flores: quos non tua proculit Ætæna.
 Est etiam lucis arbor, prædiuus opacis,
 Fulgentes viridi ramos curuata metallo:
 Hæc tibi sacra datur: fortunatumque tenebis
 Autumnum: & fuluis semper dicabere pomis.

Ex Musæi dictis in sexto,

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis
 Riparumque toros, & prata recentia rivis.
 Incolimus. Quorum descriptio paulò superius,
 Deuenerè locos lætos, & amœna vireta
 Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.
 Lærior hic campos æther & lumine vestis
 Purpureo: solémque suum, sua sidera norunt.

Neque otium iners ac veterinosum: sed

Pars in gramineis exercens membra palæstris,
 Contendant ludo, & fulua luctantur arena
 Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Et mox,

Arma procul, currúsque virum miratur inanes.
 Stant terra defixæ hastæ. nihil citius aut magis deprauat

hastas. - passimque soluti

Per campos pascuntur equi. Que gratia currum
 Armorumque suis viuunt, qua cura nitentes

Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Quinetiam,

*Conspicit ecce alios dextra laeuâque per herbam
Vescentes, latùmque choro Pæana canentes
Inter odoratum lauri nemus. unde superne
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.*

**Quin & illorum collatio locorum ex duobus magnis
poetis illustris erit. STATII** nânque **Tiresias** in quar-
to ciet **Erebum,**

*Tartareæ sedes, & formidabile regnum
Mortis inexpleta: túque ô sauisime fratrum,
Cui seruire dati manes, eternaque sontum
Supplicia, atque imi famulantur regia mundi:
Soluite pulsanti loca muta, & mane seuera
Persephones: vulgûsque caua sub nocte repostum
Elicite: & plena redeat styga portitor alno.
Ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
In lucem remeare modus. tu separe cætu
Elysius Persea pios, virgâque potenti
Nubilus Arcas agat. contra per crimina functis,
Qui plures Erebo, plurésque e sanguine Cadmi
Angue ter excusso, & flagranti præuia taxo
Tisiphone dux pande diem: nec lucis egentes
Cerberus occursum capitum detorqueat umbras.*

Erichtho verò **LVCANI** in **VI,** longè atrocior,

*Eumenides, Strygiùmque nefas, pænaque nocentum
Et chaos innumeros auidum confundere mundos,
Et rector terræ: quem longa in secula torquet
Mors dilata deum: Styx, & quos nulla meretur
Thessalis Elysius. Cælum matrémque perosa
Persephone, nostraque Hecates pars vltima: per quam
Manibus, & mihi sunt tacite commercia lingua:
Ianitor & sedis laxæ, qui viscera sauo
Spargis nostra cani, repetitaque fila sorores
Fractura, túque ô flagrantis portitor unde,
Iam lassate senex ad me redeuntibus umbris
Ecce audite preces: si vos satis ore nefando,
Pollutóque voco, si nunquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano, si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido profecta cerebro,
Siquis, qui vestris caput extâque lancibus infans*

Imposuit,

Imposuit, victurus erat, parete precanti.

QV M autem vel ad preces vel ad imperia cunctaretur manes: in utroque poeta est mox obtestantium minitantiūmque Necyomagorum modus. Hic enim,

*Tisiphone, vocisque mea secura Megæra,
Non agitis sæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam vos ego nomine verbo
Eliciam. Stygiâsq; canes in luce superna
Destituam. per busta sequar. per funera custos
Expellam tumulis. abigam vos omnibus urnis.
Tæque deis ad quos alio procedere vultu
Ficta soles, Hecate pallenti tabida forma
Ostendam, faciémque Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenso terræ sub pondere: quæ te
Contineant Ennea dapes: quo sædere mæstum
Regem noctis ames, quæ te contagia passam
Noluerit reuocare Ceres. Tibi pessime mundi
Arbiter, immittam ruptis Titana cauernis:
Et subito feriere die. Pareti? at ille
Compellendus erit, quo nunquam terra vocato
Non excussa tremit: qui Gorgona cernit apertam,
Verberibusque suis trepidam castigat Erinny.
Indespecta tenent vobis qui Tartara -
(MELIVS, Vobis indespecta tenet) -- cuius
Vos estis superi: Stygiæ qui peierat undas.*

TIRESIAS autem,

*Testor, ait, diuos, quibus hunc sacrauimus ignem,
Lauâque conuulsa dedimus carchesia terra,
Iam nequeo tolerare moram. Cassusque sacerdos
Audior? an rabido inbeat si Thessala cantu
Ibitis? & Scythicis quoties armata venenis
Colchis ager: trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor: si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis ossibus urnas
Egerere, & mistos calique, Erebi que sub vnum
Funestare deos libet? aut exanguia ferro
Ora sequi, atque egras functorum carpere fibras?
Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ
Spernite ne, moneo. Et nobis sauire facultas.*

TVM ad minas,

Scimus enim, & quicquid dici, noscique timetis.
 Et turbare Hecatem: ni te Thybrae vererer.
 Et triplicis mundi summum quem scire nefastum
 Illum: sed taceo. prohibet tranquilla senectus.

PENTHEI miseriam ex matris insaniam breuissimè perstrinxit Maro. Claudianus adduxit ad comparationem in Eutropium,

Quales Aonio Thebas de monte reuerse
 Menades infectis Pentheo sanguine thyrsis:
 Quum fatuit venatus atrox: matrique rotatum
 Conspexere caput: gressus caligine figunt:
 Et rabiem defuisse dolent.

OVIDIUS in tertio rem ipsam luculentè narrat,

Hic oculis illum cernentem sacra profanis
 Prima videt: prima est insano concita cursu:
 Prima suum misso violauit Penthea thyrso
 Mater: & ò gemina, clamauit, adeste sorores.
 Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
 Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in unum
 Turba furens: cuncta cœunt: trepidumque sequuntur,
 Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem,
 Iam se damnantem: iam se peccasse fatentem.
 Saucius ille tamen, ser opem matertera, dixit,
 Autanoe: moueant animos Actæonis umbrae.
 Illa, quis Actæon, nescit: dextramque precauitis
 Abstulit: Inoo lacerata est altera ruptu.
 Non habet infelix, quæ matri brachia tendat:
 Trunca sed ostendens deiectis vulnera membris,
 Aspice mater, ait. visis ululauit Agæue:
 Collaque iactauit: crinèmq; per aera mouit:
 Auulsumque caput digitis complexa cruentis
 Clamat: iò comites, opus hoc, victoria nostra est.

INTER Idyllia Theocriti recensetur illud, in quo hæc scripta sunt,

Πενθεύς δ' ἀλκίκατου πύργος ἀπο πάντ' ἐδάμρει,
 Σχῆνον εἰς ἀρχαίην κατὰ ὕψος, ἐπιχόμενον ἔρνος
 αὐτοῦ γὰρ ᾤχεσθαι τινὲν αἰεὶ κερὰς δεινὸν ἰδύσσα,
 Σὺν δ' ἐπέχεζε ποσὶ μενεαίδος ὄργια βαλχευ,
 Ἐξάντας ἐπέσσα, τὰ δ' ἔχ' ὀρέοντι βέβηλοι.
 Μάνιστο μὲθ' αὐτὰ, μάρνοντο δ' ἀρ' ἄθ' ὕψ' αἰεταί.
 Πενθεύς μὲθ' ἐσὺ γὰρ περιβηδύς, αἴ δ' ἐδίωνον,

Πάπλος ἐκ Ζεφύρου ἐς ἰγνῆαν ἐρύσασται.
 Πενθεύς μὲ τόδ' ἔειπε, πῖνος κἀχρηθῆς γυναικίης;
 Αὐτονοῦ τόδ' ἔειπε, τάχα γνάση ἄφιν ἀκούσῃ.
 Μήτηρ μὲ παραλαὸν, μυκίτατο, παμδὸς ἔλυστα,
 Ὀσων ἄφ' τοῦδ' ἔδου τελέθῃς μύκημα λεῖπας.
 Ἰγὼ δ' ἔξ' ἔρριξε σὺν ἄμοπλάτα μέγαν ὄμον,
 Λαξέ δ' ἄπ' ἄφ' ἔρα βῆσται, ἢ αὐτονοῦς ῥυθμὸς αὐτότος.
 Αἰ δ' ἄλλα τὰ φελοσὰ κρέα νομείοντο γυναικίης.
 Ἐς θήσας δ' ἀφίκαντο πεφυρῶν ἄματι πάσαι,
 Ἐξ ἔρρος πίνθημα, ἢ οὐ πινθῆα φέρουσαι.

In quibus, vt in ceteris penè omnibus, longè minorem spiritum poeticum inuenies in Græcis, quàm in Latinis. In vixisque autem audaciam mendacissimam. Vix fex homines brachium auellere queant.

IN primo Argonauticòn votà concepit pro filio Peleus,

*Hoc superi seruate caput, tu cetera Chiron
 Da mihi, te paruis lituos, & bella loquentem.
 Miretur: sub te puerilia tela magistro
 Venator ferat: & nostram festinet ad hastam.*

Haud absimilia in tertio Honorii consularu apud Claudianum, - Rex ò Stellantis Olympi,

*Talis perdomito redeat mihi filius hoste,
 Hyrcanus populatus opes, aut cæde superbus
 Assyria, sic ense rubens: nimis coacta synecdoche:
 -sic flamme crebro*

Turbidus, & grato resperfus puluere belli:

Armique gauso referat captiu: a parenti.

Gauso, plebeium: gaudenti, non est ausus: leto, non explet numerum,

TALIA & Annibal SILII ad filiolum, in III,

- spes ò Carthaginius altæ

Nate, nec Æneadum lenior metus, amplior, oro,

Sis patrio decore, & factis tibi nomina condas:

Qui superes bellator auum: iamque ægra timoris

Roma tuos numeret lacrymandos matribus annos.

Ni præsaga meos ludant præcordia sensus:

Ingens hic terris crescit labor: ora parentis

Agnosco, toruâque oculos sub fronte minaces,

Vagitumque grauem, atque irarum elementa mearum.

Siquis forte deus tantos incidere actus,

*Vt nostro abrumpat letho primordia rerum:
Hoc pignus belli coniunx seruare labora.
Cùmque datum fari: duc per cunabula nostra.
Tangat Eliseas palmis puerilibus aras,
Et cineri iuret patrio Laurentia bella.
Inde ubi flore nouo pubescet firmior atas,
Emicet in Martem, & calcato fœdere victor
in Capitolina tumulum mihi vindicet arce.*

Aiacis quoque Sophocliæ affectus iidem,

Ω πατρὸς ἡρώο πατρὸς ἄτυχιστοῦ,
Τὰ δὲ αἰὲν ὁμοῖος, καὶ ἡρώο αἰὲν οὐ κακός.

Et paulò pòst, - δῖος ὄπις πατρὸς

δείξεις ἐν ἰχθυοῖς, ὅσος ἐξ οἴου τράφης.

Sed & Hector in sexto Iliados ea precatur, quæ nos quoque nobis euenire cupiamus,

Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τὸνδε ἡρώο
Πᾶσι ἴμον, ὅς καὶ ἐγώσφ, ἀετάρη πῆα τράφισι,
Ὡ δὲ βίβω τ' ἀγαθόν, καὶ Ἰλίου ἴφι αἰάσσειν.
Κάρησι πῆς εἶπῃσι πατρὸς δὲ ὄχι πολλὸν ἀμείων.
Ἐκ πολέμου αἰώντα, φέροι δὲ ἔναρα βροτῶντα,
Κεῖνας δῖόν. αἰδρα χαρεῖν δὲ φένα μῆτηρ.

Claudianus in Proserpinæ tela cum Ouidio certat de rerum sedibus pòst primam confusionem. vter igitur vincat, ex his manifestum erit,

*Hic elementorum series, sedesque paternas
Insignibat acui. veterem qua lege tumultum
Disc erit natura parens: & semina iustis
Discessere locis. Quicquid leue fertur in altum,
In medium grauiora cadunt. incanduit Æther.
Egit flamma polum, fluxit mare. terra pependit.*

NIHIL minus, sed cum vulgo loquutus est.

IN primo Metamorphoseôn,

*Hanc Deus, & melior litem Natura diremit,
Nam celo terras, & terris abscidit undas:
Et liquidum spisso secreuit ab aere calum.
Quæ postquam euoluit, cæcòque exemit aterna:
Dissociata locis concordia pace ligauit.
Ignea conuexi vis & sine pondere calis
Emicuit: summâque locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate, locòque.
Densior his tellus, elementaque grandia traxit,*

*Et pressa est gravitate sui. circumfluvius l. 14. nor
Ultima possedit, solidumque coercuit orbem.*

S E D & zonas paulò post ad hunc modum digerit,

Vtque dua dextra celum, totidemque sinistra

Parte secant zone: quinta est ardentior illis:

Sic onus inclusum numero distinxit eodem

Cura dei: totidemque plagæ tellure premuntur:

Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.

Nix tegit alta duas, totidem inter utrâmq; locavit:

Temperiemque dedit, mista cum frigore flamma.

S I C & ille,

Addit quinque plagas: mediani subægrime rubro

Ob sessam fervore notat. squallebat adæstus

Limes: & assiduo fiebant stamina sole.

Vitales utrinque duas: quas mitis eberrat.

Temperies habitanda viris. cum sine supremo

Torpentes traxit geminas: brumæque perenni

Fædat, & æterno constringit frigore telas.

I N primo perfecti operis,

Quinque tenent celum zone: quarum una corusco

Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:

Quam circum extremæ dextra, lævæque trahuntur

Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.

Hæc inter, medianæque, duæ mortalibus ægris

Munere concessæ diuim.

D E O R V M concilium Ovidius in eodem,

Est via sublimis cælo manifesta sereno

Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.

Hæc iter est superis ad magni tecta tonantis,

Regalæmq; domum. dextra, lævæque Æeorum

Atria nobilium valvis celebrantur apertis.

Plebs habitat diuersa locis. à fronte potentes

Cælicolæ, clarique suos posuere Penates.

Hic locus est, quem si verbis audacia detur,

Haud timeam magni dixisse Palatia cæli.

Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu,

Celsior ipse loco, sceptroque immixtus ebærno

Terrificam capitis concussit terque quaterque

Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera mouit.

C L A V D I A N V S in tertio de Raptu, Iouis iussu

Irim de cælo deducit,

Illæ colorato Zephyros transgressa volatu

*Numina conclamat pelagi: Nymphásque merantes
Increpat: & fluuios humentibus euocat antris.*

SPECIOSIORA quàm Ouidiana illa. tum autem
ciuilia,

*Ancipites, trepidique ruunt. qua causa quietos
Excierit: tanto qua res agitanda tumultu?*

Vt patuit stellata domus: considerare iussi.

*Nec confusus honor. Caelestibus ordine sedes
Prima datur. tractum proceres tenuere secundum*

Aequorei, placidus Nereus, & lucula Phorci

Canicies: Glaucum series extrema bififormem

Accipit, & certo mansurum Protea vultu.

Nec non & senibus fluuiis concessa sedendi

Gloria: plebeio stat cetera more iuuenus.

Mille annes: liquidis incumbunt patribus vda

Naides: & taciti mirantur sidera Fauni.

STATIVS in primo Thebaidos quamproximè ad pal-
mam,

At Iouis imperio rapidi super atria cali

Lectus concilio diuim conuenerat or do

Interiore polo. spatium hinc omnia iusta

Primumque, occiduumque domus: effusa sub omni.

Terra, atque vnda die. Medius sese ardens infert

Ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu:

Stellantique locat solio. Nec protinus ausi

Calicole: veniam donec pater ipse sedendi

Tranquilla iubet esse manu: mox turba vagorum

Semideum, & summi cognati nubibus annes:

Et compressa metu seruantes murmura venti

Aurea templa replent misti. conuexa deorum

Maiestate tremunt. Radiano maiore sereno

Culmina, & arcano florentes lumine postes.

MARONIS maiestas suis contenta, nihil horum,

Panditur interea domus omnipotentis Olympi,

Conciliisque vocat diuim pater, atque hominum rex

Sidream in sedem: terras vnde ardens omnes,

Castraque Dardanidum aspectat, populósque Latinos

Considunt tectis bipatentibus.

OVIDIANVM Chaos aliis numeris prosequutus est
Lucanus in primo,

-ste cum compage soluta

*Secula tot mundi suprema, coegerit hora,
Antiquum repetens iterum Chaos: omnia mistis
Sidera sideribus concurrent. ignea pontum
Astra petent. tellus extendere littora nolet:
Excutiétque fretum. fratri contraria Phæbe
Ibit: & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totaque di scors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.*

PINGVIS sanè excursus, & ostentationis plenissimus.
nam Ouidius, quod aggressus est profiteri, iure narrat,

*Vnus erat toto terrarum vultus in orbe:
Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles.
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.*

ET interiectis carminibus de confusione tandem,

*Frigida pugnabant calidis, humentia sicci,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.*

Virgilianum Cacus duo poetæ diuersis historiis repræ-
sentarunt. Apud Flaccum igitur in IIII, agnosces illum *Caci repræ-
sentatio.*
ex Amyci immanitate. apud P A P L I N I V M in I, Thebaidos
ex Adraști narratione, quam de vastatore monstro
instituit. In VIII;

*Hic spelunca fuit vasto summot. a recessu,
Semihominis Caci facies quam dira tegebat,
Solis inaccessam radiis: semperque recentis
Cede tepebat humus: foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebat pallida tabo.*

A M Y C I A U T E M,

*Littore in extremo spelunca apparuit ingens
Arboribus super, & dorso contacta minanti:
Non qua dona deum, non qua trahat ætheris ignem:
Infelix domus, & sonitu tremebunda profundi.
Vt variis proripe metus. hic trunca rotatis
Brachia raptæ viris, strictoque immortua cestu:
Osque terra situ: capitum mæstissimus ordo.*

AT quemadmodum Euander de Caco: sic Adraustus de
monstra verba facit inter ipsa sacrificia. illum interficit
Hercules: hoc Coræbus: opere præmium eius videre fa-
ciem videntis, & ut ille Vulcanô satus: sic hoc,

*-monstrum infandis Acheronæ sub imo
Cruceptum Eumenidam thalamis: cui virginis ora*

Pectoraque æternum stridens à vertice surgit:

Et ferrugineam frontem discriminat anguis.

I L L I V S quoque,

-nequeunt expleri corda tuendo

Terribiles oculos, vultum, villosaque setis

Pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes.

Ita & huius,

-inuat ire, & visere iusta

Evanescentes in morte oculos, uterique nefandam

Proluuiem, & crasso squallentia pectora tabo.

Nihil squallet tabo. sed squallor est αἰχμῆς. ab asperitate

ἡσυχίας ὄψεως: vt diximus in Originibus & in historiis Aristoteles.

Noctis &
somnia.

N O C T I S, & Somni descriptionem animaduertimus apud multos. Virgilius in v, simplicissimè,

Ecce deus ramum Lethæo rore madentem,

Vique soporatum Stygia, super utraque quassat

Tempora cunctantique natantia lumina soluit.

Somni verò tempus & noctis diuinitus, in **I I I I**, quod & alibi posuimus: cæterum decies repetitum placebit,

Nox erat: & placidum carpebant fessa soporem

Corpora per terras: syluæque, & seua quierant.

Æquora: cum medio. voluntur sidera lapsu:

Cum tacet omnis ager, pecudes, picteque volucres

Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis

Rura tenent, somno posita sub nocte silenti

Lenibant curas, & corda oblita laborum.

C V I V S lucis umbra quædam est in **V I I**, Punicorum,

Cuncta per & terras, & latistagna profundi

Condiderat somnus, positoque labore dierum

Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.

Ac quemadmodum ibi,

At non infelix animi Phœnissa, nec vnumquam

Soluitur in somnos, oculi sue aut pectore noctem

Accipit.

Sic apud **S I L I V M** iisdem verborum momentis,

At non Sidonium curis flagrantia corda

Ductorem, vigilisque metus haurire sivebant

Dona soporifera noctis.

In **v**, Syluarum **P A P I N I V S** floridissima atq. amœnissima. postquàm enim deorum placidissimum appellauit, subdit,

Tacet

*Tacet omne pecus, volucrèsque, feræque:
Et simulant fessos curuata cacumina somnos:
Nec trubicibus fluuiis iidem somus: occidit horror
Æquorū, & terris maria inclinata quiescunt.*

IN I, Achilleidos breuius,

-totis ubi somnus inertior alis

Defluit in terras, mutūmque amplectitur orbem.

AT in X, Thebaidos somni sedem ingeniosè admodum,
& Ouidianè,

*Stat super occidua nebulosa cubilia noctis
Æthiopasque alios, nulli penetrabilis astro
Lucus iners: subterque cauis graue rupibus antrum
It vacuum in montem, quà desidia atria somni
Securūmque larem segnis natura locauit.*

IM O solers, ac vegeta segnem, non ipsa segnis,

*Limen opaca quies, & pigra obliuia seruant,
Et nunquam vigili torpens ignauia vultu.*

*Otia vestibulo, pressiisque silentia pennis
Muta sedent, abiguntque truces a culmine ventos.*

non sunt igitur otia, nullum enim negotiosius negotium,
quàm ventos arcere,

*Et ramos errare vetant, neque ramorum motum erro-
rem dixerim,*

- & murmura demunt.

Alitibus: non hic pelagi, licet omnia clament

Littora, non illic cæli fragor,

non rectè posuit de vno loco, hic, & illic.

-ipse profundis

Vallibus effugiens, speluncæ proximus amnis.

Non placet currens fluuius, sed stagnum,

Saxa inter, scopulosque tacet. migrantia circum

Armenta. omne solo recubat pecus & noua marcent

Gramina: terrarūque inclinat spiritus herbas.

Ipsè autem vacuus curis humentia subter

Antra soporifero stipatus flore tapetis

Incubat. exhalant vestes: & corpore pigro

Strata calent: supraque torum niger efflat anhele

Ore vapor. manus hæc fusos à tempore lauo

Sustentat crines, hæc cornu oblita remisit.

IGITUR OVIDIUM, qui hæc omnia penè dixit, aut i-
mitatus: aut adhibito iudicio, quibusdam vltro omissis

superare conatus est. Ille nánque in XI,

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu:
Melius ad polum, quàm ad Occidentem, vt STATIVS.
Nulla enim in parte occidens est, quin ibidem oriens
quoque sit. Quare non est noctis locus, aut somni potius,
quàm diei ac vigiliæ. sub polo autem sita loca procul à lu-
ce sunt & à calore.

Mons cauus, igni: cui domus, & penetr alia Somni.
Rectè penetr alia: quia & recessum, & longè abductum di-
cebat: cætera sunt, è quibus sua STATIVS.

*Quò nunquam r. adius oriens, mediúsque, candénque
Pnebus adire potest, nebula caligine miste*

Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis.

Non vigil ales ibi cristati cantibus oris

Euocat auroram: nec voce silentia rumpunt

Sollicitiue canes, canibusque sagacior anser,

Non fera, non pecudes, non moti flamine rami.

CASTIGATIVS, quàm P APINIVS,

Humanæ somnum reddunt consicia lingua

Tuta quies habitat. saxo tamen exit ab imo

Riuus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens

Inuitat somnos crepitantibus unda lapillis.

Prudentius, quàm ille, non dedit fluuium aliunde, quàm
à Lethe. Neque motum dedit ei sine murmure ob somni
conciliationem. Animaduerte tamen loquendi modum:

- unda labens per aquæ riuum.

Ante fores antri sæcunda papauera florent,

Innumeraque herbæ: quarum de lacte soporem,

Nox legit, & spargit per opacas humida terras.

Ianua, ne verso stridorem cardine reddat,

Nulla domo tosa: custos in limine nullus.

At medio totus est Ebena sublimis in antro

Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus:

Quo cubat ipse deus membris languore solutus.

Hunc circa passim varias imitantia formas

Somnia vana iacent.

APPONIT deinde numerum.

Protei formas varias canit in IIII, perfecti operis vir di-
uinus,

Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.

Fiet enim subito sus horridus, atraque Tigris,

Squamme-

*Squammosusque Draco, & fulua ceruice Leena.
Aut acrem flammæ sonitum dabit: atque ita vincilis
Excidet: aut in aquas tenues dilapsus abibit.*

SILIVS IN VII,

*Per varias lusit formas, & terruit attri
Serpentis squammis: horrendaque sibila torfit:
Et fremuit toruo mutatus membra leone.*

Et quemadmodum ad Aristæum,

*Nam quis te iuuenem confidentissime nostras
Insisit adire domos, quidue hinc petis?*

Sic ille,

*Dicite, ait, quæ causa viæ? quisue ora repente
Pernasit pallor? cur scire futura libido?
Scis Proteu, scis ipse: nec est te fallere cuiquam.*

& ibi,

& hîc, *nostris nostros præfage timores.*

Ouidius in VIII,

*Nam modò te iuuenem, modò te videre leonem.
Nunc violentus aper: modò quem tetigisse timerent,
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras: interdum vndis contrarius ignis.*

In XI, de Thetide penè eadem.

In XXI, Iliados Xanthus, vt Achillem à Troianorum
cæde arceat, magnis vndis, atque vorticibus intumescit.
fluuii verò impetum reprimat Vulcanus. Sic Punicorum
III, aduersus Scipionem turget Trebia: cuius insolentiam
comprimat idem Vulcanus. Idem argumentum in
IX Thebaidos, de Ismeno atque Hippomedonte.

Δεινὸν δ' ἄμφ' ἀχλὺν κακῶν ἴσατο κύμα.

Ἄδρι δ' ἐν σάκκῳ πῖπλων ῥόος.

SILIVS,

-conspurgens aggere aquarum

Impulit: atque humeros curuato gurgite pressit.

Arduus aduersa mole irrumpentibus vndis

Stat ductor, clypeoque ruentem sustinet annem.

PAPINIVS in ipsis incrementis diutius moratur. diluuium quoque ipsum adauget alia materia ad opprimendum bellatorem:

-nec mole liquenti

Contentus, carpit putres seruantia ripas

Arbusta animosaque trabes, eiecitàque fundo

Saxa rotat. Sed & vt illi,

- & obiecta dispellit flumina parma.

Post multam denique pugnam sedat Iupiter fluminis furor.

Punicorum v, Flamminii galea insignis scylla: Turni, verò chimarâ,

Cui triplici crinita iuba galea alta chimeram

Sustinet Ætnæos efflantem naribus ignes.

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,

Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugna.

SILIVS,

Ære, atque equorei tergo flauente iuueni

Cassis erat munita viro: cui vertice surgens

Triplex crista iubas effundit crime Sueuo.

Scylla super fracti contorquens pondera remi

Instabat, saeuosque canum pandebat hiatus.

Sic Turni clypeus: quos versus adduxi suprâ alia de causa,

At leuem clypeum sublati cornibus Io

Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos:

Argumentum ingens, & custos virginis Argus:

Celatâque annem fundens pater Inachus urna.

Sic Flamini,

Tum clypeum quatit, asper sum quem cadibus olim

Celticus ornatat cruor: humentique sub antro

Ceu sætum lupa permulcens puerilia membra,

Ingentem Assaraci celo nutribat alumnus.

Ad imaginem autem diuini clypei suum Silius pro Annibale fabricatus est in I I: in quo cum cætera, tu hæc quoque de opulentissimo præceptore mutuatus est,

Condebat primæ Dido Carthaginis arces:

Instabatque operi subducta classe iuuentus.

Molibus hi claudunt portus. his tecta, domusque

Partiris iuste, Bitia venerande senecta:

Instant ardentes Tyrj. pars du cere muros:

Moliri que arcem: & manibus subuoluerè saxa.

Pars optare locum tecto, & concludere sulco.

Serpentum causa in Africa ab OVIDIO in IIII, Metamorphoseôn.

Cumque super Libycas victor penderet arenas:

Gorgonei capitis gutta cecidère cruenta:

Quas huius exceptas varios animavit in angues.

Vnde frequens illa est, infestaque terra colubris.

SILIVS in III, breuissimè,

Fama docet, caesa rapuit cum Gorgonis ora

Perseus in Libya dirum effluxisse cruorem.

Inde Meduseis terram exundasse chelydri.

At non paucis in IX, LVCANVS. Persei nánque fabulam totam inferit, tandem verò,

-fœcundaque nulli

Arma bono virus stillantis tabe Medusa

Concipiunt, dirósque fero de sanguine rores

Quos calor adimit, putricque incoxit arena.

Inferdrum regnum proluxa narratione describit in XIII,

SILIVS: quem locum, qui volet, conferet cum iis quæ in

VI, diuini operis dicuntur: quæque in Orphei fabula scri-

bit OVIDIVS. In XVI, quoque ludos edit idem SILIVS:

quemadmodum PAPINIVS in VI, longis vterque

ambagibus, neque sine ineptiis interdum. cui erit otium,

inter eos quid intersit, quid conueniat iudicare poterit:

Quæ porricit Anchises in III, libamenta,

Tum pater Anchises magnum cratera corona

Induit, impleuitque mero: diuósque vocavit

Stans celsa in puppi,

Dij maris & terra, tempestatúmque potentes,

Ferte viam facilem vento, & spirate secundi.

IN I, FLACCVS postquam de patera multa, Iasonem eadem porricientem facit,

Hac pelago libat latices, & talibus insit:

Dij, quibus undarum, tempestatisque sonora

Imperium, & magno penitus par regia celo:

Túque fretum, diuósque pater sortite bifformes,

& quæ sequuntur,

Dædali fuga in VI, diuini operis,

Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna

Præpetibus pennis ausus se credere celo

Insuetum per iter, gelidus enauit ad Aëtos.

SILIVS in XII, tanquam puer excipiens nutricis verba,

-ætherias aliena tollere in auras

Ausus se penna, atque hominimonstrare volatus:

Suspensum hic librans media inter nubila corpus

Enauit: superósque nouus conterruit ales.

*Natum etiam docuit falsa sub imagine plume
Attentare vias volucrum, lapsūque solutis
Pennarum remis, &c.*

Hoc idem in v. 11, *Metamorphos.* deprehendes: vbi etiam remigii mentio fit: sicut & apud Virgiliū. *Quod Silius, pennarum remis.*

Hypsipyles autem & Iasonis conuiuium in 11, *Argonauticōn*, totum eductum est ex 1, diuini operis.

Cimmerios ex *Homericæ Vlyssæ x. 1*, *Strabo* agnoui in 1, Aiunt tamen *Geographi* eos esse *Scythis* affines. Quare non erunt vt scribit ille,

ἢ δ' εἰς πέλαθ' ἕκαστα βαθυρόν ἀκκαρόο
Ἐνθα δὲ κίμμεριον ἀνδρῶν δῆμος τε πόλις τε,
ἢ ἔρ' ἔννεβελι κικαλυμμένοι, εἰδὲ ποτ' αὐτοῦς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκίναςι,
οὐδ' ὅποτ' αὖ σείχησι πρὸς κελυθὸν ἀσέβοντα,
οὐδ' ὅταν ἀψ' ἐπιγάλας ἀπ' ἕρανόθεν προτραπίπται.
Ἄλλ' ἐπὶ νυξὶ ὅλον τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Hæc maximo cum dispendio veritatis: vt non sine magna causa *Plato* vetuerit *poetas* ingredi suam ciuitatem. Quæ nânque tandem terrarum pars tam extra *Solis* radios est, vt nunquam eis illustretur? Quin & *Latinorum* quosdam eiusdem temeritatis populares inuenias. Nam quis *Festum* ferat scribentem, *Cimmerios* esse *populos* perpetuis frigoribus occupatos: qui inter *Baias* & *Cumas* habitant? saltem debuit eum pudere mendacii: cum videret homo nominis *Romani* loca illa interdum etiam non ferentis æstibus exuri. Inter *Scythas* collocari videntur à *Flacco* in v. 1, *Argonauticōn*. In 111, verò quanto clarius numeris, tanto obscurius finium designatione. Ex *Homeri* tamen filis videtur illa texuisse,

*Est procul ad Stygiæ deuexa silentia noctis
Cimmerium domus, & superis incognita tellus,
Ceruleo tenebrosa situ, quo flammea nunquam
Sol iuga, sidereos nec mittit Iuppiter annos.
Stant tacite frondes: immotaque silua comantis
Horret verna iugo. specus, umbrarūque meatus
Subter, & Ocean præceps fragor, aruæque nigro
Vasta metu, & subita post longa silentia voces.*

Quæ à trinis promontoriis, incolarum *Græcorū* lingua, *Tinnacria* appellata est: eam cum esset *Italix* continens
atque

atque perpetua, maris vi dissectam, atque iccirco Siciliam dictam prodidere. Hoc enim est *ix. 3.*, & secare: quemadmodum in Originibus scriptum est. Iccirco in *111*, diuini operis,

*Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(Tantum cui longinqua valet mutare verustas)
Disfiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
Vna foret. venit medio vi pontus: & undis
Hesperium Siculo latus abscedit, aruâque & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.*

Figura, Conuersio, potius enim abscedit ab Hesperio Siculo, vt à toto partem. CLAUDIANVS in *1*, de raptu eadem, sed inferiore opera delineauit,

-Trinacria quondam

*Italia pars vna fuit, sed pontus & æstus
Mutauere situm. nequaquam æstus. sed æstu, post mutatum à maris vi situm, vt dicebat ille, interluit.*

-rupit consinia Nereus

Victor, & abscissos interluit equore montes:

Illud bonum,

Paruâque cognatas prohibent discrimina terras.

Pingitur in *1111*, Mercurius à diuino Poeta: ex quo suum depromptit STATIVS in *1*, Thebaid.

Summa pedum properè plantaribus illigat alis:

Obnubitque comas, & temperat astra galero.

Tum dextra virgam inseruit: qua pellerè dulces

Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire

Tartara, & exanques animare assueuerat umbras:

Omnia ex illo: quippe verba ipsa quoque veluti in eo versu qui hocce antecedit,

Paret Atlantiades dictis genitoris. nam summus Poeta dixerat, Ille patris magni parere parabat

Imperio, melius parabat quàm parat.

Apparatum nânque profectiois ostendit in ipsa talarium adaptatione,

- & primum pedibus talaria nectit

Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra

Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco

Pallentes: alias sub tristitia tartara mittit:

Dat somnos, adimitque & lumina morte resignat.

Illa fretus agit ventos, (Non solum agitur ventis)

- & turbida tranat Nubila.

QVÆ Ovidius in I, non ausus est, vt ille, interpolare: sed admiratus tantùm quasi digito indicauit,

Parua mora est, alas pedibus, virgâque potentem

Somniferam sumpsisse manu, tegiménque capillis.

Galerum omisit MARO,

Baccharum impetus atque discursus multis in locis legitur apud OVIDIUM, MARONEM, PAPINIUM. In VII, diuini operis latè. in III, Transformationum. in IIII, Virgilius attulit ad comparationem,

- qualis commotis excita sacris

Thyas ubi audito stimulant Trieterica Baccho

Orgia: nocturnûsque vocat clamore Citheron.

In V, PAPINIUS penè eadem,

- infano vetuti Theumesia Thyas

Rapta deo: cum sacra vocant, Idæaque suadet

Buxus, & à summis auditus montibus Euan.

Lemniadum audaciam atque impietatem describere: FLACCUS ex Apollonio in II. STATIVS in V, Inter quos exercere poterit suum quisque ingenium. Iusti nânque operis instar sunt: neque hîc inferenda.

In Adraſti sacris, Phœbi laudes canuntur apud Papiniû, quemadmodum ab Euandro Herculis Præn. Vtrobique post eadem ibi monſtri, hîc Caci: de quibus suprà dictum est.

Eadem veneratione summum virum imitatur in IIII, STATIVS: vbi Adraſtum ad Æneæ, Hypſipylen ad Veneris Ideam formauit.

Sic SILIVS in VIII, Æneæ atque Eliſæ historiam, ex Marone totam: itémque ex verbis verba ab illo, tanquam à dictatore, non solùm à dictantependens.

PAPINIUS in X, Nisi atque Euryali tum cædes, tum interitum repræſentauit in Hopleo & Dymâte. Si Idæ lamentationes comparabis cum luctu matris Euryali, in III, diuini operis,

- Alphæum, fama est, huc Elidis amnem

Occultas egisse vias subter mare, qui nunc

Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

STATIVS in IIII,

Qui te flauæ natant, terris Alphæe Sicaniis

Aduena,

Aduena, tam longo non unquam infecte profundo.

Pyrrhum angui VIRGILIUS in II, ille Tydeum in

III,

Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus

Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,

Nunc positus nouus exuriis, nitidusque inuenta,

Lubrica conuoluit sublato pectore terga,

Ardens ad Solem: & linguis micat ore trifulcis.

-ceus lubricus alta

Anguis humo uerni blanda ad spiramina Solis:

NON placent spiramina Solis.

Erigitur liber senio & squallentibus amnis

Exutus: letisque minax intermicat herbis.

Ah miser, agrestum si quis per gramen hianti

Obuius: & primo siccauerit ora veneno.

IVRE optimo utriusque poetæ ponentur loca illa : in quibus apud Maronem Turnus, apud Statium Tydeus, edita luculenta pugna defatigati describuntur. Sunt hæc è

II, Thebaidos,

-at tamen illi

Membra negant, lassusque ferit præcordia sanguis.

quomodo ferit lassus?

Iam sublata manus cassos defertur in iclus,

Tardatque gradus, clypeum non sustinet umbo,

Mutatam spoliis, gelidus cadit imber anhelo

Pectore. tum crines, a dentiaque ora cruentis

Roribus, & tetra morientiam aspergine manant.

In IX diuini operis hæc,

Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,

Nec dextra valet: iniectis sic undique telis

Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum

Tinnitù galea: & saxis solida æra fathiscunt.

Discussæque iubæ capiti: nec sufficit umbo

Ictibus. ingeminant hastis & Troes, & ipse

Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor

Liquitur & piceum (nec respirare potestas)

Flumen agit: sessos quatit æger anhelitus artus.

DEINDE uterque adiungit leonis comparationes : quæ suis positæ sunt locis.

Locum etiam quem caneret aptum insidiis, accepit

Bb.ij.

idem ex XI,

*Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi,
 Armorúmque dolis, quam densis frondibus atrum
 Urget utrinque latus, tenuis qua semita ducit,
 Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni.*

ET posuit in I I,

*- gemini procul urbe maligni
 Faucibus urgentur colles: quos umbra superni
 Montis, & incuruis claudunt iuga frondea sylvis
 Insidias natura loco, cæcámque latendi
 Struxit opem: mediáque arête secat aspera rupes
 Semita: quam subter campi, deuexáque latis
 Arua iacent spatiis.*

DIVINVM est elogium summi Poetæ, in IX,

*Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt.
 Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.
 Dum domus Æneæ Capitolij immobile saxum
 Accolet imperiúmque pater Romanus habebit.*

Huic hæsit FLACCVS in II,

*Sed tibi nunc que digna tuis ingentibus ausis,
 Orsa feram, decus, & patriæ laus una ruentis
 Hypsipyle? Non ulla meo te carmine dictam
 Abstulerint, durent Latii modo secula fastis,
 Iliacique lares, tantique palatia regni.*

Fulius PAPINIUS Thebaidos III,

*Tu tamen egregius fati, mentis que nec unquam
 (Sic dignum) passure situm: qui cominus ausus
 Vadere contemptum regis: quanquam ampla veniret
 Libertas sancire viam: quo carmine dignam
 Quo satis ore tuis famam virtutibus addam,
 Augur amate deis? TVM tanquam in suis sylvis vagus,
 - non te caelestia frustra*

*Edocuit, lauróque sua est dignatus Apollo:
 Et nemorum Dodona potens. Cirrhæaque virgo
 Audebit tacito populos suspendere Phæbo.
 Nunc quoque tartareo multum diuisus Averno
 Elysias, i, carpe vias.*

LVCANVS autem in IIII, de Curione,

*At tibi nos, quando non proderit ista silere,
 A quibus omne æui senium sua fama repellit,
 Digna damus iuuenis meritæ præcomia vite.*

Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma:

Aut cui plus leges deberent recta sequenti.

ALIBI EX IIII, diuini operis Atlantis posuimus descriptionem: quam, quia est apud Ouidium, hinc reponere libitum est,

Atlantis duri, celum qui vertice fulcit.

Atlantis circum aſidue cui nubibus atris

Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri.

Nix humeros infuſa tegit. tum flumina mento

Præcipitant ſenis: & glacie riget horrida barba.

ILLE autem Metamorphoſ. libro IIII,

Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comæque

In ſyluas abeunt: iuga ſunt humerique, manûſque.

Quod caput ante fuit, ſummo eſt in monte cacumen.

Oſſa lapſi ſunt. tum partes altius in omnes

Creuit in immenſum.

TRIA ſunt Epithalamia Claudiani valde bona: Catulli duo: vnum Papinii. Feſtiuitas in Catullianis multa & pura Venus è vero Latio: Erectior Papinius: Claudianus neque numeris, neque inuentionibus cedit illis.

Multa præterea loca ſunt minutiora: eaque tot, vt vel pertinaciſſimum fatigare queant obſeruatorem: ſuo fretus ingenio, rariora mutuatur è Virgilio Lucanus: cæterorum penè nullus ſibi parcit. ponam igitur aliqua, vt nobis in mentem venerint.

VIRGILIUS in VI,

Quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

STATIUS in V,

Illa velut rupes immoto ſaxea viſu Hæret.

VIRGILIUS in V,

Olli ſerua datur, operum haud ignara Minerua,

Creſſa genus Pholoe, gemini que ſub vrbe nati.

STATIUS in VI,

& generum ſamula ſolatur Achaæ.

In iiſdem veſtigiis, nam VIRGILIUS,

-calcemque terit, iam calce Dioreſ,

Incumbens humeris.

STATIUS autem,

-quem deinde gradu premit horridus Idæ

Iuſpiratque humero, flatuque & peſtoris umbra

Ter: a premit.

Quibus in locis etiam est illorum imitatio,

Tutatur fauor Euryalum, lacrymaeque decoræ:

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Quæ STATIVS in angustum,

-accessit lacrymarum gratia formæ.

Illaque quoque summi Poetæ, quemadmodum & alia quam plurima retulit in sua idem. Nam quod suprâ recitabamus,

-hæret pede pes, densusque viro vir:

STATIVS IN VIII,

Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,

Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis.

Sic, *Ad quem subridens mista Mezentius ira:*

Ille de Tydeo in eodem, -& formidabile ridens.

Longè sanè felicissimè. vterque melius quàm Homericus risus Sardonius.

SILIVS verò illa,

Non mihi si lingua centum sint, oraque centum

Ferrea vox: sic IN IIII,

Non mihi Maonia redeat si gloria lingua

Centenasque pater det Phœbus rumpere voces.

STATIVS autem illa,

Non Diomedis equos, non currum cernis Achilles: in XII,

Non cum peltiferis est hæc tibi pugna puellis:

Virgineas nec crede manus: hic cruda virorum

Prælia. ILLA verò suauissima ex XII, diuini operis,

Indum sanguineo veluti violauerit ostro

Si quis ebur: vel mista rubent ubi lilia multa

Alba rosa. Aded sunt admirati duo maximi poetæ, vt

in sua transtulerint. STATIVS, enim in I, Achilleidos,

Lactea Massageta veluti cum pocula fuscant

Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur ostro:

CLAVDIANVS in I, de Raptu,

-non sic decus ardet eburnum,

Lydia Sidoniæ quod fœmina tinxerit ostro.

Duobus tantum verbulis idem STATIVS in V,

-rapit ingenti conamine saxum

Quo discretus ager. illa diuina ex eodem,

-saxum circumspicit ingens,

Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

N I C minore cura in eodem,

*Illum & cognata stagna indignantia Lerna,
Floribus & vernis assueta spargere Nympha,
Ac Nemees raptatus ager, lucosque per omnes
Syluicola fracta genuistis arundine Fauni.*

SE Q V V T V S est illa ex V I I, quæ simplicissima condi-
mentis affecit hisce,

*Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fluere lacus.*

I q eodem Iunonis verba ad Furiam,

-fœcundum concute pectus.

S T A T I V S in I I, Achilleidos,

-fœcundumque erige pectus.

S I L I V S in I I, deduxit lineas suas ex momentis

Virgilianis in I I I, elaborati operis,

*It liber campis pastor, cui sine sine vlllo
Inuetitum saltus penetrat pecus: omnia Pœnum
Armenti vigilem patrio de more sequuntur,
Gesûque, latrator Cydon, tectumque focique
In silicis venis, & fistula nota iuuenis.*

quæ adeo hærent diuinis illis, vt Paraphrasis esse quæpiam
videatur. Ergo hæc, quibus ne Apollo quidem melius,

*Sepe diem, noctemque, & totum ex ordine mensem
Pascitur: itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis: tantum campi iacet, Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumque, larumque,
Armæque, Amycleumque canem, Cressamque pharetram.*

Ex V I I I, diuini operis,

*Heu quantæ miscris cædes Laurentibus instant!
Quas pœnas mihi Turne dabis! quàm multa sub vndis
Scuta virum, galeasque, & fortia corpora volues
Tybri pater!*

E I I, Punicorum tanquam discipuli,

*Heu quantum Ausonio sudabit arma cruore!
Quis belli vindex pœnas mihi curia pendes?*

Arborum simplicem altitudinem descripsit L V C A N V S *Arborum
altitudo.*

in I I I,

Æthera tangentes sylvas liquere Coastræ.

At M A R O in I I, perfecti operis addidit mensuram ex
conatu sagittariorum,

-ubi aera vincere summum

Arboris haud vlla iactu potuere sagitta.

Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.

Vbi & loquutionem attendes, vincere summum arboris aere. plebeius poeta dixisset simpliciter *arboris cacumen*. De Hylæa Scythiæ regione idem canit FLACCVS in VI,

Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas

Sylua trabes, fesseque prius rediere sagitta,

Arboris ad summum quàm peruenere cacumen.

Est in XV, Transformationum,

Coralium.

Sic & Coralium, quo primum contigit auras

Tempore, dure scit: mollis fuit herba sub vndis:

CLAVDIANVS in nuptiis Honorii,

- vellitque coralia Lotho

Vimen erat, dum stagna subit: processerat vndis,

Gemma fuit. Videamus quantum ad illa quæ sunt in V,

diuini operis,

Intextusque puer frondosa regius Ida

Veloces iaculo ceruos, cursuque fatigat,

Acer, anhelanti similis: quem præpes ab Ida

Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.

Longæni palmas nequicquam ad sidera tendunt

Custodes: seuitque canum latratibus ad auras.

ACCEDANT ea quæ sunt in I, Thebaidos,

Hinc Phrygius fuluis venator tollitur alis.

Gargara desidunt surgenti, ac Troia recedit.

Stant mæsti comites, frustra que sonantia lassant

Ora canes, umbramque petunt, & nubila latrant.

LLVD vero conuiuium totum pendet ex Marone: quemadmodum,

- nec sic auersum fama Mycenis

Voluit iter: imago illorum quædam est,

Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe, & alia penè innumera: sicut apud Claudianum in I, de Raptu,

Iam vicina toro plenis adoleuerat annis. ex illo Poetæ,

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

LV CANVS autem, quemadmodum dicebamus rarior.

In III, tamen penè ad literam illa retulit, quæ sunt in X, diuini operis,

Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis

Daucia Laride, Thymbérque simillima proles

Indiscreta suis, gratusque parentibus error,

*At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.
Nani tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis
Te decisa suum Laride dextera querit:*

Semianimé sque micant digiti, ferrúmque retractant.

I L L E autem rudia, & quasi proponens thesin declamationis,

Stant geminó fratres fœcundæ gloria matris:

Quos eadem varijs genuerunt viscera fatis.

Discrevit mors sæua viros: vñúmque relictum

Agnorunt miseri sublato errore parentes,

Æternis causam lacrymis. Sic & illa ex x,

- non me quicumque es inulto

Victor, nec longum latabere: te quoque fata

Prospectant paria, atque eadem mox arua tenebis.

His sic in VII,

- Stygias magno duce liber ad undas,

Et securus eo, te sæuo Marte subactum,

Pompeioque graues pœnas, vobisque daturum,

Cum morior, sperare licet.

Sic etiam ex I, inculpati operis,

Libra die, somni que pares vbi fecit horas :

Et medium luci, atque vmbri. iam diuidit orbem.

In VIII, æmulatus est,

Tempus erat, quo libra pares examinat horas

Non una plus æqua die.

In iisdem locis, quæ suprâ commemorabamus, sunt eorundem authorum versus, tanquam discipuli ac præceptoris. CLAVDIANVS,

- niveos infecit purpura vultus,

Per liquidas succensa genas, castique pudoris

Illuxere faces. Ille de Launia,

Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem

Subiecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit.

Siliana illa in X,

Contrâ Sidonius, Letho non terreor vllò:

Vtere Marte tuo: ex Maronis Turno,

- non me tua feruida terrent

Dicta ferox, & mox, Vtere sorte tua. Item Elisæ,

Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

& Flamminii,

Stat sonipes, vexatque ferox humentia frena,

Sanè Sili huc adducere omnia loca, quæcunque sibi comparauit ad effingendâ Virgiliti maiestatem, Grammatici potius intererit ad diligentiam ostendendâ, quàm illius qui suo iudicio Poeseos virtutes sese persequi profiteatur. Proinde qui eo volet animum aduertere, singularem ponet operam. Nunc paucula, quæ supersunt, videamus.

Idem tractat argumentum GRATIUS, & NEMESIANS apud nos. Græcis OPPIANVS. Magnus hic poeta, sicuti sæpe à nobis dictum est. quicum Græcorum neminem ausim comparare. Quamobrem nostros quoque duos hosce ab illo puto longè superatos. quippe cuius vnus spiritu Virgilianâ diuinitatem representatam semper iudicauit. tantû abest vt cum huius numeris illorum versus conferri possent. Atque eos quidè ambos cum plebeios iudicè, Gratii puritatem atque rotunditatem, denique inuentionem & ordinem antepono. Id quod sigillatim perpendenti omnia, satis patebit. Cæterum in sequenti libro non inutilia quædam huic iudicio addita sunt. quare ad reliqua transeamus.

Ex Proserpinæ Raptuloca decerpta sunt nobis aliquot sanè illustria, inter quæ illa imprimis nobilia sunt, quæ cum Ouidianis conferre queas.

Quæque volat, vernus sequitur color: omnis in herbas

Turget humus: mediòque patent conuexa sereno.

Sanguineo splendore rosas: vacinia nigro

Innuat: & dulci violas ferrugine pingit.

Et mox, - hæc lilia fuscis

Intexit violis: hanc mollis Amaranthus ornat:

Hæc graditur stellata rosas: hæc alba Ligustris.

Te quoque flebilibus mærens Hyacinthe figuris,

Narcissumque metunt, nunc inclyta gramina veris

Præstantes olim pueros. Tu natus Amyclis:

Hunc Helicon genuit. te disci perculit error,

Hunc fontis decepit amor. te fronte retusa

Delius, hunc fracta Cephissus arundine luget.

Æstuat ante alias auido seruire legendi

Frugifera spes vna deæ. Nunc vimine textos

Ridentes calathos foliis agrestibus implet.

Nunc sociat flores.

OVIDIUS autem in v, Metamorphoseôn,

- & aut violas, aut candida lilia carpit.

Dūnque puellari studio calathosque sinūnque

Implet. & in IIII, Faكتورum,

Hac implet calathos lento de vimine nexos,

Hac gremium, laxos degrauat illa sinus.

Illa legit calthas: huic sunt violaria curæ,

Illa papanereas subsecat ungue comas.

Has Hyacinthe tenes, illas Amarante moraris:

Pars Thyma, pars Rorem, pars Meliloton habet.

Plurima lecta rosa est, sunt & sive nomine flores.

Ipsa crocos tenues, liliæque alba legit.

Ita laxior OVIDIVS: cōpositior CLAVDIANVS.
neque enim solum prato floribus, sed etiam flores ipsos
pingit coloribus fabularum. Itaque & in illis pictior
phrasis: quippe eius primarium argumentum est,

Forma loci superat flores. curuata tumore

Paruo planicies, & mollibus edita cliuū,

Cruerat in collem. niveo de pumice fontes

Rosida mobilibus lambebant gramina riuis.

Syluæque torrentes ramorum frigore Soles

Temperat, & modico brumam sibi vindicat æstu.

Apta fretis abies. &c. quæ alibi recitauimus.

Simplicius in V, Transformationum,

Sylua coronat aquas, cingens latus omne, suisque

Frondebis, ut velo, Phæbeos submouet ignes.

Frigora dant rami. varios humus humida flores.

Perpetuum Ver est. & in IIII, Faكتورum,

Valle sub umbrosa locus est aspergine multa

Humidus, ex alto desilientis aque.

Tot fuerant illic, quot habet natura colores,

Pictæque dissimili flore nitebat humus.

CONFERVNTVR PRIN-

CIPIA ET FINES.

CAPVT XVII.

HÆc ad hunc modum. Principia verò & Fines ope-
rū quibus legibus tāti viri aggressi sint, vbi declara-
tū fuerit. nihil iā huiusce operæ supererit nobis. Ac Græci
quidē statim inuocāt, simul inuocationi admiscēt argu-
mēti propositionē. Nostri hāc primo loco. deinde implo-
rant opē, haud sine magna, quod alibi dicebamus, ratio-
ne. Cū enim etiā rerum abditarum, etiam animorum

momenta atque discursus canere instituant : verisimile est non nisi deorum immortalium spiritu afflatus ea consequi posse. Alii igitur Musas, alii Phœbum, nonnulli vnum quempiam ex cæteris diis inuocarunt. Venerem LVCRETIVS aptissimè: quæ sit author Romani generis: cuius lingua scripturus sit, tum autem princeps generationis: cuius principia, causas, elementa proficitur. Sic enim, vt aiunt, suos libros auspicatus est, *Ætheris & terra genitabile querere tempus*. Alii poetæ cum viris illustribus libros suos dedicarent: quasi pro numine haberent ipsos, ausi sunt ab eis petere carminum suorum præsidium. Sic poetarum princeps ad Octavianum conuertit vota sua, sic ad Neronem LVCANVS, ad Vespasianum FLACCVS, STATIVS ad Domitianum, OVIDIVS ad Germanicum. Atque hic quidè leuiter. quippe speciosissima verba illa, *timide dirige nauis iter*. At maximus poetarum effudit diuinitatem suam, vt deum faceret vnum ex tribus carnificibus: Augustum dico, tum Lepidi tum Antonii prædem immanitatis. Quem fac innocentiam plenum, à qua longè fuit alienus: quare optimum poetam, nobiliorè se ciuè relegat Ovidium, propter suæ filiam impudiciam. Quid igitur ille cæli afficit honoribus, qui ne terra quidem fuit dignus? Sic enim est in exordio perfecti operis,

*Tuque adeo, quem mox quæ sunt habitura deorum
Concilia, incertum est, urbem sive inuisere Caesar
Terrarumque velis curam: & te maximus orbis
Authorem frugum, tempestatumque potentem
Accipiat, cingens materna tempora Myrto:
An deus immensi venis, maris ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat ultima Thula.
Teque sibi generum Tebrys emat omnibus undis.*

Post tot tantaque, etiam illud excogitauit,

*Anne nouum tardis sidus te mensibus addas:
Quà locus Erigonem inter, Chelâsque sequentes
Pânditur? Ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, ac cali iusta plus parte relinquit.*

*Quicquid eris (nam te nec sperent tartara regem:
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:*

*Quamuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)*

Da facilem cursum, atque audacibus annue cæptis,

Ignarof-

Ignarósq; via mecum miseratus agrestes

Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

Quod consilium diuino in opere cùm repudiasset: nihil enim horum quicquam ille, tametsi dicitur id opus Augusti iussu aut gratia conscripsisse: admonere potuit castigatæ eiuscemodi abstinentiæ cum reliquis **STATIVM**: qui per initia Thebaidos ad eandem miseriam ita se composuit,

- túque ò *Iatix decus addite fame:*

Quem noua maturi subeuntem exorsa parentis

Æternum sibi Roma cupit. Tum illa, nihil nisi superiora,

- licet arctior qmnes

Limes agat stellas: & te plaga lucida Cæli

Pleiadum, Boreæque, & hiulci fulminis expers

Sollicitet, licet impeditum frenator equorum

Ipse tuis altè radiantem crinibus arcum

Imprimat, aut magni cedat tibi Jupiter æqua

Parte poli: maneat hominum contentus habentis,

Vndarum terræque potens, & sidera dones.

Tempus erit, cùm lanigero tua fortior æstro

(durum hoc æstrum lanigerum)

Facta canam. Id quod etiam Flacco placuit: sic enim scribit,

- túque ò pelagi cui maior aperti

Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit

Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos:

Eripe me populis, & habenti nubila terra,

Sancte pater, veterumque faue veneranda canenti

Facta virum, ver sam proles tua pandit Idumen.

Videntur aliqua deesse,

Nanque potens Solymo migrantem puluere fratrem

Spargentemque faces, & in omni turre furentem,

Ille tibi cultusque deum, delubraque genti

Instituet: cùm iam genitor lucebis ab omni

Parte poli, neque enim Tyrias Cynosura carinas

Certior, aut Græuis Elice seruanda magistris:

Seu tu signa dabis, seu te duce Græcia mittet,

Et Sidon, Nilusque rates: nunc nostra serenus

Orsa iuues, hæc vt Latias vox impleat vrbes.

Licit fortasse his Virgilium sequi. at Lucano qui licuit: quippe ita est memoriæ proditum: Romæ quidam recitaturum, in præfatione (sic enim consueuerant

tum ad attentionem comparandam tum ad poematis commendationem) ausum esse sese cū Virgilio ita comparare, vt etiam anteferri gestiret. illius enim hæc, *Ecquā-tum mihi restat ad culicem.* Quid igitur illius ita verba excipit, vt faciat sua? Tum autem qui Iuliorum familiā vniuersam Hispanico ac plebeio odio prosequeretur: quibus numeris monstro illi (Neronem dico) potuit adulari? Audiamus igitur nō iam Pōpeii, sed sui transfugam,

- te cūm statione peracta

*Astra petes serus, pralati Regia cali
Excipiet gaudente polo, seu sceptrā tenere?
Seu te flammiferos Phœbi transcendere currus,
Tellurēque nihil mutato Sole timentem
Igne vago lustrare iuuat. Tibi numine ab omni
Cedatur: iurique tuo natura relinquet,
Quis deus esse velis: ubi regnum ponere mundi.*

Cum iis quæ sequuntur. STATIVS ad vnguem,

*Sed neque in arctoo sedem tibi legeris orbe:
Nec polus aduersi calidus qua vergitur Austri:
Vnde tuam videas obliquo sidere Romam.
Ætheris immensi partem si presseris unam:
Sentiet axis onus. librant i pondera cali
Orbe tene medio. Pars ætheris illa sereni
Tota vacet: nulleque obstant à Cesare nubes.*

Ab hoc excursu temperauerūt SILIVS & OVIDIVS, quorum iudicium ex Æneide sumptum ego quoque sequendum puto. Opera verò sua sic itē penē omnes clauferunt: Modestē VIRGILIVS ac more suo,

*Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis otij:
Carmina qui lusi pastorum, audaxque iuenta
Tityre te patula cecini sub tegmine fagi.*

Veritus enim plagiariorum temeritatem tū hīc nomen posuit suum: tum pudenter innuit initio diuini operis,

*Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis: vicina coegi,
Vt quamvis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis,*

Arma virūmque cano. Quæ qui abstulere, suam faciūt Æneidem, non Maronis. Et erat apud priscos in more positum. vt non titulis solūm ascriberent nomen, sed o-

peris statim principiis apponerent. Sic omnes Arabes,
& Chaldæi, ac Prophetæ veteres: Visio Azahelis. Iudi-
cium Abdix. Dixit Auenzabri. Sermo filii Zacuth. Pro-
positiones Barthequai. Sic Herodotus, sic Thucydides.

H O R A T I V S inflator in operis sui commédatione. Nâ
cùm pudentissimè diuinus Parthenias, *Hæc super aruorum
cultu, pecorùmque canebam, Et super arboribus: Ille,*

Exegi monumentum ære perennius,

Regalique situ Pyramidum altius:

Quod non imber edax, non Aquilo impotens

Possit diruere, aut innumerabilis

Annorum series, & fuga temporum. &c.

Haud multum absimilis OVIDIVS. modestior tamen,

Iamque opus exegi: quod nec Iouis ira, nec ignes,

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

(aboleuit Fastorum tamen libros sex.)

Cùm volet illa dies quæ nil, nisi corporis huius]

Ius habet: incerti spatium mihi finiat æui.

Parte tamen meliore mei, super alta perennis

Astra ferar: noménque erit indelebile nostrum.

Modestissimè etiam S T A T I V S,

O mihi bisseos multum vigilata per annos

Thebai. Iam certè præsens tibi fama benignum

Stravit iter: &c.

L V C A N V S autem quasi verus Vates præuenit exitium
suum his versibus, qui non in fine operis, quippe imper-
fecti, sed in nono sunt,

Nam si quid Latius fas est promittere Musis

Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores, &c.

Hi fines igitur poematum, cum quibus nos quoque tam
longo tamque pertinaci labori finem faciamus.

LIBRI QVINTI

FINIS.



I V L I I C Æ S A R I S S C A
L I G E R I P O E T I C E S L I B E R
S E X T V S , Q V I E T
Y P E R C R I T I C V S .

I V D I C I V M D E Æ T A T I B V S
P O E S E O S L A T I N A E .

C A P V T I .

*Seculum
unde*

LA T I N Æ Poeseos ætates quinque in præsentia statuo, non quemadmodum quatuor mundi secula poetæ præsci, neque similes quatuor vitæ spatiis, quæ à Philosophis in animalibus agnoscuntur. motus enim, tractus ille qui certis temporum præscriptionibus secatur in partes, ac propterea seculi consecutus est appellationem, celebratus est in primordiis ipsis à pacatis elementorum consensionibus, à qua perenni perpetuæque concordia incorruptissimi metalli, hoc est auri, formam ei designarunt. Ergo, ut res esse mortales habent, cum in eo consistere non posset, neque fas esset ad meliora promouere: necesse fuit à deterioribus excipi. Vnde per argentum primum, deinde per æs ad hoc vsque ferrum, quo nunc æuum miserrimè transfigimus, deducti sumus. Vitæ verò nostræ curriculum longè alia dimensione ab infantia inchoatum, statàque ætate perfectum, declinat eò vsque dum rursus exolescat. At ipsam poësim multò diuersa metimur ratione. nânque rudimenta quædam primi illius exortus agnoscimus: flexumque ætatis tanquam per adolescentiam, à Liuiio atque Ennio, per Accium, Nævium, Plautum ad consummatum florénsque transmissum robur: quod in Terentio, Catullo, Tibullo, Horatio viget, in Virgilio etiam lucet splendet, à quo ad Martialem, Iuvenalem: Silium, Statium deurgens, paulatim efflorescit. Tum autem quarto veluti decurso spatio, hæsit in senii vestigiis cum Sc
ren o

reno, Sidonio, Seuerino, Aufonio. Atque hæc quidem præ se ferrere videbantur hæctenus imaginem quampiam inæqualis vitæ nostræ. verùm longo post hosce tempore, nõ secus atque intermorta, tãdem penè derepentè satis magna veluti Tages alter, extitit. Nam tametsi de integro rediuiua nouam sub Petrarcha pueritiam inchoasse, atque inde Philelphi studio clara admodum incremèta cepisse visa est: haud exiguam tamen illam tum fuisse puto, quam constat penè illico multorum illustrissimis ingeniis confirmatã, cum antiqua illa optima certare potuisset. Etenim si vnum modò Virgilium excipias (is enim non solum humana superauit ingenia, verumetiam sese quasi parem extulit naturæ) Palingenium, Aonium, Politianũ, Cerratũ, Vidã, Pontanũ, Sanazarũ, Fracastorium habes, quos cum cuius veterum compares multis, sed non ignobilibus anteponas. Quam rem vt cõmodius ac propius cognoscamus, ab iis quorum opera sunt nota nobis (multa enim latent nos in hac barbaria atque vastitate literarum: ac raris, longinquis, difficilibus & vix & serò comitatibus subuehuntur) auspicatus, iudiciũ nostrum ad ea vsque tempora deducere constitui, quæ sua sulca auctoritate, reprehensionibus atque censuris carere videbantur. Tentandum nãque nobis est, perinde atque nobilium ac sublimium rerum vel indagatorib. vel etiã vindicibus, an illa quæ ab ipsis dicta sunt, acutius, concinnius, rotundius, accuratius potuerint dici. Quæ fuit causa, vt ab iis, qui etiam nunc monumētis suis superstites sunt, duxerimus temperandũ. simul vt & odium in castigando, & adulationis suspicionem in laudando vitaremus. Tũ autè qui non omnium aut indolem, aut facta cognosceremus: si qui fortè propterea præteriti fuissent, ne id à nobis vel temerè, vel ignauè, vel etiam malignè factum putaretur.

IUDICIUM DE POETIS,

CAPVT II.

AC quanquam à Quintiliano, summo est factum iudicio, vt qualis quisque esset poetarum, cognoscere: & iam superiorib. libris non pauca sunt à nobis commemorata: non nihil tamen hinc quoque dicendum est, quod ad imitandi studium rationemque nos excitare queat. Vt igitur à vetustioribus initium faciamus: sunt qui

Plauto Terentium anteponant: non desunt qui è contrario huic illum. quarum partium iudicium si quibus rationibus fulciatur, intelligamus, faciliè vter vtri præstet, notum erit. Illud igitur imprimis, quod & alibi dicebamus, considerandum est: Vtriusque idem studium fuisse in Comœdia. Quod pœmatis genus cum ad animos laxandos fuerit excogitatum: quæ propius accederent ad hilaritatem, ea sunt à populo, popularisque auræ studiosis expetita. quæ fuit causa vt Volcatius secundum à Cæcilio Plautum statuerit: Terentium in postremis. Quando verò res eò perducta est, vt nos in lingua patria, hoc est Latina, simus peregrini: quam ex nitidissimi cuiusque authoris operibus emendicatam, ad ea quæ sentimus, applicaremus: atque in ea Terentianæ mûnditiæ potiores essent salibus Plautinis: quantum propter animi voluptatem tribuerent Plauto prisca, tantum ætas nostra ob linguæ cultum Terentio. Ille igitur illorum secunda fortuna commendatus: hic nostra miseria magnus factus est. Nâ equidem Plautum vt Comicum, Terentium vt loquutorem admirabor. quanquam ne Plauto quidem quicquam est quod obicias, præter antiquitatem. Sui nânque temporis hominibus fabulas dedit ille: Terentius verò ne abscederet ab illa quam affectauit, puritate: discessit ab ea quam præstare oportuit, comitate. vt rebus verba Plautus, hic res verbis accommodasse videatur. Quæ tamen in horum Comœdiis melius aut fieri aut dici potuerint, videamus.

PLAUTVS, TARENTIVS.

CAPVT III.

Quemadmodum igitur Plautus quibusdam Comœdiarum inscriptionibus minus satisfecerit nobis: suo loco dictum est. nam neque Rudens explet indicationem argumenti eius fabulæ, cui id nomen fecit: neque in tota Trinúmo, verbum hoc est nisi semel: & Truculentus sonum potius dat, atque expectationem sustinet, quàm rem præstet. longè commodius fecisset si pro Rudente, Tempestatem: pro Truculento, Rusticum: pro Trinummo, Thesaurum inscripsisset. Priuatim verò errauit in Amphitruone: cum in ea noctem longam illam decantatam scripsit, in qua Hercules conceptus fuit. nam sanè in ista ipsa nascitur, non concipitur. In Curgulione ve-

rò,

rò, quibus artibus potuit parasitus annulum militi suffurari, quem secū semper soror eius habuisset, postquam cum illo perierat? Sic enim ait Planesium,

Verum huuc seru. mi semper mecum unā annulum,

Cum hoc olim perij.

Neque verò placet quod fingitur in Cistellaria: Alcesimarchus adolescens statuitur cum ferro in scena, tanquā seipsum interfectorus. hoc enim tragicum, atque adeò atrox nimis. In eadem præterea idem adolescens cum deos suorum dictorum testes faceret, ita iurat, *Itæne dÿ magni, minusque et patellarij.* Hoc ut risum excuteret: non ex decoro vel rei vel personæ. id quod committit sæpe. verum res esse oportet etiam ipsis in Comædiis admodum verisimiles: ut, tamen si ficta representari potius quàm fingi videantur. Solum illud licere liceat (libet enim quasi Comicè ludere) cum duæ in scenis proximæ personæ, quasi in maximis interuallis ita loquuntur, ut à populo procul audiantur: illi inter se non exaudiant. hoc igitur vsu poetarū, theatrorū consensu datū acceptūmq. sit. Cætera omnia oportet quamproximè accedere ad veritatē. Itaque illud quidē vnquā est à me probatū, cum in captiuis & abbit Philocrates, & redit Philopolemus ab Ætolis Aulidem perpauillis horis. non minore culpa tragici Græci, apud quos Athenis Thebas Theseus momento temporis, etiā cum exercitu, etiā prælium fit, etiam post victoriam nuncius. Ridiculus potius in Mercatore Charinus quàm facetus aut vrbanus, cum furit: neque minus ineptus tum ipse tum pater, dum mutuis contentionibus licentur. ut omittā loca aliquot in quibus, sicuti dicebamus, antiquā exercet Comædiam, quem admodum & in Bacchidibus,

*Etiam Epidicum, quam ego fabulam æquē ac meipsum amo,
Nullam æquē inuitus specto: si eam agit Pelio.*

Hæc igitur inter alia, quæ quasi melius fieri potuerint, visa sunt recensenda. Nā sanè dictionis genus non est nostrū emendare: qui illi sanè barbari sumus: aut si Latini, Latini profectò illius beneficio. Numeros non desideramus. Versus aliquot in v r r, libr. perpenſi sunt. Antiquas dicendi figuras non nisi inepti carpere ausint: cuiusmodi sunt ex Aulularia, *Pici diuitias qui aureos montes colunt, Ego solus supero:* & ex Amphitruone, *Naucratem quem volui conuenire, in navi non erat.* Erant enim Romæ tū

Atticissimi, quos curiosius seculum postea est aspernatum.

Terentii verò quod immutemus, sanè habemus nihil summa enim ille arte omnia, accuratàq. imprimis nitescit oratione. nam quæ tria reprehendunt in ipso viri docti, illis potius quàm ei sunt oneri. Primum est in Prologo Heautontim. ita scriptum est, *Ne cui sit vestrum mirum cur partes seni Poeta dederit quæ sunt adolescentium, Id primum dicam: deinde quòd veni eloquar.* Aiunt aliter proponere, aliter exequi. Itaque suo quisque arbitrato inuertit. Mihi verò ad vnguem distribuere quæ statuerit, videtur. nam primum reddit rationem, tametsi leuem. Menander enim cùm ita inscripserit: satis habuit Poeta illius sequi iudiciù. ait igitur hæc per illa, *Ex integra Græca, integram Comœdiam Hodie sum acturus, Heautõt imorumenon.* deinde ait, *Non esse ostendi, & quæ esset: nunc qui scripserit, Et cuius Græca sit, ni partem maximam Existimarem scire vestrum, id dicerem.*

Deinde declarat quare ita prodierit in scenam. Ratio ergo ab ipso hæc adducta est, à Menandri autoritate. Quanquam ego arbitror, non omnis Comœdiæ partes esse adolescentum: sed eius personæ quæ in fabula aut insignior, aut frequetior. Est autè maximè insignis in ea Menedæus, tum quia eius causa abfuit Clinia, tum quia etià cùm præfens est, abest. aguntur enim omnia penè in ædibus Chremetis: tū quòd cõpilatur senex. Postremò quia fabulæ hilaritas in Catastrophe, tota pertinet ad senis miseriam diluèdam. Hoc primum obiiciebant: alterum hoc, *Vasta, inquit, & hians, atque inanis Comœdia est. tota nãnque intercedit nox.* Nam per initia cœnam curant. postea Chremes ait, *lucescit.* Sanè igitur abiit nox. Hæc est illorum obiectio: quam sic diluimus, *Datam actamque fabulam ludis Megalensibus. itaque dimidium fabulæ actum vesperi: noctem transactam ludis: alterum dimidiũ æliquum sub lucem. vnã igitur quasi duas.* Id quòd cùm esset per præconem pronuntiatum iussu Aedilium, pollicitus est ipse quoque poeta in Prologo, versu illo, *Duplex quæ ex argumento facta est simplici.* Tertia hæc animaduersio est in Andria: Introducitur enim Glycerium parturiens cum hisce verbis, *Tuno Lucina fer opem.* At, inquit, cùm hæc Comœdia palliata sit, nõ erãt inferenda nomina Romana. Lucinæ enim nomè quomodo notũ Glycerio, quæ Græca persona est? Respondemus, *Prolepsis poetica est:*
ex poetæ

Et poetæ sanè persona personis attribuuntur multa: quem- *Prolepsis*
admodum suo loco dictum est de Lauinis litoribus & de *poetica.*
Velino portu apud Maronem. & Romanis cùm recitarè-
tur, Romanas voces interponere licuit. Id quod ab aliis
quoque factum esse constat ex Plautinis fabulis. Ille enim
Thebis cùm ageret, Amphitruonem ita facit narrantem
Sofiam,

Quid faciam nunc si tres viri me in carcerem compegerint?
Sic in Captiuis nominat *Subbasilicanos*, cùm in Aetolia es-
set: item *velabrum*. cæterùm ne multis aliis excutiendis
locis ostentem diligentiam, legatur Choragi ecclasiæ in
Curculione: ea est,

Qui periuurum hominem vult conuenire, eat in Comitium:

Qui mendacem, & gloriosum, apud Cluacina sacrum: Dites
damnosos maritos sub Basilica querito. Præterea forum infanum,
forum medium, Canalem, Lacum, Thuscum vicum: quæ omnia
quum Romæ sint, atque ea fabula in oppido Epidauri a-
gatur: palàm est, hoc veteribus poetis licuisse, quod no-
uellis Grammaticis carpere non liceat.

R E C E N T I O R E S.

CAPVT IIII, MARVLLVS.

POSTeaquam ex priscis illis expediuimus nos, à nostro
P seculo auspiciari libet: vnde per proximam ætatem ad
superiorem factò gradu, tandem in vltima illa optima at-
que eius optimo principe Virgilio quiescamus. Primus,
quod equidem sciam, PETRARCHA ex Iululenta barbarie
os cælo attollere ausus est. Cuius, quemadmodum dixi-
mus alibi, quòd nihil videre licuerit: eius viri castigatio-
nes, sicut & alia multa, relinquam studiosis. Simile fatum
PHILELPHI quoque: sanè quod ad nos attinet. quare
ad alios transeamus MARVLLVS totus durus, moro-
sus, aliorum obtrektor, sui admirator simul, & diffidens.
Anxius enim quo dicat modo, hæret negotiosus, omnino
inuenustus. Quem cùm Crinitus tantoperè commenda-
rit: accuratius perspicendum est vtra potior fuerit: ami-
citiæ apud illù, an apud nos veritas. Iã primùm ad Ne-
æram Epigrâma, quod maximè videtur delicias facere, id
verò maximè est insuaue. neq. potest animus meus ei ac-
quiescere orationi, quæ fœminã vocet Passerem aut tur-
turem. Nam tamen si sexus est sub vno articulo vterque:
tamen si non sunt acceptæ voces illæ pro epithetis: tamen

aures eruditæ, verèque poeticæ aliud requirunt. Præterea cùm proponeret tria, regna, aurum, messes Arabum : tria conclusit, sed non eadem. sic enim dixit,

O prius peream ipse, regna, & aurum.

Dices non esse philosophum, sed poetam : at verus poeta dicat, se in Epigrammate oportere esse philosophum. accedit enim bonum Epigramma ad virtutes Epicherematis. Ad hæc decrescit oratio. pluris enim erat eum perire, quàm regna : pluris regna, quàm aurum. quare aut ita, aut melius dixerit alius, *Ah prius pereamus, omnia unà Arabum bona, regna, & aurum, & ipse.* vt tribus, quæ dicebat, repetitis, etiam seipsum addiderit. Quinquã etiam exercitationis gratia molliusculè illi futurum fuisse sic putamus,

Salve nequitia meæ Neera,

Plusquam nequitia tui Marulli.

Meum mel, mea suauitas, meum cor,

Meum suauitolum, mei lepores,

Tene ego sine regna? te sine aurum?

Sut messes Arabum velim beatas?

Tene viuere ego queam relicta?

Ah prius pereamus: omnia: ite hinc

Arabum bona, regna, & aurum, & ipse,

Qui meipsum in domina mea reliqui.

SVBIDIIVS versiculum duobus, quibus anteibat.

Plus enim est id quod positum est in hac interrogatione. plus, inquam, non posse viuere sine ea, quàm posse regno carere. Et magni affectus est verbi numerus ille, *pereamus:* & quod subditur: *omnia.* Deinde Gorgotes cum contemptu: *ite hinc.* tandem cùm seipsum expellit. Postremò, indignum seipso, quem reliquerit in *relicta.* Etiam possis accuere apposito contrario ad hunc modum,

Ah prius pereamus: omnia, ite hinc

Rerum somnia, regna, & aurum, & ipse.

Quin nihil pereat, nec hæc, nec illa.

Quem meipsum in domina mea reliqui.

Quòd si quis hoc facile factu putat : vt aliena corrigantur, periculum faciat. Citius & còmodius mille de suo fabricatus fuerit, quàm aliena decem vel praua direxerit, vel squallentia nitore affecerit. sed ad alia.

Alterum quoque Epigramma sanè multis arrisit. Inuentio tamen adèd vulgò iactata, adèd protrita est, vt

Græca,

Græca, Latina, Tusca lingua iam pridem circumferatur. Metiamur verò tum illius tractum vniuersum, tum partes singulas: postremò verò cõclusionem. Primùm dicit stupefactum, deinde coniectum in fugam: inde spoliatum: Neæram potitam telis deos figere: illum errare inermem. Languidior igitur est conclusio. minus enim est Amorem inermẽ, q̃ à fœmina deos vulnerati. Cùm igitur sic dicat,

Induiturque humerum: parit erque hominẽsque deosque

Vna ferit: victus errat inermis Amor:

nalim equidem hunc ad modum,

Ergo infesta ferit parit erque hominẽsque deosque,

Atque nouus telis facta triumphat Amor.

Quanquam argutius ita finxeris: Ille sic dicit,

Sed dum forte fugit, plenæ cecidere pharetræ,

Denicti spoliũ quas tulit illa dei.

Deinde sequitur illa conclusio. Tu sic,

Dumque fugit cecidere fides, arcusque, pharetræque

At trepidi spoliũ non tulit illa dei.

Atque ait, His puer, i, ferias hominẽsque deosque:

Sat mihi sunt oculi, non tua tela, mei.

Vt omittam, minus placere mihi vocem illam *pharetræ*, in numero plurali: versus enim gratia factum videtur. Primi quoque duo versus non satisfaciunt.

Inuenta nuper neruum cùm tenderet acrem,

Obstupuit visa victus Amor domina.

Voluit dicere, arcum tendenti Neæram superuenisse. nam quomodo inuenerit eam, si non vidit? quare post *inuenta* addidit *visa*? melius igitur ne fugiat: sed adeò incendatur ab illa, vt primùm obstupescat, mox spolietur. melius, inquam, non fugere à tam bella puella, sed rara neque amplius visa specie capi.

Inuenta rerum dominum cùm tenderet arcum

Obstupuit domine luce retusus Amor.

Obstupuit: spatiiisque immobilis hæsit in ysdem,

His ysdem in spatii, in quibus antè fuit.

Illæ granem telis pharetræque arcumque sonantem

Sustulit: at flenti reddidit inde deo.

Atque ait, His puer, i, ferias hominẽsque deosque:

Sat mihi sunt oculi, non tua tela, mei.

QVÆ verò ad Falconem scribit, iis languidulas illas Catulli conclusiones imitatus est. Totus quoque tractus

Epigrammatis ad illius Ideam deductus est. Multa tamē videntur reprehendi posse. Primū vniuersus ductus orationis, malim enim castigare Falconē, atq; inculcare, quā insectari maledictis. Neque enim ingratum potest eum appellare, qui sese vindicat in libertatem ex eius heri seruitio, cuius nutu multum pensū exhauriendum habeat in opere quotidiano, parum demēsi: propterea quōd ex eī famis cōparatione voluptas multa domino sit euentura, tantominus Insulsum aut ineptum appellare queat, tum autē ineptiat is qui illū vocet perfidū, captus. n. forte, iruitus, in nexu aut neruo, nullā Tyranno dedit aut debet fidem. Ignauum verō quis dicat Falconem: qui ab quotidiano certōque cibo transferat sese ad fortuitas dapei, nec nisi multa opera consequendas? nam hanc spiritus libertatem atque magnanimitatem pro impietate agnoscere, planē dementia est. Quare alia dicendi constitutio, quam ductum vocant, agendum fuit sic,

*Præpes volantum verè splendor alitum
Magnanime Falco: siue quæ terræ sola
Præter remisso pressa radunt impetu:
Sed quæ supremum fulminis ritu ætherem
Fundunt coruscæ: te ne Regis optimi
Olim ministrum, operisque consortem ardui,
Victoriarum Marte partarum tuo
Laudem impudenti prodidisse nunc fuga?
Cūmque obsoletæ sordibus vitæ ultimis
Tam splendidam mutasse fortunam: ut tu
Sis transfuga? Nam clarus olim quis fores
Cum Rege Rex, nunc bestia es cum bestiis.*

ORATIO igitur neque Falconi conuenit, vti diximus, neque Regi, vt dicemus, quippe cuius amorem erga Falconem comparat puellari ac fatuo amori. Qua cōparatione cū vellet dictionem suam facere molliusculam, Regis maiestatem non effœminauit solum in sexu, sed in ætate quoque infatuauit. Præterea duo addit, quorum alterū nequiquam Regē deceat, alterum ne virum quidem. nam neque Rex fugitiuam auem persequatur aut captet, neque vir lassus sit vnius diei opera, idque in equo sedens. Auxit autem ignauiam, cū addidit, *vix*. Ad illud inuisus venio, quando ne literatoria quidem Latinitas constare videatur. Quis enim non animaduertat illa minimè

minimè cohærere? *quascunque & solæ. sic enim scribit,*

Ingrate Falco, & crimen alitum omnium

Quascunque mollis aura subleuat solo:

Calumque permis, nubila & tranant suis.

& statim ab eodem relatiuo,

Ac regna solæ calitum & videt domos. Est igitur sic: *quascunque aura leuat.* &, *quacunque solæ vident regna calitum.* Præterea cum *calum* dixit, quare addidit *nubila*? An accepit *calum* non pro aere (quod tamen putandum est), sed pro quinto corpore naturali? ait enim solas aues videre *calitum domos*: ridiculè sanè.

Ad hanc dicendi castitatem permulta illius viri possis redigere: ne supinum hoc seculum ista leuia atque incondita miretur oscitanter. nam pleraque talia sunt: plurima plebeia & sordida. multa ex aliena inuentione: Græca scilicet, aut Latina. Est enim Aufonii inuentionio illa qua vitur ad Antonium principem Salernitanum,

Querite Maonidem Musa, redit alter Achilles,

Querite Pelidem, Meonides remeat.

E Græcis verò quæ sumpsit, vt in gemma Dido describeretur, haud valde vegeta sunt. Si, inquit, de pudica fœmina mentiuntur poetæ, ita vt impudicam scribant: quidnam scribent de impudica? De qua propterea quòd in nostris Heroinis extat Epigramma: hîc nullum ponam nouum. vnum tantum hîc dicam. me non intelligere versum illum, *Vera hæc effigies, nex vera est, hospes Elisa.* quid enim Etiàmne ibi præfens erat Aeneas in sculptus? at non aderat cum se interimeret. quod si, *hospes est Xéve,* Hellenismus est: viatorem Latini Hospitem vocant nusquam.

Ad Nearam quum scribit, se nisi vratur, fore vt in lacrymas soluatur, nisi lacrymis madeat, vstum iri: lepidissimè ac rotundissimè deducit. Quum igitur quot versiculis narrauerat vstionem, totidem lacrymas tanquam recurrendo renarret, addidit illum,

O vitam miseram, & citò caducam!

Non verù est. imò sanè tèperatã vitã, & elegãtius finiatur Epigramma illa rotunditate. Verùm ne curiosa sedulitate efficiamus operã nostram vilior em: vilescit enim singulis aut recensendis aut corrigendis: quum ex hisce paruit aditus huiusce castigationis studiosis. relinquamus ipsis quantum est reliquum: atque ad Hymnorum iudicia

*Hymnorum
iudicia.*

conuertamus orationem nostrā. Quos Hymnos tantò impensius à nobis esse tractandos existimamus, quò fuerunt ignauius à seculo nostro considerati. neque enim defuerūt qui ita scripserint, Principes Latinæ linguę viros à Marullo superatos. Quocirca per multum interesse videtur reipublicæ literariæ, vt & ipsi Marullo, & cæteris optimis viris sua cuique laus ac dignitas aut attribuat, aut retineatur. Quum igitur Poesis, vti dicebamus, ex rebus ac verbis, quemadmodum omnis quoque oratio, cõstituta sit: in vtrisque confusã operã Marullus posuisse videtur. nã quod ad res attinet, ea quæ supra naturã sunt, cælesti spiritu de eis fidẽ faciente: quando neque sensuum captu, neque mentis agitato cõprehendi queunt, vnã cū hac ipsa rerũ inferiorũ humilitate cõmiscuit: ac si quando seorsũ tractauit separata, in alteris altera promiscuè repetiit. quinetiã quod minus tolerabile fuit, Græcanicis fabellarũ mendaciis conspurcauit. Quod verè spectat ad ipsum filũ orationis: profectò nihilò constantius tumores Statanos ad humillimũ ac maximè plebeiu dicendi genus infeliciter demisit. Hoc enim viri illius ingenio maximo atque præclarissimo vitium fuit peculiare, vt magnifico spiritu scribere aggressus, elanguesceret in orationis tractu feruor ille: egregiõsque primos illos impetus iudiciũ deinceps destitueret, aut voluntas. Nã quibus in poematis sese voluit nauiter exercere, verus sanè poeta est, ac diuinus. velut in Elegia de exilio suo. recta enim est, & plena, efficax, rotunda. Maius etiã numen afflavit illum in Martis Hymno. longè excellentius atque augustius in Æternitatis explicatione spirat. penè enim solum poema illud vniuersas illius famę rationes sustinere potest. Cæterum vt quod de rebus ipsis dicebamus, eluceat: quis non videt primũ Hymnum non conuenire propositæ inscriptioni? Titulus enim quum sit is, Hymni naturales. & Natura nihil aliud sit, quàm vis mutationis atque conseruationis, & mutatio non sit nisi rei existentis, vt id quod non est, aut simpliciter aut tale sit, hæ sanè leges his circumscriptæ limitibus, nullã queunt habere necessitudinẽ communionis aut proportionis cū Creatoris infinitate. Solus enim creat infinitus, eiũsque actionis principium nullum est, ex quo fiat quod creatur, sed vnde tantum, efficiens scilicet ipse. Nam quę Natura capere potest

*Marullus
reprehenditur.*

*Natura
quid sit.*

Potest in Diuinis, trium personarum in infinita substantia unitatem, quam hic canit ille? Quare quid ei cum Iouis appellatione, quam communem cum Planeta mox faceret? Aut quem hic Dei filium agnoscit: vt in Pallade postea prostituat colubris & Medusæ? Quid ibi facit Inachus? Quid versus illi?

Sive in remotis optimis regnis patris,

Dignata mortales parum.

Nonne Dominus Iesus nō solūm regno Patris in cęlo, sed etiam suo sanguine nos in terris dignatus est? Nonne quotidianā præsentiā dignatur: qui nos inter affuturum sese pollicitus est, quibuscunque terrarum locis eius nomine conuentus indicetur? Quid eam cum veterum nugacissimis figmentis equestrem facit in Gigantum pugna? at Dei Sapiētia non eget vehiculo, non auxilio, non supplemento. quis enim addiderit infinito? Vniuersa vero materia rotundius omnino dici potuit. Vt autem ad primum hymnum illum redeamus, eius inæqualitatem, quæ in hymno quoque Solis deprehenditur, videamus. Quid enim grauius illo, aut sonorum magis?

Ipse animum vati, mentem ipse ministra

Sanc̃te Pater, siue aethereo delapsus Olympo

Enthea diuino prætordia concutis æstro:

Ignorâsq̃ue vias aperis: tæque ipse recludis.

Quid illis obscurius?

Sive iubes cinctum Solis caput igne tuentem

Ingenio, menti s̃que oculis per inane leuatis

Eminus informi quæsitum ostendere in umbra.

Quid illis plebeium magis?

Ipsi inter facies, sunulacrâque mille ferarum

Impia Circeæ depasti pocula mensæ,

Obscœnis stabulamur haris: nec tecta paterna

Respicimus: dulcẽmque Ithaco de culmine fumum.

Iampridem in sædas dociles transire figuras.

Sed te Moly tamen nobis tribuente beatum,

Securi Domina atque dapis, quo numina monstrant,

Nitimur immensum venerari carmine puro.

Vt ad Satyræ tabernas quam proximè accedunt, neque ex Christiana veritate scripta sunt illa,

Nam quum tota graui torperet machina acervo.

Ex nihilo nãnque creata sunt, non autem ex decantata

illa congerie atque confusione vel exempta, vel digesta omnia. Exulet igitur à Theologiæ libris acruus ille: à Philosophiæ verò monumentis *vacuum*, quod se iactat in illo versu,

Et vacuum sola inane teneret.

Nam quum scribitur in sacris libris, terra erat inanis & vacua, significatur id quod ἀπὸν dicunt Græci, id est iners, & cessans ab opere: non autem τὸ κενόν: quod omnino nusquam est in natura sine corpore: nusquam vel in natura, vel extra naturam sine Deo. Hoc autem non satis habuit *vacuum* dicere, nisi etiã verbosa palilogia subderet *inane*. Sed, & mala usus est loquēdi ratione, quū dicit,

Aridaque ostentas mediis sola prodiga in undis.

nam *prodiga* sunt effusa: at terrarū aspectus tollitur ab aquis. occulitur enim. ergo vel coercetur, vel castigatur. Non igitur prorsum se adigit: sed quominus agas cohibetur. Postea verò quā dixit hoc, quare abdidit?

Apparent subito, dictu mirabile, terræ.

Quanquam ne hoc quidem verum est, terram prius Oceano tectam, postea extitisse. Illa deinde luxuriant,

Divitiisque suis capitur instissima tellus.

Nullus enim telluri sensus, sed sola vel materia vel locus est eorum quæ in ea generantur. Aliunde nāque formas capiunt. Quapropter inconsultam continuat ambitionem,

Atque animum facies mouet, & variantia rerum.

Nam si hoc studuit, ut faceret: non mouetur animus post generationem: postquam enim recepta est in materiam forma, cessant affectus: sed ante generationem mouetur efficiens ab Idea quam in se habet. Quod si quis è trivii obstrepat, hæc esse sophismata, & à Musarum leporibus aliena: neque verum dixerit. nihil enim solidioris eruditionis à Musarum sacriariis alienum est, & unico eoque leuissimo verbo respōdeatur. Non igitur hymnos esse naturales. neque vera canit illis,

Cælumque profundum erigis.

Caue sanè dixeris, in imo cum elementis confusum fuisse cælum. Quod si cælum aquæ sunt, quas ab aquis nostris separavit Deus (Hebræis enim Cæli nomen aquam & ignem continet) quī stet versus ille?

Æquorea que iubes discludere moles.

*Solida e-
reditio ne-
quaquam à
Musis alie
na.*

Calum.

Si cælum, inquam, est aqua, nostras aquas ab aquis cælum quo discludat modo? Et quum dicere voluit, præfuisse diei solem, sic scripsit,

Portantem Aurora præponis lumina Solem.

non enim anteposuit *Aurora*, sed postposuit. Quòd si potiùs intellexit, portare lumen *Aurora*, verbum illud frustra sit. Cui nãque præposuerit? Illud autem prisorum delirium temerè nimis arrisit ei,

Solem fidere & moderantem frena choreæ.

Sic enim ceterorum cursus astrorum penderent à vi nutique Solis, Sol esset ipse Deus, aut prima Mens. Quine mens ipsa quidem prima temperat subiectas sibi rotationes, sed diurna sola rapiens, suam nihilo secius cuique permittit. Nam quò reliquos cælos regat Sol, quos ne tangit quidem, quibus non assidet? Sed de his suo loco, nam hic vel satis, vel etiam nimis. Scilicet etiam deformes buccæ suos habent basiatores: quarum sceditates apertius, ut pateant, arcessenda sunt huc quæ congestit mox in Iouis hymnum. Sub eo nãque nomine si verum summumq. Deum canit, non bono cõsilio repetit ex primo: temerèq. Falciferum malignum fidus ei patrem dat. sin Iouè celebrat planetam, quibus legibus terrarum & æquoris patrem nuncupat? Tù autè nihil frigidius Iouè fulguratore. ubi secutus patrias nugas, eundem facit Hyperionem, & Saturnum, qui fecit Hyperionem Solis patrem, ut idem sit Sol & Iupiter, aut Iupiter Solis frater, Titanis filius, qui Titanas tamen interfecit: Nugæ. Multi autem ibi versus infelices: totus tractus poematis vulgaris. sicut & quod Terræ dixit. Nihil ibi generosi, nihil præter humilem allegoriam positam in parabola sobolis & parentum. Inuenustus etiam in Venerem, quæ decuit esse lepidissimum. Sic & in Lunam, quum multa posset, nihil eruditum, durum ferè quodcunque canit, & insuaue. denique totum multò elegantius dici poterat. Sex primores excipio versus. sunt enim belluli. Illi verò,

Ego ne relictis, heu miser, vobis queam

Exilia perpeti altera:

vt sunt duriusculi, an sic possint emolliri?

Vobis relictis exilio exilium prius

Mutare cogar altero? Ibi etiam,

Vel tu virorum fortium, aut laudes decim:

nescio cur coniunxerit vel cum aut. &,

Proinde gratis hinc & inde cantibus:

melius quàm sermonibus: & efficacius quàm amicis: Et, *Via laevanda tædia*, mollius quàm incòmoda. Aut (quippe suis numeris duriusculis) *Vel longum iter fiet breue*. Et vieta illa putrisque Græcorum licentia discerpenti voces, tanquam Absyrtum aut Pentheum, atque in disiectos versus distrahendi, omnino antiquanda est: qua ille frequenter abutitur. Illi quoque in Martem numeri minus placent.

Adhuc suetus Leones

Comminus exagitare, aprósque.

An sic numerosius?

Suetus leonis, suetus apri

Sistere fulmineos furores. aut, Fulmineas domitare flammæ. Ignescit enim deus. Languidum est epitheton ibi,

Sereno iam propior, propiorque celo:

Melius, timenti, aut pauenti. Sic,

Et iam profana versa acies retro.

Acrius, *Et iam minaces.* aut etiam viuidius,

Tingit minacem iamque aciem metus. aut, tentat,

Et, loco, metus, fuga. Et illa malè ordinantur,

Et procellosa per aperta vitæ Flectere gressum:

Concinnius, *per aperta gressum Flectere vitæ.* neque bonum illud,

Sine mutato iaculis veneno: Mutatur enim iaculum veneno, non iaculo venenum. Sed nec felicior hymnus in Mercurium, *Neque mollior Calitibus.* Cælo, miserimi anapæsti: quique ex aliquo monotarum cœtu erupisse videri queant. In eo illud considerandum: cùm dicit de Mundo,

Qui par nulli, similis vni,

In te totus, tuus es totus. Potius, *Cui par nihil.*

Nam tamen in affirmatiua relatione parilitatis mutus est responsus: tamen in negatione cùm fiat disparis comparatio: minor semper ad maiore debet referri. itaque dicimus, Nihil Deo par, non autè, Deus nulli par. Et pessimè dixit, Mundú deorú patrem. Hymnus in Saturnum bonus est, & candidus. nihil tamen abditi, quí & multa forent ad manus, & ipse profiteretur illis verbis. *Nihil*

insigne

insigne nisi iuuat, indictumque. Pulchrè quoque stellas canit. at ille versus,

Hinc omne principium omnibus, hinc modus:

Commodius, *Hinc omne cunctis principium.* Quo verò Pana celebrat, multas habet bonas partes. Est autem illustre argumentum Vniuersitatis. Quocirca minus rectè deorù patrè dicit. Est enim Pan mundus ipse, aut cù diis, aut à diis, vnù. Itaque imà partes brutà, ipsius terrà sunt symbola: aquà inguina: semen enim aqua. Et aqua hyle Caldàis ac Syris. ὕλη Gràcis materia. Tù est aer in pectore, ignis apparitor, id est cordis. Caput cèlù est cù oculis, id est sideribus. Cornibus designatur vis Æternitatis, quà & præter & supra omnia est, & in se reflexa, seseque respiciens. Fistula totius est còsensio in concentu, & consona dissonantia, atque inæqualis æqualitas. At in Ætheris hymno quamobrem se dicturum pollicetur Magnum nec vlli auditum opus antehac? nam de confusarum in Chao rerum digestionem iam bis antea: in primo scilicet semel, iterum ad Palladè. & ante ipsum quis non? Tum de Ætheris in omnia versio. hoc enim Heracliti fuit. Sed & veteres evertit allegorias. nã qui fecerit Musas in nubas? Quippe & aduersatur historiis, què filios aliquot illarum narrant: & Naturæ ipsi. Fœcundissima nánque oportet esse numina. semper enim aliquid & parturiunt & pariunt. Non minore incuriã priscis fabulatoribus assensus est: vbi dicit, Iunonem decreuisse perpetuam virginitatem. Sanè si Iuno aer est, coniunctissima esse discupit Ætheri, qui profectò Iupiter. Elémenta vtrò quod semel appetit, semper appetunt, neq. appetere nequeunt. quæ si ipse, ipsitùsque fautores ignorabant, discant: sin habuere nota, iam culpa fit ex errore: qua quum posset carere, maluit deprecari. Hymnus in Oceanum, vt plerique alii, sanè quàm immodicus. Eruditio illa de Charybdi etiam est apud Aristotelem in Æsopi Æno. Cæterùm satis ridiculè, sub terris esse locum vacuú, quo vniuersus humor capi queat. tū autè quid metueret Oceanus? Ibi nánque futurus erat, idque totus, non autem discerptus terrarum sinibus. neque Solis radiis obnoxius: quibus & quotidie carpitur, & saluginis vitio fit insuauior. Quemadmodum verò poetices elegantia fuit aliquando parú studiosus: ita ei nimis addictus interdum,

quum enim legisset apud poetam, *illusus auro vestes*, ausus est idem orationis lenocinium attribuere vestibus Æternitatis. vaftrum sanè aurum, & miseram Æternitatem, si ab illo illudatur! Sic excedit pudentem rotunditatem, quum dicit in hymno Cælitum: *mascula firmitate*. Aristoteli *ὑπερβαρῆς*, robustum. Quæ verò cecinit Amori, ad Dei Spiritum sanctum nisi dirigantur, tota impia sunt, si dirigantur, ridicula. nam Cupidinè geminum ex matre gemina cū Platonicis agnoscit. at Amor in diuinis cū hoc nostrate haud vnus est. Et facit patrem ab eo vulnerari. nefanda profectò Atheologia! Non mouetur à Spiritu Pater, sed ipsum producit. Inter Græcorū errores fuit is. vt geminū crederent Spiritum sanctum. Et turpiter admiscet Anancem antiquorum, qua cohiberetur Chaos. Nullum numen præter Deum. Nulla necessitas potuit Mundi partes distingere, quominus suo quæque loco potiretur. nam sicuius elementi portio continetur extra sedem suã, ab alio vim patitur elemento, non ab vllò Necessitatis imperio, quod in omnia exerceatur. Effet profectò deus is alius, & contrarius quidem vero atque vni Deo. In Hymni extremo quū precatur Amoré, vt sese curis eximat prophanis. & Amor is ei fit geminus, alter purus, alter idoneus & voluptatibus & inanibus curis, vtri fecerit eiusmodi vota, disceptato opus fuit.

Solis hymnus initio tumidus, & Statium spirans, sed in saltibus, nedū in syluis, id est horridus, mox concidit. Ille tumor vulgaris. *Mens fremit: Procul este profani. Mens remugit: Oestro*. Bacchantum rabies sanè hic importuna, atque adeò ridicula. Et, *agitatedu anhelu*. ibi sonus deficit. & *longum interprete cassa*, & alia innumera. Pessimè Solem vocat Regè hominū ac deorū. Quare ineptè dat eius natalia ad Acheloum. Non rege natus quomodo rex est? In terris natus quomodo cælestium rex? Sed & quemadmodum imperite Solem sub Mercurio collocauit, ita falso scribit, eū esse in medio lucis & vmbre. Nulla sub ipso, nulla super ipsum est vmbra. Ipse in medio suæ lucis agit. Vmbra est aeris affectus luce priuati, terræ opacæ obiectu contingens. Et illa procul à veritate, Ab eo fugere cætera sidera. Nam & alia suo quæque circuitu congressus appetunt: & Luna menstruo cursu. Ac quâquam cmobusti Planetæ sunt infirmiores, non tamen omnes:

non

Græcorum
error de ge-
mino Spiritu
in sancto.

Vmbra
quid sit.

non enim Venus. Quin eodem in puncto qui cum illo iunguntur: ij tum pollent maximé. Nolo alia penè innumera persequi. non enim obtrectamus optimo ac fortissimo viro, cuius fati atque fortunarum, fatum meum atq. fortunæ sunt simillimæ: sed propositis quæsitæ perfectionis in re poetica præceptis, monemus huiusce spiritus iuvenes studiosos: vt à plebeiis atq. factiosis caueat iudiciis.

Restabat Hymnus in Bacchum. qui propterea quòd est operosissimo carmine conscriptus: nolui sigillatim castigare licentiam quam exercuit autoritate nunquam satis laudati poematis Catulliani. Cæterùm vt videant Musarum candidati quid præstare potuerit, si animum ad similem diligentiam appulisset: acrispimus nostrum integrum. Qui si minus probabitur: at excusabunt horæ vix duæ, quibus inter infinitas occupationes effusus est:

- *Tenera patrem quietis, genitore Ioue satum,*
Iubet alta mens Cybeles tereti pede canere:
Sacra iuncta quos ouantes simul abdita decorant.

Age Thyrsiger, Bicornis, Dionysc, Bigenite,
Eleleu, eue Bimater, Semele femorigena,
Animi mei tumentis furiata loca subi.
Laticis dea potentes, virides hyalicyba,
Vaga Nais amnicultrix, soror & pelagidoma,
Rigidoque tecta quercus pigra cortice Hamadryas:
Simul Euas Hippa pictis redimita nebridibus,
Refer has preces alumno: paret ara propitium.
Phrygios relinque campos dea: Tmolus in initio
Vbi vagienti Opteria tinnula dederat.

Ioue patre digna proles, Barytyperis Iromie,
Reparator alme fessi venerabilis animi,
Quid erit prius canenti, quid posterius?
An vt artibus dolosis soror æria Iouis
Semele necem suasit, rata pignora memorans,
Rata fulguranti ignitona pignora thalami?
Furibunda flamma plenum cineri dedit uterum:
Nihil illa læsit alto sacra membra Ioue sati.
Famulatur ignis igni, coma fulminea tua:
Noua flamma iuncta flamma duplicata tibi furit:
Tibi spirat hucce puris tonitruusona numeris.

An vt inde semicretum assuerit sibi femori
Pater arbiter sereni, pluuiaque dator aque:

Quod integrum deo fera dies daret habitum.

Viden' hinc choros Euantum: viden' agmina propera?

Sacra tecta fronde, plexis sacra condita canei?

Viget hinc tenellus infans: puerumque video mox.

Barymeni, Bassareu, Ewie, Gegeneophone,

Age solue viperini fera cingula catuli:

Et eo recinge flagrum: face verbera tumeant.

Date, dura terra, nubes: date vos nemora locum

Mora nulla, nec quieti modus ullus adorere,

Quate, pelle, cæde, Penthei memor, & memor Acati,

Sola quo secante ponti latro dux Lydius erat.

Modo salsa adunci rostro vada corpore varians.

Supere, Infere, omnia vnus, Lye, Lysie, Nomie,

Nihil est tibi quod obstat: nihil est tibi quod obest:

Coluber ve dirus aestu, Libycæue iuba Lea,

Rigidusve montis aspri, nemorumve ferus apex,

Fluuusve curuicivisor, Thetis aut reciproces,

Notus aut periculosus, Boreasve maritimus,

Zephyrusve dona Veris geuitabilia ciens.

Tua lege sensit acri iuga decolor Oriens:

Tua prima Diithyrambi nota, clamor Io, io:

Tua prima sunt Triumphi noua stemmata titulis:

Acies tuis ut armis truculenta gigas obijt:

Rabies reflexit in seipsa bipennisfera cadens.

Canimus, tot atque tantos domitare sacrilegos:

Male pœnitere Mineidas artis & opera:

Temerarios tumultus ubi sancta celebritas

Simul hausit: & simul tum fuit ulta facinora.

Peregrine, Semitalis, Myriorhyme, Xenie,

Hyperemeroclophypne, Ploverterobathypne,

Geminusque, & vnus idem: varius, similis item:

Nomius, Thyoniens, Nyctiliens, Oreodromus:

Tua lympha pura fontis: tua munera laticis

Salientis e rotundis sinibus grauis acini.

Tibi prima mella pingues dederunt liquida favi.

Neque soli aratra iactat sibi sulcifica Ceres:

Neque Vesta mater auctos sibi montipera lares:

Neque iura sancta summo Themis ardua solio:

Neque sceptrâ Iuppiter vindicat aurea sine te.

Animantibus repletur tibi terra, tibi mare:

Comes est recens Inuentas stata, nescia tenebræ,

Bona sempiterna vite vegetantia cumulans.

Duce te super supremi serimur spatia poli:

Fruimurque Calitum vis, fruimurque dape deum.

Sine te deus fatigat temere pius Helicon:

Temere impedita languet pigra vena, cita prius.

Mihi Tauriformis Euan, mihi Merotrophe vend.

Modo lenta siste vestigia munere ferula:

Modo sustine, profanus fera pectora seriens.

Genitus bis ex eodem, semel antè satus eras.

Pater, obfetrrix, & idem fuit ille, pia parens.

Toties satus, biformis, modo femina, modo vir:

Temesa idem, Iacchus idem: dubius, neque dubius.

Igitur si Eleusis aris Cerealibus agitas:

Erycina sine Cypro Cytherea Venus alit:

Vel amas Osiris undas colocasiopatulas:

Tibi temporum reponunt variante pede vices:

Saturas hyems quietes, aliaque viridia

Modo ferta flore picto, modo fructibus obita.

Comes vda cymbalisque, crotalisque fit Hecate

Hera, mutuata puri tua lumina radij,

Vlulata noctilucis per inania trivis,

Facies triplex in vna, triplici vnica facie.

Ades ò Nysæ, ades Carpine, Botrypyrigenes,

Fremie, Agriota, Leneie, Manice, Hymenie,

Opulentissimi altor Genius triticifera:

Tibi spica ventilatis acerosa reliquiis

Opera tua, atque vanni officio liquida nitet.

Dator alme Bacchæ pacis, dator alme remedij:

Iuga siqua seruitutis mala blanditia parat.

Metas ipse tu deorum, neque letitia minor:

Prout explicata cordis cita seminia spæ:

Tua siqua vis ligarit: tua soluerit eadem.

Reliquum, quod est in orbe hoc, nihil est ad ea labor.

Cryphomista, Die, Licnita, SabaZie, Chthonie,

Abige incubantis immania tædia senij,

Referens retrò fugacem ambrosia latice diem.

Subitus sed vnde mi corda furor trepida quatit?

Feror, auferor, fatigor: vacua in specua rapit.

Comitatus iste, quis suani? quis ad hoc iter adigit?

Thyas hinc, & hinc Edonis trieterias vlulat:

Vbi tibias Mimallon bifores meribibula,

*V*bi raptamugienti sua funera vitulo
Tremib onboraucus inflat duo cornua capripes.
Rubicunda bucca turget: rubidus tumet oculus.
Nigra flexicrus corymbi comat orbibus hedera.
Manus inquieta thyrsum colubrigerula rotat,
Latitant ium ferarum populans domicilia.
Fremit orba solitudo, memora aua reboant.

Sed ubi leuem relinquo *Salium* caprifemorem,
Calamicinem Lupercum, subidum, choreti sequam,
Sibi Pana flentem acutus noua sibila tubulis.
Sonat ille sic nouenis ac arundinibus *Herum*.

Thiasota blandè pando residens pecore senex,
Tityrisca vis vocat te, teretismata titubans,
Crepericrepante crispans caua tympana digito.
Ita torquemusta spument tibi prala, tibi uehes:
Ita vinolenta *Menas* tremulum regat equitem:
Neque canthari fideles sitis attenuet opes:

Sed onustior perennis fluat agmine scatebra:
Adhibe me alumni ad almi sacra mystica socium:
Mala cuius *Ata* frustra cupit esse familie,
Stygis *Ata* facta dire famula obruta scelere.

Hagne, *Liber*, *Orgiastes*, *Nooorme*, *Vitulifrons*,
Holodesme, *Brasinocrator*, *Pericionie* rigor,
Aperi parata solis mihi crypta loca piis,
Procul artibus profani popularis humilibus.

H A E C sunt in quibus potes diligentiam, eruditionem, spiritum comparare. Nam quum sint versus operosissimi: si antipodiarum laxitates admittantur, æquè faciles fiunt & populares, atque ipsi Aristophanei anapæstici: qui nihilo differunt à præcisionibus solutæ orationis. vt omittam etiam Choreos apud Catullum. nam ille planè senarius anapæsticus est,

Diuellit lactes sibi acuti pondere silicis.

Ad eruditionem verò pertinet tum id, quum docuimus quare liceret nobis in Bacchi celebritatibus vti Galliambicis. Nam Callimachus Baccho poema fecit versibus, in quibus Choriambos quatuor claudit Bacchius: tū præter vulgatas nuncupationes, aliæ permultæ ex antiquis erutæ monumentis. Ad hæc Hippa, Temesa, Tityri, teretismata, Dithyrambus, vnde etiam triumphus. Nam quemadmodum Protothyraea priscis mysteriis Latina Lucina est: sic à dupli-

à duplici natali dictus Bacchus, ὁπ δὶ διδυμῶος ἀνεκίωτε.

VEGIUS, BIGVS, AVGVRELLVS,
ANGERIANVS.

BIGI nihil quicquam peruenit ad nos, ac vix nomen
Bipsum. AVGVRELLI multa vidimus, Lyrica, Ser-
mones, Chryſopœiâ, Iambica. Sanè præ se fert egregiam
animi æquabilitatem. parum potest, parum præstat, parum
conatur. In Lyricis vix ferendus. Vult genus id poematis
ingenium vegetum, voluptatem accuratam, acre iudiciû,
politam dictionem, candidam, efficacem, numerosam. il-
le quavis humilitate humilior, exanguis, sine colore & a-
nima. Sermones verò nihil aliud sanè quàm sermones.
Nitor abest. omnia plebeia, ne dicam sordida. aceti aut
salis nihil. Elaborator ipſius Chryſopœia. cæterùm vix
adeò spirat: ita languida omnia, ac penè emortua. trepi-
dationis potius quàm limæ agnoscas vestigia. Iambicis
multam dedit operam. Quæ Lyricis admista sunt, minus
feliciter fluunt: illa præsertim quæ solis ex lãbis constant.
ea nãque hærent, neque cohærent. Iuncturæ enim nume-
ricæ diffiti disiective. Posteriora non sunt contemnenda:
in quib; s vnum poematum inter cætera nobilius: cuius
arbitror (neque enim nunc penes me sunt libri illi) ini-
tium est,

*Amæna Petre quæ vides vagus loca,
Putato vana te videre sòmna.*

Sanè faceta & luculenta. Verùm, nisi memoria me fallit,
ne in eo quidem sibi constitit. Nam quum per multos ad-
modum versus solis Iambis deduxerit suas sententias, ne-
que alias quas in animo habebat iisdem legibus consequi
posset: alios admiscuit pedes. quæ Inconstantia nihil esse
potuit turpius.

MAPHÆVS Vegius grandis profectò poëta est, nec
indignus gratia doctiorum. Tantus eo seculo extitit, in
quo nihil penè bonarum literarum vigeret. Cuius, quo-
niam à præceptoribus meis optimis atque doctissimis cõ-
temnebatur, ponam versus aliquot illustres ex illius accef-
sione, quam adiunxit Virgilianæ diuinitati,

*Turnus ut extremo deuictus Marte profudit
Effugientem animam: mediòque sub agmine victor
Magnanimus stetit Æneas, Mauortius Heros:*

Obstupere omnes: genitumque dedere Latini.

Et durum ex alto reuoluentes corde dolorem

Concussu cecidere animis.

In quibus Virgilianæ lucis vestigia inuenias. Tolle enim vocem illam, reuoluentes, cætera omnia optimi poetæ opinionione digna sunt. Nec minoris aut operæ aut gratiæ sexdecim proximi versus qui sequuntur. in quibus duæ illæ comparationes longæ optimæ: neque iis inferiores quæ in Luciani atque Statii libris positiæ sunt: ac fortasse etiam meliores. Oratio deinde Æneæ frigida. nec multo meliora quæ deinde ponit. nec plenior aut felicitior oratio Latini. Cõparationes quoque priorum quarum gloriam auferunt. In Dauni Epicædio multa sunt quæ tolli velis: illa tamen haud penitus aspernanda,

Nate, ubi forma nitens? niueaque in fronte serenus

Ille decor, dulcisque oculorum aspectus, et alte

Sidereus cervicis honos? his gloria Martis

Contigit auspiciis? talis? redituæ paratus

Discedens, voluisti audis te credere bellis?

Et mox,

-felix tam grato cedis Amata

Successu letare tua: qua tanta dolorum

Fugisti monumenta, grauisque immania casus

Pondera. Quid misero genitori plura paratis,

O Superi? Et haud multo post,

Deerat adhuc fors ista patris suprema senectæ.

Et illa non ignobilia,

Interea ipse urbem labefactam, et vulgus inermis

Componit: solidatque animos: requiemque futuram

Spondet, et eternam ventura in secula pacem.

Neque illa displicent,

-manimes ut fronte serena

Occurrant genero venienti: et pectore toto

Excipiant gentem Iliacam: magnisque receptos

Plausibus: optataque effundant pacis amores.

Illà verò comparatio valde bona est,

-cum quando longus et ingens

Agrícolas tenuit resolutis nubibus imber

Suspensos: cursumque diu requiuit aratrum:

Tum si clarus equos spatiofo limine Titan

Laxet, et aurato calum splendore serenet:

Letitia exundant, & se exhortantur agrestes.

Nuptiæ verò, & cõuiuium non sine ineptiis: neque cætera meliora ad finem vsque: qui sanè non est ignobilis,

Tum corpus nati abluere, & deferre sub undas

Quicquid erat mortale iubet. dehinc læta recentem

Felicemque animam secum super Æthera duxit:

Immisitque Æneam astris: quem Iulia proles

Indigetem appellat: templisque imponit honores.

ANGERICANVS arguta multa, sed parum arguté. neque enim satis est sententias pedibus cõclusisse. Romanis dico: nam Græci modò dicant, quo dicant modo nihil pensi habent. Græcè igitur ea si essent scripta, pro diuinis haberentur. nunc autem Latina puritas alias leges postulat. Eius igitur honoris gratia vnũ ponam illius Epigramma: sapidum illud quidem, atque argutum: sed impolitum, & carens cultu,

Floribus intextam diuersis mitto corollam:

Quam feci manibus nunc tibi Vita meis.

Vt cingat flauos crines, & tempora circum

Fulge scat, tepidi munera veris habes.

Sunt hic, ecce vide, ridentia lilia, pulchri

Narcissi, atque tue pulchre Hyacinthe coma:

Necnon Idalio maculati sanguine flores:

Atque alij, Tellus quos modò facta tulit.

Si queris, donum quid vult sibi tale Corolla

Vt viret hæc, paruo tempore forma viret.

Primus versus plebeius est: alter mollicellus, & Elegiam, & Epigramma sapit amatorium. Sic quarti pars, bona que inter ea sunt, vulgaria. Si seuerius agamus: ne apostrophe quidem probabitur. nã qui Cæliam alloquitur: quare ad alium conuersam interferit orationem? Pulcherrimus versus septimus, & octauus bonus. Conclusio elegans, & ab aliis quoque iactata. Videamus exercitatio quid valeat: & an hæc fieri potuerint meliora,

Aspice conspicuos cali vernantis honores:

Quum facit hos: in te, quos imitetur, habet.

Hos non ver, Vcnus ipsi suos sinxere labores:

Cui totum simili tempore seruit opus.

Candida luteolis arrident lilia Calthis:

Iuteola at Violis Calthula pallidulis.

Vis & Acidalio lucentes sanguine flores

Ipsa videre tuas lucę referre genas?

Quidnam opus est, quę flos florum es, tibi mittere flores?

Vt videas, quanto tempore forma vigeat.

quanquam melius, *Quam paruo ut videas tempore.*

FIERA, MYCILLVS, QVINTIANVS,

MANTVANVS, DAMPETRVS.

BAPTISTA FIERA doctus valde, valde accuratus, sed durus. Eius popularis CARMELITA longè diuersiffimus: mollis, languidus, fluxus, incompositus, sine numeris, plebeius: non sine ingenio, sed sine arte. dum modo scribat quod in mentem venerit, edat quod scripserit, fúsq; deque habet. Hoc propterea dico, quia in nostro tyrocino litterarum triuiales quidam pædagogi etiam Virgilianis pastoribus, huius hircos prætulere. adeò sui quisque sequitur Ideam ingenii. Nam quòd versus illi ita erant ruri nati, vt nihil vrbánũ saperét, eos rustica ingenia vrbana rusticitate potiores arbitrata sunt. Non meminerunt Agafones isti, nobiles homines, etiam quum rusticantur, animos à nobilitate remittere, non amittere. Ita condiendam vrbanam seueritatem agrorum amœnitatibus, vt syluis accedat decor: non vt aruorum præsentia splendor absit ciuilitatis. Denique hoc ita censendum est: Agros sine vrbanis delitiis feros esse aut fordidos. Iccirco dixit acerrimus harum rerum iudex Horatius,

-molle atque facetum

Virgilio annuerunt gaudentes rure camæna.

Pro quibus, de Carmelita possis ita dicere,

-putri atque caduco

Carmelum imbuerunt sor dentes rure cicada.

Quòd si versus immodicos, illotos, scabiosos huc afferre aggrediar, tempus simul cum viribus me defecerit. Animi tamen gratia, duo describentur,

Impiger Orlandus vires dabat omnibus: omnes

Calones, lixas, fortes reddebat Achilles.

MYCILLVS Ouidio similior, eodem in poemate sui dissimilis: vt existimem fuisse eum ingenio tam alieno quàm suo.

QVINTIANI asperitatem atque amentiam in profa oratione castigarunt pedes. Itaque in Poemate videtur cura ac iudicium, quod est in soluta dictione exultantia quædam spiritus: sic enim de illo libet loqui. Quippe
B eroal-

Beroaldos, ac Pium sequutus, eorum vitia auxit ingenii sui magnitudine. Periochæ Ouidianarum fabularum satis ostendunt, nihil ei præter iudicium defuisse. quum tamen culpam diluit Tragœdia sua, neque enim est contemnenda. Ut est argumentum maximè difficile quod venusta componas oratione, ita sunt optimi versus: quasi in materia volenti quæsitâ, non oblata detrectanti.

DAMPETRI Poematia vidimus aliqua, in quibus (quod in primis arduum atque perrarum est) nullum clausum, nullam inuenias cucullam. tanta est dictionis facilitas, vix vt admittere numeros: tantum numerorum, vix vt lenitatem vllam posse admittere videantur. Sententiarum verò plena omnia: sed earum quæ auditorem ducât, non angant: saturent, non afficiant fastidio: alliciant, non rapiant: denique suum faciant volentem, non inuitum.

ACCIVS, ROGERIVS, VVLTEIVS,
CORDVS, MOLOSSVS, AMA-
SEVS, ALEXANDER, GAIDA-
NVS, MOMBREITIVS, RHODOPHILVS, DOLETVS.

ACCIVSIS, quem faciunt Aesopicarum authorem fabularum, si quis alius, tum accuratus, tum argutus poeta est. Illud obseruarant præceptores nostri: ab eo nusquam Ecthlipsin vllam factam in carmine syllabarum. videmur tamen nos alicubi vnam aut alteram deprehendisse. De ipso verò ita iudico: quæ dixit, à me nullo modo melius dici posse. quare eum poetis nouitiis non solùm ediscendum ob fabularum vtilitatem, sed etiam propter versuum munditias imitandum. Parcius tamen concludendum sententias arctissimis illis gyris moneo. quod vnum sanè illi potest obiici: cuiusmodi est illa vocum ablusio,

Assuitur muro reptile muris onus.

Neque enim eiusce generis agnominaciones nisi in argutiis Epigrammatum commendantur. Talis apud nos in Epigrammate de Roma,

Orbem, non urbem. Hic verò murum & murem simul composuit.

ROGERIVM puto fuisse Aurelianum. Eius Hendecasyllabos vidimus aliquot valde bonos. Hanc enim

quam isti tabernarii cōmendant, fluiditatem compescuit numeris admodum & facietis & decoris. Sententiarum quoque cōnexiones curauit vt essent concinnæ. quōdque ab iis qui viuunt neglectum est, breuis fuit : & aculeum in cauda reliquit.

VVLTEIVS ad omnia pronus argumenta, quasi fœmina impudica. id quod maximè ab illustri poeta fugiendum est. Selecta esse oportet quæ proponas tanto theatro, quantus est ambitus vniuersæ linguæ Latinæ : tractus ætatis orbis vniuersæ. maiorem laudem consequuturus ex gloria vulgari, quam contempserit : quàm famâ bonam ex opinione, quam affectarit. neque enim poetice diuitiæ in copia, sed in electis opibus consistunt.

CORDI ingenium variû, nec vulgare: cæterùm tantum sibi placens, quantum aliis hærere velit. Eius itaque laudatio, vel vituperatio aliorum est.

MOLOSI spiritus ingens, nihil sonans plebeium: multa bona in eo poematio, quo duorû certamen quoddam scripsit. malim tamen aliqua non potuisse. Hoc plerique vitio laboramus: vt libros grandiores atque offeriores nostros esse velimus.

Minor in numeris AMASEVS, atque liberior: parus tamen & candidus: tum autem versus non vulgares: tamen si argumentum non admodum felix ad tanti ingenii exercitationem.

Contrà T. ALEXANDRO fortuna gratiam fecit. Quid enim quiuit ille maius, quod tunc caneret, excoGITARE: quàm illius Regis laudes, quæ maximorum poetarum volûtates sollicitare, ingenia explere facilè potuerunt? quare in tam spatioso campo ita cursum exercet ille, vt etiam in maximis viribus, magnâ temperationem intelligas.

GAIDANVS paulò humilior est. MOMBRI-TIVS generosioribus vitur dicendi legibus. & quum multa admittit, constat sibi tamen: neque deiicitur de animi contentione.

Duæ sunt præterea poeseos febres, RHODOPHILVS, & DOLETVS. Extat enim illius comœdia: qua nihil auersum magis à comitate. adeò enim insulsa est, vt misericordiam potius quàm risum excitet. Quem non nominassem: nisi sese sub poetæ nomine obtulisset nobis,

bis, qui ita constituimus: Eorum, sicuti suprà dicebamus, qui vita functi sunt: nullum (modò eius scripta extant hic) prætereundam.

DOLETVS verò etiam Musarum carcinoma aut vomica dici potest. nam præter quàm quòd in eo tam grandi corpore (vt ait Catullus) ne mica salis quidem: vult insanus agere Tyrannum in Poesi. ita suo arbitratu Virgilianas gemmas suæ inserit pici, vt videri velit sua. Ignauus loquutuleius, qui ex tessellis Ciceronis febriculosas quasdam conferruminauit (vt ipse vocat) orationes: vt docti iudicant, latrationes: putauit tantundem licere sibi in diuinis opibus Virgilianis. Ita dum optimi atque maximi Regis Francisci fata canit: eius nomen suo malo fato functum est. quòdque tum illi, tum illius versibus debebatur, solus passus est Atheos flammæ supplicium. flamma tamen eum puriorem non effecit: ipse flammam potius effecit impuriorem. In Epigrammatum verò colluuiionibus atque latrinis illis, quid eius tibi sordes dicam? Languida, frigida, insulsa, plenissima illius vecordiæ, quæ summa armata impudentia ne Deum quidem esse professa est. Quapropter quemadmodum summus philosophus Aristoteles in Natura animalium fecit, vt post enarratas partes quibus constituuntur, etiam excrementorum facit mentionem, hîc ita eius legatur nomen, non tanquam poetæ, sed tanquam poetici excrementi.

VERINVS, EGNATIVS, STROZZI, MUTIVS, PALINGENIVS PIERIVS, COTTA, AONIVS, BEATIANVS, NAVGERIVS, COLLATIVS, ALCIATVS, CASTILIONEVS, FAVSTVS, BONINCONTRVS, LANCINVS, ERASMVVS, ALTIIVS, MELANCHTHON, GERMANI.

Circunferuntur MICHAELIS VERINI adolescentis quadam carmina maturo digna viro. quibus ob illius probitatem, ob ipsorum grauitatem non solùm à me nulla castigatio, sed etiam ab omnibus poetis debet summa laus.

EGNATIUS nihil ad nos peruenit. Memini tamen illum cum Venetis legatis post Helueticum triumphum Regi optimo maximo Francisco dedisse quædam carmina, præsentibus nobis: quæ postea quum essemus Bononiæ, diu quæsitæ, non sine magno spiritu, multaque luce Virgiliana facta, visa sunt nobis tunc. agitur nunc annus circiter tricesimus sextus. quare quid in illis fuerit, haud sanè nunc diuinare licet.

De **STRÖZZI** quid dicam? Patre melior poeta filius videtur. Hymni tamen inferiores sunt illius ingenio. vterque enim maximè voluit à vulgo abesse poetarum: idque multis in locis præstitere.

Vicinus hisce **MVTIVS AVRELLIVS** & natali solo, & dictione. Mantuanum enim fuisse arbitror: illos scio Ferrarienses. Multò tamen maiora spirat is. Numerorum diligentissimus non obseruator modò, verùm captator quoque. speciosorum verborum iudex, elector, collocator. nihil non cultum, rotundum, molitus exit in sententias aut suas penitus, aut quæ ex aliis acceptas accurato genere dicendi fecit suas. Multa eius olim vidimus, quæ à doctissimis viris valde probabantur. nunc Elegia sola nobis est ad Leonem Papam, sanè bona. In ea enim cum & suam fleat, & vniuersam dânet paupertatem: tota pigmenta excussit ex arculis Catullianis: sed ita vt ne Catullum quidem ipsum meliora audere posse iudicem, si nunc viueret. quin quum æquè vrbani, æquè elegans sit: longè est illo compositior. Principium sanè grandem ostendit poetam: finis argutum: totus tractus candidum ac politum. quid enim illo grandius,

Dum tu orbem immensum paribus compescis habenis,

Atque animo terras prospicis & maria.

Quid illis argutius?

Me neque tantillum quantum est, seruare deorum

Iam poterit: non si mox velit ipsa salus.

Quid illis politius?

Quare quid mirum est, si aurum quoque iudicibus diis

Vulgus amat: largus diuitiâsq; probat?

Vt quæ vna valeant facere & seruare beatos:

Et dare compositi letitias animi.

PALINGENII poema totum Satyra est: sed sobria, non insana, non fœda. eius dictio pura. versus ac stilus in
imo

imo genere dicendi, quare si noluit melius: ne à nobis quidem id tentandū est. Non placet tamen consiliū inscriptionis, etenim cūm Humanæ vitæ Zodiacum profiteretur: aut secundum signorum similitudinem, aut ex eorum vi deducere debuit argumenta ad vitam nostram explicandam. at ille in Ariete de bono disputat. Quòd si ita instituit, quia pro signorum principio censetur Aries (enimvero Bonum, hominis finis est vltimus: Beatitudo nānque, vt suo loco declarauimus, fructio Boni est:) hīc ego Infantiam hominis posuissē, atque eius institutionem: in Tauro Pueritiā, in Geminis Adolescentiā, in Cancro principiū Iuuentutis, in Leone Iuuentutis siue statū, siue maturitatem, siue vigore voces, idē est, in Virgine Statā ætatem, quam virilem vocant, in Libra eius consilia, apparatus ad opes ac potentiā, in Scorpio animi perturbationes: in Sagittario opera & artes: in Capricorno initia senectutis: in Aquario Senium: in Piscibus vitæ finē. Ita in Infantia sensus: in Adolescentia perturbationes: in Iuuentute affectuum opera, Irā, Odium, Amorem, Bella. in Matura ætate Virtutes: in Senectute Iudicia, vitiorū insectationes: in Senio Morositates. hæc itaque aut his similia. Quæ si cum Zodiaco non conueniant: ne faciendū quidē, vt Zodiaci afficiantur appellatione ipsa poematia. At sanè quid Tauro cum vitiorum insectatione? quippe in eo libro etiā Venereas libidines rectissimè insectetur in Veneris regno (hoc enim Taurus habet) temerè agit. Sic ne cætera quidem respondent: non enim quicquam Geminis cum disputatione illa Epicuri aut Aretes. In Cancro etiam Lunæ oportuit supplicatum, Soli autem in Leone. at hīc de Amore maximè sanè alieno loco. at in Leone de Felicitate. vbi etiam multa miscet ridicula quippe de seruanda vxoris pudicitia ea canit, quæ de media plebe quotidie audimus. In Virgine, quid attinet de morte contemnenda disputare? nam neque ad hoc signum pertinent ea, nec cohærent cum superioribus. Quare quum quintus liber pendeat à quarto, sextus suus totus est. nihilominus septimus ab illis omnibus separatus. quippe in quo de Deo, ac de Anima dicuntur omnia. at hæc pertinent non ad vnum authorē. sanè Deus ad Metaphysicum, naturalis animam considerat. quorum opera cum Libræ

Zodiacus
humane vi
tæ.

naturalis animam considerat. quorum opera cū Libræ signo nusquam conueniunt. Quare autem Scorpio tribuerit Fati cognitionem, profectò nescio. huius tamen libri finis admodum luculentus est. De moribus quoque quum differit in Sagittario, materiam repetit quam reliquerat in quinto. Capricorni etiã initiũ à Satyra constituit, illa quidẽ & lepidissima & verissima: cæterum longè diuersa ab iis quæ sequuntur. Quare hominẽ non ignarum bonarũ literarũ arbitratus sum: sed leuis ingenii, & plusquam poetã fuisse suspicor: quique extra omnẽ Zodiaci ambitũ millies in hora auferri rapique solitus fuerit. Iam vero docet híc, quonam modo quis fieri possit Sapiens: at suprà quomodo Beatus esse. Sapientiæ autem finis Beatitudo. aut igitur antè debuit hoc statui, aut cõtinuò sequi. Aquarius quoque traxit ipsũ ad cælorum descriptionẽ: quæ statim cū ipso Deo coniungi oportebat. Ac ruditer quidẽ pingit ea quæ à Græcis authoribus Phænomena dicuntur: non veritus híc illa stridere, quæ tres Maximi poetæ luculentissimè descripsere, Germanicus, Manilius, & Pontanus. hæc temeritas: ibi error. Hæc enim quũ scripsit: disputat de substantia cæli. at quid cælum est, primò quæritur: mox quale aut quantum vtraque quantitate. tũ apponitur causa, quã Finalem vocant Philosophi. Ordinem quoque inuertit. nam quũ de Deo scripsisset ab hominibus discedens, subiecit de anima. Posthæc de sapientia, cùm antea de vitiis disputasset. deinceps de numero partibũsque cælorum. Hinc de substantia cæli. deinde de Meteoris. Quod consiliũ qui probavit: viam ac rationẽ sciendi sese nescire fateatur, necesse est. Veniamus ad vltimũ librum: in quo, ab imperfectissimis mistis quũ discessit, cælos transcendit ipsos: vltra quos de substantiarum disputat infinitate. Ita in Piscibus: qui in natura ima hebetes, manci, muti, bruti, in cælo vim habent ad efficiendos homines bardos: maximè vocalis factus est. nã & ea tangit quæ potissimũ spectant ad ingenia supranaturalia, & ea affert argumẽta, quæ quũ videtur acutissima, tũ sunt remotissima à veritate. Ait enim sic, Finitũ quidẽ cæli corpus vltimi: infinitam autem vltra illũ rẽ quandam. Huius probatio propositionis duplex. Deus infinitus: rectè. Altera, Infinitus non potest non infinita facere: nõ rectè. Tertia additur longè peior:

Deus

Deus quodcunque potuit, & quantum potuit, fecit: potuit autē infinitum. Hic tamen non est tam arduæ rei definiendæ locus, & iam in nostris libris supranaturalibus à nobis accuratissimè refutata: tamen nequid ille officiat studiosis, hac quoque in parte frenandus est. Falsissima illa: *Quantū potuit Deus, fecit, nam antequā mundū conderet: poterat, neque faciebat.* & si Aristoteles illud diceret: tamen ei aduersaretur ratio par. nunc enim non agit Deus quantū potest. Neque detrahitur hac oratione Deo quicquā: Non agit, quia non vult posse: *Posse nāque & velle in illo vnū.* Non vult, quia non optimū. non enim est optimū illi quicquam sibi creare par. Lucem ait Palingenius esse rem illam, quæ supra cælos infinita sit: eamque à Deo procedere. quæro, Lux ista aut est substantia, aut accidens: non accidens, si à Deo & in Deo. Si substantia: ergo idē cum Deo: non est igitur creata res. Sed de his nimis. Illud, quod ad castigationes poeticas adduci potest, obseruemus: multa millia versuum auferri posse ex hisce libris. nā siquid semel arripuit ad dicendū, omnes illius rei vicinias, omnes excutit affinitates. neque prius quiescit aut abstinere, quā exhausta omnia, vel minima quæque. vt omittam esse etiā quæ Grammaticus iure obiicere: quæ syllabarū obseruator meritò possit.

Olim **P I E R I I** non pauca vidimus: quæ propter temporis longinquitatem nunc excidēre nobis. etiam nescio quid de Carpione & Catullo. Verū earum scriptionum nihil extat apud nos impræsentia. Fortè inter alias librorum congeries eius, Ioathas repertus est à me. quare de ipso aliquid etiam dicendū arbitror. *Quem equidē huic subiunxi: quòd vterque longè abhorrebat à profanis atque impudicis argumentis. Ille vitia infectando, præmia bonis proponēdo: hic exemplo diuini illius viri, qui pro **I E S V** nomine mortē cū vita cōmutare minimè dubitauit. Præsertim cū affixa Poemati epistola & viri Christiani sapiat animū, & eadē dicat quæ Palingenius: sed talibus adornata numeris ac figuris orationis, vt non solum sapiēs, vt ille: sed etiā poeta, non versificator (quod neglexit ille) appellari mereatur. In opere autē ipso cum materia tenuis est & ieiuna, tū vulgaris. quare vix capere potest poeticæ corpus eloquētix. Ille autē contrā nititur multis conatibus obruere splendore orationis, nihilque*

*Ioathas
Pierii.*

omittere quod cū simplici Christiana veritate inoffensum poetæ studium coniungere valeat.

C O T T A quum sese ad Catulli mollietati totum effinisset: tantam numerorum nequitiam addidit, vt etiam affectasse palam sit. Epigrāmata igitur duo, versibus hendecasyllabis conscripta, & illius exprimunt, & Catullianorū explent animū. quare in illis quod mutē non habeo. At eiusdē Lyricū de Liuiano indignum sanē quod legatur. nāque & durū est, & laxum. Elegiacum Epigramma an Lycorin adeo molle est, vt vel conatum, vel etiam vota superarit. Tantum enim habet amatoriarum gratiarum, vt nihil addi, nihil demi, nihil mutari eo in genere dicendi possit. Scazonem contrā auersis Musis, & *Appolline* (vt ille ait) *nullo fusum*, potius quàm fabricatum, fugito. nihil enim insuauius.

A Ò N I I materia illustris, eadēque difficilis: quare stilū quoque sui ipsius dissimilē fuisse par est. Assurgit ergo interdū, neque negligit figuras: aliās serpit humi, docere contentus. Adeo verò fuit superstitiosus, vt etiam hemistichia quædā reliquerit imperfecta. quæ quia neglexit ipse facere integra: ne nobis quidem in hisce est satagendum. ac neque in cæteris: quum ipsum constet ad Lucetii amussim omne opus suum direxisse.

A V G V S T I N I B E A T I A N I extat epistola ad Clementē Papam sine arte, sententiis & numeris vulgaribus: vt in ea neque puritas sit epistolæ, neque maiestas Heroici. Epigrāmata præterea nonnulla haud magna cum re: vnum excipio, cuius rotunditas fecit vt hīc adscriberetur,

Quam debere putem tibi, si Giberte requiris:

Quantum animo, atque anima me dare posse datur.

Verūm animo atque anima, quando tibi reddere quantum

Debeo, non vlllo tempore posse puto:

Saltem aliqua vt meritis referatur gratia tantis,

Hunc tu iure tuo sume animum atque animam.

N A V G E R I I stilus generosus totus: semper enim aliquid vult quantum potest. Ecloga tamen ad Iulium Pontificem minus suavis est: nihil enim affert noui, quod excitet.

A L C I A T I, præter Emblemata, nihil mihi videre contigit. ea verò talia sunt, vt cum quouis ingenio certare possint. Dulcia sunt, pura sunt, elegantia sunt: sed non
fine

sine neruis. sententiæ verò tales, vt etiam ad vsum civili^s vitæ conferant.

Longè excellentissimus in poesi spiritus BALTHASARIS CASTILIONEI. nihil dulcius Elegia, nihil elegantius, tersius, lepidius. Profectò eam mihi vnâ malim, quàm magnú numerú Propertianarum. Illius verò Cleopatra, non vt illa viuens Reges tantùm ac dictatores capere possit: sed omnes animos, quorú interest vacare musis. Est in ea fastigiú illud summú in acrimonia sententiarú, quod tantopere est quæsitú à Lucano. Cæterú Maroniana suauitate adeò téperatur: vt quátú abstereris asperitate Lucani, tantú huius lenitate alliciaris. Igitur capitur animus antè quàm congregiatur. Quis omnia sic scripsit: nulli post Virgiliú secúdu, illius comes haberi mereatur. Lácinauit ille fortassis aures pedagogorú illo versu: *Neu longæua vetustas facti famam aboleret:* poterat enim, *Neu famam posset longæua abolere vetustas:* sed quæsiuit inter tã delicatas epulas ex embãmate varieta té. Itaq. aures atq. animus in eo tractu hæres, sequéti mollitia facillè delinitur, *Aut seris mea fors ignota nepotibus esset.*

APOLLONIVS COLLATIVS Fastos edidit: in quibus pietatè laudes. Frigidiusculus tamen poeta est: & quum discedit ab Elegiaco, etiam infelix.

LANCINI CVRTII animus idè: nec melior fortuna. Neque enim dat poesi sacra Mysteria meditáda: sed poesi vincit còpedibus diuinarú historiarú. Equidè aut aliter dicta, aut rudi oratione soluta maluerim legere. quemadmodum piget illorum operæ, qui David Psalms suis calami stris inustus sperarant efficere plausibiliores. Mihi Spiritus diuinus eiusmodi placet, quo se ipsum ingessit à Patre: non quemadmodum ab hominibus distortus est. neque David illa cantica admirabilia sunt mihi, nisi quibus legibus ab illo dicta sint, hauriantur.

FAVSTI facilitas viuientis in scribèdo secundo plausu excepta est. Scholas tamen sapit illa iuniorum: à qua nihil aliud quàm hoc ipsum expectes.

ERASMI in vertendis Græcis felicitas multa fuit, ergo ex illorum ingeniis poeta, ex suo versificator fuerit. Neque sanè puto ambiisse illú laudè hâc: quanquã non defuerit ei animus ad eam omnè gloriolá in literis affectandá sibi, quam in aliis, cum se inferiorem animaduert-

teret irrideret.

Rerum cælestium **LAVRENTIUS BONINCONTRVS** edidit libros tres: quorum argumento stilus est longè inferior. non pauca tamen attentius legenti place-re possunt.

GABRIEL ALTILIVS Epithalamiú cecinit longè optimú: excellentissimú verò futurú, si sibi ille tépe-rasset. dú enim vult omnia dicere, afficit auditoré aliquá-do fastidio tãto, quãta in aliis voluptate. est enim nimius. Quod vitiú illi gèti est peculiare. est enim totis illis Ita-liæ tractibus perpetua loquendi fames.

NE MELANCHTHON quidem abhorruit ab ea laude, quæ ex poeticis artibus cõparatur. Tam etsi nonnulli eius populares insanis quibusdam preceptionibus è Christiana republica poetas exigendos exclamarút. quo-rum barbarissimã amentia non verbis: neque enim nugis aut clamoribus vinci queút: sed cõtrariis effectioib. do-ctissimus quisq. dánauit. Illius igitur ingeniú magnú, atq; ad omnia cõparatú intelligemus ex iis poematiis, quibus Solis Lunæque defectiones cecinit. Ná & tempora variè describit eadè versibus luculentis: & eodè nitore præfagia statuit. cuius vestigia sequuti sunt non ignobili ingenio Germani aliquot: **STIGELIVS**, **ÆMILIVS**, **ACONTIVS**, **VOLFIVS**, **CAMERARIVS**. Idem Philippus in Epigram-mate iucundus atque festius. nam aliorú ingenia Ger-manorum rarò quicquã scribunt, quin iocorú aliquid a-gant. quò fit vt risus è vulgo, non admiratio à sapientibus sequatur. Quæ tamen verterút Græca (iis enim gens illa dedita est imprimis) non inuita Minerua faciunt. sed híc illis recensendis non est locus. Dicendi nãque facilitas, bene dicendi affert difficultatem.

CERRATVS, **BEMBVVS**, **POLITIANVS**, **VIDA**,
PONTANVS, **SANNAZARVS**, **FRACASTORIVS**.

MAiore apparatu cõstituendú est iudiciú de septem, qui reliqui sunt, poetis: Cerratum dico, Bembum, Politianú, Vidam, Pontanú, Sannazarú, Fracastoriú. Tales enim tantique extitere: vt iis qui nunc degunt, magnã reliquerint difficultatè ad certandú de primo loco. nam vt à **CERRATO** incipiã, magniloquo atque illustri dicendi genere vsus est. Nò, ille muscam si describat, de-mittere possit animú ad plebeia orationè. Brevis est, splé-didus,

didus, innumerofus, plenus, candidus. quem per paucis iⁿ locis cupias aliter dixiffe. quanquam principium magis probarem: fi pronomine abftinuiffet. ait enim,

Virgineum decus ipfe cano memorabile terris,

Et celo. Sic igitur fortaffe,

Virgineum decus, & fuperiū memeranda deorum

Dona cano. aut, - & magni memoranda Tonantis.

Quæ quum dico, ita dico vt illius admirator. quum enim quatuor animæ fint Poefeos, neruus, numerus, candor, venuftas: nihil huic præter horum vltimum deeffe arbitror. Id quod ei non euenit ingenii aut iudicii vitio, fed argumenti. eft enim feuerū, ne dicā afperiusculū: quòd-que ægrè admittat colores illos, quibus lucis amœnitas comparatur. Vnum adducam verfum, in quo illius iudicium, tanquam ex vngue leonē, agnoueris,

Et ni continuo fe mænibus inferat altis.

Non oblitus virgilianæ artis, quæ in illo effet,

Et ni docta comes tenues sine corpore vitas

Tantum valent veri poetæ aures: vt curtā maluerint vocem, quàm illam vſitatā, *Niſi*. Quod arriffet inerti cui-piam dactylorum captatori. Vbi tamen dixit, - & *tergora calce fatigant*. maluiſſem, - *vestigia calce fatigant*. Neque verò placet Virginitatis comitem Pacem myrto coronari. nam neque Pacis ſignum myrtus eſt, ſed oliua: & Veneri dicata fuit: Dianæ penitus odio digna, ſi memineris quæ de Dictynna dicuntur à Callimacho. Præterea quum deſcribit Virginitatem, imprudenter, vt mihi quidem videtur, illa poſuit,

-partem obſcœnam velabat amictus.

Nihil enim in virgine obſcœnum. dixiſſem ego, *partes tacitas*: vt etiam duriuſcula metaphora auerteret auditoris cogitationem. Neque fanè aſpernanda illa tranſlatio. expertes enim operæ ſunt, & re & voluntate. Satis igitur erat poetæ verbis velatas eas partes, quàm amictu quem apponit. Feliciffimè verò vbique diuinum Maronem ſimili ſpiritu imitatur: quemadmodum & ibi,

- & ingentem fruſtra ſpectabis Olympum.

Dixerat enim ille,

Ingentem alterius fruſtra ſpectabis aceruum.

Ponam etiam eius verfum longè tm̄ ſententia diuina, tum numeris optimum: itémque noſtrum non tam nu-

merosum, sed figuratius: ut ex his intelligas quousque tandē ingenio tuo uti possis. Ille, *Inque necem fratrum ne te manus effera obarmet.* Nos, *-ne te manus efficeret armis.* nam & plenius, & numerosius, *obarmet: nostrum pictius.*

B E M B O quæ probitas atque æquabilitas animi puram suppeditavit orationem: ea sustulit magnitudinem. Quum enim candorem esset multa opera assequutus, etiam numeros quæreret atque inueniret: venustate sæpe. neruis ferè semper destituitur. Duo tantum eius apud me sunt poemata: Hymnus in diuū Stephanū, & Benacus. in hymno tā parū suauitatis: ut nusquā minus. Cogor hīc efferre quæ diu concepit animus: Malo nostro fato comparatū fuit, ut in lingua patria partim peregrini, partim etiam barbari & videremur & essemus. Maxima igitur par nostrum, ut aliquid egregii dicere videretur: sumptis dicendi formulis quibusdam è Cicerone, ad eas animos nostros, etiam importunis accersitisque temerè argumentis, applicamus. Sed & illud longè miserius contigit: ut, quod eruditiores videamur, quod semel excidisset Ciceroni, nostras in orationes trāsferamus. Id quod, quū multi ambient eandē gloriam, eodem periculo multis euenire necessè est. Iccirco toties inuenias Dilaudare, Facere medicinam, Transmittere tempus, Est in more positum, Res friget, Romam cogito, & alia eiusmodi. Quo ex vitio maximis incommodis sæpe affectus sum. quippè cum tales dicendi formulas materia quā tractaremus requireret, non rarò sunt à me prætermissa. Idem obtigit forte eadem poetis nostris. quibus enim dicendi modis à vulgo segregari posse arbitrarentur: eos maxime sunt sequuti. iccirco nemo est qui non aliquid de Echo. In Hendecasyllabis, elegantiarum, facetiarū, lepōrū: in Epitaphiis, Charites, Veneres, Cupidines, Lilia, & eiusmodi. Quoties legis Maeste? Apud quot illorū versum illū? - *magnū decus addite diuis.* & - *magnū Iouis incrementum.* Quæ & alia eiusmodi tandem aliquando toties ingerere, iā sit aliquis pudor: qui sanè in illo hymno fugit Bembū, in quo tamen multi sunt versus optimi. Idem etiam cum Dominū Iesum Heroa vocat, valde me cōmouit sanè vox impia & utroque indigna. ne argutetur quispiam Heroè è semisse Deū, ex altero semisse hominem. non possunt monstrorū figmenta vero Deo nostro conuenire.

Ci. erenā
s. m. s.

uenire. nã qui ei magnanimi quoque adiecit epithetum: aut Aristotelé, aut ipsum Iesum ludere dicitur. Benacus verò quí ad Catulli lucernã vigilatus videatur, profectò illius exhibet tenuitatem: à lepore lógè abest. quare non est animus eius articulos particulatim persequi. Vnum tamen vehemèter miror. vbi nãq. Gibertú illú suú, tanquã Platonicã Ideã è Cælo deduxisset in valles Apœnini: sanè viatorem, & quod aiunt, nuncium Papalem ita describit,

*Sæpe illum abruptis in vallibus Apœnini
Versantem, luctantis equi quum frangeret armos,
Præcipitãnsque viam obstrueret torrentibus imber.*

Vt illa diceret speciosa, non est veritus tanta verborum mole decantare cantherium, quo stationario vtútur cursores ad certa spatia magnis itineribus conficienda. Istos equidè equos, etiã subfessoribus principibus, vidi nũquam non aut ephippio, aut calcaribus vlceratos. tantum verò abest vt luctentur confossi, vt notissimas vias etiã sponte transuolent, modò fessi ne sint. sin fracti laboribus detrectent cursum: non id animo declarèt, sed ignauia. Quid quòd quí ab Echo téperare non posset, eã fecit respondere vocibus oratoris, qui apud reges Gallix atque Hispanix verba faceret? Sanè verò bellú Ciceronem, cuius vox atque latera tanta sunt, vt etiam ex basilica ripas resonare faciant. sic enim scribit,

*Hæ nam te insolite orantem, auersis que suorum
Flectentem regum mentes Giberte videbant:
Acceptos conuersi sonos quum vocis imago
Redderet, & dociles iterarent nomina ripæ.*

Extat & ara Corycia, quam tuetur author, non authorem ipsa.

POLITIANVM traxit ardor eruditionis ad stilum Syluarú. Itaque & lectionis variæ condituris, & impetu excursúque Statio propior ac similior. Quare neque candorè quæsiuit, & amisit venerè: numeros verò etiã contépsit. In Nutritiis modò ostendet se multa aut recondita nota habere, satis habet. in quibus suú aperuit ingenium quod laudaret in Lucano. Lógè tamen & illo & ipso Statio inferior. nihil enim ad illorú acutè dicta. In Rustico vena par, idè consiliú: suauiusculus tamé vt sit, argumentú ipsú facit. Manto sua inscriptione primùm, mox etiam propositione vehementer mouit. apparaueram enim to-

tum animum ad illius viri laudes ab ingeniosissimo poeta audiendas: cuius vnus viri imaginem cum vnus imagine Aristotelis in musarum mearum sacrario veneror. & merebantur tanti carminis auspicia non vulgarem attentionem. At enim uero haud ita diu nos tenuit illa spes: qua mox in ipsa statim progressionem frustrati sumus. ille enim pro laudibus texit compendium operum Virgilianorum. Ingenuè mihi huiusce frustrationis atque doloris apud posteros memoria hæc literis mandanda fuit. Longè consultius in Ambra. nânque & poetica est inuentio in Hômeri natalibus: & laudes illius in fine multæ ac maximæ post Epitomen illi similem Maronianæ: stilius quoque paulo rotundior. Elegia pro epicedio valde bona est, ingeniosa, plena, numerosa, candida, arguta, efficax: planè digna tanto viro: & quam equidem scripsisse malim, quàm quæ dicitur ab Ouidio in morte Druſi missa ad Liuiam. Epigrammata sibi quisque examinet, nam Elegidiû ad Lalagen optimum est, ipsæ quoque Viola suauissimè. Græcis verò quæ puerû se cõscripsisse dicit: ætatè minus prudèter apposuit suã. tã enim bona sunt, vt ne virum quidem Latina æquè bene scripsisse putem.

Surgit deinceps opus nobis: quòque progredimur magis, plus itineris video conficiendum. M. HIERONYMVS VIDA, etiã dum viueret magni fuit nominis. nûc illû audio à plerisq. statui nostri temporis principè poetarû. quo nobis acrius laborandû est, vt quæ illius sint tot tantæque virtutes cognoscamus. Ab eius igitur poetica initiû sumere placet. Est enim præclarû poema: quòdque deceat gaudere hac tanquã prærogatiua militari: quippe hanc eandem, quam nos hisce in libris, materiam tractat. Præterea tãto maiore laude, quàm Horatius dignus est: quanto artificiosius de arte agit hic quàm ille. Verùm eam quoque Horatii operã suo loco agnoscemus. nunc verò hoc sic aggrediendû est: Latini veteres quum Græcos poetas suorum ingeniorum haberent authores, non tamen cõmiscere, quin quæ melius dicturos sese sperarent, incastigata relinquerent. Ad hûc enim modum ita crescunt artes, vt ex posteriorû iudicio prioribus fiat accessio cõmendationis. quare illi quum in exordiis poematum simul & proponerēt & inuocarent: consultius nostri eas partes ita segregauere, vt opus suum primo loco profite-

siterentur: deinde auxilium ad exequendum implorarent. Id quod quum in vnum iam vel maximè obseruandum artis huius præceptum ac legem potius transferit: mirú quibus artibus se tueri possit hic, qui in ipso artis vestibulo vtrunque confudit. sic enim scribit cum veniã & inuocatione,

Sit fas vestra mihi vulgare arcana per orbem

Pierides, penitusque sacros recludere fontes: & quæ sequuntur, sanè ad Syluæ sonum propius, quàm ad iusti poematis formã accedentia: quã Ideam etiã in illis continuat,

Æquis erit iuuenum, segni qui plebe relicta

Sub pedibus, pulchra laudis succensus amore

Ausit inaccessã necum se credere rupi.

Pulchra sanè carmina. malim tamen *rara*, quàm *pulchra*. Neque placet is qui iuuenum animos à labore alienos, prius deterruerit, quàm illexerit, proposita opera ad eũdẽ rupis, quæ inaccessã est. Illa verò quæ sequuntur, pertinent ad loci commendationem. Quid tamen præmii est pro tantis laboribus? Illa sanè friuola.

Læta ubi Pierides: cithara dum pulcher Apollo

Personat: inãulgent choreis, & carmina dicunt.

Maiora itaque proponenda sunt, quæ leuent opinionem asperitatis illius. Et valde sunt humilia, quibus tam magnum Heroa ad poetice inuitet:

Primus ades Franciscæ sacras ne despice Musas:

Regia progenies: cui Regum debita sceptrâ

Gallorum, cum firma annis accesserit etas.

nec explet aures clausura illius versus,

Hæc tibi parua ferunt iam nunc solatia dulces.

Languet enim hoc loco epithetum illud. neque rectè dicit, *procul à patria raptum*. onerat nãnque inuidia diuinum virum patrem: pro cuius assertionem datus fuit obses. Et quare deiicit eius animum, quẽ nos semper excelsum & agnouimus & iudicauimus? Deiicit autem fœda illa oratione, *Parce tamen puer ò lacrymis.*

Volens nãnque atque etiam libens pro patris libertate subiit illius fortunæ vices. quin si fleuisset, poetæ intererat affectum illum puerilem aut silentio, aut verbis tegere. Quanto ille consultius de puero altero regio,

Ante annos animũmque gerens, curãmque virilem.

Et nimis vel vulgata vel nuda sunt, quæ deinceps dicit
Ee.iiij.

de postliminio. quare longè alia ratione ingressus effem.
Iaciatur igitur alea. pro illis ergo: *Lætæ ubi Pierides &c. sic dixerim,*

*Magnum opus, atque animis quod se intractabile multis
Obtulit. At iam nobilibus nisi degener ausis
Abstiterit: deus ecce deus dux noster, & ingens
Gloria, nec longa hinc peritura in secula fama.*

Pro illis, *Primus ades:*

*Ergo sibi comitèsq; via blandiq; laboris
Dum legit, ipse quibus cælum det magnus Apollo:
Tè primum Franciscæ vocat: cui Regia sceptrâ
Debita perpetuus regnorum destinat ordo.*

Et quia ad Regem scribit, tanquam illum instituat: alio
cõsilio deducenda sunt. Igitur pro illis, *Hæc tibi parua ferunt:*

*Hæc tibi dum procul à patria, amplexuq; parentis:
Cuius amore vices rerum has, fatumque tulisti:
Non ingrata dabunt tanti solatia casus.*

*At te olim in regno reducem, sceptrisq; futuris,
Mox ubi sollicitis onerantes Æthera votis
Excipient matrumque manus, procerumque cæterâ:*

Ipse tibi maiora dabis nostro auspice Phœbo.

*Nam te ne pudeat positus Puer a vree sceptris,
Sumere plectrâ manu, Musâsq; adiungere Marti.*

*Regum opus hoc seu magnanimum miraris Achillem:
Sine Palestini capiunt te oracula vatis.*

*Ipse etiam in patris numeris Pater, aspice, quantum
Assurgat, nulli sceptris aut Marte secundus.*

Quæ si quis minora illis putet: sunt enim extemporanea,
in æstu, in strepitu familiarium: sanè non repugno, & as-
sentior potius. Cæterùm si illa aut bona aut bene dicta
putat: non assentior. quare aliis hanc eandem prouinciam
tum in iis, tum in cæteris relinquo. Nam si omnia quæ-
cunque mihi minus satisfaciant, concinnare contendam,
ætas me simul atque vires deficient, Persequamur tamen
aliquot alia loca: Non vera dixit, ubi ait versus ad sacra
deorum tantùm inuentos: nã in agresti vita apud Pastores
extitisse versus primos diximus in nostro Historico. Id
verò quod ait, Apollinis nullum oraculum alio carmi-
nis genere, quàm Heroico editum, est communi cum a-
liis errore falsum, si illud verum est quod aiunt à Pythiæ
responsum,

Ἀνδρῶν ἀταύτων Σακεσῆτις σφόδρατος.

Et sæpe in historiis soluta oratione legimus respondisse: & elegiaco, vt alibi dictum est. Verum de eius vi atque arte in poetica, non de eruditione nunc agimus. Animaduertimus igitur, vniuersum penè opus hoc esse quasi parodiam sumptam atque formatam è Virgilianis. non eas dico partes, in quibus apponit exèpla: sed illa, quibus sua ipse præcepta dat, ac leges sancit. Ac profectò is imitationis modus, vt est omnibus bonis poetis peculiare: id quod superiore libro satis à nobis ostensum est: oportet eum tamen verum esse modum, id est cum modo, non immodicum. In hoc autem libro tanta est talium frequentia locorum: vt cento quasi quidam iudicari possit. Multa nihilominus diuina sunt, atque omni maiora obtrèctatione. nam qualia illa, quæ de emendatione?

Carmina, quæ tantum ante recens confecta placebant,

Miratur tacitus: nec se cognoscit in illis,

Immemor: atque operum pigrit, ac sese increpat vltro.

Tum retrahat opus, commissa piacula doctæ

Palladis arte lucens. nunc hæc, nunc reijcit illa,

Omnia tuta timens: melioræque sufficit illis:

Attendètque comas stringens: sylvamque fluentem,

Luxuriemque minutatim depascit inanem,

Exercens durum imperium: dum funditus omnem,

Nocturnis instans operis, operisque diurnis,

Versibus eluerit labem, & commissa piarit.

Quæ deinde sequuntur, tanto studio Virgilium imitandi perfectæ sunt, vt propè parem felicitatem assequuta esse videantur. nec deteriora Lucretianis, quorum speciem ambiunt,

Atque ideo ex priscais semper quo more loquamur

Discendum, quorum depascimur aurea dicta,

Præcipuamque auidi rerum populamus honorem.

Et illa non inferiora,

Namque aliqui exercent vim duram, & rebus iniqui

Natiuam eripiunt formam indignantibus ipsis:

Inuita sique iubent alienos sumere vultus.

Quare factus aliquis iocari possit: eum suas sequutum leges, suis principiis ea quæ sequerentur dedisse meliora. id quod nequis obiicere posset nobis, fortè his ita constitutis, curare tentauimus pro illis: *Sit fas vestra, &c.*

*Quæ rerum in numeris facies, quis cultus habendis:
Magnanimisque adeò quis spiritus additus ausis:
Seu lectus sit iudicio, seu ductus ab astris
(Vel, Seu partus sit. vel, Siue datus sit iudicio.)
Dicam aliis: tu diua mihi: quæ mentis anhela
Magna agitas molem, & placido te lumine misces.*

Deinde Franciscum appellaret. tum autem principium institueret alia quàm fecit, ratione. neque enim à versuum diuisione auspicandum illi fuerat: qui hoc primo libro nihil nisi ætatem primã curat. quòd si propterea fecit, quia Heroicum imprimis commendaret: alio consilio aggrediendum fuit ei propositum opus. quippe non carmina, sed poematum genera fuerunt inter se comparanda. neque Heroicum poema à carmine, sed à poemate carmen deducere. iccirco ad hunc, opinor, modũ cõsultius cœpisset,

*Principio teneris multum questus ab annis,
Delectusque puer: se sequè ipsa indole maior,
Ipse petatque, acuatque animum curamque magistri.*

& alia quæ ponere possem: sed sit modus.

Nunc ad Scachiam transeamus. Inuentio non inepta: iuuenilis tamen, & quæ interdum officiat decoro. Rerum verò *èppulwèia* felicissimi ingenij est. Stilus in parodia Virgiliana. Bombyx castigatior atque elaboratior, propiùsque accedens ad curam poetices. Is enim liber rex est librorum Vidæ nam Hymni & Eclogæ puerilia sunt aut plebeia. Catulli venerem dum vult assequi, delicias lenociniis plebeias fecit. Christias verò meretur summã laudẽ. non enim nisi à viro pio atque etiam optimo proficisci illa potuere. Dicat aliquis, Nõ hoc quærimus, poetã quærimus, quẽ hîc profiteris. Mihi videtur, quanquã hoc quoque non caruit obtreçtatoribus, in legib. disponendi materiã, non posse quenquã meliorem operã posuisse. de stilo autem ista censeo: Esse sui dissimillimum. Lectissimæ quidẽ inuentiones ad cõparationes: quib. præter Oppianũ nemo omnium frequentius vsus est. in eis verò est & venustas, & robur, & candor, & efficacia. Tametsi nollem Iesum Eridano comparare, ita vt ille fecit, auctum aliorum fluuiorum accessione: de comitatu verum est, de Christo impium. nam & grauiora multa sunt, quæ deprehendas atq. reprehendas, tanquam nebulas, ac potius maculas & simplicis illius veritatis, quam spirare debet author eiusmodi narra-

narrationis, & diuinitatis: quod vocant religiosi nostri, βλασφημίαν. vix enim hæc sine labe aliqua tractata sunt ab istis omnibus. Dum splendorem addunt à suis Musarum legibus, adimunt cælestem lucem. Dissimilis verò character est hunc ad modum. Catulli, Virgilij, Lucretij commiscuit imitationes. itaque sæpe discinctus est: interdum ἀσχημονεῖ. penè semper properat, vbi hæret Lucretio. Non asperit næuos, veluti pictor exesas rupes, diruta palatia, columnas dimidiatas, nutantia fastigia, pyramides truncas: sed referlit ita, vt vlcera quasi quædam facta sint. multi tamen inter alios extant illustrissimi versus, multi ingeniosissimi: vt ille,

Nec sine Sole suo lux, nec sine luce sua Sol.

Sequitur PONTANVS: qui cum illa quatuor cõplècti summa cura conatus sit: Neruum dico, numeros, candorem, venustatem: profectò est omnia consequutus. quintum autem illud, quod est horù omnium vita veluti quædam: modum intelligo: penitus ignorauit. Aiūt Virgilium cum multos versus matutino calore effudisset, pomeridianis horis nouo iudicio solitum ad paucorum numerum reuocare. Contrà quidem Pontano euenisse arbitror. quæ prima quaque inuentione arrisissent: iis plura postea, dum recognosceret addita: atq. ipsis potius carminibus, quàm sibi pepercisse. Itaq. candidus ille, amœnus, venustus, neruos numeris vbi quæsui, longis ambagibus eorum amisit contentionem. Ergo effusus, exuberans, exultans, ita sibi ipse instans, vt in se recurrat: à quo vitio sit reuocandus, facile ostendit. Ac sanè in Vranix propositione statim ostendit ingenium,

Qui calo radiant ignes (profectò sunt stellæ) quæ sidera mundo

Labantur tacito (profectò sunt ignes) Stellis quibus emicet ardens.

Signifer: profectò sunt sidera. & cum dixit, *sidera:* interponit *stellas*: deinde dicit, *errantia.* nonne idem est, in *calo ignes esse:* in *mundo labi sidera?* Præterea cum proponat *stellas signiferi,* & planetarum cursum secundo loco: tertio verò, vnde hominum genus, & Telluris varios fœtus: de Zodiaci stellis secundo loco, de cælo subiectis terris tertio, de planetarum motu primo statim. Castius sic,

Qui calo radiant ignes: quæ sidera terris

Dona ferant: homini quæ sit fatalis origo. aut sic,

Qui celo radiat ignes: quibus explicet orbes

Vorticibus: quæ fata ferat vi luminis Æther,

Dic dea, quæ nomen cognato ducis Olympo.

Sic stellas dicet cum suis orbibus: sic stellis subiectas terras: sic à stellis varia hominum vel ingenia in terris, vel fortunas. neque omnium omnibus in angulis poematum prostitutam illam Echo abducatur huc ab Iusibus pastorum ad tam seriam ac diuinam materiam: quo fatalis lasciuia tenore semper admiscet Charites, Dryades, Napæas,

Ipse canit: teneræ cantus risere Napææ.

Neque Heroicus aut Vranicus poeta carmen illud dicat,

Miscuit & femori femur.

Alius Maronis, quæ sequitur, pudor: alius Claudiani: cum Veneris pompam describit hic, ille Elisæ consuetudinem, Vulcanique delicias. Imprudenter quoque nimis indulget sibi: dei sedem statuit in medio: à dextris Sapientiam, Amorem à sinistris: diuinitus. Sub pedibus Naturam, Tempus, Locum, Fortunam. nihil exactius. cum Saturnum, Iouem, Martem, alios recte. His autem in concilio cum assignat pro sedibus sua cuique signa quæ insunt in Zodiaco: quo modo Arietem & Scorpionem Marti: Geminos & Virginem Mercurio: Veneri Taurum & Libram: tam longè diffusa? nam si in Sagittario & Piscibus sedeat Iupiter: in Capricorno & Aquario sedentis Saturni humeris insidebit, inter Veneris crura erunt Mercurius, Luna, Sol. at ea debet poeta comminisci, quæ à pueris puerilia irrideri non possint. Iam quæ ingenij luxuria multis in locis? animaduertere adiurationes in secundo Vranicæ ad Auroram, in Meteoris ad Vraniam. semel tantum Virgilius, & duobus penè verbis,

Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos

Doris amara suam non intermiscet undam.

In Meteoris itaque risum mouit mihi: cum de Vrania sic,

-nec multa loqui, nec garrula curat.

Sanè verò igitur ille non ex illius ore loquitur. Sic toties Nymphas admiscet: vt videar nuptialibus ludis iocisque interesse. Sic ab earundem Nympharum inuocatione auspiciatur Hortos suos. Sic in eorum sine centum circiter in easdem insumit versus. Lepidinæ initia lepida sanè, suauius, & composita. cæterum si pompas illas deducas omnes:

nes: profectò lactis obba illa, antequam absoluerentur, bibenda fuit Lepidinæ. Sunt autem innumera quæ reprehendas: nisi aliorum operum tueatur authorem magnitudo. Versiculi illi duo lepiduli,

Tunc Orcus si nos unâ rapuisset: amantum

Vna futura anima: una etiam simul umbra futura.

quanquam malim ego, simul umbra fuisset.

Mammæ autem cùm voluit laudare, ait,

Nec liquido cedunt argento, aut pondere plumbo.

De duritia voluit: de pōdere falsus est, pondere enim omnia deorsum vergunt: vnde & pendere. quæ verò maior mammis turpitudine aut fœditas? Quare nihilo infelicius in Lyricis,

Fluitant que nuda aq̄ore mammae.

At quis velit puellæ suæ mammæ æquè atq. capillos fluire? In libris Amorum festiuissimè imprecatur Somno vigiliæ. nihilo fecius atque si ei imprecareris orationis tēperationem. Sunt sanè venustissima,

At tibi Somne tuus semper sopor absit ocellis,

Imprecor: & semper lumina aperta geris.

Quæque papaueris tecum fers pocula succis,

Rupta cadant. Hactenus scitè ac lepidè:

at cùm subdit,

- & sis peruigil ipse diu:

ludit imprudens seipsum. Precabatur prius vt sempiternis vigiliis angeretur: nunc satis habuit si diu vigilet. Observatione dignum illud, Eum in librum quæcunque vnquã scripserit omnia congeisse. quare cunctanter & cum iudicio illa tibi legenda sunt. Vel Scæzontè specta de amantum qualitate: quo carmine nihil esse quit insuauius. sine cura multa: vt in Hendecasyllabo,

Si non sunt satis hæ oscultationes. dicerem potius, Si hæ non sunt. & ibi bracas posuit pro subligaribus, ex vsu vulgi. Iambos verò tractauit vel infelicissimè. igitur penè omnia inuertenda saltem ad illius normam,

Sumus hîc tot inferi, quot homines viuimus. sic commodius, Tot inferi sumus, quot homines viuimus. vel sic, Quot viuimus tot inferi miseri sumus.

Libros duos de Amore coniugali cùm inscripisset: primum quidem expleuit æquali argumento: alterum verò longè diuersa materia diuulfit, amore lasciuo puellarum,

militia, rure, nœniis. In sexta Nania memini aliter scriptū olim in Aldinis exemplaribus,

I citus hinc alias: i pue, quare alias.

pro, puer. qui nunc ita legitur,

I puer hinc alias: i male, quare alias.

Equidem non mutassem. licuit enim è nutricularum balbutientium blandimentis lepores fingere etiam in medio Latio. Tumulorum libri penè constant vniuersi verbis hisce: Rosæ, Violæ, Lilia, Hyacinthi, Blanditiæ, Nequitia, Lufus, Ioci, Decor, Nardus, Ver, Corolla, Thus, Mars, Pallas, Venus, Charis, Crocum, Laurus, Myrtus, Vnguenta, Costum, Lacrymæ, Myrrha, Musæ, Clio, Aganippe, Aon, Pieris: *Spiret ver: Floreat urna: Fregit Amor pharetram: Ambrosius liquor.* qui odores toties iterati foetent, sordent munditię. Ver fit Hyems, Musæ raucescunt, Amor odium fit. Adeò placuit ille sibi: vt quicquid commentaretur, posteritatis auribus dignum esse iudicaret. Contrà equidem, si poetæ nomen mihi quærere statuissem, malim ex perpauillis meliorum opinionem mihi comparare. at ille nunquam detraxit sibi. In tumulo mendici,

Nudus eram viuis, mortuus ipse tegor.

Quid est illud *ipse*? melius *ecce*. Vbi de Inscriptionibus à nobis actum est, inde colligi potest, non esse ab eo rectè inscriptum librum, De laudibus diuinis, sed Laudes diuinæ. nihilo melius quàm si inscribas, De hymnis potius quàm, Hymni. non enim quib. modis laudandus sit Deus, docet ibi: sed laudes ipsas canit, Maiore culpa recentiores, cùm Hymnorum libros inscripserint, immiscuere laudes hominum priuatorum: quibus non venisset in mentem, quantum interesset inter ὕμνῶν καὶ ἀνῶν, aut ἐγκωμιάζειν: sed de his alibi. nam in illis iisdem libris etiam Fesceninum inferuere. Sic sub titulo Epithalamiorum, Elegidia, Epicedia, de Aula atque curis familiaribus. cæterum parcamus viuis: qui etiam defunctorum poetarum manes veneramur. Est ex hymnis Pontani,

Christus, cui parent sidera, terra, fretum.

Non potest hic reprehendi: qui Ouidium quoque authorem habet, quem sequatur. Ille enim in pentametri sine ponit *fretum*. Mihi videntur duæ illæ consonantes tantum status habere: altera verò tantum etiam, cùm priori adiungitur, vibrationis: vt antecedentem dactyli syllabam,

auribus

auribus quidem meis remoretur. Itaque eius loco vbique libens reposuerim mare, aut salum. Sunt & illa,

Inuideat latus audax Germania terris,

Diues aquis, populis diues & ipsa suis.

Sic malem,

Inuideat populoſa ſuis Germania terris,

Vi populi diues, vi quoque diues opum. vel,

Munere aqua diues, munere diues opum.

Baiana carmina elegantia & laſciua, prouocant ipſa Catulliana. ſunt enim quædam ſupra illius aleam. planè accommodata illius ingenio redundanti. dictionem tamen rotundiorẽ cura tua poſſis efficere. Exempla igitur aliquot proponam ad exercitationem,

Et crinem lauis, & comam repectis.

Verbum coactum. quod vt facias genuinum ac requiſitum, ſic dixeris,

Depectis torulos, comam repectis. oportet enim vt *pectere* antecedit. Itaque etiam ſic,

Crinem ſedula pectis & repectis.

Etiam diminutiua cauendum, ne pedum cauſa poſita eſſe videantur, ſed cum ipſis orta ſententiis: vt in illo,

Laſi, languiduliſque, feſſuliſque. Geminatio enim illa fouet ipſam diminutionẽ. quare minus accuratè in illo altero,

Huc deſerte minutuli ciſique. Malim: *Huc deſerte minutuli, puſilli.* Aliud,

Quod vos ea precium. aut manet voluptas? melius:

Nam quod vos precium. adhuc,

Nam quod vos teneros minutuloſque

Preciũ manet, aut manet voluptas? Poſita enim particula, & voce præcedenti repetita, ſiunt molliſſimi. *Manet, aut manet.* Sic ipſe alibi,

Et ludunt ſimul, & ſimul lauantur.

Noſtrum extat natum ſine arte tale: at quouis artiſticiſſimo operoſius,

Nox breuis nimis, ah nimis breuis nox. Vtrinque enim & tantundem verborum, & eadem. Aliud,

Quot ſuſpiria, murmura, & cachinnos. Infelix coniunctio: cuius uſus apud illum tam frequens, vel geminata, vel repetita, vel inconcinna poſtpoſita, vt iam ferulam poſcat. nolo citare loca, quæ legendo tantum mihi negotii faceſſunt, vt etiam faciant abhorrere. Quid enim inſuauius?

Tarpeia pro rupe, canit tuba & aenea martem.

Semel aut iterum apud Virgilium inuenias, sed varietatis causa: tollendique, non vt hic pariendi fastidii. est enim plus mille locis. Quin etiam in soluta oratione geminata, prodit hominis aut incuriam aut obliuionem. nam iudicium nõ est quod accusemus: fuit enim ille vel acerrimo. & illud, *Nudo pectore te ne deambulare: dixissem, te deambulare.* Sic illud minus placet,

Verno passere, & albulis columbis. Diminutiuum enim adiectiuo non dederim: nisi & eodem flexu afficiatur substantiuum. Melius dicam, album columbulum, quàm albulum columbum: aut vtrunque, vt Catullus,

Vt albulus columbulus Dionæus. Dicant igitur,

Verno passere, candidis columbis. Vt in his odi illas intempestiuas copulatiuas: ita in illo desiderabam, *Quem culta fugiunt morus amorque. dic, nurusque amorque.* Quæ verò præter hæc sunt animaduersione digna, penè infinita deprehendes. quare cùm & ingenij rapiditate auferatur auius ab ea moderatione, quæ mens est poeseos: & frequenti incuria, aut amore sui, sordidus etiam alicubi aut malè cultus videatur: ne ipse quidem poetarum nostri temporis sibi vindicet principatum.

*Altius
Sincerus.
Fracastorinus.*

Reliqui duo sunt: Actius Sincerus Sannazarus, & Hieronymus Fracastorius. quorum vterque cùm præter illa quatuor à nobis toties decantata, etiam castigatissima fluat vena, atque moderatissima: non potest committi quin aut alter aut ambo pari æqualique gloria nomen suū tueantur. De SINCERO igitur prius:

*Pacius
Aquilinus.*

Qua tempestate melioris vitæ officia Bononiæ auspiciatus sum: habui studiorum socium Pacium Aquilium ciuem Romanum, qui antea militiæ quoque fuerat contubernalis. E Calabria igitur commeatus gratia Neapolim cùm venisset, decedens inde, secum attulit Eclogam Sannazari, cui titulus est, Lycon, ac præter eam ex Christeide (sic enim appellabat) aliquot carmina sanè quàm luculenta. quorum mihi nunc cùm in mentem venit: non possum non didicisse ex iudicio tanti viri, qui opus diuinum illud suum mutato consilio postea non Christeidem, sed De partu Virginis inscriptum maluit. Quare verò prioris inscriptionis titulum repudiarit, cognoscere, satis in proprio est. Etenim vitā actaque Christi cùm in eo neuitquam narret,

narret, sed natalia tantum canat: simplicissimè profectò Latinis verbis expressit operá suam. Insuaue fuisse, Parthenotocia, & Theotocia. Atque vt hæc valde probamus: ita minus illud placet, cum & per initia dicit in numero plurali, *Virginis partus*: & in fine operis, *partusque verendas*. Omnino, inquam, displicet mihi, neque acquiescam diluere conanti iudicium hoc. Et maluissem, *summo parenti*, quàm *magno*. non enim designat Deum vox illa, *magno*: sed altera. Præterea plus satisfacit, *rerum parenti*. neque numerus arridet, *quæ æquæua*. sed sic, *et summo æquæua parenti*. & malim, *sub auras*, quàm *per auras*. numerus enim compositior, & sententia efficacior. Præterea Musas quid attinet admiscere? nam & numina Ethnica sunt, & ficta, atque etiam à poetis prostituta. Ipse in secundo negat Musis notum antrum rectè illo versu,

Nunc age Castalijs quæ nunquam audita sub antris.

Musarumve choris celebrata, aut cognita Phæbo.

at hîc notum ait. quos verò fontes optat, aut quas rupes? vnus fons Iesus: vna rupes crux. à quibus deducere debuit venam suam. Ad hæc, quæ connexio illorum esse queat?

Vestras nemora ardua rupes. nam neque rupes nemora, neque nemora rupes nostrates sunt. consultius Angelos aduocaret, qui conscij fuerunt omnium mysteriorum. Ridiculum verò: poetam vnus Dei concentorem apposuisse illa, *spes fida deorum*. nam quorum deorum spes fida est semper Virgò? Neque placet *mille acies*, & *mille currus*: vt in singulas acies, singuli tantum currus sint distributi. Impræsentia sic venit in mentem,

-quam ille acies, tota Ætheris alti

Militia, igniti currus. Et quia maximè omnium cultui studuit, illum versum,

Informesque domos, obscuraque regna subire:

ita corrigere, vt in illud infinitiuum ne defineret: sed sic,

Informesque domos tentare, obscuraque regna. Si non placet verbum *tentare*, aliud substituito. Neque verò si eiusmodi tractem argumentum, ad eò admirer Virgilium: vt quos ventos Mercurio attribuit adiutores, eisdem Gabrieli. Maro,

Vade age nate, voca Zephyros. quapropter & ipse, *Ille altum Zephyris per inane vocatis*. Neque prudenter posuit in Virginis manibus libros Sibyllinos. potius Isaiæ. Cætera

ibi diuina omnia : vt versus ipsos è cælo deduxisse videatur. inter quos illum admirere,

Nec sceptri iam finis erit, nec terminus æui.

Potuisse etiam, Imperij nec finis erit. Quæsitam verò seruatiâque vbique orationis moderationem contaminauit insolita luxuria,

-aduerso qui carceris antro

Excubat in somnis Jemper: rictûque trifauci

Horrendum stimulantè fame, sub nocte profunda

Personat, & morfu venientes appetit umbras.

Tolle, stimulantem famem, & noctem profundam, quæ hîc nihil præter sonum quærunt. Confer cum Cerbero illo Virgiliano: & acquiesces iudicio nostro. habuit enim satis ille, si terreret umbras, non autem deuoraret. Iste verò, si deuorat, etiam per aluum demittat: quod est admodum puerile. Quòd si dicas non esse verbum hoc odiosum, Deuorare: sed, Appetere. At ô bone: nullum, quod fame affici potest, aliquando non comedit. verum profectò monstrum. Mihi verò tametsi quæ ponam non admodum placeant. minus tamen quàm illa displicent:

-aduerso carceris antro,

Excubat, æternum latrans, rictûque trifauci

Turbam infelicem trepidantes territat umbras.

Neque Dauidem cum facit canentem, faciat oculos in torquere insanorum more, qui malo afflantur spiritu. Ex Æthiopia Magos ait venturos: nihil minus. ex Oriente nânque venerunt. Nec de sapientissimæ Virginis modestia, atque diuinorum factorum assensione detraxerit tantum maternus amor, vt ei attribuas è medio plebeiorum affectuum ululatum. Nimis arrisit sonitus ille verborum,

-tum luctu sono ululatu

Cuncta replens. Equidem ne clamasse quidem eam vquam putauerim: quam simul cum eo munere quo Dei mater appellaretur, illis quoque affectibus téperauit Deus: quibus eius animus esset Deo, quem gessisset, simillimus. non enim vquam locus locati dissimilis est. Neque decorum seruat illa metaphora,

-quis te mihi fluctus ademit? nec dixerit,

Stygias tecum duc nate sub umbras. quippe sciebat reuersurum, si sciebat eò descendisse. descêdisse enim, vt cum capriuis liberali causa manu assertis reuerteretur: quos de-

Suit expectare, atque beneominatis vocibus prosequi in cælum abeuntes. Non igitur deterius saperet quàm Iatro: cuius verba illa fidei plena & sapientiæ: Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Igitur si (vt subdit) sperat *Erebum* eius opera euersum iri: quem parat *comitatum*, quem *sudorem* pollicetur abstersuram? Prorsus pulchra carmina: sed quæ alii conueniant personæ: qualem aiunt *Lysæ* pro *Socrate* orationem. Sic in illis quoque illius modestiæ minus consultum est, cùm scribit, *Crudelia dicit sidera*. Nonne hæc est cui arcana omnia aperta sunt de Filio Dei? nonne est hæc ancilla Dei? Rapuit bonum virum ardor imitationis: ait enim *Virgilius*,

Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

Quid item futuri nunciam iudicii tubam vocat, *martiam*? A somniis quoque *Briarei*, & *Centauro*rum, & *Gorgonũ*, & *Scyllæ*, & *Sphingis*, & *Chimæ*ræ, & *Hydræ*, & *Harp*pyiarum abstinendum fuit. nec dignam duxerim *Orgio*rum vocem, quam interfererem veris Dei rebus,

Longaque perpetuis indicimus Orgia fastis.

Et quid est, *longa*? præsertim cùm addatur perpetuitas. Mitigauerit tamen profanæ vocis asperitatem si dicat, *Et noua perpetuis*. In tertio est oratio Dei patris ad Angelorum choros,

Ac primùm duris parui sub cautibus antri

Gramineos lustrate toros: lustrate beatam

Pauperibus sedem calamis: cunctique recentes

Summissi cummas accedite.

At quis putarit, non tantò antè Dei optimi maximi natalibus choros omnes Angelorum astitisse? Quare ipse quoque in 11, *Miratur lucem insolitam, miratur ouantes*

Celicolam cantus senior. & paulò suprà, superum cingente caterua Aligera. & ante hæc,

Ecce autem nitior ex alto nouus emicat: omnèthique

Exuperat veniens atra caliginis umbram:

Auditique chori superum, & caelestia curuas

Agmina pulsantùm cytharas, ac voce canentium.

In fine orationis hæc sunt,

Procumbit pecus, ac domini vestigia lambens

Peruigilat longos fundit dum tibia cantus.

atqui nondum pastores aduenere. *Iordanes* quoque fluius scitissimè introductus est ad acta Domini prædicèda:

cæterum nemo sanus eiusce prædictionis Protheum fecerit autorem. Quot Prophetæ in illius fluminis ripis extiterent, quibus ea pars diuinorum officiorum attribuenda fuerat? In verbis ac numeris quid sequi probaréve possis, tu ipse animaduertes, veluti cum Cellam, Virginis cubiculum vocat. & cum dicit,

Interea terra parta iam pace. primum est -*terea terra.* deinde vocalis illa vasta nimis frequens hîc. malim, *At parta interea terris iam pace.* Præterea quatuor penè contiguus versibus videas eodem modo ac filo differri verbum in proximi carminis initium,

-*latitiam choreis tum forte vacantem*

Aduocat,

-*hec magni motusque animosque Tonantis*

Temperat.

-*que Calicolum per limina semper*

Discursat.

-*lacrymasque exosa virago*

Exultat. & cum dixit,

-*spinamque clauamque:* vix septimo versu abstinuit,

-*lunamque stellamque.* quam ambitionem in sola poetica

*Attius.
Sincerus.*

Vidæ plus decies animaduertas: Ludit verò nos *SINCERVS*, cum Iudæum pastorem vocat *Ægoné* qui que *Mafylis pascuis* ad eò fuerit diues: vt centenos habuerit greges. Atqui à Iudæa in Massylorum terram tam facillè est trãsmittere, quàm è Gallia in Epyrum. Idè primus Epigramma cultum dedisse creditur à nobis: primusque argutias tersas ostendisse. In carmine quoque pastorali solus legi dignus omnium qui post Virgilium scripserit. Memineris illud oraculum nostrum: Pauca licere perfecto poetæ. Non quoduis argumentum, non quæuis vox, non quæuis iunctura vel vocum, vel numerorum inter genuinas legitimamque referri debet. hoc ille, si quispiam alius, præ oculis habuit. In Phyllide tamen quare dixerit *leues Thymos*, me quidem fugit ratio. Sunt enim grandes, graues, atque inter Cetacea: vt diximus in Historiis. Melior versus & doctior,

Præcipitem lenta expectans ad retia Thymum.

Exime illud carmen ex optimis,

Quis mihi, quis tete rapuit dulcissima Phyllis.

Ecloga verò Galatea longè optima est. eam antè etiam quam

quàm ederetur, manu nostra descriptam habuimus. noⁿgitur operam perdidit, quod enim nunc legitur,

Æquora collustrant flammis: ita scriptum fuit,

Æquora rimantur flammis: ut intelligas magni viri iudicium. Item,

-plures Nefis mihi seruat Echinos: legebatur,

-totidem virides mihi Nefis Echinos

Seruat adhuc. Quæ sequebantur in memoria non habeo. restant vestigia tamen iudicij castigati: cum redegit ad pauciora. Atque ut hæc optima, ita Salices pessima: tametsi eam scio placuisse ei, cui meum iudicium non displicebat.

Ad HIERONYMVM FRACASTORIVM Fracastor-
rius. tandem aliquando deuentum est: in quo cum nihil solem desiderare, admirationi potius erit locus, quàm castigationi.

Quamquam ne superiores quidem operæ tanquam censoris accipiendæ sunt: sed quasi vestigatoris. Hoc unum agimus, ut Poeta noster ad maxima quæque sese accingat. quæ si ego in aliorum animaduersionibus non sum affectus: at excitarem saltem nobiles animos ad expetitam illam perfectionem. Diuinum igitur poema cum sit eius Syphilis: quid agendum sit nobis, si ab sua ipse magnitudine discessisse credi potest aliquando? Est igitur quod in rebus ipsis: est quod in legibus poeseos animaduertamus. non accesserim ad eam sententiam, quæ illo versu continetur, tametsi vetus est apud Laertium,

Aer quippe pater rerum est, et originis author.

Quis enim statuatur Aerem vel principium solum materiale, vel, quod est tam nouum quàm falsum, causam effectricem? hoc enim est patrem esse. Nescio verò quemadmodum tantus astrologus (fuit enim summus) Apsis sub
Cancro. quam Arabes Augem vocant: oblitus fuerit sub Cancro esse. de Sole enim sic scribit,

Idem ubi nos Cancro propior spectauit ab alto.

sed tuèdus est. dixit propiorem, propter radiorum directionem. dixit *altum*, propter apsidem. Illud præter animi moderationem,

Sol ipse nouum (quis credere posset?)

Curret iter. Cum verò negat animalia cætera præter hominem, morbo Gallico tentari: cum multis quidem Canis morbo
Gallico
corruptus. factis. nos tamen vidimus canem ea lue captum: qui heri sui

emplastra linxisset. at quòd ait morbum hunc extinctum iri: ac certis postea seculis fore vt denuò renascatur: atque iccirco sese parare suo carmine remedia quæ tum vsui futura sint: non intellexit eum qui ita sentiat, illud quoque sentire necessariò, vt & eius tam præclarum intereat poema, & aliquando tam poema, quàm poematis author idè renascatur. Id quod nò minus absurdè deducitur ex mundi æternitate: quàm ex mundi creatione mutatio in Deo. Neque potest defendi in illis verbis,

-lux alma diei

Cesserat, & noctis tristes adduxerat umbras.

Nemo enim dicat, à die recedente adduci noctem. sed eius decessione subire noctem. nec prudentis medici fungitur officio, cùm dat Erucam Gallicano. acuit enim mucos illos ita vt vrant: neque Crithmù: præsertim cùm ipsum ibi falsum vocet. Turbith Arabum putauit è lib. Serapionis esse Dioscoridæ Tripolium, qui error quantus sit, suo loco est disputatum. Illud quoque,

Quorum suffitu pertingunt corpus acerbo.

Ex vsu vulgi dictum est. at philosophi, medicique interest acerbum vel saporem vel odorem (sic enim suo loco disputatum est) ab acri distinguere. de Cinnabari, Stibio, Minio igitur cùm loquatur: hunc non illum debuit attribuere. De eruditione hæc: de poesi quæ sequuntur. Primù illud sese offert in inuocatione. cùm enim dixit *Dic dea*, subdit suam ipse, non Musæ narrationem more aliorum Poetarum. ait enim per interrogationem,

-num tempore ab illo, &c.

post quæ ipsemet iudicium facit sic,

At verò si ritè fidem obseruata merentur

Non ita censendum. De elementis quoque cùm loquitur: minus probarim epithetum,

Sic elementa modis variis se grandia vertunt.

Sonus est in voce: at malim, *mutua*. quid enim est *grande elementum*? Est etiàm sic scriptum,

Aspice candentes magni qua Cancer Olympi

Excubat ante fores, & brachia tendit aperta.

Malim tamen *summi*, quàm *magni*: quibus locum declararem. neque *fores* ibi cæli: sed arx potius. in Ariete verò aut Capricorno *fores*: hinc enim *reduz annus*. Tum *Cancer* pro excubitor e ineptus est. accòmodatior Scorpius: atque

hoc

100 ipso Leo. Præterea ignaua illa, *brachia pandit apertas*
aut *otiosa*. In illis auté præter loquutioné nescio quam, di-
cat quare *prælia* cùm posuit, *arma* addidit. sic enim scribit,

Bellipotens Mauors: animis cui prælia & arma,
Vindictæque manent. Sanè in præliis arma sunt: loquutio
verò est, vt illa Homerica,

Αἰὲν ἐκ ἀτρεΐδ' ἠ ἀγαμέμνονι λῆδαιε θυμῶ.

Sic exuberat *sopor* post *somnum*,

Interea dulces somnos, noctisque soporem

Omnia per terras animalia fessa trahebant.

Nescio an alius dixerit, *trahere soporem*. & *cætera non omnia*
dicendum: ipsi enim quoque erant animalia. In illis autem
decreuit oratio,

-summisque voluti montibus amnes,

Præcipientes secum syluas, secum aspera saxa,

Secum armenta trahunt. Minore enim opera trahetur ar-
mentum quàm sylua. Sic depressiores sunt domus quàm
sylua. ille ramen dixit,

-super & nemora alta domosque

Turbidus. Neque probes modorum mutationem: pau-
peris enim ingenij est, aut negligentis, aut confidentis,

Qui status illorum fuerit, quæ signa dedere

Sidera, quid nostris calum portenderit amnis.

Etiam illa,

-Stygiæque ab sede laborem,

Pestémque, horribilémque famem, bellémque, necémque:
aliter dicerem,

-Stygiæque ab sede furorem,

Pestémque, horribilémque famem, bellique labores.

Neque illud vlllo modo placet,

En etiam ceu nos agerent crudelia nulla.

Neque de ceruo vno, *capita*, in numero plurali,

Cui nuper ramosa ferens ego cornua cerui

Aeria victor fixi capita ardua quercu.

Neque enim sic dicâ vt *pectora*. vsus enim hoc extorsit: il-
lud non admisit.

Hic dea vicino quæ sese fonte lauabat

Calliroe, liquido ex antro per lubrica musco

Saxa fluens.

Quomodo dea fluens?

Quomodo fluens lauet se fonte? Multis hoc euenit sum-

mis viris: vt cùm quædam mutant, ea relinquunt quæ cùm inductis non cohæreant.

Ibi quoque exundat,

Qui solis violatis aues, sacræque volantes

Hesperij. Sed & quod oblitus fueram dicere: valde abscedit à vera philofophia,

-Nascuntur pecudésque, feraque

Sponte sua. Qui hoc dicat, possit in hac scientia facere progressus ad hominis vsque fortuitam generationem.

Quod verò attinet ad numeros, versus ille minus placet,

Et faciles ortus habet, & primordia præsto.

Neque, si causam quæras, vllam impromptu habeo quam dicam: solùm id profiteri possum, degenerem mihi videri. neque næuum esse in tam bello poemate, sed luxationem. ille verò diuinus est,

Nec monumenta patrum seri vidère nepotes.

Malim tamen sensere quàm vidère. Iudicium quoque tanti viri in illo considerandum,

Omnis & euentus tanti via prima patefcet:

potius quàm patebit. at ille minus satisfacit,

-æquabit pelago freta lata sonante. plus arridet, -va-

stus freta lata ruinis. Sic ne ille quidem aut animum aut aures explet,

Sidere sub cerro fieri, & per secula longa. malim, & per secula gigni. Sed & quod per initia positum est, vellicat a-crem auditorem,

Europam, partimque Asia, Libyaque per vrbes.

Offendit enim prima syllaba secundæ vocis, sequens sibi similem vltimam prioris. Præterea vt non per totam Europam: ita aduerbium partim minus consultò attribuitur Asia. melius videtur Ditisque Asia. Sic illum pauci, quânti sit, designabunt,

Quarta luce frequens fato perdebat acerbo.

Nam neque epithetum hic hoc placet, & syllabæ postremæ vtriusque vocis eandem habent consonantem. denique versus mihi plebeius videtur. cui quem volui subsistere, longè fuit deterior,

Fato instructa fero, paucis lux quarta pepercit.

Posui verò ingenuè, vt intelligeres quàm parum mihi plaudam: & quàm rarò bene cadat, bene scribere. Hunc verò nequeam mutare, nisi etiam superiores, qui optimi sunt

sunt, inuertatur. Illa autem faciliorem admittunt censurâ,

Ecce aliquam tuſſis subito irrequieta tenebat:

Nec longè mora mortis erat. namque acta repente

Circum præcipiti lapsu, reuomensque supremam

Ore animam, socias inter moribunda cadebat.

Huius ultimi verbi sonus non placet. neque scio quid sit, extrema anima. & non cohærent illa duo, aduerbium *subito*, & verbum *tenebat*. Hoc enim est *τίω*: subitum autem, tenorem habet nullum. neque neges fuisse mortis moram *longè*. profectò prope quem mors est, procul ab eo est *mora mortis*. Ita scriptum est in duabus editionibus: cæterùm quia descriptores isti deformant optima quæque: fortasse *longè* fuit epithetum, non aduerbium. Fauendum est enim cui optimo, præstantissimo post Virgilium, poetarum. Ne sic quidem tamen carebit calumnia. nemo enim dicat longam mortem. sic igitur olim commentus fueram,

Ecce grauis motu correptam tuſſis acuto:

Nec certa mora mortis erat, agitata repente

Pulso pectore corda quatit, reuomensque supremam: vel, fundensque ruentem Ore animam. socias inter moribunda reliquit, sicut est apud Virgilium,

-vitamque reliquit in astris. Videtur autem posuisse animæ vomitum propter *tussim*. at vomitus à ventriculo: *tussis* à pulmone. quare illa quoque ausus sum, *Ecce autem subito tuſſis quassata tumultu, aut concussa: Præcipitique grauis lapsu circum acta repente Corruit infelix, animamque reliquit in aruis.* Secundi libri initio,

Nunc age, quæ vitæ ratio, quæ cura adhibenda:

maluit, quam *petenda*. quod admonui, vt maximi poetæ iudicium ne te præteriret. Ille sonus *infelix*, *Ille subit magnos terræ miratus hiatus*. & verbi tempus præsens, quàm præteriti participium magis conuenit. malim sic,

Ille autem vastos terræ miratur hiatus. aut, Ille autem sibiens. PONTANVS coniunctioni non pepercisset, - *subit magnos terræ & miratur.*

QVARTA ÆTAS.

CAPVT V.

HAtenus non solùm cum opinione hominum, verum etiam cum inuidia luctati sumus. quorum alterum iudicio nostro maximum negotium faceſſere poteſt. alterum etiã boni viri nomen labefactare. veterum enim

examinare nulli vitio datum est: nos verò qui non paucis monumentis eandem quæsiimus gloriam, cuius aditus tot tantisque ætatis nostræ viris patuit: non defuturi sint, qui putent illorum depressione ac ruinis extollere nostra velle, atque aliis anteferre. quorum ego animos ne que castigo, neque mihi potius quàm meum censeo respiciendos, quem scio candidissimum atque humanissimum, non tam sibi velle comparare principatum, quàm aliis ostendere. In nostris etiam poematis, id quod multis aliis in locis quoque professi sumus, si quis suum dignetur exercere iudicium, magnam à me is inibit gratiã: cuius opera nostri labores meliorẽ speciem cõsequantur. Sciat ille tamen, quod in alienis fecimus, in nostris item facere potuisse. cæterùm vel alia studiorum genera, vel negotia, vel ipsum otium quoque obruisse non ignuam voluntatem. Nunc ad proximam nobis ætatem transeamus.

MACER, SERENVS, SIDONIVS, CALPHVRNIVS, NEMESIANVS, BOETIVS, AVSONIVS, PAVLINVS, CLAVDIANVS.

MACRVM, qui Augusti fuit tẽpore, non hunc esse cuius de herbis circumfertur poema, satis constat tum ex quibusdã barbaris nominibus, tũ ex Plinii ætate: cuius auctoritatẽ cũ ille suis versibus interponit. quãnam ratione ab Ouidio inter æquales suos recensetur? Is igitur cuius opus in manibus habemus, neq. poeta fuit, neq. bonus medicus, neque sincerus versificatur.

Paulò mundior **SERENVS SAMMONICVS**: verùm ad eò tenuis, vt nullum vnquam æquẽ meminerim. vtitur tamen vocibus valde bonis. vt, *Porrigo Oscedo*: & poeticis, vt *sanescere. ausus & componere dulcacidis*, quæ Africani vocant *Muzi*. verùm, vt tumor dicitur: ita ab eodem *duror*. Paucissimis figuris vtitur:

Seu Salamandra potens, nullisque obnoxia flammis

Eximium capitis tactu deiecit honorem.

SIDONIVS accuratus: aliquando etiam anxius. plenus electorum verborum & sententiarum, quas acutas breui concludit gyro.

CALPHVRNIO qui post Maronem primas deferant,

rant, inueni. Quod iudicium neutiquam probatur mihi: laxus enim & tumidus est. Is tamen cum versus sæpe fundat non contemnendos, permittit me legentem dormire. nusquam acuit, nusquam tenet: aueoque frequenter absolueret quæ vixdum occæpi videre. primam igitur Eclogam ad Pollionis Virgilianæ normam cum elaborarit, diuinitatem illam planè, rusticam fecit. nec minus in secunda Musam Damonis & Alpheſibœi: In qua etiam cum pastoralium cantionum admiratores faciat Satyros & Faunos, iudicem constituit Thyrsin, non illo- rum quenquam. neque cum illo dicas,

Et mea frondenti circumdat tempora teda.

Teda enim nullo modo frondet: nullis argumentis humanis inclinari potest ad plicationes. quare igitur non dixit, *Pinu?*

De teda quid sit, satis est à nobis dictum apud Theophrastum. Tum autem quid est, *matura Pomona?* post tot secula iam sit omnibus natura. Qui sequuntur versus sexdecim, non sunt aspernandi: cæteri parum sapiunt. Tertia puerilis. & illo versu agnoscas illius ambitionem,

Et matutinas reuocat palaribus herbas.

quod enim taurorum genus ruminat *palaribus?* Par cura cum in eadem, *acerbam* dicit noctem. Lycidæ quoque carmen totum nihil nisi rus est: sed illud Catullianum: scilicet in facetum. Quarta verò, propterea quòd immodica est: placuit ad hæc pauca reducere,

Dum medio somnus tacitum pecus obsidet æstu:

Nos quoque lenta sinus gelido iuuet umbra canentes

Murmure dum certat cantantibus humida rauco

Ripa, leuâtque diem vicini spiritus amnis.

Ab Ioue principium, si quis canit Æthera: sed qui

Carmina Cæsuras trepidus meditatatur ad aras:

Vota sui cantus, & semina sumat ab aris.

Ipse mihi, qui nunc presenti numine terras

Perpetuamque fouet caelesti pectore pacem,

Pierium decus Augusto spirabit ab ore.

Huc ades ô, nec sperne seros mitissime montes,

Sacra triumphales ubi nascit laurus honores.

Ecce pater patrium qui alte tibi temperat orbem

Iuppiter, imperio sursum digressus ab alto,

Cressia rura petit facilis: curisque solutus

Carmina dictas audit Cœvetia syluis.

Aspice, vocales audito vt Casare sylue

Excipiant cantum faciles, notoque fruuntur

Numine: & eductus celo vigor excitet agnos?

Proximus ille deo est, deus est vt proximus illi.

Cuius ad auditi caelestem nominis auram

Iam distenta magis demittunt vbera matres,

Prata virent, rident horti, sæcunda grauantur

Arbuta: pigra prius, non noto semine tellus

Incaluit, vernatque frequens hyemalibus aruis:

Fascinus exul abest, nec sucio exhausta malignis

Mesis hebet loliis, nec inertibus albet auenis.

Iam positos fessus poterit spectare ligones

Fossor, & inuento letus requiescit in auro.

Dii precor hunc iuuenem: quem vos (nec fallor) ab ipso

Æthere demissum, voluistis condere terras:

Vincere longævum famulantia sæcla iubete:

Et date perpetuo caelestia fila metallo.

Sit deus hic: nolit mutare palatia celo.

VERVM nimis in hoc laborauimus,

NEMESIANSVS enim vocat nos, longè hoc castigatior. Ad quem Flavius Vopiscus cùm scribit missas Eclogas à Calphurnio: iudicandum relinquo vter alteri furatus sit versus illos.

CALPHURNIVS,

Te sine, vae misero mihi, lilia nigra videntur,

Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti:

At tu si venias, & candida lilia fient,

Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.

OLYMPIVS,

Te sine, vae misero mihi, lilia nigra videntur,

Pallentisque rose, nec dulce rubens hyacinthus:

Nullos nec myrthus, laurus nec spirat odores.

At tu si venias, & candida lilia fient,

Purpureaque rose, tum dulce rubens Hyacinthus:

Tum mihi cum myrtho laurus spirabat odores.

IDEM,

Idus ille ego sum Donace, cui sæpe dedisti

Oscula, nec medios dubitasti rumpere cantus:

Atque inter calamos errantia labra petisti.

GALPHURNIVS,

*Ille ego sum Lycida, quo te cantante solebas
Dicere felicem: cui dulcia sepe dedisti
Oscula. atque illa eadem.*

CALPHURNIVS,

Vt Lycidas domina sine Phyllide turbidus erro.

NEMESIANVS,

Pallidior buxo, violaque simillimus erro.

Idem verò De venatione librum edidit valde bonum, valdeque luculentum: de quo nunc nihil. Cum Gratio nānquē in optima pœtose ætate comparauimus.

BOETII SEVERINI ingenium, eruditio, ars, sapientia facilè prouocat omnes authores: siue illi Græci sint, siue Latini. Seculi barbaria eius oratio soluta deterior inuenitur: atque libuit ludere in pœsi, diuina sanè sunt. nihil illis cultius, nihil grauius. neque dēfitas sententiarum venerem, neque acumen abstulit candorem. Equidē cenſeo paucos cum illo cōparari posse. Valla docet eum Latine loqui: at Vallam BOETIVS bene sapere.

IAM verò cum PAVLINO suo sese offert AVSONIVS. Paulini igitur probitatem legis in ipsius epistolis. neque solū hoc, sed etiam animi æquabilitatem, quam cum suo stilo communicauit. Ferè enim quibus quisque moribus præditus est, eos etiam transfundit in suam dictionē. id quod & in Messala notauit, & in Cæsare Quintilianus. Ausonius verò ingeniū magnū, acutū: stilus duriusculus. Multa scripsit, non solū varia, sed etiam variè. quare quid facere potuerit, non quid fecerit potius iudicandum. Vtinā Epigrammata ne scripsisset. nam & inculta sunt penè omnia, & omnia dura: quædam etiā inepta, aut frigida, aut friuola: ut è Græcis satis habuit quæ exprimeret. nonnulla verò aded̄ sœda atque detestanda, ut neque scriptore, neque auditore digna, non in spongiam incumbere merita sint, sed solis flammis expiari posse videantur. Sanè sibi multū placuisse constat ex incuria scriptionū futurorū seculorum securum, cum sibi videretur sui esse princeps. eum verò piguisse castigationis videmus in ipsis Iambis: quos cum puriores inchoasset, luculentos fieri permisit. Nonne potuit?

Contentus esto Paule mi

Ludente Paule pagina. At maluit Spondæo contaminare Lasciua ò Paule pagina. Sic,

Declinas, ut Lucas boues. potuit purius, Horrescis. Ad eundem modum, cum tamen longè concinniora posset, neglexit curam in Iudo septem Sapientum. ponemus igitur ad iuniorum vtilitatem, quæ voluit & quæ potuisset,

*Septem Sapientes, nomen quibus istud dedit,
Septem Sapientes, nomen hoc quibus dedit.*

*Quid erubescis, tu togate Romule? O togate Romule,
Scenam quod introibunt tam clari viri, Scenam tuam introire.*

*Campus comitiis, ut conscriptis curia, Campus comitii est,
vt Senatus curia.*

Ædilis olim scenam tabulatam dabat, Ædilibus olim scena tabulata extitit.

Subitò excitatam nulla mole faxeæ, Subitò excitata mole nulla faxeæ.

Octavianus, concertantes sumptibus, Æmulantes sumptibus.

*Sed quid ego isthæc? non hac causa huc prodij,
Verum quid ego hæc? non hacce causa.*

*Quis condidisset primas partes mœnium,
Prima septa mœnium.*

*Scitis profectò, quæ sunt, sed si memoria,
Scitis profectò quæ, sed hic si memoria.*

*Rebus vetustis claudit, veniet Ludius,
Ecce Ludius.*

Finem intueri longæ vitæ, quo iubes, Longæ intueri terminum vitæ iubes.

Καὲν γὰρ, quod, tempus ut noris iubet, Καὲν γὰρ, aut si vis id seruare,

Cognosce tempus, γὰρ καὲν est idem, aut, Quod nosce tempus,

Sed καὲν iste tempestiuum tempus est. quanquam veteres comici etiam suis in carminibus ita pronunciarunt, vt ne consonantiū quidē positione efficeretur quominus syllaba breuis, breuis esset: alii tamen nulli poetarum licuit. illi .n. soli quasi quotidiano sermone vtebatur. Itaq. vox hæc tempestiuum vbi libuisset, media priore correpta enunciabant: id quod etiam hoc in versu Ausonius facere poterat. quippe vt τῆρος media breuis, ita & eius cōpar in deducto. At verò castior lex in hisce versibus. quare & festiuus,

Sed χρόνος iste, tempus ipsum est temporis.

Sanèperacutè,

Quod est Latine, plures hominum sunt mali: imò, plurimi.
sic & versus purior erit, & Græcum expressius, οἱ πλείους.

Χρόνος μῆτος esse dicit Dindius, Χρόνον esse μῆτον, inquit Lindius.

Neque esse me primum, unum vestrum existimo,
Neque me esse primum, vestrum at vnum.

Quarentem, quisnam primus Sapientum foret:

Vt in orbe tereti nomen insertum incideret.

& mutila est oratio, & versus non boni.

Nam sciscitanti ritè cui primas daret

Sapientia: imperavit ut ille omnium

In orbe tereti nomina ipsa incideret,

Vt quod dixisse Cræso regi existimor.

Vt me quod vni dixi Cræso existimant.

Rogat beatum prodam, si quem nouerim.

Iisdem verbis alia collatione satisfacias,

Probam beatum, nouerim si quem rogat.

Sic & illo, *Telena dico ciuem non ignobilem,*

Ciuem Telena dico.

Pro patria pugnavit iste vitam obiecerat.

Pro patria, cui pugna vitam demperat.

Fines agelli proprii nunquam excefferat,

Fines agelli excefferat nunquam sui.

At illa ridens, Quo deinde me ponis loco? Aufer ridens, vel
Ridens, at ille, *Me ergo quo ponis loco?*

Beatus orbe toto qui solus vocor, Toto beatus orbe.

Relinquo regem, bellum ille in Persas parat,

Exercitum in Persas parat.

Profectus, & deuictus, & regi deditus,

Profectus, atque captus est:

non enim deditione fecit, sed proditus fuit, ut ait Herodotus in 1.

Per ministrorum ducitur lectam domum. Puto esse mendum, Eo per ministrum: ut sit genitiuus concisus, ut apud Terentium *Equum & iniquum.*

Reliquum quod esset vita totum degeret, Id omne degeret,

Ego duorum regum testimonio

Laudatus, & probatus ambobus sui.

concinabimus & versum & sententia m. nam qui sensus hîc, Testimonio Crœsi & Cyri, laudatus fui Crœso & Cyro? etenim iudex laudat, aut vituperat ex testimonio. est autem iudex aliud à testibus. quare sic accipiendum est: Ab utroque utriusque testimonio probatus fui, at hoc ea verba non sonant. sic igitur dixerim, Ego regis utriusque testimonio.

Quòdque uni dictum est, quisque sibi dictum putet, Vni que dictum quisque,

Ego iam peregi qua de causa huc prodij, Cuius ergò huc prodij.

Lumbi sedendo, oculi spectando dolent. non immutabimus, quia Plauti est. quare non rectè addiderunt copulatiuam, oculique.

Manendo Solonem, quoad sese recipiat. insuavis versus. & vox illa, manendo, aliud quærît quod doleat: sicuti oculi spectando, lumbi sedendo. Quid igitur manendo? quare sic dixerim, Vtrique manendo, Solon quoad se recipiat.

Breuitate nota, qua Lacones vsi sunt. ausim dicere scriptum à poeta, Vtimur.

Dixi. Valete memores, plausum non moror, Memores valete.

Cleobulus ego sum parua ciuis insule, Ciuis exigua insulæ, Κλεοβουλος μιντορον, quem dixisse existimant, Quem μιντορον αεισορον protulisse existimant.

Interpretare tu, qui orchestra maximus Gradibus propinquis in quatuordecim sedes: Κλεοβουλος μιντορον, an sit optimus modus. voluit Plautiffare,

Interpretare tu, qui ad orchestrae latus Gradibus in istis quatuordecim sedes: Α μιντορον αεισορον optimus fiet modus. Per ordinem dixisse ex isto loco, Afer poeta videtur, Nequid nimis. Per ordinem videtur ex isto loco Sumpsisse Afer poeta suum, Nequid nimis. Rebus creandis dixi, ut vates Pindarus, Vr ex me Pindarus.

Dedere piscatores extractum mari. hîc videtur deesse aliqua, neque cohærent quæ sequuntur, Nânque hi iubente Delio me legerant.

Cuique munus hoc sapienti miserant. Quomodo si legerant Thaletem, miserant cæteris aliis? quare non rectè inferret,

Ego recusans, non recepi, sed dedi

Ferendum ad alios, & quæ sequuntur. quare si dixissem,

Tripodem ex profundo retibus tractum mari

A polline id iubente, tanquam principi,

Septem sapientum dedere piscantes mihi:

Ego recusans non recepi. &c.

Is, qui ego sum. causa sed in scenam fuit, Dixi, Quis ego sim,

Ἐγὼ ἡ πᾶσι δὲ ἄρα, ecce dicimus.

Latinum id est sponde: noxa præsto est tibi.

melius,

Sententia mea est, Ἐγὼ ἡ πᾶσι δὲ ἄρα.

Latina, Sponde: noxa præsto fit tibi.

Gratum hoc officium maneat ambobus tamen.

Pars plaudite ergo: pars offensi explaudite.

inverte priorem,

Gratum maneat officium hoc ambobus tamen.

Pars plaudite ergo: offensa pars explaudite.

Bias Priæneus dixi, οὐ πλεῖστοι κεραι. non collidit,

Latine dictum, dictum Latine.

Malos sed imperitos dixi, & barbaros, Malos sed accipe imperitos.

Qui ius, & æquum, & sacros mores negligunt,

Et sacra morum.

Iam fugit illum inuisum nomen mali, Iam fugit illum hoc nomen inuisum.

Et esse κεραι tempestivum quod vocant, Est κεραι is quem temporis articulum vocant.

Romana sic est vox, Veni in tempore, Romana quoque vox illa, Veni.

Reputare cuncti, quorum offensam incidat, Reputate nunc cuiusmodi offensam,

Μελέτω τὸ πᾶν, qui dixi, & dictum probo, Qui dixerim, dictum probo.

Locare sedes, bellum gerere aut ponere, Gerere bellum.

Agere volentem semper meditari decet, Semper volentes agere.

Nam segniores omnes incipit in novis, Nā segnior fit omnis.

Incogitantes fors, non consilium regit; Incogitantes forte non consultò agunt.

Sed ego me ad patres iam recipio. Plaudite.

Meditari ut vestram rem curetis publicam.

Sed ego domum iam me recipio. Plaudite.

Vestram meditari rem studeat in publicam.

Hęc ita sunt ex illius viri ludo Sapientum. In quibus maiore scribendi, quàm commentandi labore affecti sumus. Non ut bonum poetam lacefferemus. illius enim adeò fuimus studiosi, ut præter vulgatas emendationes, amplius quadraginta loca, sed illustria, restituerimus. Nihil verò magis excitare possit ingenia studiosorum, quàm hęc iudiciorum concertatio. Proinde in hisce nos exercitatos sciant poeseos candidati: ut procul ab ignavia nihil incultum, nihil plebeium aut cogitemus, aut excogitatum foueamus. cõtrà enim nobis atq. Iurisconsulti sanxere faciendũ est: illis enim ita videtur, Præclarius consuli rebus humanis, si decem fontes absoluantur, quàm si vnus innocens dãmnetur. At enim uero poetæ id agendum est, ut potius centum bonos versus iugulet, quàm vnũ plebeium relinquat. Ac nuper exiit quidã versifleguli, qui sine numeris, sine sale miserima quædã Epigrammata edidit. atq. ipsis cõmentum placet. quos tantum abest ut probem: ut eos cum Megarensibus neque secundos, neq. tertios: sed neque in numero poetarum, at enim uero ne in umbra quidem numeri existimem. verum ad Aufonium. interest & illud poetice Reipub. ut quid illis senserit versibus, videamus.

*Sententia
Iuriscõsul-
torum.*

Qua caret Æthiopum plaga peruigil, irrequies gens.

Semper ubi æterna vertigine clara nitet lux.

Siqua enim gens minimo die vitur, & aequè minima nocte, ipsi sunt Æthiopes: siue qui sub Ægypto sunt: siue qui in extremis Africa partibus agitant. Longo enim intervallo supra Lunæ orbem habitant necesse est, qui extra terræ umbram perpetua luce uti volent. Inter cetera verò eius poemata sunt quæ ipse partim *eid. v. m. a.* ut Gryphum de numero ternario: partim vocat Eclogas. sic enim inscribitur ea quæ vitæ nostræ miseras describit: valde sanè bona, & quouis magno poeta digna. sed longè illustrior illa in qua Cupido cruciatur. Est enim docta, candida, neque carens numeris. velut illis versibus, in quibus

est

est tergemina distributio,

Parte truces alia strictis mucronibus omnes

Et Thibe, & Canace, & Sidonis horret Elisa.

Coniugis hæc, hæc patris, & hæc gerit hospitii ensent.

quanquam etiam melius puto,

Coniugis hæc, patris hæc ast hæc gerit.

In illo Epigrammate sibi contradicit,

Non est dives opum, dives: nec pauper, inopsque

Infelix: alio nec magis alter eget.

Dives eget nummis, cereali munere pauper:

Sic cum egeant ambo, pauper egens minus est.

In secundo versu negat alterum altero egentiorē: in quarto affirmat diuitem plus egere. quod sic poteris castigare.

Si plus alter eget pauper egens minus est. memini olim à nobis breuiore congestum gyro hunc ad modum,

Non est dives, opum dives, si discipit ultra:

Dives erit solo nomine, quisquis eget.

In illis verò videtur abiicisse spem seruandi modum. etenim in Epigrammate de fratrum falsis nominibus, pro elegiaco pentametro senarium posuit,

Falsum nomen utrique, sed ut verum sit utrique.

Ego verò etiam à tyrunculis poeticæ puto posse substitui quinarium: cuiusmodi fuerit ille,

Falsa ita, verum ita tu nomina vera dabis.

Etiam acutius de statua Ruffi sic,

Hæc Ruffi statua est, immò si saxeæ Ruffus

Ipsemet, unde id ais? saxeus ille fuit.

Operam verò totam in illo perdidit, cuius argumentum lepus est à cane marino captus: nânque & pelagius piscis est canis: & lepus aquas odit. Potus autem gratia non petet mare: sed & tres caniculas auferat è mari fuga sua lepus, si ab illis pede mordicus corripatur. Heroicum quod initium libri facit, non est conténendum. meretur enim laudem tum argutia, tum numeris. Multa nânque in eo bona sunt, & magno poeta digna. quare verò mihi nõ penitus satisfaciât declarandum est: Ponit in Imperatore virtutes duas, belli & eloquentiæ poeticæ. Concludit tamen vnum tantum: de poetica scilicet,

Exultat Æacide, celebraris vate superbo

Rursum, Romanusque tibi contingit Homerus.

At in principio duplicem petebat coronam: hic vnam

dat à poesi. Nobis commodius videbatur si non Homerum solum, sed & Achillem faceret: neque sic languidè, sed hac arguria, vt Augustus esset Achilles Homero, Achilli autem Homerus;

Ingentem Æacidem celebras Romanus Homerus.

Idem Mæonio vati celebrandus Achilles.

Qui verò versus positi sunt in præfatione, pleni sunt ingenio, candore, venustate. In illis tamen duobus versibus non deest quòd offendat,

In sanum quamvis hyemet mare, crudaque tellus

Seminibus, bello nec sit aperta manus.

haud enim scio an dicas manum apertam bello. Præterea secundum membrum illud, *crudaque tellus Seminibus*, caret verbo. neque ei accommodare possis aut præcedens, *hyemet*: aut sequens, *nec sit*. negat enim. Quare vt hoc reddi queat: potius dicam *coctaque tellus*: scilicet, *non sit*. - *coctaque tellus*,

Seminio, aut bello non sit aperta manus.

& quia *cruda* epithetum arridet, sic etiam liceat,

- *crudaque tellus*

Arua neget: id est, arationem. excogitaueramus etiam illud, *sit segeti*. cæterum vt & quòd sequitur componas meliorem in modum, ita dixerim,

Seminio, & bello sit minus apta manus.

Quod si refugis vocum illarum allusiones, *minus, manus*: sic agas, *nulla sit apta manus*. Mosellam adè excoluit, vt ea sola magni poetæ nomen sibi comparare potuerit. est enim in eà multa ars tum dispositionis, tum eloquentionis. Multa lumina figurarum, multum ingenii deprehendas. Candidè simul atque acutè dicta multa, quæ ad iudiciorum exercitationem subiecimur,

- *lucetque latetque Calculus.*

Vibratas patiuntur aquas.

- *vicini que timent decrescere montes.*

Tota natant crispis iuga motibus, & tremit absens

Pampinus.

Nōnulla tamèn loca sunt, in quibus acquieuisse videtur fiducia suæ. Contentus enim fuit tum vocabulis, tum numeris minus exquisitis: qualia sunt, *simulamine, decoramine, alius flexus, solamen, luctamen*: sic, *triboria*: quo & alibi vitur. Etiam cum dixit,

Subterlabentis tacito rumore Mosellæ,
 videtur posuisse *rumorem* pro strepitu. sed & verbum *fluitare* non ausim statuere pro natate. neque dixerim pisces fluitare, qui natant: sed cum mortui sunt, & salo agitantur. sic fluitant ligna, quæ fluore temerè feruntur. at ille de Glauco dixit,

Inter captiuos fluitauit prædo cateruas.
 quo in versu etiã animaduertas, nõ natasse Glaucũ inter captiuos pisces. Quos enim nõ teneret: quonã modo diceret *captiuos*? nisi intelligas eos qui antea capti, saltò libertatẽ vindicarãt. Omnino autẽ *fluitare* est quod Græci *ῥιπιδεύειν*. Sed & eundẽ Glaucũ iam piscem factũ, cum appellat nouũ ponti accolã: abutitur Latina puritate. antẽ enim quã piscis fieret, accola maris erat: piscis verò factus, incola. Villas quoque ac prætoria vbi describit: alia in rupibus, alia in collibus, alia in recessu, posita semel ea quæ in pratis sunt, repetit iterũ. Vsurpat etiam vocem hanc, *fluores*, pro fluentis, haud satis accuratè. sed & fluuiorum nomina fœminini fecit generis,

Nãnque & Pronea, Nemesæque adiuta meatu

Sura, tuas properat non degener ire per undas.

Sura interceptis tibi gratificata fluentis:

Nobilius permista tuo sub nomine, quã si

Ignoranda patri confunderet ostia ponto.

Numeros autem valde obscurant duæ, præter cæteras voces: *natatu* & *meatu*. nãnque alium audis in illis sonum: *frustrata vocatus Hasta meos*. atque huius quidem tantã frequentia est, ac potius inculcatio: vt vellicet aurẽ auditoris. Itaque iniuriam fecit sententiæ generosæ illius versus cauda,

Et sulcata leni crispatur arena meatu.

Malim sic,

Quod sublata leui flexu crispatur arena.

Inluauis & ille,

Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris.

Nouies enim exilis illa vocalis posita est.

Tu mihi ceruleis ludens lasciuia sub undis,

Lubrica flumineæ Nais vetus accola ripæ

Squamnigeri gregis ede choros: patrioque sub alueo

Disserere perpetuo florentes amne cateruas.

Mutabis & illa,

Sic vires Ismarius super equora Thraciæ collis:

Sic mea flauentem pingunt vineta Garum nam:
ad hunc modum,

Sic vires Ismarius late super equora collis

Thraciæ: sic celerem pingunt vineta Garumnam.

neque enim flauus vnquam Garumna est, nisi cum Tarnem excipit turbidum è Rutenis. & cum dixit,

- *Pangea Lyæo: quinto ab eo versu,*

Conferitur viridi fluuiialis margo Lyæo:

non potest insuauius disponi margo Lyæo. concinnius ripa quam margo. quam vocem si retinere velis, ita digeras,

Conferitur viridi margo fluuiialis Iacchæ.

Par superiori numerus exilis vocalis.

Summis quippe iugis tendentis in vltima cliui.

malim,

Quippe iugis pronus quæ tendit in vltima cliuis: vel,

Quippe iugis quæ dehexcus petit vltima cliuis

Pingitur amnicola margo fluuiialis Iacchæ.

Verum satis hæc futura spero ad acuendam eius quæ formamus poetæ diligentiam. Per multa namque sunt in quibus vel vim, vel venustatem, vel denique cultum desideres. Cæterum tanta sunt merita cæterorum locorum, vt gratia sui facile obruere possit animos perfectionis studiosos. nunc ad Claudianum transeamus,

Maximus poeta CLAUDIANVS, solo argumento ignobiliore oppressus, addit de ingenio quantum deest materix. Felix in eo calor, cultus non inuisus, temperarum iudicium: dictio candida, numeri non affectati, acurè dicta multa sine ambitione: quorum aliqua posui,

Dissensuque alitur rumor. vbi rumor non procul abest ab eo significato, quem supra notabamus apud Aufonium.
& illud,

- *spatium non inuenit ira: Nec locus est odijs.*

- *& puluere raro*

Per partes tegitur: nusquam totiesque sepultus,

Iret adhuc in verba dolor.

Restitit in speculis fati. Idem de eunucho Eutropio consule,

- *titulumque effæminat æmi. De eodem,*

- *nubas ducæ sue licebit: Nunquam mater erit, nunquam pater.*

-*Et pax à fonte profecta Cum Remi creſcebat aquis.*

Et illud,

Atque illic domitus, vix tandem interprete caſu,

Agnoit dubiis illuſa vocabula fati. &

Plus error decuit: de cultu & comptu Veneris.

De Phœnice,

Componit buſtūmque ſibi partūmque futurum.

Et illa de eodem,

O ſenſim poſitūre rogo, falſiſque ſepuloris

Natales habitare vices. qui ſape renaſci

Exiſtio, propriūque ſoles pubeſcere letho.

Et elogium de eodem,

O felix, hæreſque tui. &

-moritur te non pereunte ſenectus:

lem illud Maronis, Rimanti telum ira facit.

In iaculum, quodcunque gerit, tamentū mutas:

Et quæ ſequuntur. De Apono,

Admiſitque oculos, quò vetat ire talor.

Ciuſmodi argutias tam ex hoc quàm ex aliis, operæ-
pretium eſt ſubiicere oculis poetæ noſtri. excitant enim
laruètes animos ad non vulgares inuentiones: multūm-
que conferunt ad Epigrammatum conclufiones. Quæ
run autem doctiores, rectène factum ſit à Claudio,
cūm maximæ ſuorum librorum parti affixerit præſatio-
nes: ià quod apud alios non inueniatur, apud illū videri
putat. primus, quod equidē ſciam, & ſolus veterū ſecū
id Petrus. Arbitror ego, cūm recitaturus eſſet ſua pœ-
mata Claudianus, citharæ dorū more verſuculos illos præ-
luſiſſe. Licuit verò, quia libuit. quæ ſi quæ offendant, in
omnibus illico iuſtum opus aggredi ius eſto. Ac quanquam
libri le Raptu Proſerpinae ſunt candidi, culti, terſi, nume-
roſi: nonnulla tamen animaduerſa ſunt à nobis, è quo-
rum caſtigatiōe multum fructus capere poſſimus: iam-
primum non placet illud,

Mens congeſta iuber. Quid enim eſt, mens congeſta? non-
niſi multa congeruntur: ac ferè congeries ſine ordine.
Quod aliis dictū eſt, *protul protul eſte profani: ipſe dixit, gref-
ſus remouete profani.* eſt autem Syluæ propior impetus,
quàm iuſti operis aggreſſio: ſimilisque Callimachi Hym-
m quem Apollini nuncupauit. & illa,

Angues Triptolemi ſtrident: melius, Triptolemi ſtrident
Gg. iiii.

*angues. & malim rutilas cristas, quàm roseas. nimis enim delicatum epithetum. quare verò adiunxerit Bacchum Hecatæ, non cuiusvis est explicare. Sanè in *αὐχὴν* nocturna sacra Libero, cum Hecatæis concelebrari solita erant. habes apud Oppianum . . . apud Demosthenem *αὐχὴν*, vt *ἄοι*. Ego verò ferocem Proserpinam neutiquam dicerem, cum rapta fuit: quippe virgo simplicissima, ac lenissima deæ filia, ac Iouis opulenti. non damnabo quod ponam, sed conferam cum pari, quod videbimus an sit melius,*

- *et dire riget inclementia forma.* sanè bene præponitur epithetum: non tamen sæpe optimè. Iam vidimus illud Maronis,

- *et vincis innaret Chlælia ruptis:* sic puto accuratius futurum fuisse,

- *et forma riget inclementia dire.* Nam suspensus animus in forma, expectat cuiusmodi futura sit. & diritas et in ipsa voce, *dire*: qui sonus explet animû in fine orationis.

- *si nobis noxia vires.*

Cum celo fortuna tulit: non robur et arma

Perdidimus. Fugit me ratio, quare vires à robore disjunctis, Dixerim,

- *si nobis noxia sedem*

Cum celo fors eripuit. Neque ambiguo vteris, verum nãquo *eripuit*: & attulit *est*, & abstulit. Importunè atem causam querit incendiõrum *est* ex persona sua, quid enim nunc agat Phisicum? Si quem hæc narratè introduxisset, pateremur, nunc excurrit ipse suo relicto argumento. Ad follicitandum Proserpinæ fatum in futuris nuptias, iussu Iouis agit in Siciliam Venerem, sanè rectè. Palladem addit: sanè non rectè. Dianã verò etiam ridiculè: vtrãque virginè: hanc verò etiã vindicè virginitatis, id quod cum mirareris: atque reputarem à viro doctissimo nequam temerè factum: inueni apud Diodorum in v. fabulã: Dianam, Mineruam, Proserpinam socias in Sicilia flores legisse, atque ex eis vestem Ioui confecisse. Quibus nunt poëta Venerem adiunxit ob futuras nuptias. De e- quis Ditis,

Crasius ventus spectantes gaudia præde.

At vnde id sciebant equi? Ne verò versum illum re-

posueris inter inculpatoſ,

Qualis Amazonidum pelvis exultat ademptis. ſed ſic,

Qualis Amazonidum poſitis agit agmina pelitis,

Cum gelidam ſocys Arcton populata virago.

Non placet: & puto eſſe mendum,

-ille nouo madidantes neſtare pennas: reponerem manantes. Suppudebat penè mouere de ſtatu ſuo initium libri tertii. eſt enim magnificum, & elegans, & politum. ſic tamen plus arrideat nobis,

Iuppiter interea varijs Thaumantida nimbis.

Præcinctam ire iubet, totòque arceſſere mundo

Numina. quæque polum radiantibus incita ſtanmis

Quæque orbis medias ſedes, inſanæque ponti

Murmura, & immota moderantur pondera terræ:

- & placidi mirantur numina Fauni. melius ſtupidi. Ibi autem epit hetum ignauum eſt,

- heu ſulvas animo tranſgreſſa leænas.

Homericum eſt otioſa accidentia apponere ſubſtantiuis. quid enim eſt ſuluo & diro commune? Senas igitur dicas. Neque aſſimilatio proba eſt. non enim crudelis Ceres quæ nihil ſcit. Quod autem in Auſonio notabamus, in hoc quoque obſeruandum eſt: In fine carminum, volatu & natatu nobis non placere. Poſuit etiam datur, pro dicitur: ſicuti de pro dic. verſus eſt in tertio,

Ægida, captiuamque pater poſt prælia prædam

Aduexiſſe datur. Quo nihil inſuauius remotiſſe à caſtitate Latinæ loquutionis. Illud quoque minus conuenit naturæ rei,

Et rigida multo ſuſpirant fulmine pelles

Tument enim pelles, aut diſtenduntur, aut criſpantur: non autem ſuſpirant. Malim,

Exhauſtæque rigent inſeſto fulmine pelles.

Quæ naturâ æquè infeliciter interpretatus eſt in Cupreſſo, quæ faces attribuit Cereri. neque enim cupreſſus tedam habet, vnde fiebant olim faces: & nunc etiam in vicinis noſtris montanis fiunt è picea. quòd ſi à Græcis deſumpſit: malim caſtigare quàm ſequi.

TERTIA ÆTAS.

CAPVT VI.

Aſcendendum eſt ad terriam ætatem, quæ poſt Auguſtum ad externos vſque Imperatores demiffa (Ner-

uam dico & alios) certum suūmq̄ue genus poeseos comprehendit. Quum enim à superioribus, vnoque Virgilio exhausta essent argumēta omnia, ipsæ dicendi leges, omnes excussæ veneres: coacti sunt nouè eadem dicere, ne idem dicere viderentur. quare necesse fuit, vt illa gratia simul periret cum ipsa simplicitate. Quum tamen essent grandēs & pleni: id quod prætulissent ei, quàm pauci consequuti sunt, suauitati. Eos igitur aggrediamur:

MARTIALIS, VALERIVS FLACCVS, STATIVS, IUVENALIS, PERSIVS, SENECA, SILIVS, SVLPITIA, LVCANVS.

A Fœmina incipiendū est. Aiunt enim SVLPITIAM fuisse temporibus Domitiani. eius Satyra falsò Ausonio attributa fuit: satis enim patet à fœmina factos versus, in quibus Musa cultricem appellat suam: quæque ait sese primam docuisse Romanas mulieres posse cum Græcis poetriis comparari,

Primæque Romanas docui contendere Græys.

In ea multum dexteritatis, ad Satyricam amarulentiam aspirantis. Numeri verò, vt in eo genere poematis, non contemnendi. Igitur vt tam laudabilis Heroïnæ ratio habeatur: non ausim obiicere ei iudicii seueritatem.

PERSII verò stilus, morosus: & ille ineptus. qui quæ legi vellet quæ scripsisset, intelligi noluit quæ legerentur. quanquam nunc à nobis omnia intelliguntur. at fuit tempus, cum inter ignota haberetur. illum igitur mittamus.

IUVENALIS autem candidus: ac Satyrorum faciliè princeps. nam eius versus longè meliores quàm Horatiani: sententiæ acriores: phrasis apertior. Hos autem omnes hoc in genere dicendi missos faciamus. quippe Horatius modò purè diceret, nihil pensi habuit. de his mox.

PERSIVS ostentator febriculosæ eruditionis cætera neglexit: Iuuenalis paulò cultior, hac ipsa diligentia censuram nostram meritò deprecatur.

Ne MARTIALEM quidem transferre libet ad meliora. De illius libris alibi satis à nobis dictum est. Multa sunt eius Epigrammata diuina: in quibus & sermonis castitas, & argumenti species luculenta est. versus verò candidi, numerosi, pleni, denique optimi. Alia foeda ne legerim quidem, tantum abest vt ad censuram vocem.

Quatuor

Quatuor supersunt maximi poetę, (nā SILIVM his annu-
merare, sanè religio est) quorū SENECA seorsum suas tue-
tur partes, quem nullo Græcorum maiestate inferiorem
existimo: cultu verò ac nitore etiam Euripide maiorem.
Inventiones sanè illorum sunt: at maiestas carminis, so-
nus, spiritus ipsius. In quibus Sophoclis se esse voluit simi-
liorem, frustra fuit. quare ipsum quoque intactum relin-
quamus, non quòd omnino desperemus quædam melius
dici posse: sed quia ex aliis tribus satis erit nobis suppeditatum,
vnde poeta noster quid fugiat, quid sequatur intel-
ligere queat.

Est igitur VALERIVS FLACCVS excusatione di-
gnus. Cuius cùm esset ingenium felix, iudicium magnum,
diligentia non vulgaris: immatura morte præuētus, acer-
bum item poema suum nobis reliquit. Est autem omnino
duriusculus: penitus verò nudus gratiarū comitate. Prin-
cipium verò, quod (vt ait Pindarus) illustre oportet esse
atque luculentum, maximè est insuauæ,

*Prima Deum magnis cœnimus freta peruia nautis,
Fatidicamque ratem: Scythici quæ Phasidis oras
Ausæ sequi, mediósq; inter iuga concita cursus
Rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.*

Sonus carminis multus: & ipse artifex non vulgaris. nam
quum versus magnitudo constet aut accentuum frequen-
tia, aut longorum verborum tractu: illo muniuit initium
diuini operis Maro. octo enim voces disposuit. S T A T I V S
autem hoc probauit magis: quatuor enim tam lōgas po-
suit, vt pronuntiantis exhauriant anhelitum.

Magnanimum Æacidem, formidatamque totanti.

Quatuor inquam hic, ibi octo accētus numero: nam co-
pula præcedentem sequitur. sic Donatus in Adelphis, ait à
Terentio octosyllabam vocem positam: ea verò est, *im-
misericorditerque*, quæ duo nisi vnum censeas, non fit octo
syllabarum. Flaccus igitur qui harum legum ignarus non
esset: septem dictionibus expleuit versum, sonorum sanè,
sed quod mihi nulla ratione satisfaciat. non quòd ibi
quicquam vitiosum sit: sed quia venustas absit. nequē illi
fuerūt nauæ deorum, qui aduersis fatibus tories afflicti sunt:
pars etiam eorum ipsa in nauigatione interiēre. sola Pal-
las dicitur nauis author fuisse: nauigationis non item.
Quoniam verò modo hic dicantur *prima freta peruia*,
quum ipsemet in primo canat *Pharias, Tyriásq; carinas?*

APOLLONIUS autem naues Iasoni obuias in ponto scribit. Præterea classis apparatus Ætææ vterque commemorat: Catullus quoque, qui dixit,

Illam rudem cursu prima imbuit Amphitriten:
qua ratione pingit in ea nauigatione vestem Thetidis cū Thesei nauis? vt omittam Dionysij auctoritatem, cuius hi versus,

Τὴν δὲ ἀνδρῶν χροῆς, οἱ ἐρυθρῶσι χράσσιν.

Οἱ πρῶτοι νῆας ἐπιρήσονται το θαλάσσης.

Πρῶτος δὲ ἐμπορῆς ἀλιθιῆος ἐμνήσαντο.

Et durum est illud, *Oras ausa sequi*. neque enim præibant ora. nisi dicas vt *secare viam*: quia *sequi* & *secare* indidem sint. Quod autem dicit, *fatidicam*, neque extet in toto opere: id factum est fati culpa. etenim morte affectus, non expleuit fabulam. at loquitur apud Apollonium. Nos in gratiam studiosorum hisce ingenium exercitauimus, vt ipsi quoque audéant,

Æquora fatidica primum fulcata carina,
Cognatūque cano fulgentis tergois aurum.

Item;

Prima rudem quæ ferre nouo discrimine pontum
Ausa, grauem canimus fulgenti, vellere puppim:
Proditaque hospitibus placito commubia furo.

Etiā sic,

Intentata prius fidentibus æggora nautis,
Fatidicamque cano concepto numine puppim:
Diuæ opus, aeris celsis in montibus arces
Quæ colit, & patrias iaculatur calitus ignes.

Quod si eam desideras propositionis partem quæ in cælo nauem illam collocat, valde placet. ceterum omnino velleris ipsius mentionem fieri decet. post igitur nostros binos versus, collocabis hos,

Diuæ opus, illa seras Scythici quæ Phasidis oras,
& quæ sequuntur. In reliquo operis tractu permulta sunt maiore cura legenda, quàm quanta scripta fuerint. Nescio an sint per metaphoram illa dicta, *Ignis crinem, ignis linguam*: an verò sint eruta è libris Aruspicum. Neque illud placet,

& sulcis dat vultum, & pondera dictis.

melius verbis, Achillem ante eam nauigationem natum canit Flaccus: Catullus in eo matris illius celebrat nuptias.

ptias. Non decet Boream irasci nāui in qua eius essent filij,
Zethus & Calais. quare alium expediret ventum ad eam
tempestatem. neque sibi constat illis versibus,

- tota quum protinus alius

Soluitur: & vasto puppis mare sorbet hiatu.

Etenim si tota soluitur: quo modo potest deinde præstare
quin nulla sit? & vastos hiatus nequeunt sarcire nauæ. Il-
li verò plebei, in 11,

Iam non dura toris, Veneri nec iniqua reuerse.

&, *Inuidisse Deum tantum maris aquor adortis.*

cuiusmodi multos inuenias. In quinto autem abstinuisse
ab illo participio,

- ante omnes secum dequesta labores.

Et in illo manus sonus,

Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum.

Antequā Statium aggrediamur, SILIVM expediamus.
quem equidem postremum bonorum poetarū existimo:
quin ne poetam quidem. Non neruos, non numeros, non
spiritum habet. da eò verò ab omni venere alienus est, vt
nullus inuenustior sit. Totus hæret, trepidat, vacillat: vbi
audet, cadit. Acutè dictum vnum modò inueni,

- in magno præcedens agmine ductor

Imperium perferre suum.

Comparatio quoque calculi in aqua circulos efficientis,
non illepida est. Etiam vehementer miror quemadmodū
solum Boream ad Monœcum regnare scribat. quòque
modo Borea flante ait,

- iniecto conduntur gurgite montes.

Imò verò illius flatu abducitur fluctus. & montis vado-
rūmque ima nudatur. Quum verò dicat Veronā Atheſi
circumfluam: nescio an credam ita fuisse. nunc enim cō-
trā est: clauditur nāque ab vrbe fluuius. Cæterum relin-
quamus ipsum scolasticis declamatoribus. ad meliōra
transeamus.

De STATIO doctiores ita iudicant: Meliores esse Syl-
uas Thebaide atque Achilleide. cura igitur & cultu de-
tractum vel robur orationi, vel numeros versibus, vel
gratiam vtrisque. at ego contrā sentio: Magnum in vtrif-
que: maiorem vbi ille esse conatus est. Græculi quidam
eum tanquam tumidum damnarunt. sanè quem tumo-
rem dicant nescio. nam neque metaphoris ferreis vtitur

è Pindaro, quem illi gentilem suum non audent iudicare? & sonum si spectes in carmine, id verò tumidum non est? alioqui tumidus etiam fuerit Maro. Sed neque viuidam orationem tumidam voces: hoc enim de Sallustio dixeris. Denique quis tumor est in principio Thebaidos? mihi verò videtur admodum sedatum atque compositum,

Fraternas acies, alternaque regna profanis

Decertata odiis.

Nihil simplicius. An verò tumor est, quum Achillem vocat *magnanimum*? quum *Æacidem*? at Virgilius quoque *Æneam* sic. An quum ait, *formidatam Ioui progeniem*? nonne hoc Themis dixit? & vulgatum est. Sanè illi nesciunt quid sit tumor in oratione. est enim tumor nō in sono tantum, sed in sententiis abditis, & figuris inusitatis. Qui verò Sylvas præponunt, nugantur: delectati calore illo vago, cuius impetu quasi per saltus omnia carpat oratio. quare de sultorium poema Sylvas ipsas appellare solitus sum. Multa tamen aut aliter dicta, aut non dicta ab eo vellem. nam quæ fuit illius audacia, quum in ludis funebribus cæsus certamen scribit post Virgilium? quate puerilia addidit. quis enim cursorem ferat, qui præcurrentem crine retractum, ab se victum atque præteritum dicat? hoc tamen ille de Ida & Parthenopæo scribit. Alpinam verò Cupressum vbi inuenerit, nescio. vniuersas penè alpes peragrauimus nos: at nulla cupressus visa est. Cæterum maximus ille, vt dicebamus, poeta. cuius nomen haud quaquam tam frivolis recessibus obscurari decuit. Multis profectò locis nulli poetarum secundus. Acute dicta penè innumera. Ex quinto Sylvarum,

Obtuseque aures: nisi quum vox sola mariti

Noscitur. In primo Thebaidos,

-angustaque tartara pœnis

Qui regitis. In secundo,

-et magna lacrymas incluserat ira.

-iam socium cæptis iam pectore fido.

Æquantem curas.

Fortasse illud paulò tumidius de Apro,

-et adunca fulmine male.

Illud luculentum de angustis loci,

Insidias natura loco, cæcâmq; latendi

Struxit opem.

Illud molle ex tertio,

Non secus ac longa ventorum pace solutum

Æquor. at sequitur tumidum,

- & imbelli recubant ubi littora somno.

De fera mansueta, *In mores negat ire suos.*

In eodem quinto, *- donec lassavit euntes*

Lux oculos. In sexto,

- sic omnia ca sum

Fecimus: & vires auxit fortuna nocendi.

In octavo, *- Stygiisque emissa tenebris*

Mors fruitur celo. Rotundissimum illud in eodem,

Cultor Ion Pisa cultorem Daphnea Cirrha.

Illud magnificum,

- neque enim mihi cura supremi

Funeris. odi artus, fragilèmq; corporis usum

Desertorem animi. Pulchrum illud in decimo,

Considerant iam vota diem: nox addita curas

Iungit.

In eodem,

Par operis iactura lucro.

Illà verò diuina,

- feruent discursibus arces:

Miscentur clamore via. ferrum undique & ignes

Mente vident, saevas mente accipere catenas.

Consumpsit ventura timor. iam tecta replerant,

Templaque & ingrata vallantur planctibus aræ.

Vna omnes eadèmq; subit formido per annos.

Postcunt fata senes: ardet, pallètque iuuentus.

Atria fœmineis trepidant ululata querelis.

Flent pueri: & flendi nequeunt agnoscere causas,

Attoniti, & tantum matrum lamenta timentes.

Illas cogit amor. Melius, urget.

- nec habent extrema pudorem.

Ipsæ tela viris, ipsæ iram animosque ministrant:

Hortanturque, neque ruunt: nec anita gementes

Limina, nec paruos cessant ostendere natos.

Deinde sequitur nobilissima comparatio: quæ sola satis esse possunt ad ineundam rationem contemplandi cultissimi poetæ atque ingeniosissimi artificium. neque enim vllus veterum aut recentiorum propius ad Virgilianam maiestatem accedere valuit. etiam propinquior futurus, si

tam propè esse noluiſſet. Siquidem natura ſua elatus, ſicubi excellere conatus eſt, excreuit in tumorem. At profectò Heroicorum poetarum, ſi phœnicem illum noſtrum eximas, tum Latinorum, tum etiã Græcorum facile princeps. nã & meliores verſus facit quàm Homerus: & figuris frequentior, & officiorum, habitudinum, animorum prudentior distributor, & caſtigatorum author ſententiarum. Nunc ad Lucanum tranſeamus.

LUCANVM igitur, ſi diis placet, etiam Maroni parem facere auſi ſunt. qui non tam illius magnitudinem, quàm ſuam inſolentiam iis ineptiis prodidere. Patemur in illo ingenium magnum. equidem etiam pluſquam poeticum condonabo. Effrenis mens, ſui inops, ſerua impetus, atque iccirco immodica, raptãque calore ſimul & calorem ipſum rapiens, hoſtem maximũ eius temperamenti, quod in vno omnino Marone & admirabile eſt & diuinum. Proinde vt nimis fortasſe liberè dicam, interdum mihi latrare, non canere videtur. Non igitur perdemus operam, ſi pauliſper in eius Pharfalia immoremur.

Principiò, quod & alibi monuimus, peſſimo conſilio inſcripſit Pharfaliam. quippe ne tantilla quidem operis pars illius ea regio, eãve in regione bellum factum fuit. ſic enim Thebais, Ilias, & eiufmodi: ad quas, aut propter quas vrbes omnia quæcunque in illis libris continentur, geſta ſunt. Multa tamen in eo opere acutè dicta: ac neſcio an nimis multa: qualia,

Iuſque dat um ſcleri. & in ſecundo,

-æquatãque vulnere membris.

& de Scæua, *-ſeque ipſe minatur.*

&, *-nondum compage ſoluta*

Naufragium ſibi quiſque facit. At verò quid dicemus de illa loquutione, quæ in nono eſt?

Quid prodeſt miſeri Baſiliſcus cuſpide Murri

Transfactus? Latine aliter dicimus, Quid prodeſt baſiliſcum tranſfactum cuſpide fuiſſe? nam baſiliſcus neque viuus neque mortuus prodeſt: ſed factum ipſum, id eſt, totum hoc: baſiliſcum eſſe tranſfixum. Par fides loquutionis in illis,

Iuſtitium latuit: imò patuit. Ius enim latet in Iuſtitio: quippe in bello. Verſus plebeius,

Crimibus effuſis toti prælatæ Comatæ.

Etiam

Etiā dubitandum an purè loquatur, qui Veneris comam cæsariem appellat: id quod fecit Claudianus. sic & Lu-
 canus in primo, *Liquidam palastram* nimis ambitiosè dixit.
 Multos excursus captauit: vel quum Pompeius rebus ac-
 cisis extremo & in metu & in periculo otiosè tanquam
 Græculus nugatur, aut nugantem audit de rerum Natura
 & nauiculatoria. Quem virum quum laudandum susce-
 pisset: eiusque partes ambitiosè foueret, deformat tamen
 mirum quantum. Introducit enim sic: scire sese quanti es-
 se queat iugulum suum apud Cæsarem: quippe quantum
 ipse pro Cæsaris ceruice daret. Sed & pauitantem ignauo
 animo eundem facit in principio octaui, sanè versibus pu-
 dendis atque indignis viro. Et quis eum ferat excientem
 Iuliæ vmbra: quam ab Elysiis exactam scribat, ob cul-
 pam criminèque viuètiū? neque verum est quod ait, Ti-
 mauum esse vbi est Aponus. nā & fluuius Medoacus haud
 parum distat ab Apono: & Timauus Virgilianus,

-per ora nouem vasto cum murmure montis

It mare præruptum. at in toto agro Patauino nihil eiuf-
 modi. Par error quum dicit,

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos

Albis. nam Sueui Reno propiores. Extremi nāque
 eam ad partem Germanorum sunt. Albim verò mediam
 secare Germaniam & scriptum est ab authoribus, & no-
 men ipsum id indicat. quippe ea vox Medium significat.
 De Pado verò nugatur,

Non minor hic Nilo: si non per plana iacentes

Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas.

Quid est hoc, *Non minor Nilo*, nisi Nilus maior esset?
 Nam quod ait per plana decurrere, falsum est: hoc enim
 vtrique commune & Nilo in Ægypto, & Pado ad Ferra-
 riam. Quanquam maiores aquas colligi par est in alueis
 conuallium, quàm in campis patentibus. Infanit verò in
 alia collatione,

Non minor hic Istro: nisi quod dum permeat orbem

Ister, casuros in quelibet æquora fontes

Accipit, & Scythicas exit non solus in undas.

Nam qui vtrunque flumen norit, nequaquam hæc æquo
 animo ferre queat. Primùm hoc ipso fluuiorum regem
 potuit appellare Maro, cui tot clari fluuij seruiant. deinde, *Ister &*
quis non videt longè pauciores amnes in Istrum ferri, Pado.

quàm in Padum? Sanè totidem sunt. neque enim riuos omnes habemus innumeratò. Verùm tanti sunt illi qui in Danubium erumpunt, vt etiam non minores sint Pado ipso. quippè quorum aliquot vidimus. inter quos Vag permagnus est. maior Saua: Tibiscus verò atque Draua longè maximi. Padus autem, nisi alienas acciperet aquas, quid esset ille tandem? pusillo nánque atque ignobili de fonte exit, adcò humilis, vt ne ripas quidem villas habeat. vix primorum articulorum vestigia equi nostri in eo tingebant. Mox ex iisdem vnde ille fertur Alpibus, populares suas populatur aquas: tot numero vt ne describere quidè vacet. quippe inter Pœninum, & Vindelicos, atque Noricos montes depressio sinu colligit omnia. Quid Sebinum memorem, quum prelo sit Larius & Verbanus quasi vasta quædam maria: orbisque delitiæ Benacus noster, qui innumeras riuorum scatebras in ipsum refundit Padum? sed iam sit modus, ne declamare videamur. Neque vero Lucani affinis Seneca, Montanum appellet Ouidium oratorum: propterea quòd idem bis aut ter dicat. Hoc enim vitium tam est Lucano peculiare: vt penè sibi proprium fecerit. nam quid aliud est quàm Cometes?

Benacus.

*Repetitio
peculiare
Lucani
vitium.*

-crimemque timendi

Sideris, & terris mutantem regna Cometen.

De excursibus dicere occœperamus: quos ille tam ambitiosè quæsiuit, quàm ineptè persequutus est. Figuli igitur commentatio tota, in primo libro tota frigida, nec Matheos vmbra digna. Sed & fabula Persei nihil intemptiuius. fatis erat perstrinxisse. Titus Liuius damnat huiusmodi diuerticula: quæ tâtopere videtur Herodotus appetisse. at iste vulgaris aut falsæ ostentator eruditionis, inscitiam suam prodidit non semel. nam quid illa sunt?

-Sol tempora diuidit eui.

Mutat nocte diem, radiisque potentibus astra

Ire vetat, cursusque vagos statione moratur. Sunt hæc scutica digna. quis enim dicat *ἑποχὰς* Planetarum fieri à Solis cursu? quâto minus à radiis? In illis verò quid dicat, nescit. de Ebena enim sic scribit,

-quæ quamvis arbore multa

Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat vmbra.

Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.

Sanè verò bellum hominem. quasi verò tota æstate nihil aliud

aliud sit quàm meridies. At post & ante meridiem profectò ubique terrarum umbra est. In tertio quoque de umbris Arabum nugatur,

*Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.*

Atqui dextrum & sinistrum non est, nisi animalium ratione. quare dextra erit umbra arboris, quæ fuit sinistra: nec alia fiet. Quid quòd Pythagoras, & Aristoteles dextrum mundi & sinistrum non ad Austrum aut Aquilonem refert, sed ad Orientem & Occidentem. Neque verisimile est ex Arabia felici, quæ sola ultra circulum Solstitialem protenditur, aduenisse in Thessaliam. neque enim militant illi: sed ex Petræa, & deserta latrunculi nomades. verùm ut hoc hic diceret, huc eos adduxit ille. Nequeo verò fatis mirari, quid ei venerit in mentem quum dixit,

*Æthiopiæque solum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli: nisi poplite lapsò
Vltima curuati præcederet vngula Tauri.*

Duo hic errores: alter ab eruditis solis castigandus: alter vel à pueris Astrologorum irridendus. Primùm igitur animaduertendum est, extra Signiferi latitudinem curuare genu Taurum. at non minus eius contrarium Scorpionem penè totum exire spatium illud. Deinde quis ignorat, si Tauri vngula dirigitur quasi *μωροεινυμω* siue Zenith ad Æthiopum regionem, necesse esse regionem illam tegi aliis signis: quippe Geminis, Cancro, Leonæ: quorum inclinationes ei respondeant parallelo qui Tauri secat vngulam? Quàm verò fuerit sciens orbis terrarum, etiam illis ostendit,

*Quà colitur Ganges: toto qui solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo*

Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.

Nonne Padus, nonne Ister in Orientem fluunt? Quòd si vult dicere è directo Solis oriētis: hoc quoque falsum est. Ganges enim in Austrum exit. at Raptus fluuius Æthiopiæ rectà in Orientem sub mari rubro: rectà Doamas fluuius nobilis in eandem partem actus, excipitur à sinu Indico, cui Magno cognomen est. Possset etiam illud à Criticis exagitari, quod scribitur in v,

*Primus ab Oceano caput exeret Atlantæ
Core, mouens æstus.*

Neque enim Atlantico è mari spirat, sed Britannico. Hoc tamen ferri potest. at quod sequitur, etiam alibi castigauimus,

Occurrit gelidus Boreas: pelagusque retundit.

Non potest ferri. nam neque *occurrit Boreas*: sed vterque ad angulum eundem trigonum efficiunt: neque *retundit pelagus*: sed cum Cauro simul propellit rectà in Austrum: quemadmodum Tigris & Euphrates, vbi in vnum conuenere. Lucanus Europæ Libyam esse partem: eius ratio est, tantundem abesse ab extremo litore Occidentali ad mare Rubrum atque ad Tanaim. at Silius contrà,

Æstifero Libya torquetur subdita Cancro,

Aut ingens Asiae latus, aut pars tertia terris.

profectò meliore consilio. Continens enim est Asia atque Africa: cum Europa nihil habet Africa commune. Quòd si per segmenta, quos Meridianos circulos vocant recentiores, partitur terras, earumque terminos aut coniunctiones designat: nequaquam decuit tam inæquales facere portiones, vix enim est quinta pars reliquæ terræ ne quid exactius dicamus. Est enim versus in primo nõ negligendæ censura,

Dum terra fretum, terramque leuabit Aer.

Neutrum enim verum est, siquidem vnicuique elementorum suus est attributus locus. neque si terra deficiat, eius in locum non descendet aer ita vt cadat: sed ne detur vacuum. Hoc autem in nobiliore scientia declaratum est. Præterea si terra sustinet mare: mare eadem ratione sustinebit aerem: non autem ab aere sustinebitur. Sic Iarchas Apollonio respondit in tertio apud Philostratum: Terrâ ab aqua ferri. quod quemadmodum fieri possit, sanè melater. Eius verba sunt, *Εἰ ὑπὸ τοῦ πλῆθους τῆς θαλάσσης ἢ τῆς ἐξισταζέουσας, μίλλον ἔσται. πλῆθος γὰρ θαλάσσης αὐτῆν ἔχει. εἰ δὲ τοῦ πῶστος πλῆθους ὑγρῶν ἔσται στοιχεῖον, ἢ πῶστος πλῆθος γῆς ἀποφανόμεθα αὐτῆς γὰρ ἐκαστὴν τὸ ὑδρὸς φέρει.* Hanc quoque quæstionem maioribus operis suo excussimus loco.

Cæterum vt studiorum meorum ratio constet posteritati: nos enim nullum laboris genus deterruisse, quominus poeticæ perfectioni consuleretur: ausi sumus Antæi fabulam, quæ in quarto est, reducere ad illud temperamentum, quod in huius viri impetu atque licentia desideratur. Quam fabulam quum totam neque probaremus neque

neque damnaremus, effusum calorē illum ad certas leges redegimus æquabilitatis. Recisa nāq. sunt à nobis superflua, quasi Syluam declamantis de Briareo & aliis. præterea sublata sunt quæ nō constabant. Ait enim Antæum sese arenis conspersisse: vt ex eiusmodi terræ contactu perpetuas vires consequeretur. nequaquam igitur ab Hercule tunc fuisset victus: quippe qui terram semper tetigisset. Ad hæc in ipsa lucta scribit Antæi crura ab Hercule percussa manu. hoc igitur qui potest? quare nos genu, non manum posuimus ibi. Illud querendum ab antiquis: quum staret Antæus in lucta, terram pedibus contigisse. quemadmodum ergo vel deici vel tolli potuit: si par entis cōtactu dicitur inuictus fuisse? selegimus autem quæ essent optima: nostraque adiunximus, quasi semicentonem: sed suo stilo. nostro enim longè alios numeros addidissemus.

Terra parens, nec post genitos effæta gigantes:

Sed quasi collectis uteri conatibus vni,

Extulit Antæum, tanta se mole ferentem,

Vt vetus hoc solo steterit tum gloria fratrum.

Illi etiam ne forte foret superabilis ullis

Viribus, hoc dederat munus sensissima mater,

Quam materna diu contingere tergora posset

Infractus, seipso & melior, reparabilis esset.

Ille igitur hominumque metus, terrorque leonum,

Omnia vasta dabat. casis culturibus agri,

Et saltus pastore vocant, & littora nautis.

Fama mali terras monstris æquorque leuantem

Magnanimum Alcidem Libycas exciuit in oras.

Ille Cleonæi proiecit terga Leonis

Antæus Libyci, tum duro brachia nexu,

Inmotumque caput rigida ceruice tenetur.

Miranturque habuisse parem. Certamine primo

Noluit Alcides effusus viribus uti:

Post, ubi colla diu frustra tentata lacertis:

Exarsit pudor: incumbitque, trahitque, quatitque,

Exhauritque virum, tum creber anhelitus olli

Arida corda quatit: gelidus fluit undique sudor.

Tum ceruix excussa premi, tum pectore pectus

Vrgeri, tum curuato percussa labare.

Crura genu, iam terga viri cedentia victor

Duplicat: & medium compressis ilibus arctat,

*Inguinaque insertis genibus distumpit. ibi omnem
 Explicuit sine lege virum: tremuit excita tellus
 Pondere. vix pressus tetigit grauis arua, repente
 Intumescere tori, vacuosque induruit artus.
 Et stetit: & visus melior quam cœperat antè.
 Rursus inexpleta repetunt certamina pugnae:
 Rursus opes reparant: telluris viribus ille,
 Ille suis. plus miratur Ioue natus, ab illo
 Quàm patitur: quoties defessum deiecit hostem,
 Surrexisse nouum: postquam victoria damno
 Constatit: & toties victor, dum vincitur, exit.
 Consilium subit Alcides: tactæque parentis
 Sensit opem. Standum est ergo mihi, dixit: & ultra
 Non credere solo miseræ iuuabere casu.
 In me Antæ cades. Sic fatus sustulit altrè
 Luctantem in pectus iuuenem. morientis in artus
 Non potuit nari tellus summittere vires.*

SED iam nos ad felicissimam ætatem conferamus.

SECUNDA ÆTAS.

CAPVT VII.

QUUM virtutes alij alix ætati datæ sint à natura: cunctæ simul inuentæ sunt in secunda. Caterùm candor ei venustasque peculiaris. ac ne vnum quidem affectatæ dictionis inuenias authorem. singulos igitur adæamus.

GRATIUS, CORNELIUS GALLVS, QUINTILIUS VARVS, SABINVS, PROPERTIUS, OVIDIUS, TIBVLLVS, CATVLLVS, HORATIUS.

CUM duo elegantes poetæ venationis præcepta poemate tractarint, GRATIUS & NEMESIANS: de hoc suo loco non diximus: quem in animo haberemus cum Gratio comparare. Tolleitur enim labor noster, aut leuabitur saltem. neque enim nostri versus supponentur illis: sed alter alterius aut lima aut censor esse poterit. Igitur Nemesiani stilus candidus, nec vulgare sonans. minus tamen prudenter in operis principio numerum mutauit. vbi nânque dixit *cano*, subdit *pandimus*.

*Venandi cano mille vias, hilarosque labores:
 Discursusque citos, securi prælia ruris*

Pandimus.

Pandimus. Præterea Sylux propior, atque effusus. *GRA-*
r i v s castigatior. solo enim versu proponit, & semiuer-
 su inuocat. tum narrat candidissimè,

Dona cano diuim, lætas venantibus artes,

Auspicio Diana tuo.

Malim tamen aliud quàm *lætas*: siue *placidas*, siue aliud
 n elius excogites. Nemesianus autem falsam sibi vindicat
 goriam, quum ait,

-ducitque per auia, qua sola nunquam

Trita rotis. nam ante illum Gratius. Multa quoque
 faciunt mihi negotium,

- & lætè campos metatur apertos.

Equidem metam nullam ponerem: sed potius ostentat,
 quàm *metatur*. & quid opus habet *curru* venator?

- iuuat aurato procedere curru.

rec muscus inest pratis,

- intacto premimus vestigia musco.

& loquutio dura,

- qua sola nunquam Trita rotis.

Nullis potius quàm *nunquam*. Et illa dura, & partim ple-
 beia, partim affectata,

Obuia Calliope facies insistere prato

Complacito. rude hoc. illud affectatum,

- rudibus qua luceat orbita sulcis.

Quomodo lucet si nõ est *trita*? quomodo, si *nunquam* sul-
 cos habet à *rotis*? hoc enim est *orbita*. Nimis quoque im-
 moratur in fabulis recensendis. ad septuaginta versus im-
 pēdit, extra materiam expatiatus, antequam venationem
 aggrediatur. Quod pudentiissimus omnium poetarum
 Maro paucissimis absoluit,

- quis aut Eurysthea durum: & quæ sequuntur.

Ille quoque versus è triuio,

Sit chlamis aurato multum subtegmine lusa.

Et ille,

Fœcundos aperit partus matura grauedo.

& pessimus numerus, & abusus est Romana voce. *Graue-*
do enim pectoris tantum morbus est. De canibus vterque
 longè elegatissimè. Hoc errat Nemesianus, quod in prin-
 cipio quum partitus sit canum genera in Lacedæmoniũ,
 Molossium, Britannum, Hispanum, Pannonicum, Liby-
 cum, ac mox faciē, quæ optima esset, descripserit, deinde

Grædo. exercuerit ad tentamenta venationis, tum morbos leuiter attigerit: redit ad canum patrias,

Quin & Thufcorum non est extrema voluptas.

Longè exactius ille simul cum natalibus ipsis designat mores, animos, vires, celeritatem, sagacitatem, faciem, & sanè diuini versus multi: velut ille,

Sed premit inuentas, non inuentura latentes

1. Illa feras. Sed & festiuus. nam quum Geloni populi sint ad prælia acerrimi: canes ait illorum martem detrectare: contrà Acarnanes tam viri quàm canes similes,

Sic & Acarnanes subierunt prælia furto:

Sic canis illa suos taciturna superuenit hostes.

Quæ verò utrobique describuntur species, poterunt inter se comparari. Illud vulgare epithetum simul & in suaue,

Verùm ubi Caurino perstrinxit frigore vesper.

Vbi verò canum tū morbos tum remedia describit Grætius, satis ostendit ætatis suæ felicitatem. sunt enim luculentissima. Omnino verò ei Nemesianus impar: atque etiam longè minor,

CORNELIUS GALLVS durior. sententiarum tamen lepore ac festiuitate condiuit asperitatem numerorum. Quod Lyricum inscribitur, illius sanè non est, sed inepti cuiuspiam. ea verò Elegia, in qua canitur Aquilina, quanquam habet sententias elegiacas, tamen hominis est Græcæ literaturæ ignari, & quem ratio fugerit syllabarum. In sequenti,

Atque sub exhausto pectore pingue femur.

Non est femur sub pectore. neque pectus exhaustum probaueris, quasi Phthoe laboreat. melius Ouidius,

Et castigato suberat sub pectore venter. Oportet ventrem castigatum esse, femur pingue, plenum, tumidum, teretibus toris firmum. Pectus semiplenum, pressum, constans: non laxum, non tumidum, non siccum.

Ætna tanta est: vt non penitus temerè Virgilio attributa esse videatur. Quidam tamen Quintilii Vari autumant: quibus nos quoque interea facile assentimur. nam Maronis non esse maximum est argumentum, quòd nullquam ei similis est. id quod in Diris, & in Ciri planè animaduertimus. nam ne culicis quidem ita spreuit omnia, quia seipsum sit imitatus. quod enim fuit in Culice rude,

O bona

O bona pastoris: si quis non pauperis usum
 Mente prius docta fastidiat, & probet illi
 Omnia luxuriæ precijs incognita, curis
 Quæ lacerant avidus inimico pectore mentes.

Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
 Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
 Sublaqueare domos animum non angit auarum.

& quæ sequuntur: miris versibus excoluit in secundo perfectissimi operis,

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
 Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,
 Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

Si non ingentem soribus domus alta superbis
 Manè salutantum totis vomit adibus undam:

Nec varios indiant pulchra testudine postes,
 Illi sâsq; auro vestes, Ephyreidæque ara:

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno, & quæ sequuntur: tum iccirco huc adducta, ut ostenderem quod dicebam, seipsum imitatum esse Maronem, expolitis versibus atque sententiis quas in primoribus studiis excussisset: tum ut cognosceret leges modisq; poeta noster, quibus comodiores nobis ipsis esse possimus. Quare & alios videamus, & in eodem poematio, de quercubus loquens, ait,

Illas Triptolemi mutavit sulcus aristas.

In primo Georgicôn,

Chaoniam pingui glandem mutastis arista:

Item,

Et piger aurato procedit Vesper ab Oeta.

Damon ait,

- tibi deserit Hesperus Oetam.

At eorum omnium quæ in Ætna leguntur, ne vllû quidem in tribus operibus extat vestigium. Quin idem argumentum vbi tractatur, tam sunt diuersæ phrasîs, numeri, spiritus, ut nihil aliud ad testimonium opus sit. Toto quidè poemate canitur Ætna: at priuatim illa quantum distant à Virgilianis?

Pellitur exusta glomeratus nimbus arena;

Flagrantes properant moles? voluntur ab imo

Fundamenta: fragor tota nunc rumpitur Ætna:

Grandis igitur poeta Quintilius: nec temerè ab antiquis dilaudatus. Splendida sanè oratio, & non vulgaris. etiam

sentétias quarēs & inferēs. nihil tamē quod nos detineat.

SABINVS autē adeò tenuis: vt verè sit vmbra Ouidij, & quasi eius *δευτερευμῆς*. neque dignus in cuius censura multum operæ ponamus.

PROPERTIVS facilis, candidus, verè elegiacus: tersior tamen quam existimatus est à Criticis. nam & amat quædā quæ minimè sunt vulgaria: & quibusdam locis paucorū iudiciū sequutus videtur. nam & principium operis tum elegans est, tum compositum. In primo tamen libro apparet ambitio quædam claudendi pentametrum vocabulis multisyllabis. qui numerus mollior iudicatus est etiam in Iambicis. Penè igitur conquississe atque corrogasse voces existimatur, quibus obnoxias efficeret sententias. id quod manifestius deprehenditur ad calūniam constituendam, quòd in sequentibus libris aliter instituit: quasi defecerit eum similis materia. aut fortè castigatus vel ab amico, vel à seculi iudiciò elimatiore: quod iam probat & Ovidium & Tibullum, frequentius alterum utentem bisyllabis, alterum longis illis penè nunquam. Sequutus verò Corinnæ consiliū est, quod illa Pindaro dederat, ne sine fabulis poemata conderentur: esse nāque eas illorum animam: inculcat igitur quantum potest. Cæterū cū ea omnia iam sint vulgata, nostrum poetā vehementer tum ab ipsis, tum ab ignotis abstinere iubeo. nam quemadmodum in illis nulla gratia, ita in his etiam odium subesse arbitror. Pro his igitur sententiæ sunt dulces, luculentę, non languidę, non affectatę, non nimis frequentes.

Iam verò ad eum peruenimus locum, in quo & ingenii magnitudo, & acumen iudicii exercenda sunt. Quis enim de OVIDIO satis dignè dicere possit: nedūm vt eum audeat reprehendere? Dicendum tamen non obtreccionis causa: sed vt illius magnitudine nos quoque crescere valeamus. Incipiamus igitur ab eo loco, in quo suam accusat negligentiam. neque enim quæ ibi dicuntur, inter se videntur conuenire. ait enim,

*Corrigere est tantò res est magis ardua, quanto
Maior Aristarcho magnus Homerus erat.*

Qui si id vult, vt emendandi vel studium, vel opera vel labor longè sit difficilior quàm calor ille componendi: quonā pacto hisce carminibus maiorem facit authorem
com-

compositionis, id est Homerum, quàm castigatorem, hoc est Aristarchum?

Factorú stílus facilis, candidus: eruditio prisca & multa. ac tamen si materia non semper admittat cultum, ingenium autem viri non saepe: multis tamen in locis seipso limatior atque tersior est. Quòd si quis nolit eius vel lasciuiam vel licentiam tolerare, aliis numeris penè omnia illius poemata poterit interpolare. hoc tamen vetat pudor animos nobiliores: qui non insectando, sed admirando antiquitatem, ineunt gratiam à posteritate. Pauca igitur ex propemodum infinitis,

Edidit hos nobis ore priore sonos.

Concinnius, *voce priore*. vox enim soni species est. & sequens pentameter sic staret,

Quod petis: & mentem concipe mente meam.

Quæ vero aut in hisce, aut alibi acutè dixerit, penè sunt infinita: velut illa,

In precio precium nunc est.

- mille animas una necata dedit.

Et illud in Epistola,

Medea Medea forem. Versus autem ille diuinæ est rotunditatis,

Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.

& in epistola Deianiræ,

Spéque timor dubia, spésque timore cadit.

Et Hypermestra,

Quæ bos ex homine est, ex boue facta dea.

Tanto minus laborati libri tristes. nam de Tristibus malè inscriptos suprà declaratum est: quemadmodum & de Ponto, nihilo maiore cura commendandi. Epistolæ omnium illius librorum politissimæ. nam & sententiæ sunt illustres, & facilitas composita, & numeri poetici. Quæ sitis quoque splendor ex imitatione simulatæ veteris simplicitatis: velut,

Castori Amycleo, & Amycleo Polluci.

Non placet tamen,

Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.

quid enim aduersatiua? *Ocyus ipse veni.*

Hanc tua Penelope (an memori?) tibi mittit Vlysses.

Scribendi periiit tempus: at ipse veni.

Et solæcon est,

Denique quisquis erat castris iugulatus Achivis:

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Quid enim facit illud, *Quisquis?*

Victa suis Troica fata canunt.

Non erant *victa fata*: imò Troianum fatum vicit. vicit enim Troianorum vota: quia in fatis erat Troiam capi.

Omnia nānque tuo senior te querere misso

Retulet at nato Nestor.

Neque hic vlla causa reddenda est. Igitur illud *nānque* dispungendum. non enim relatio Telemachi efficiebat, vt Græci prælia pingerent vxoribus. Durum est,

-murus, quod fuit ante solum.

Murus enim nunquam fuit solum. Itaque melius in Fastis,

Hic ubi nunc Vrbs est, tunc locus Vrbs erat.

In Epistola Briseidis,

Auxerunt blanda grandia dona prece.

Vide an melius. *blandæ preces.*

Iuro fallentem deseruisse velis.

Insuavis & languida oratio. malim sic,

Iuro: si fallam, desere: pœna decet: aut placet.

Nec tibi magnificum: sœmina iussa mori.

Melius per interrogationem, *An tibi?*

Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.

Magis placet, *Vt tibi dilecto pectore.*

In Phædræ epistola pessimè consuluit persuasioni, illo versu,

Et pariter nostrum fiet uterque nocens.

Omnino eum sustulerim, atque hunc aut huic similem substituerim.

Quæ mihi amor certus, quæ tibi fata parant.

In Oenones, versus leoninus,

Vim licet appelles, & culpam nomine veles.

Sicut & in Hermiones,

Vir precor uxori, frater succurre sorori.

Itaque malim, *Vim licet hanc dicas.*

Alterum haud facile mutare est. oportet enim tota illa stare, *auxilium fratris, mariti, sorori, uxori.* impræsentia illud excogitavi,

Fratrem orat soror, vt pugnet pro coniuge coniunx.

Illud simplicius,

Vxorē tibi vir, frater defende sororem.

Illud coactius,

Ecce soror fratrem expectes coniūxque maritum.

Illud rectius,

Fratris opem soror imploro, coniūxque mariti.

Multa aliter possim, quæ nolo, ac ne hæc quidem à me essent posita: nisi necesse fuisset ostendere quantum vir ille sibi pepercerit, quum meliora multò posset. Inter Heroïdas Dido artificiosissimè, composuissimè, scitissimè, elegantissimè loquitur. Muta illud,

Opposita frondes, velleræ & alba tegunt.

Iam alibi monuimus, non minus feliciter coniunctionem illam postponi. Sane commodius,

-velleræque alba.

Nota mihi freta sunt Afrum tangentia litus.

In aliis codicibus, *frangentia*. & sanè accedit ad maris naturam sonus numerorum, *Frum*, *Fran*. mihi tamen plus placeat, si dicat *mutantia*. nihil enim melius exprimat Syrtium naturam: quarum infida sede litus Africæ modò propius sit certam pelagi profunditatem, modò longinquius Hermione,

Hæc tibi sub domino Pyrrhe puella suo.

plus sapiat,

Hæc tibi de domino Pyrrhe petenda truci.

Aspera pro charo bella tulisse toro.

etiam potuit vacuo. Deianira,

Se tibi pars terra, tibi se tota æquora debent.

Si intelligas ob monstrum Hesionis pacata maria: non erunt tota, quare ita dicendum,

Se tibi terra omnis, tibi se multum æquora debent.

quòd si illud malis, intellige tota æquora ob Oceanum admissum in Mediterranea, & in Oceanum emissum Mediterraneum: ut pessimi Græci plusquam fabulantur,

Si cumulas stupri facta priora nota.

plenius notis. nam tametsi vnum erat crimen, tamen sic dixit Cicero, Notas inurere: multis enim notis vnum describitur nomen. Denique poetis licet numerum alterum alteri supponere. sic pectora & corda devno tantum. sic ipse in epistola Medæ, Absyrti corpus, corpora dicit. à quo tamen abstinere malim. Illa verò planè Quidiana, id est arguta, ac digna quovis Epigrammate,

*Falleris & ne scis, non sunt spolia ista leonis,
Sed tua: tuque fera victores, illa tui.*

Videamus Medea quibus versibus aggreditur accusatio-
nem suam,

Vt tibi Colchorum, memini, Regina vacavi:

Ars mea, quum peteres, ut tibi ferret opem.

Profectò neque structura, neque numerus laudabilis. quid
enim est híc, *memini?* aut quo pacto *Regina*, viuo patre, vi-
uente successore? An verò audeamus sic reformare,

Quum te pretuleram demens, patria atque parenti:

Vt fieres nostra perfide victor ope. aut,

Quum te praeferrem Colchorum perfide regnis:

Et potui puras conscelerare manus.

Quid illa?

Iisset anhelantes non premeditatus in ignes,

Immemor Æsonides, ora que adunca bouum.

Immemor híc nihil est, nisi addas beneficii aut mei, aut
promissorum. neque bouum ora fuerunt *adunca*: sed cornua.

Iuisset meritos non premeditatus in ignes

Et ferro aripedum cornua torua bouum.

vel loco huius pentametri illum poneres,

Texisset dubiam tunc mihi morte fidem.

aut illum,

Præueniens fractam nunc mihi morte fidem.

Tunc ego te vidi, tunc cæpi scire quis esses.

argutius, - nec cæpi scire quid esses.

In Paridis epistola mutilus ille locus est,

Forma, vigorque animi, quanuis de plebe videbar,

Indicium tectæ nobilitatis erant.

neque enim cohærent cum superioribus. Itaque aliquot
versus desiderari videntur: quibus declararetur quemad-
modum pastoribus datus fuisset ad alendum. quo factò
fatum vitaretur. Sicut ergo desunt híc, ita ibi redundant,

Quum Venus, & Iuno, Pallásque in vallibus Idæ

Corpora iudicio supposuere meo.

Cuius rei duo sunt argumenta: primum, quod in versu
præcedente nomen est Palladis: ait enim,

Contempta est virtus, Pallade dante mihi.

Hæc infantia longè abest ab ingeniosissimo poeta. Alter-
rum, quod suprâ latius omnia narravit. quod iudiciû no-
strorû est illis contrarium, qui superiora tollenda putant,

non

non autem hæc. sunt enim illa Ouidii nitida & luculenta, non dura, vt illis videbantur. tum verò in responsione repetitur eorum sententia,

Vnâque quum regnum, belli daret altera laudem:

Tyndaridis coniunx, tertia dixit, eris.

Quam Helenæ responsionem frustra simul ac temerè amouerunt ab Ouidianarum censu Critici. nam & ea spirat vigétque illius ingenium: & stilusidem, ac nescio an maior in hac si ars. etenim per initia tractat causam tanquam iniquam: deinde quasi dubiâ: postremò cedit. Sententiæ verò in illa diuinæ: quantas qualésque materia illa pati potest. Ponam igitur aliquas, in quibus elucet vis illius ingenii similis sui,

Esset vt officij merces, iniuria, tanti?

Qui sic intrabas: hospes an hostis eras?

Similis enim in Laodamiæ, de eodem Paride,

Tam sis hostis iners, quàm malus hospes eras.

Et nonne illud verè Ouidianum?

An quia vim nobis Neptunius attulit Heros:

Rapta semel, videor bis quoque digna rapti?

Crimen erat nostrum, si delinita fuisset.

Quum sim rapta: meum quid, nisi nolle, fuit?

In illis expressus Ouidius,

Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti?

Si modo, quem præfers, non simulatur amor.

& quæ sequuntur omnia: vt,

Quòd tam per longas, spes tua venit aquas.

Hæi mihi iam dedici, sic quoque posse loqui.

Non tu plus cernis: sed plus temerarius audes.

Illis seipsum imitatur in Oenones,

Quid bibulum curuo proscindere litus aratro?

- quid arene semina mandas?

At tu dissimula, nisi si desistere maui:

Sed cur desistas? dissimulare potes. &

De facie metuit: vita confidit. & illum

Securum probitas, vita timere facit.

& illud igneum ex Ouidiana fornace,

Quòd malè persuades, vtinam bene cogere posses:

Sic mea rusticitas excutienda foret. &

Certus in hospitibus non est amor: errat, vt ipsi.

Quis neget illud Ouidii?

-cum ventis noster abibit amor. sic,

Demophoon ventis & verba & vela dedisti.

sed & illa prorsus,

Tu quoque qui poteris fore me sperare fidelem: -

Et non exemplis anxius esse tuis?

Etiam illo se imitatur,

Is tibi solliciti causa timoris erit. Penelope,

Res est solliciti plena timoris amor. &

Oblitus nostro crimen inesse tuum.

& quod alibi toties, *Da veniam fassæ.*

& alia multa penitus ex eadem officina. Quòd si qua præterea videntur curiosis meliore cura perfici potuisse: iidem meminerint hoc quoq. cæteris Epistolis obiici posse. nam sanè versus hie in illa plusquam monachalis est,

Si te vidissem primus de mille fuisses.

verùm ad alia. Acontii epistola tenuis admodum & lasciuia: neque satisfacit. quæ iccirco aliquando penè persuasit mihi, se non esse Ouidii. Responso verò duriuscula, quanquã arguta, facit etiam plus dubitare. Tres epistolæ, Vlyssis, Demophoontis, Paridis ad OEnonen, sanè parui sunt momenti. quas propterea qui negant Sabinus esse: si Sabinus quantus fuerit nesciunt, quónam pacto negare audeant? non meminere illo quoque seculo extitisse Marfos, Suffenos, Volusios, Bauios, Meuios, Anferes. Cassii quoque Parmensis scripta minus accurata fuisse prodiderunt. sed de Epistolis satis.

Amores ipse suos olim castigauit. Libros enim quinque ad trium redegit compendium. Multa arguta, multa culta, multa lasciuia, luxuriantia: effusa: multa in quibus omnia præter licentiam à nobis desiderantur. nolui tamen laborare, quum pigeret libelli. Longè verò magis læsit animum ars illa amatoria. nihil enim aliud quam nugæ. Illud animi gratia paulò attentius cognoscendum est. In vndecima Elegia secundi amorum videtur fuisse versus ille, quæ scribit Seneca Criticorù animadversionibus esse sublatù. cæterùm in libris Senecæ mendum est: sic enim legitur,

Gelidum Boream, gelidum nomen. hoc enim nihil est. Ego puto sic scriptum,

Egelidum Boream, egelidumque Notum.

Argutia est in ambiguo significato eiusdem vocis, attributa

butæ duabus contrariis ventorum naturis, quippe *egolidus* est vt enodis: ite *egolidus* vt edurus. Arbitror igitur fuisse in prima quinq; librorum editione illum: qui quum Criticis placuisset, mutatum esse à poeta in secunda editione: vbi sic nunc legitur,

Et gelidum Boream, præcipitemque Notum.

Verùm sanè Auster minimè præceps est. non enim ab excelso, sed ab imo loco flare dicitur. sic igitur potius,

Præcipitem Boream, egolidumque Notum.

Hoc quoque non est contemnendum, quod de principiorum splendore diximus alibi: atque hic considerandū est. non. n. probantur quæ insuauiæ & coacta sunt: quale illud,

Siquis in hoc artem populo non nouit amandi.

Quis non videt coactum à versu diflicuisse membra, quæ sua cohærent natura? Alius dixisset,

Siquis in hoc populo leges non nouit. aut morem.

Denique potius sic, *Artem siquis in hoc, &c.* De Metamorphosèon verò libris quid sentiamus, declarandum est. Sanè digni quos felicior fortuna sequuta esset, vt essent emendatiores. id quod & ipse conqueritur versibus luculentis: inter quos ille diuinus,

Sed quasi de domini funere rapta sui.

Quamobrem tot locis reformari possunt: vt propior iniuriæ castigatio esse videatur. Sunt tamen in ipsis penè infinita, quæ alius viri ingenio nunquam meliora effici posse putem. neque verum est quod aiebat ille, Ouidium nullo alio duce quàm seipso militasse. nãmque & totum Transformationum argumentum transtulit è Græcis. quippe tum Parthenius, tum alij eandem materiam tractauere: & multa sunt quæ ex antiquis Latinis, ex Græcis ipsis Tragediis expedire in promptu fuit: Medæ, Myrrhæ, Penthei, & aliorum: qualia sunt quæ ad Io, quæ ad Ino pertinent. Armorum quoque iudicium, quod propter summum ac rarum artificium est admirabile, ex Accij fabula potuit illi repræsentari. Igitur quum multa liceret nobis aut reprehendere, aut tollere, aut addere, aut castigare, aut immutare: paucis erimus contenti, ne penitus eum contempnissse videamur. Ergo principium operis admodum infelix censei potest,

In noua fert animus mutatas dicere formas

Corpora. dij ceptis: nam vos mutastis eor' illas:

Aspirate meis. Sanè breuitas pura & scita: at numerus non bonus, *animus mutatas.* syllabæ nânque iisdem concurrunt elementis. Præterea non est vsitata illa dicendi ratio, *formas mutatas in corpora.* non enim sic loquar, Æneas mutatus est in nouas sedes: sed, mutauit sedes. Philosophi quoque mutant corpora sub formis, materia enim per formam fit hoc. Accepit igitur *mutatas*, pro eo quod est translatas aut *formas* pro figuris. Præterea quid est, & illas? & illas: & quid aliud? Iccirco sic ausi sumus,

Quas mutata nouas immotis corpora formis

Induerint facies: se ut mirarentur in illis:

Tecta fide veterum canimus miracula uatum.

Dij, quibus imperium hoc, rerum variare figuras:

Et fluxu reparare orbi sua semina cœptis

Aspirate meis. Malè quoque sibi constat, negat fuisse mare ac terras, ait enim, *Ante mare & terras.* tum autem, *Quæque erat & tellus, illic & pontus & aer.* nam qui poterant esse, si non erant? Præterea non poterant, si erant, esse in eodem loco. uoluit sic: Ante terram, scilicet, in suum redutam globum. Ad hæc, si erant habentia pondus & carentia pondere: satis manifestum est non potuisse pugnare quin per seipsa uincerent. ex lite enim fit amicitia: ita ut quod succumbit, uelit succumbere. uerùm hæc supra pœtæ crepidam. Quo uerò modo dixit illud?

-circumfluus humor

Ultima possedit. neque enim aqua ultima est. Duæ sunt Philosophorum veterum opiniones. quidam aiebant mare esse quasi lacum in terra: ambiri enim ab ea, atque in sinu contineri, circuniectis quasi ripis. alij è contrario, Terram uniuersam esse insulam. id quod sanè uerum est. nullum enim mare est, præter Caspium, quod non continenti tactu cum alio mari coniungatur, atq. perpetuetur. illud,

Et subiecta tegunt curuæ uineta carinæ:

sic efficies efficacius,

Et curuæ fuleata tegunt uineta.

In secundo autem ratio reddenda est Phaethontæ auri-
gationis. Perducit enim ipsum per totum Zodiacum eadem die: quod spatium annuo labore exhauritur à Sole. idque non ab Oriente uulgato in Occidentem: sed à suo oriente, qui orienti diurno contrarius est. ac de his satis.

Faci-

*Tota terra
est insula.*

Facilius è TIBULLI locis expediemus censuram nostram. Uniformis ille penè totus est: vixque discedens ab seipso, eodem penè gyro concluditur. audis enim casas, focos, rura, nemora, prela, spicas, sacra tum sæpe, tū multum. Omnium verò cultissimus, nec redundans in Elegia. In fine quarti Epigrammata sunt & dura, & languida, & insuauia. Elegiam quoque ad Iunonem non optimo consilio confectam iudices. orat enim eam pro impudicitia suæ puellæ: quod esset numen matronalis castitatis. Quod verò etiam apud Ovidium designari potuit, in hoc authore tam frequens non placet vsus infinitiuorum illorum, Continuisse, discubuisse, increpuisse, pertimuisse, & alia vsque ad fastidium: etiam persoluisse: quorum tum flexus, tum crebitas arguit hominem vel ignaum, vel inopem consilii in verbis eorūque sonis tum inueniendis, tum collocandis. Laxior etiam est aliquando, quàm quantum ab eruditorum auribus ferri debeat: vt in illis,

Tunc tibi lena precor diras. satis anxia viuas:

Mouerit è votis pars quotacunque deos.

& satis plebeium est tertii principium,

Martis Romani festæ venere calendæ.

Tot spondæi, tantus eiusdem penè vocalis sonus. saltem ita disponderet,

Romani festæ Martis. nec illud politius,

Sed primum Nympham longa donate salute.

quid si sic?

Sed teneram facili donate salute puellam.

Sed dominam rara primum donate salute.

Quinetiam copulatiua verbo addita vehementer apud me malè audit: vt in illo,

Fœmina præ fractas conqueriturque fores.

quod tamen & à magnis poetis, & à nobis quoque factū est olim: nunquam tamen, ac ne tunc quidem quum facerem, probaui. Poematium quo laudat Messalam, adeò laxum est, adeò vacuum numeris: vt primo effusum calore, nunquam castigatum: prius penè editum, quàm absolutum fuisse videatur. modò nāque dicat aliquid, parū quo dicat modo curat. Quem cū, vt ipse profiteretur, maximum canat Heroem: splendida oratione, compositis numeris dicere decuit, nunc verò humi repit: atque ita repit, vix vt vsquam sese attollere audeat. nam qualia?

Quisque tibi maiora gerit castrisue foroue. &

Nec tamen hinc, atque hinc tibi laus maiorue minorue.

Vlyſſeam verò, quippe rem vulgatam, ineptè excutit, vt interſerat. tandem verò quū Vlyſſis errores percurrit, ait,

Sit labor illius, tua dum facundia maior.

Præfert Meſſalæ facundiam Vlyſſi. inferit tamen non aptè,

Nam te non alius belli tenet aptius artes.

Particula *nam*, non reddit facundiaꝝ cauſam: ſed tranſit ad bella.

In illis autem mala connexio,

Aut quis equum celerem ve arcto compeſcere freno

Poſſit: & effuſus tardo permittere habenas?

vacat enim *ve*. & illa non cohærent, *permittere habenas tardo*: imò *auido*.

Quadrupedemque arcto celerem compeſcere freno. aut,

Quadrupedem luçantem arctis componere frenis

Poſſit: & undantes auido permittere habenas.

Etriuio inde carmina,

Instant: compertum eſt veracibus vt mihi ſignis.

Fortuna, vt mos eſt illi, me aduerſa fatiget.

Solus utroque idem diceris magnus in orbe,

& alia permulta: in quibus quum ſint errores non pauci, abſtinui à caſtigatõibus. Cæterum illa non meliora,

Tæque interiecto mundi pars altera Sole.

Et nulla incepto perlabitur vnda liquore.

Dixeris,

Lubrica nec facili tractu perlabitur vnda.

Illud bonum,

Densa riger glacie, faciẽmque induta nivalon.

Recentiorum tamen ambitio aliquorum ad hanc ideam fortaffe detorſiſſet,

Densa rigent duram in faciem niuis aut cryſtalli: vel,

Sed ſtupet in faciem niuis, & rigida cryſtalli.

In illo,

Cui fuerant ſtavi ditantes ordine ſulci:

ſi non placet: *ditantes pro diuites, da illum,*

Vndantẽsque nouo Cereales ordine ſulci.

Importunè quoque coactus à numeris, mutat tempora. quod ſiquis alius fecit: vt fanè fecit: fecit mollius. Sunt autem hæc,

Quin rapidum placidis etiam mare conſtitit vndis:

Vlla nec aerias volucris perlabitur auras:

Nec quadrupes densas depascitur aspera sylvas.

Ad hæc in die festa magis probarim volantium cantillanti-
umque auicularum lasciuiam. è quibus non solum volu-
ptatem, sed etiam capi as auguria. hinc enim est & præpes
& oscen. Neque epithetum *aspera*, placet. nam si agro sunt
otia & impunitas herbis: etiam mites abstinere par est, nõ
solum feras. Quanto purius noster Imperator,

-nulla neque annem

Crustanit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

CATULLO docti nomen quare sit ab antiquis attribu-
tum, neque apud alios comperi: neque dum in mentem
venit mihi. nih il enim non vulgare est in eius libris. eius
autem syllabæ cum duræ sunt, tum ipse non raro durus: a-
liquando verò adeò mollis, vt fluat, neque consistat. Mul-
ta impudica, quorum pudet: multa languida, quorum mi-
feret: multa coacta, quorum piget. nam inuitum tractum
esse, & multum & sæpe constat, à suis versibus. Cur enim
aliter sentiam, quandiu in memoria habeo tot spondæos
in Hendecasyllabis dactylorum expulsores? & ibi deest
pronomem,

Ait fuisse nauium celerrimum.

& toties productam breuem finalem à subsequenti,

Propontida trucemque ponticum sinum:

vbi maluit quàm *Propontidem*, propter *trucem*: ob soni si-
militudinem. quæ fuit ratio vt etiam dixerit,

*Arida modo pumice explitum: non arido. quæ vocalis bis
erat in sequenti aduerbio.*

Et inde tot per impotentia freta.

Nec deprecor iam si nefaria scripta.

Nulla fuga ratio, nulla spes.

Neque curat elidere vocales,

At tu Catulle obstinatus obdura.

quod semel Cicero ab se factum excusat ibi,

Qui Etesia esse feruntur:

at ille etiam atque etiam,

Deferri mane inquisio puella.

Malè est me Hercule, & laboriosè.

Vno in lectulo erudituli ambo.

Te in circo, te in omnibus labellis.

& dissitas dictionum syllabas transferre,

Qui illius culpa cecidit, velut prati.

Quenam te mala mens miselle Rauide.

Saltruúmque reconditorum.

Gallicum Renum, horribilésque ultimosque.

vbi etiam redundat copula. Nec tibi sine iudicio præter-
eundæ sunt voces quædam, aut venustæ, aut poeticæ; aut
peregrinæ, aut alio flexu, quàm vsa sint secula politiora.
Gaza, Ploxemum, Carbatina, Myrmice, Anilitas, Creui, Do-
posuit, & alia talia. Galiambicum carmen diuinum est,
frustraque à nobis sæpe têtatum. Argonauta quem inscrip-
sit librum, falsò inscripsit, quemadmodum alibiquoque
dictum est: argumentum enim est, Achillis natalia. cæte-
rùm Ariadna maximam item partem agit. Depicta verò
vestis illa fuit. Græcorum imitatione, qui clypeos etiam
intulerunt in sua poematia tales tantòsque, vt vniuersa o-
pera occuparint. cuiusmodi Hesiodo quoque ascribitur.
Stilus mollis, tersus, rotundus: qualem alibi diximus in
Ciri Virgiliana. verus sanè aditus, gradúsque ad Æneidis
diuinitatem. Profectò mediocre hoc dicendi genus Cri-
ticorum aut superat, aut etiam eludit diligentiam. Admisit
verò hoc in opere spondaicos tam frequentes, vt vltro eos
ad elegantiam quæsisse videatur. Amauit etiam nonnulla
suo arbitrato dicere: vt *pergignunt* quàm progignunt, *gnate*
quàm nate. *Rectas* quoque *lauros* inuenit, prodiditque ille
vnus omnium. nullam equidem vnquam recto stipite à
nobis visam memini. Paucula sunt præterea, neque magni
momenti, quæ animaduertas,

Putridaque infirmis variabunt pectora palmis.

Non conuenit *putrida*: potius,

Et tenera infestis. *Mœstaque* luctifonis.

Quum teres excelsi coaceruatum aggere bustum.

potius,

Funereum celso congestum ex aggere bustum.

Nam simulac fessis dederit fors copiam Achuis.

commodius,

Nam simulac dederit fessis fortuna Pelasgis.

Nam simul annuerit fessis fors obuia Graiis.

Proiciet truncum si missis poplite corpus.

Si corpus truncum est, quomodo ipsum illa proiciet? neque
placet omen virginæ cædis in Epithalamio. In carmine
ad Ortalum, tantum est hyperbaton, vt quatuordecim
versus

versus exhauriat. excusabitur, quòd fratris passus ad eum vsque locum abstulerit orationem.

Hactenus multo labore, non sine maximis periculis defuncti sumus. Cæterum hic nobis cum haud liceat con- quiescere: id superest conficiendum vt penè nihil egisse mihi videar. quis enim H. O. R. A. T. I. stilo puret vllam censura esse potiore? Est enim omnium Latinorum Græcorumque poetarum elaboratissimus. nam in Ly- ricis quem sonum, quos numeros, quam maiestatem quæsiuit, obtinuit: quæ omnia quum in aliis neglexit operibus, omisit sine gloriæ dispendio. quam purita- tem, elegantiam, venustatem in vtrisque appetit, conse- quutus est. Duritia tamen quæ in Lyricis tegitur, in dacty- licis offendit. nam si quis arbitratur satis esse, versum pe- dibus senis concludere, haud mecum sentit. Voluit purè loqui: esto. at ea puritas quominus officiar dictionis leni- tati, danda opera est. Lutulentum ait fluere Lucilium: at ego ipsum ne fluere quidem dico. Et quoniam quidam stolidi ita eum sunt admirati, vt solum scisse Satyrã scribere iactarent: Iuuenalem verò non Satyrum, sed declama- torem existimandum: perpendendum est acrius quis sit Satyræ finis. Ac Satyram quidem esse à tragicis introdu- ctam ad diluendam sæueriorum dramatum atrocitatem: *Satyræ à Tragicis introducta.* satis est suo loco dictum. quum verò risus captaretur, is- que duceretur vel à ridiculis euentis, vel à dicacitate qua populum perfringerent: interdum vtrunque, nonnunquã alterutrum deducebant in scenam. Postea verò quàm etiã Mimi sunt introducti: solis iis iocularia reliquerunt Saty- ri, sibi maledicentiam reseruarunt. quod institutum se- quutus L. V. C. I. L. I. V. S. eò acrimoniæ progressus est, vt me- ritus sit à Iuuenale sic describi,

Ense velut stricto quoties Lucilius ardens

Infremuit: rubet auditor, cui frigida mens est

Criminibus: tacita fulant præcordia culpa.

Inde ire & lacrymæ.

Igitur non semper quæritur risus: hoc enim vœcordiæ potius atque amentię: sed obiurgatio, quæ est alte- ra pars sapientiæ. quippe quum primum eius officium sit, eiusmodi præcepta dare, quæ ad bene beatęque vi- uendum nostros animos comparare possunt: quod re- liquum est, auersa ingenia reprehendat. Quòd si hanc

Iuuenalis.

Partem concedunt nobis, risum sibi vendicant: videamus quemadmodum ne hac quidem professione simus inferiores. quod antequam aggrediamur, recensenda sunt in Iuuenale nonnulla, quæ ad eum sunt acutè dicta, ut vix vni aut alteri par sit Horatius,

Exul ab octava Marius bibit, & fruitor dijs

Iratis: at tu victrix provincia ploras.

Quid enim argutius dici queat, quàm nos fructum capere ex ira deorum: ut quod obest, iuuet? quid tam dissimile, quàm victorem plorare? At quomodo scribit sumptus inanes?

Qui bona donauit præsepibus.

Quid de scelestis, qui per mala facinora sunt locupletati?

Criminibus debent hortos, prætoria mensas.

quimque adoraretur pecunia, admirabile id,

- nullas nummorum creximus aras.

Et illud desperatorum,

- votaque deponunt.

Et de summa scelerum,

Omne in præcipiti vitium stetit.

De simulatore,

Frontis nulla fides.

Festiuissima figura de vitæ residuo,

Et superest Lachesi quod torqueat.

Adulatorem,

Nocte dieque potest alienum sumere vultum.

Diminutio oratoria,

Hoc precium squammæ? Potuit fortasse minoris

Piscator quam piscis emi.

Auarum quàm rotundè,

- diues tibi, pauper amicis.

Sed illud valde festiuum,

Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par.

Acutè & hoc,

Et melior fati donaret homuncio.

Sanè nihilò minus,

Virro sibi & reliquis Virronibus.

Et alius modus attributionis,

- & cum tota Carthagine migra:

quia Carthaginem victam in ore haberet.

Connexio quoque contrariorum iucundissima,

- illam

- *illam quam laudibus effert,*
Horreat. & modus dicendi festiuus,

- *quam sextus, & octogesimus annus*
Pulsat. Sicut & illud de fœmina satagente,
Que fugit à sexu.

Notatio rhetorica de ingenio muliebri,
 - *iam atque animos à crimine sumunt.*

Nihil illo falsius,
 - *sed quis custodiet ipsos*
Custodes? Nihil illis acrius,

Tùne duos una sauisissima vipera cœna?
Tùne duos? septem, septem si fortè fuissent.

Hoc acceptum est fortasse de Ciri Virgiliana : sic enim
 ibi,

Tène ego plus patrio dilexi perdita regno?
Tène ego? Sed & id vrbanum,

Tunc par ingenio precium.

Illud diuinum,
Summum crede nefas, animam præferre pudori:
Et propter vitam viuendi perdere causas.

De periculis, - *quanti sua funera vendant.*

Quam generosum illud?
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere.

Multa teguntur illis verbis: & efficaci indicatione ostenditur fœcunditas,
 - *dedimus quod famæ opponere possis.*

Hoc acutum & festiuum simul,
 - *madidique infantia nasci.*

Illud ex opinione vulgi stolidissimi: præsertim in Gallia,
A censu famam trahit.

Non potuit illis clarius describi anxietas habendi,
 - *propter patrimonia viuunt.*

Erepti è naufragio,
 - *fatùmque valentius Euro.* &

Spes vite cum Sole redit. Illo verò non potest quicquam
 falsius aut amarulentius,

- *si curant cunctos punire nocentes:*

Quando ad me venient? Hæc è multis pauca, quæ scita, non plebeia dicendi ratione posita sunt ab illo. ne adducam sententias ita crebras, vt ne tamen conquisite sint.

De risu autem ita censeo, neque in hoc, neque apud Horatium quippiam ridiculū esse, qualia fabricatus est Aristophanes. Cæterūm vrbana & falsa multò plura Iuuenali attribuas, quàm excipias ab Horatio. sunt autē multa loca tanquam fundamenta quædam festiuitatis. Ab irrisione,

Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.

A notatione,

-veniat lectica Mathonis

Plena ipso: Cum indignatione,

Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres.

&, *-si Laurenti custodit in agro*

Conductas Coruinus oves. &,

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

&, *-speculum ciuilis sarcina belli. Ex ambitione,*

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Ex nequitia dissimulata,

Doctus & ad calicem vigilantistertere naso.

Ex illusione de malo versu,

Qualemcunque potest: quales ego, vel Clusienus.

Ex importuno,

- & Augusto recitantes mense poeta.

Ex despectu & vilitate notatio,

Iudeis, quorum copiosius senumque supelleæ. &,

-sequitur sua quemque culina. &,

Propter quod Romæ cum boccare nemo lauitur.

Notationes præterea multæ,

Lectus erat Codro Procula minor. & quæ sequuntur, vsque ad illum versum,

Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud

Perdidit infelix totum nil. &,

-stantis conuicia mandra

Eripiunt somnum Druso, vitulisque marinis. &,

Corbulo vix ferret tota vasa ingentia, & quæ sequuntur

omnia festiua. Ex tenuitate,

Me, quem Luna solet deducere.

Ex impotenti auiditate,

Sic inde huc omnes tanquam ad viuaria currunt.

Ex definitione,

Si rixa est: ubi tu pulsas, ego vapulo tantam, & quæ sequuntur: vt,

-libertas

- *libertus pauperis hæc est:*

Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat:

Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Quid illo magis expressum?

- *hoc tu succinctus patria quondam*

Crispine papyro. Illusio ex contrario,

- *iam quartanam sperantibus agris, pulchram sanè spem.*

Ex calumnia valde lapidum,

Non dubitaturi fugitiuum discere piscem.

Et de eodem adulatio festiua,

Ipse capi voluit. Ex comparatione, siue collatione,

Quantum vix redolent duo funera. Apparatus verò concilii, & quasi S. C. de Rhombo adeò est elegans & vrba-na, vt nihil suprà. Ab amentia,

Qui nunquam visa flagrabat amore puella.

Attributio ex historia: vt ibi de figulo,

- *subitúsque Prometheus.*

Adulatio in re inepta & absurda,

- *sed ex hoc*

Tempore iam Caesar figuli tua castra sequantur.

Ab impuritate,

Vnus Iberina vir sufficit. Ocyus illud

Extorquebis, vt hæc oculo contenta sit vno.

Ex ritu,

Et vetus indulget semibus clementia porcis.

Qua vrbanitate vsus quoque Augustus est: cùm dixit,
Malle se esse Herodæ porcum, quàm filium.

- *citharædi cauda magistri. quis enim non rideat hoc?*

Ex decoro,

In Corum atque Eurum solitus seruire flagellis,

Barbarus, Æolio nunquam hoc in carcere passos.

Acymen in seruitute ventorum apud Æolum, quæ de-
signatur per vocem illam carcere.

Ex indignitate,

- *audis*

Iuppiter hæc, nec labra moues cùm mittere vocem

Debueras vel marmoreus? maluissim, fulmen

quàm vocem, Illa etiam falsiora ex veritate,

- *vt video: nullum discrimen habendum*

Effigies inter vestras, statuamque Bathylli.

Illud ex eruditione profectò festiuum,

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata leget,

A Cynicis tunica distantia, seueram sanè differentiam, si tunica tantùm distat.

Illo verò nihil falsius, de Claudio,

-tremulùmque caput descendere iussit

In calum, quia inter diuos relatus, in Orchum raptus fuit. Sanè valet facetum illum titulum : ἀποκαλοῦν θεῶν dico, quem ἀπὸ τῆς ἀποθεώσεως, posuit ad irrisionem,

Horatius.

HORATIVS autem pauca horum similia. Fabellas quidem & Apologos interserit suauissimos : sed quibus nullo modo risus moueatur. Acutè dixit illud,

-quàm sibi non sit amicus. &

-fame seruit ineptus. &

Inuidiam placare paras virtute relicta. &

Non horam tecum esse potes. &

Tèque ipsum vitas fugitiuus. &

Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Risus ex dicto festiuo in hoc,

-equi frenato est auris in ore.

Simile est vrbanis definitionibus nostris, *Quid est vxor? scabies animi mariti. Quid est populus? mare seipsum mouens. Et ex Publii nimis multa eiusmodi,*

Hæredis fletus sub persona risus est.

Ex factò ridiculo, in quòta Satyra secundi, de anicula vincta. sed illud præter expectationem omnes superat vrbanitates,

O Laertiade, quicquid dicam, aut erit, aut non.

Quod deprauant Grammatici.

Hæc igitur cùm ita sint: non est à Satyris excludendus temerè Iuuenalis: sed cum tantò anteponere decet Horatio, quantò melior Horatius Lucilio iudicatur. Si neque argumentorum varietate par est illi Horatius, neque dexteritate tractandi, neque vbertate inuentionis, neque crebritate sententiarum, neque acrimonia reprehensionis, neque acumine dicendi, neque facetiis aut vrbanitate: istorum Criticorum vel ineptum vel malignum, vel fastiosum iudicium deprehendetur. Age verò quando non solùm Satyra ipsa, verùm etiam quoduis opus scripturæque simplex esse debet & vnum: neque in Satyris, neque in Epistolis, at ne in Poetica quidem, in qua hoc ipsum

ipsum præcipit, obseruauit. quippe qualencunque materiam aggressus fuerit, illico erumpit in Satyricas reprehensiones. credo ad id rapiente ingenio suo. id quod ut clarius pateat, non pauca loca nobis adducenda sunt. In prima statim Ode mortalium studia excutit, quemadmodum in I, Satyra. In II, *

*Audiet ciues acuisse ferrum, & c. In III, tum alia tum illa,
-si tamen impia*

Non tangenda rates transiunt uada.

In sequenti,

Iam te premet nox, fabuleque, manes.

In sequenti,

Miseri quibus intentata nites.

illa est tota reprehensio,

Lydia dic per omnes,

Te deos oro, Sibarim cur properes amando,

Perdere? sicut & XI.

De quartadecima, nihil dicendum: seipsam enim prodit: nec minus ea quæ sequitur. non parum duodevicesima & vicesima quinta. Item altera ab hac, & vndetricesima. sed & idem sapit tricesima tertia & quarta, & 5 & 8. Quæ diligentia si in cæteris quoque utaris, eundem spiritum deprehendes. Iam verò Epodos præter pauca, nihil aliud spirat. hos enim Paris Iambos Romanos ab se primo factos temerè gloriatur. quis enim nescit à Catullo id antea felicissimè factitatum? nam cuiusmodi sint Horatiani, mox videbimus. Verùm ut ad id vnde digressi sumus redeamus. non semper quod semel orditus est detexit. quippe tertiam Satyram cum ita incœpit, ut in Tigellio damnaret homines inæquales: oportuit hoc profsequi. at ille transiit ad malignos animos, qui peruersè omnia interpretantur. postremò diuertit ad disputandum contra Stoicos: quòd peccata paria non sunt. at quæ disputatio? nempe quæ id concludat: Stoicum neque esse regem, neque sapientem. In secunda Satyra cum proponat extrema esse vitiosa, ac propterea mediū eligendū: iubet abstinere à matrona: rectè sanè. narrat incòmoda at que pericula illis, *Hic se præcipitè dedit, & c.* Nec puduit eadem in fine repetere ibi, *-ne vir rure recurrat.* Quod loquacitatis, & obliuionis, aut negligentia vitium non prætereundum. hic primus error. alter ille: cum deletis

deletis præceptis modò positis, laudat concubitus meretricios. Quinta Satyra tota frigida: à qua nihil doceri queas. Eam quam posuit Messî atque Sarmenti altercationem, puto esse omnium insulsiſſimam: nisi huic anteponas cœnam Nasidieni, aut Rûpili cum rege ineptissimam controuersiam. in qua etiam plus octo versuum hyperbaton animaduertendum est. Cùm verò Vlyſsem ita loquentem inducit,

Visue tegam spurci Dama latus: etiã atque etiam videndum est, an per poeticam prolepsim defendi queat. alias debuit introducere personas. non enim cogitur ab historia. sicut & id dubitare possumus: vbi gentium inulas inuenerit acidas. Quibus è locis neque temerè, neque frustra contendemus, Iuuenalem longè accuratoris Satyrę authorem esse. Sanè prima adeò pulchra est, adeò rotunda: vt nihil extet. Sexta diuina tota, & quæ grandem spiraret poetam. Decima quoque optima est. Quod si damnant in Iuuenali copiam exemplorum, atque propterea per conuiciũ declamatoré vocant: eadem ratione philosophi nomen à Cicerone tollant, declamatoris attribuãt. quis enim eo copiosior, siue legas quæstiones Tusculanas: siue libros tum de Fato, tum de Diuinatione? Aristotelis quoque liber secundus Oeconomicôn, post aliquot præcepta totus absoluitur exemplis historiarũ. quid? soli oratori licebit vti ad subsellia exaggeratione? distributione? Nonne vel communium rerum exemplis, vel priuatis tum fabellis tum historiis addenda est anima scriptis nostris: sine quib. tota poësis mortua est? quid? nonne idè ab Horatio factitatũ est? nam quot quantãque de Avaro in prima Satyra? Primum enim defodit aurum. deinde de aceruo. tum de iugeribus. postremò conferuntur vel cõmoda vel voluptates haurientium hinc è flumine, inde ex vrna. ad hæc exẽpla duo, Atheniensis cuiusdã, & Tantalii: ac mox de Vuidio. In secunda de mœchis exempla vsque ad fastidium. Secunda pars tertix pura est declamatio. Idem potest obiici ex illis quartã,

Hic nuptarum insanit amoribus, & aliis quæ sequuntur. Obseruabis etiam quæ ex prima & tertia secundi afferre queas. Eadè verò argumẽta si vtrinque conferantur, nunquam inuenies Iuuenalem inferiorè: sæpe etiam præstantiorem. Octaua enim longè est excellentior quàm sexta Horatii.

Horatii. Etenim perpauilla de virtute, cum qua comparat vulgarem nobilitatem: multa de seipso. vbi non eum pudet ignauam commendare vitam, nullisque ciuilibus officiis luculentam: vt natalia sua libertina verè prodat. Decima quoque Iuuenalis cum prima Horatij comparetur, de votis studiisque mortalium: sanè ille tibi poeta videbitur, hic ieiuni cuiuspiam theseos tenuis tentator. Multis etiam locis astrictior, & castigatior Iuuenalis est: veluti de formica in sexta,

Tamen vtile quod sit:

Prospiciunt aliquando viri: frigusque famemque

Formica tandem quidam expauesce magistra.

at HORATIUS multo, tractu orationis,

Paruula nam exemplo est magni formica laboris.

Pretrahit quodcumque potest, atque addit aceruo

Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.

Ampullatur deinde supra Satyram,

Que simul inmersum contristat Aquarius animum,

Non vsquam prorepat: & illis utitur ante

Quæsitus, patiens. tum autem quid est patiens? nam profecto nihil tum patitur: non igitur patiens, sed genialiter gaudens. In verborum quoque collatione non semper optimus obseruator. coactus enim truditur aut ad asperitatem aut ad licentiam: veluti cum postponit quæ ex vsu præponi consueuerunt. quemadmodum fecit ibi, *Auleæ ruant si.* quam temeritatem castigauit atque irrisit olim Ariphrades, comædiæ veteris author: cum illuderet Tragicis qui dicerent, *δαμάτων ἀπο.* verum hæc labes allata fuerat antea ab ipso Homero, non sine maximo flagitio decoris atque suauitatis, *ὄφρα γόδι ἄπο:* celitus ad. tantum potuit versus vis, & authorum ignara securitas, contemptusque posteritatis. Sic,

Et qui nocturnus sacra diuini legerit. melius, diuini sacra.
& inconcinna illa,

Pene macros arsit, dum turdos versat in igne:

neque in igne versabat,

Pene arsit macros turdos, dum versat ad ignem.

Etiam in illis dubito,

Flere vt si filius immaturus obisset:

mihî videtur adultus magis lugendus.

Non omnibus placet Dauus illius, cum philosophatur,

*Erasmi
colloquia.*

nam tamen adducit ea tanquam audiuerit de Crispini
ianitore: tamen multa memini me audire à philosophis
disputata, quorum ne nunc quidem ausim me idoneum
& iudicii barbari, suis in colloquiis Lanium ac Salganarium de rebus diuinis tanquam theologos faciunt disputare. De Satyris hæc: de Epistolis deinceps videamus.

Eiusdem stili Epistolæ, sed nitidioris. harum verò argumenta cum variâ sint, suo quæque iudicio metienda ac perpendenda erit. Quædam enim sunt familiares, haud magna (vt ille ait) cum re. tertia pura est admodum, minimèque ambitiosa. quartam auxit præceptionibus bene viuendi. quinta quoque valde familiaris est: exit tamen ad loquendum de ebrietate, præter propositum. Aliæ sunt commendatitiæ, vt nona: nihilo vtilioris operæ. aliæ conatus habent philosophi ad frugalitatem & libertatem: vt decima. de temperantia, vt duodecima. Cæterum in sextadecima, vbi rus descripsit, exilit temerè ad discutienda præcepta sapientiæ. Sic in duodeuicesima ingressus eam disputationem qua reducit virtutè ad medium ab extremis: saltuatim agitur per præcepta diuersa, quæque inter se nulla coherent affinitate. Septima adeò elegans est, adeò urbana, vt ad eas virtutes nihil addi posse videatur. at sexta nugatrix de beatitudine: vitur autè verbo *admirari* ambiguit. nam admiratio in Philosopho est impressio rei nouæ ad causam disquirendam. quæ sola via fuit prima tum ad virtutem, tum ad scientiam: atque ex hisce porrò ad beatitudinem. at hic ait nil admirari creare felicitatem. intelligit percelli rerum æstimatione. Harum autem, vt ita dicam, sapientium Epistolarum ratio atque natura, neutiquam differt à Satyra. nam quem admodum medicina aut præseruat à morbis, aut eos tollit: ita Epistolæ proponunt ea quibus à vitio abstineamus: Satyra illis pugnat quibus vitia extirpentur. quamobrem qui versus in Satyra septima, idem in Epistola prima,

Leuo suspensi loculos tabulamque lacerto.

Maxima pars primæ Satyra est, & secundæ, & quintædecimæ. tota vndeicesima lacerat imitatores: ad Augustum, veteres poetas & populi iudicium. In vltima verò postquam de poetis scribere cœpit, propiit se ad infectionem auiditatis: secunda verò adeò ineptus est, vt ab erudi-

truditionibus nequeat tolerari. quis enim dicat Homeri nugas esse potiores præceptis philosophorum? An rectè facit Agamemnon, cum petenti patri negat se daturum virginem? hoc sequeris tu? Nam quare cœtus vniuersus non diremit litem? nõ erat rex Agamemnon populi, non procerum, cuius libidine exercitus morbo periclitaretur: sed imperator ad bellum tantum. Non rapit ei Chryseidem Achilles, sed reddit patri, donat deo, mutat pro salute populi. Quare pro Paride sustinet bellum Priamus? bellum imò interitum filiorum. quare pro mœcha? Quare deos adulteros, ignauos, seditiosos, factiosos facit? Quare Vlyssis sapientia, cum iret ad Polyphemum ignotum cum ad Antiphaten? illius vafritiam anteponebat Crantoris & Chryssippi sapientiæ. Nolo impræsentia cum Homeri puerilibus ineptiis ineptire. Satis ostendit Plato quanti eum faceret, quando interdixit sua Republ. Prima verò Epistola quouis melle dulcior est. Sententiæ appositæ, dictio casta, rotunda, suavis. quapropter arbitror postremam omnium factam, primam positam ob luculentam raritatem. Itaque dicit,

Nunc igitur versus, & cetera ludicra pono.

Quare etiam Epistolarum librum Satyris postponendum censeo. Id quod cum in vetustis exemplaribus videamus aescio quid consilii in mentem venerit iis qui inuentum ordinem subuertere. Grammatico nihil infelicius. credo quod viderent versus illum, - *summa dicende camæna*: quali verò non hanc ipsam postremam intelligeret. Sunt in ea quoque ad institutionem sapientiæ præceptiones, verum ubi ait,

Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor:

quomodo res sibi, non se rebus summittat? nanque Aristippum, ut ipse ait, omnis decuit & status & res. quippe omni & loco, & tempori, & personæ non solum cedebat, verum etiam seruebat. Haud ita Diogenes, qui ne Polyppo quidem crudo sese voluit summittere. Hæc de Epistolis in vniuersum: illa priuatim. Multi versus frigidi aut incompti. quid enim ineptius illo?

•• Kiribus vteris, per riuos, flumina, lamas.

•• Verum ubi oues furto, morbo periere capelle.

Apud nos quidem *outs* præus morbosus: quanquam in libris passionum aliter scriptum est. Etiam est animad-

uertendum quo vsu Penelopes procos appellat Sponfos. Quis eos spondit, aut despondit? Præterea ne illud quidem prætereundû: ait enim se *ponere versus, & cætera ludis-æra.* at verò qui sibi constat, tot postea versibus compositis, non depositis?

De arte quæres quid sentiam. Quid? equidem quod de arte sine arte tradita. nam quod principium? nempe Satyræ. Summa tot versuû hæc: Ea scribere quæ inter se cõueniant. tum statim de modo inter breuitatem & laxitatem: & quantum ibi Satyræ rursus? Tertio loco, quod in primo esse decuit: deliberatio de materia eligenda. Quarto de ordine: quæ sanè mutilè docet. In quinto iã de partibus eloquutionis. quod præceptum trahit cauda sententiarum; at interea poeta suspensus nihil discit. Sexto de accommodatione versuum ad materiam. Septimo de venustate. hoc tamen pertinet ad vim legesque eloquutionis; simul de efficacia. Octaua de personis, earumque oratione atque moribus. Nono de imitatione. Decimo de prudentia in scripturæ modo. Undecimo de modo rei ipsius, hoc est argumenti. Duodecimo redit ad personarû mores ab ætatibus. Tertiodecimo de representatione fabularû. Quartodecimo de chori officio & apparatu. Quintodecimo de Satyrarû tû argumentis tum phrasi. Sextodecimo de pedibus. Septimodecimo de prudentia ad edendû, simul & exhortatio ad imitandû. cum tamen alibi vocet imitatores, *seruum pecus.* Decimooctauo insectatur veterum iudicium. Decimonono de Tragediæ inuentione. Vicesimo castigat præcipitatem editionem. Vicesimoprimo Satyram exercet aduersus poetas. Vicesimosecundo ostendit vnde peti possit materia rectè scribendi. Vicesimotertio redit ad Græcorû commendatione. Vicesimoquarto Satyra est aduersus studia illiberalia Romanorû. Vicesimoquinto statuit virtutes duas poeseos: docèdi, delectandi. Vicesimosexto repetit modû scriptiõnis. Vicesimoseptimo materiæ rationem: rursus repetit virtutes supradictas. Vicesimooctauo dat leges excusationû. Vicesimonono examinat poematum naturas. Tricesimo statuit poeseos excellentiam. Tricesimoprimo quod primò admonuerat repetit. Ex ingenio suo cuique laborandum. Tricesimosecundo hortatur ad iudicia & castigationes. Tricesimotertio poeseos orum

atque honorem. Tricesimoquarto disputat ad poësim
 vtrum plus conferat, ingenium an ars. Tricesimoquinto
 informat poetę futuri vitam. Tricesimosexto Satyra
 contra recitatores, quam vsque ad finem deducit. Hęc
 est Horatii ars: quam si præceptores nostri nobis olim
 ad hunc modum partiti essent, eius sanè facies nota fuisset,
 ita vt aliunde auxilium petendum esse intelligeremus.
 tunc autem admiranda erat simplicitati nostrę: propterea
 quòd vbi illam prælegeramus, nihil incrementi cepisse
 animos nostros satis constabat, vel ad inueniendum,
 vel ad inuenta eloquendum. tibi verò opera ac diligentia
 nostra, & vniuersum propositum, & partes, & ordo
 qualis est, manifestè patet. Nunc ad politissima eius carmina
 contemplanda transeamus. in quibus considerandis maior
 laudis atque admirationis, quàm castigationis apparatus erit.

Carminum igitur libri. vel iucunda inuentione, vel
 puritate sermonis, vel figurarum tum nouitate tum varietate,
 maiores sunt omni non solùm vituperatione, sed etiam laude:
 neque solo dicendi genere humili, quemadmodum scripsit
 Quintilianus, contenti: verum etiam sublimi maximè commendandi.
 quid enim altius aut præclarior illis?

Post ignem ætherea domo

Subductum, macies & noua febrium

Terris incubuit cohors:

Semotique prius tarda necessitas

.Leti corripuit gradum. &

Scriberis Variosortis, & hostium

Victor Mæonij carminis alite. &

Quis martem tunica tectum Adamantina

Digne scripserit? & quę sequuntur. &

Sub lacrymosa Troie

Mænia: ne virilis

Cultus in cædem, & Lycias proriperet cæternæ

& *Permitte diuis cætera: qui simul*

Stranère ventos æquore seruido

Depræliantes, nec cupressi,

Nec veteres agitantur orni.

Hęc & alia per portuiculas. At tota illa,

Quem virum, aut Heroa lyra vel acri, & quę sequuntur.

Item XIII, & XV. quarta & vicesima. Tricesima verò prima adeò assurgit, vt facile probet iudicium nostrum. nec inferior tricesima quinta. Prima quoque secundi est altiloqua: sicut & quintadecima. Pars spiritus in vndeicesima, & in sequenti. sed & prima tertii magnifico dicendi genere structa est, & secunda. tertia verò grauissima. Quarta nec Pindaro cedit, ac ne quinta quidem. quin sexta quoque altissimè sonat: haud paulò minor sextadecima. at vicesimanona incipit lenissimè: tum verò semper assurgit eo vsque, quò nemo aliorum peruenire possit. Vltima eiusdem libri miscuit etiam factum cum maiestate. Quarta verò quarti, profectò aliarum nulli cedit magniloquentia. quã quæ sequitur, tametsi eò non aspirat, in eadè tamen luce versatur: sicut & sexta, quæ simul nitore quodam venustatis perfusa est. Nona altior est, & seuerior. qualis & quarta decima: nec minor eam sequens. Quæ recensere coactus sum, vt virum maximum, atque etiam cum ipso Pindaro in hisce conferendum, à calumnia vindicarem. Nam & Pindaro accuratior est, & sententiis crebrior, neque sibi, vt ille indulgens: sed nò sine auditoris reuerentia, audax ad eã præstandã magnitudinẽ, quæ neque illi oneri, vt nobis miraculo sit. In eo nihil laxum est, nihil hiat. omnia cohærent, ita vt vnũ tota illa esse videantur. Cæteræ è antiones partim in humili dicendi stilo, vt,

Vitas himulea me similis Chloe. &

Ne sit ancilla tibi amor pudori: atque aliæ, partim in mediocri, vt illæ,

Mecænas atavis edite regibus. &

Ocium diuos rogat in patienti: atque aliæ. Omnes inquam tantæ sunt venustatis: vt & mihi & aliis prudentioribus omnem ademerint spem talium studiorum. Inter cæteras verò, duas animaduerti quibus ne ambrosiã quidem aut nectar dulciora putem. Altera est, tertia quarti libri,

*Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris.*

Altera, nona ex tertio,

Donet gratus eram tibi.

Quarũ similes malim à me cõpositas, quàm Pythionicarũ multas Pindari, & Nemeonicarũ, quarum similes malim cõposuisse, quàm esse totius Tarraconensis rex,

Igitur

Igitur tamen tam magnificè de Horatii carminibus sentio: tamen dabunt ingenuo nobilique pudori nostro veniam studiosi, sicubi etiam optauimus potiora.

Principiò nos offendit idem argumentum tot locis tractatum. nam vt omittam quæ in Satyris atque Epistolis ad hanc eandem tractantur rationem: vide nihil differre materiam primæ cantionis primi, & primæ tertii. Eadem sententiæ decimæ, & sextadecimæ secundi. multis quoque aliis in locis aut eadem, aut similia reperuntur. Quod verò ad dictionem attinet, sanè duriusculus est in prima. neque placet illud. ait enim, Si quis ambiat honores & magistratus: aut, Si quis horreo condidit vniuersum Libyæ frumentum: horum neutrum moueri posse vt fiat pauidus nauta. Quid mirum? Potius diceret, ambitiosum illum non posse allici ad agriculturam, etiã propositis diuitiis ex Libya vniuersa. Malim etiam legere,

Sublimi feriam vertice sidera, quàm sidera vertice. In sequenti verò non pauciora sunt dispicienda. Primum, non est portentum niuis copia, sicut grandinis. neque nocet nix. deinde haud satis intelligo quamobrem conquerratur Ilia. neq; enim si doleat Romanorum vices ex seditionibus, adiungat etiam à fluuio diluuii calamitatem. neque Ilia potius quàm Romuli interest. Neque finis respondet principiò. & illud nimis laxum,

Omne cum Proteus pecus egit alt os

Vifere montes. Neque enim omnes egit pisces: & verbum *vifere* non satisfacit. Præterea quamobrem Regis monumentum, aut Vestæ templū diruit fluuius ob ciuile bellum? num Vestæ audet Ilia incommodare? Denique si omnia fato fiunt: quare non probat Iupiter? aut si Iupiter non probat, cur aduersus fatum Tyberis ruit? Siue vult Cæsaris vltor esse: quid igitur Romæ pulcherrima ac religiosissima quæque demolitur, cum Romã ipsã Cæsaris nepotibus promiserūt fata? Ait itē summas vltimos fuisse colubarum sedem. vix hoc persuadeas rerum Naturæ consultis: nisi columbas accipias pro palumbis.

In IIII, Ode ait, Austrum præter ceteros ventos summum habere imperiū in mare Adriaticum. quod esse falsum intelliget, qui sciet Adriaticum rectà excurrere in Vulturum. cuius impetu etiam cressit Ionio subiuecto Adriaticum. Boreæ quoque subiectum est, qui ex alto

alto spirat:quamobrem mirę vastitatis fluctus excitantur. premit enim: itaque etiam sustollit. Hoc enim aquę proprium est, vt quę pars deprimitur, subeat in proximam: atque ita tollat ad curuationem. Auster autem ex deuiore parte flans, frangitur Apœnimo. quamobrem non subruit, sed radit. Iccirco quod notauit Gellius, etiam postquã cessauit, mare adhuc est fluctuabundũ. Pręterea non est verũ ab Austro Adriaticum aut aliud pelagus trãquillari: quare igitur dixit *ponere?* & commodius pręposuisset hoc illi: *Ponere seu tollere:* crescere nãque oportet orationem. Atqui maiore vi opus est ad ciendas tempestates,quã si permittas mare suo tantũ motu ferri.

In quarta, *Vulcanus ardens vrit officinas.* Non vrit caminos: deficerent enim. at non deficiunt. Et quęnam *machinę carinas siccas trahunt?* in aqua sanę fluitant. Quod si dicas hyeme subductas, deduci in mare: neutiquam id machinis aut tractu fit: sed pulsu, phalis subiectis. nec placet epithetum officinarum, *graues.* neque cohęret tota ea pars parti cui subest. Quid enim Gratiis choros ductantibus cum marculis Cyclosum? an excusabis eò quod *χρηστis* est apud Homerum vxor Vulcani? oportet enim commento quopiam subuenire, ac referre gratiã magnis viris. Melius, *urget officinas.* quippe magistri est operas vrgeri. Nec prudenter appellauit, *exilem Plutonium domum.* nihil quippe capacius. quid enim non potuit recipere? aut quid satur remisit, quod grauaret regnum?

In quinta, quę merum nectar est, verbum posuit paulo languidiusculum, *emirabitur.* neque enim explet ambitum animi amatoris. quippe merus verũ que furor est. Equidem probarim *detestabitur:* dixit enim *flebit.* non tamen damno: nempe stuporem voluit intelligere.

In sexta, *Imbellis que, lyra Musa vetat potens:* arrideat magis, *Musa potens vetat.*

In octaua, quę pulcherrima & mundissima est, *Quid latet, vt marina*

Filium dicunt Theïdis sub lacrymosa Troia

Funera? Non sanę conuenit, Latet Achilles in Scyro sub Troiæ funera.

In nona, *-nec dulces amores*

Sperne puer, neque tu choreas. Versus coegisse videtur eum, vt pronomen interponeret.

● In decima, *Voce formasti catus & decora*

More palaestra. melius, lege palaestra. resonatio nánque illa insuavis, decora More. neque est sicut in Satyra,

- quarta vix demum exponimur hora.

Ora manusque tua lauimus Feronia lympha.

Sicut alibi notauimus ex Homero, ἰσπευοῦν εὖδον. Præterea minus satisfacit epithetum *decora*: sicut neque illud,

Ilio diues Priamus relicto. Quid enim hic diues, qui esset omnium miserrimus mortalium? orbis penè liberis omnibus: vniuerso penè regno spoliatus. Potius mærens aut infelix,

Vndecima si à nostri temporis poeta quopiam scripta esset, nequaquam inter probas admitteretur.

In duodecima, *cuius recimit iocosa*

Nomen imago: Echo interpretamur. potius dato quam accepto indicio significatus. est enim vocis imago. quam vocem nisi addideris, nihil sonat. Malim de vera imagine, cuius referat vetusta Nomen imago. Quo in poematio nobilissimo notabis numerum in illis,

- temerè infecuta: non autem simpliciter, sequuta: duabus de causis. Primùm idem sonus quinques repeteretur, quater sanè, & similis in diphthongo. deinde quòd elisio auget numeri magnitudinem,

Cæsaris factis data: melius, fato:

In tertiadecima non conuenit rosea ceruix: sed lactea. Et cum dixit, *roseam ceruicem, cerea brachia: colorem quoque indicare suspicabimur. sicut apud poetam, Cerea prima: profectò plus sapiat, lactea, vt in Epigrammate Græco, αἰσεία, aut lygdina.*

In quartadecima, animaduertendù est quibus legibus de vna modò naui dixit, *carinas* in numero plurali,

Nil pictis timidus nauita puppibus,

Fidit: imò fidebat Brutus, neque timidus erat. quare tumidus, non timidus: & fidat, non fedit.

In quintadecima, duo consideranda. Primum,

Sublimi fugies mollis anhelitu.

non intelligo ex toto Galeno quid sit sublimis anhelitus. dixerim,

Pulsanti fugies pressus anhelitu: etiam quassus plus habet efficacisë. Alterum, cum ait Achillis classem prolaturam

diem Ilio, non enim fuit clasis: sed ipse.

In sextadecima, -nec tremendo

Iuppiter ipse ruens tumultu. quanquam pronomen emphaticon est. tamen ne versus id persuasisse videretur, maluerim abstinere, & in hæc mutare ac meliora, *Iuppiter horrifonus tumultu*, vel, *nec tremenda Fulminis horrifoni ruis na.* nec cum ipso dixerim, bilem stomacho appositam. neque boni Philolophi interest, existimare partes nostras exceptas esse ex aliorum natura animalium quibus nos constitueremur. neque Prometheus coactus fuit, aut coactus fecit. Et quid est, cor è limo facere, bilem de Leone mutuari? neque rectè dicas, *muris aratrum impressum*: sed murorum loco deiectorú. & Aristoteles & alii apud Laertium philolophi, hominem rerum naturalium regulam dixere.

In decimasextima metiendus ille tibi versus est non incautè,

Nec Martiales hædilia lupos. etenim vox *hædilia* ex Sponzo & Pyrrichio constat. vnde neque integer dactylus ex prioribus, neque ex vltima syllaba dactyli principium constitui potest: ex vtroque tamen duo dactyli. quod suspicor ad Græcorum exemplum factum.

Duodeuicesima tota insuavis, coactisq. numeris quaesita, potius quàm oblata.

Vicesimaquinta in humili genere dicendi est. Illa duo membra sine copula non cohærent.

-audis minus, & minus iam:

Me tuo longas pereunte noctes

Lydia dormis. Neque satis mollis illa loquutio, *Flebis mæchos arrogantes*: nisi addas effectos. Leuem autem pronuda videtur posuisse, satis durè. Illa quoque omnia, *bacchante magis sub interlunio vento*, videntur esse vnum epithetum Boreæ: alioqui ipso Borea frigidiora sint. Neque *ulcerosum* setius iecori indicando, quàm metro sustinendo. Illa verò,

Isæta quod pubes hedera virenti

Caudeat, satis intelligo atilla, *pulla magis*, atque *myrto*, malè disposita. illa verò,

Aridas frondes hyemis so dali,

Dedicet Euro: potius *dedicet igni*.

Vicesima quoque octaua nihilo altius surgit. singultim tamen

tamen membra interrupta sunt : nec absimilis ab Satyrâ tractus torus. Numeri quoque ipsi adhærescunt. laboravit enim hæc infelicitate in senariis dactylicis Hbrat. Quid quod sibi contradicit ? etenim quid rogat nau-tam, uti terram sibi pusillam iniiciat inhumato : quem ipso statim Odes initio puluere tectum ait ? *Mensorum cohibent prope littus parua Matinum munera pulueris exigui.* satis enim erat vel minima terra partem quampiam corporis regi.

In tricesimatertia, *Insignem tenui fronte Lycorida.* nunquam vel in viro vel in foemina laudarim tenuem frontem, neque ad decorem, neque ad venustatem.

In prima secundi, stilum vertit à laudibus Pollionis ad deplorandas clades ciuiles. id quod ex proposito fecerat in secunda primi, & in tricesimaquinta præter propositum, sicut & hic.

In secunda non placent illa,

Nullus argento color est avaris

Abdito terris. sanè color nunquam abscedit, sed nitor. Neque satisfacit illud, *inimice lamæ.* nam si est auaritiæ hostis Sallustius: quare docet eum Horatius hoc ? quid igitur ait?

Latius regnes auidum domando

Spiritum. Neque seruant tenorem propositæ sententiæ verba illa, & *aquosus albo Corpore languor.* non enim languor causa fitis est in Leucophlegmatia : quem designat hic.

Tertiæ argumentum tractauit iam in quarta primi, & repetiit in vicesimo octaua. vbi verò ait, - & *sorum Filatrium partiuntur atra:* abscedit à rei natura. vitæ nanque fila sunt: at vita, aut lux aut lucis. etiam in XIII I, tertii, & XV III, & II, tertii.

In quarta non placet illud verbum, & *ademptus Hector tradidit pergama fessis Graijs leuora tolli.* Durissimum, inquam, verbum tradidit. quomodo Hector ademptus queat tradere? neque verbum, *mæret,* potest vtrique membro seruire in illis, *Regium certe genus & penates Mæret iniquos.* nam quos intelligit *penates,* non suos, sed hosticos esse oportet. Quid enim *iniquos* appellaret? Mæret igitur captiuitatem. at non eodem vsu significandi dicas, *Mæret regium genus suum.* Hæc ut concinnes, addes verbû

substantiuum, *regium genus est;*

In quinta quoque durum illud. *Et illi quos tibi dempserit Apponet annos. non annos sanè, sed vires, aut calorem. ab annis. sic erat sentètia si versus pateretur: Illi quod tibi dempserint, apponent anni.*

In sexta, nescio quemadmodum tam diuersas terras esset aditurus. Quantum enim distat Cantaber à Syrtibus? an seruiuit varietati? præterea tanquam qui maximè placeret, optat locum & sedem senectutis Tibur. quoniam igitur modo, si fatorum vi ab eo prohibetur, quod reliquum est Tarenti degere appetat, ita vt dicat illum angulum sibi præter omnes arridere? hunc igitur primum pro sede exoptauerit, non Tybur.

In septima, *Cum fracta virtus et minaces*

Turpe solum tetigere mento. Quod ex Homero, *ὀδὴξ*, voluit dicere. & verbum *tetigere* languidius est, quàm rei atrocitas exigit. & mallet, *minaci mento*, quàm *minaces*. multis itaque modis mutare, aut substituere potes:

Cum fracta virtus insolenti, aut obstinato

Cedere non verita est furori.

Oblita virtus cum vetustum

Perdere non timuit pudorem.

Quæ si non sunt illis meliora: at pro exemplo atque exercitatione admittantur ad imitationem. Animaduertes flexum illarum vocum hic bis, alibi frequentem: *Æstuosus, obliuioso, periculosa, libidinosus, otioso, luctuosæ, preciosus, damnosa, vitiosus, sumptuosa, studiosa, speciosa, caliginosa, maculosum, belluosus, siticulosæ, imperiosum, vicerosum, generosum, cerebrosus, plagosum, laboriosi, iniuriosus, formidolosus, doloso, tumultuosum, fastidiosus, operosa, umbrosam, famosus, bellicosus, iocosæ, animosus, fabuloso, ventosum, probrosus.*

In octaua ille Adonius monachalis est. *Sæpe minati, & misereque nuper,*

Virgines imptæ tua ne retardet

Aura maritos. si iam nuptæ sunt, ductæ sunt, domi sunt, non retardabuntur: melius, *tuane reflectat*, redundat, repellat, aut quid melius.

In vndecima, *Adria Dimissus.* Memineris quoties ea voce claudat versum. quot locis naues, litus, ventos, maria, & eiusmodi: vt Myrtoum, Creticum, Caspium, Bosphorum,

rum, Tybur, Geloni, Britanni, Medus, Ponticum, Getæ, Carpathium.

In tertiadecima ait, ex Alcæi sono Prometheum pœnæ, Orionem venationis obliuisci, nondum apud inferos hæc inueni.

In quartadecima perspiciendum quo consilio merum superbum dixit.

Vnde uicesimæ finis admodum languidus, & *recedentis trilingui*

Ore pedes, tetigitque crura.

Videntur hæc in opis poetæ, non diuini, qualis ipse est.

Vltima sanè magni spiritus est, & digna tanto ingenio. Illa tamen non conueniunt loco, *non ego quem uocas,*

Dilecte Mœcenas obibo.

Quid enim? quod *πῶς?* Imò nihil mirum: poetam qui placeat Mœcœnati interire.

In prima tertij,

-carmina non prius

Audita Musarum sacerdos

Virginibus puerisque canto.

Quid? quæ sequuntur carmina plena sapientiæ, numerosa, ardua, virginumne ac puerorum auditione seipfis minoras fient?

In uicesimanona, *Sole dies referente siccos.* haud semel monui, epitheta quæ in fine uersuum existunt, sæpe esse argumento coactæ loquutionis, quasi sint carminis supplementa. Idcirco malim hîc,

Sole graues referente luces.

In secunda quarti,

Concines maiore poeta plectro

Cæsarem: quandoque trahet feroces. posuisse uidetur, *quandoque*, pro *quandocunque*.

Plenus maior resonante plectro

Cæsarem dices: trahet ut feroces.

In quarta ita loquitur de pullo aquilæ,

Olim iuuentas et patrius vigor

Nido, laborum protulit inscium:

Vernique, iam nimbis remotis:

In solitos docuere nisus

Venti pauentem.

Iam adultum pullum describit, cùm attribuit ei iuuent-

tatem. præterea cùm demittit in agnos & in dracones. Quare non potest hic veris facere mentionem. nam primo ineunte vere parit. incubat tricenis diebus. vix sexto mense ad venationem apti sunt pulli. quippe Septembri etiam sunt inualidiusculi. *Fama deos habuere rectos.* Olim displicebat nobis carmen hoc. cùmque multos in modos vertissemus, nullus placuit: quamobrem ne hic quidem ponam: tota verò cantione hac & seipsum, & omnem Græciam superavit.

In sexta, *Diua quem proles Niobæa magna*

Vindicem lingue sensit. Nolim à me Niobes iactantiam attribui magnitudini. neque enim est vitium magnitudo. Fuit stulta vecordia Niobes, non magniloquentia, *Lyncas & ceruos cohibens arcu.* verbo cohibere fortasse duriusculè versus fuit. nodo fasces cohibemus, carcere, & claustris: Nō autem sagitta ceruum, quem interficimus.

Septima Ode tota est quarta primi: tantùm differt secundis versibus. Sic animaduertes Horatium consistere intra gyrum ingenii sui: sæpèque multisque in locis circa idem versari argumentum, Maris pericula, vina, excusationem Lyricorum à grauioribus modis, commendationem mediocritatis, poeseos vis & laus, propositio factorum ante oculos, amores, atque eiusmodi. quæ loca si inter se comparentur, magnopere faciant ad cultum animorum nostrorum, atque ad leges imitationis.

In quintadecima, *Lydis remisto carmine tibiis.* offendit carmen Remistum, quod antea non fuerit mistum. Muta omnino in quoduis aliud audacter, *Suffulta Lydis carmina tibiis,* scilicet canemus, *Et Troiam,* &c. Epodi versus Iambici à nobis nō semel duri dissipatique animaduersi sunt. nolim tamen omnia excutere. Illa sunt ad exemplum:

Quid nos? quibus te vita sit superstite

Tucunda. longè concinnius,

Quibus iucunda te superstite Sit vita.

-deceat Quem ferre non molles viros. melius, -viros

Quem ferre non molles deceat.

Vt assidens implumibus pullis auis

Serpentium allapsus timet

Mâgis relictis. Comparatio contrarij: *Si auis præsens plus timet quàm absens relictis: contrà est quàm dicebat,*

Comes minore sum futurus in metu.

Quòd

Quod si tueri voles optimum poetam, coniúges illa duo in vnum membrum: *Magis relictis*, minus timet assidens, plus autem relictis. Tunc vides hiantem orationem, neque potest assidens reliquísse.

In secunda, quæ sanè longè pulcherrima est, vides quem ambitum orationis. nánque ab eo vers.

Quod si pudica mulier in partem iuuat Domum:
vsque ad illud, *Vel hædus ereptus lupo*. quo in tractu versus continentur (vt puto) duo & viginti.

Vel agna festis casa terminalibus. Et numeri concinnitas, & elegantia dispositionis magis probabit id,

Et casa festis agna.

Disiunctio quoque duorum versuum postremorú odiosa est, *Omnem relegit Idibus pecuniam*. *Quærit calendis ponere*. quia versus non patiebatur *relectam*. Sic tamen possumus mederi huic nauo, *Omnem vt redegit*. Verùm huic vitio non rarò est obnoxius: non solum in carminibus, verum etiam in aliis poematum generibus. is dicitur à nobis, Hiatus.

In tertia, non est illud supino aut oscitanti iudicio admittendum, quippe ait Iasonem à Medea perúctum allio, scilicet vt eo medicamento esset à tauris tutus: at enim uerò eadem quo modo vnxit vestem qua Creusa flagraret?

In quarta illud quoque considerandum: *Lupis, & agnis quanta sortitò obtigit*. Si Sors & Fors vnum est: quare *sortitò* hic naturam dicit: fortuitum autem non naturam, sed aut casum, aut casus similem euentum. siquidem Aristoteles à casu fortunam distinguit. An igitur Sors est *εὐμαρτυρία*, Fors autem *τύχη*? sic enim videtur hic. an bene alibi diximus, *Othone contempto sedet*. Quomodo contemnebat Othonis legem: quæ permittebat habenti quadringenta millia, sedere in quatuordecim? Præterea nescio an ora dicamus nauium *rectè*, quia & rostrum. nam sanè rostrú triremibus est: os non est.

In quinta sunt aliquot loca minus ingenua: anxia dico, neque libero spiritu edita. qualis ille versus,

Herbasque, quas & Colchos atque Iberia

Mittit venenorum ferax. Ex coniunctiones inter se non respondent. & est sonus insuauis, *que, quas*.

Quæ terra plantas Thessala atque Iberia.

Neque Colchos repetes vt ipse, qui mox,

Flammis aduri Colchicis. ita inde stirpes, hinc flammæ appones. & ille versus obscuræ dignitatis,

Abacta nulla Veia conscientia: imò *multa conscientia*, multorum sibi facinorum conscia. sed intelligendum est nō fuisse abactam, i. distractam à malis facinoribus. Omnino durum est: & sonus quanquam dispar temporibus, tamen idem plebeius. neque intelligo quid sit, *quantum extant aqua Suspensa mento corpora.* quænam in patibulo suspensa extant ab aqua? Et illa ignota mihi,

Interminato cum semel fixæ cibo

Intabuissent pupule. imò *terminato.* nam *Interminatus* est infinitum: at ille finitum ostēdit, cum dixit, bis tēre mutatam dapem. Et qua natura doctus scripsit fixas esse pupulas ab inedia? *Senem quod omnes rideant adulterum.* posuit, quod, pro vt. *Quid accidit? cur dira barbaræ minus*

Venena Medæ valent? Hæc diligentius inspiciēda. nānque accipit hîc sua venena, quæ ait efficacia fuisse Medæ, sibi minus valere. at quæ venena? quibus cremavit pellicem. at ea non exercuit aduersus Varum: sed philtis tantum egit. Itaque ait hîc, amoris esse poculum: & *Non visitatis Være potioribus Ad me recurre.* ego potius dicerem: *cur dira barbaræ magis Venena Medæ valent:* scilicet, quàm nostra. *Indormit unctis omnium cubilibus.* *Obluione pellicum.* Neque structura placet. & hæc hiant, disiuncta à superioribus, & verbum *indormit* insuaue est.

Ad me rediis: nec vocata mens tua

Marsis redibit vocibus. Si fiet amens, quomodo fastidiat poculum quod mox minatur? & omnino illa sunt durissima, *Venena, magnum fas nefasque, non valent*

Conuertere humanam vicem. Profectò si iam lapidibus infectata est plebs, si interemptæ anus, si insepultæ à lupis, & auibus laceratæ: quid addit,

Neque hoc parentes, heu mihi, superstites

Effugerit spectaculum. quid enim agant parentes tunc? Animaduerte vocem hanc, *alites*, multis in locis ab Horatio repetitam: quam aded amauit, vt maluerit hîc, quàm quod potuit, *Vultures.* & fugisset licentiam neglectæ collisionis.

In sexta dispositionis quoque paruam curam habuit, *Inultus vt flebo puer?* nunquam sic loquor. quasi non potuerit tum commodius tum simplicius, *Inultus vt puer fleam?*

In septi-

In septima, nec capio illum loquendi modum: *Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus, Vnquam nisi in dispar feris.* Non enim vsquam apud quempiam inueni. An est *indispar mos?* an *dispar feris*, pro disparibus. miserè concinnant. in *dispar* addunt, genus. Neque verum est Britannum fuisse intactū. vel lege Cæsaris Commentarios.

Octauam & duodecimam nebulonis ac nequam esse oportuit, non Horatij.

In nona minus bene appellatur Antonius, *dux Neptunius.* Est & illud molle ac lāquidum, *actus freto. victus, pulsus,* aut tale quid. sed pes repugnabat,

Vt nuper actum dura cum duce fuga

Seruaui vstu nauibus

Vrbi minatum vincla.

Illā verò ferre nequeo,

Ad hunc frementes verterant bis mille equos

Galli canentes Cæsarem.

nam & insuauia sunt: neque conueniunt pugnae nauali, Sed & illi duo versus odiosi,

Hostiliumque nauium portu latent

Puppis sinistrorsum cita.

Quid *cita*, si *latent*? aut si *latent puppes*, prora non latent. Neque enim circumloquutio est, *puppis nauium*, id est, naues. Quid illa?

Curam metumque Cæsaris rerum iuuat

Dulci Lyæo soluere.

nam quomodo parta victoria possit esse in metu, quem vino soluat?

Vndecima aspera est & insuauis, neque digna legi.

Tertiadecima similis est aliarum. inuitat enim ad vinum ex temporum occasione. Quod hīc de Achille, idem in septima primi Teucer. Sic bibit ille & vere, & æstate, & hyeme, & semper, & vbique & multum.

In quintadecima cum scribit de inertia, inseruit amores Meccœnatis. Neque verò excusetur, quòd illos cum suis comparet. non enim idem sunt, inertia quæ prohibet scribere, & amor qui iubet.

Sextadecima elaborata est, alternis iambicis puris. Icirco & factu difficilis, & emendatū. Durissima sanè multis in locis, & quasi inuitas quasdam partes habens. tota igitur inepta est. Quis enim paululum modò pudens ausit

hortari trecenta millia ciuium Romanorum ad urbem defendendam : præsertim cùm in bello ciuili necesse sit alteram partium vincere? Durum epithetum, *Carulea Germania*: ab oculis opinor: sanè ineptè. Antiquè nimis vsus est verbo *carent*.

Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini.

Sicut Plautus ad Ianuam, *Caruit ne te febris heri?* At Cicero in Tusculanis aliter docet nos, non enim egent ventis ossa Romuli: non igitur carent, vbi non habent. Sic mox, *carere laboribus*. quia & apud idoneos authores inuenimus dictum, *carere molestia*. Qui sequitur versus profectò à me non intelligitur,

Forte quid expediat communiter aut melior pars

Malis carere queritis laboribus? Nisi dicas, *queritis communiter*, i. omnes, *quid expediat. aut melior pars queritis carere laboribus*. at idem est. vides verò quantam duritiem. & quæ sequuntur etiam asperiora, Hæc sit optima sententia: ire quocunque fors tulerit. velut profugit Phocensium ciuitas. Verùm deest relatiuum quæ, scilicet, *reliquit agros*, &c. Mancus sanè sæpe est Horatius ad hunc modum. & illa plebeia, *simul imis saxa renarint V adis lenata*. & quod sequitur, *pigeat, melius liceat. sic respondebit, ne sit nefas*.

Ametque salsa leuis hircus equora.

vbi reperit hircum, quem hîc poneret abhorrètem à mari? nam nullum est animalium quod magis amet sal: quare non aut simiam, aut felem dixit potius, quibus bestiis nulla peius odit aquas?

At pars indocili melior grege mellis, & expes

Inominata perprimat cubilia. sic lego at, *nō aut*: vult enim illos, qui in ista iurarint, abire: alios verò remanere domi. Illos igitur abire, quemadmodum apes abeunt: hos autem non. Idcirco dixit eos meliores *grege mellis indocils*. qui nequit doceri, nec deserat lares suos. Cæterùm vox illa *melior*, non conuenit sententiæ. nam si sunt meliores apibus, ergo & iis qui apes imitantur. igitur sententia tua non optima, qua suades fugam. Hos igitur qui malint frui malis præsentibus quàm sperare commodiora, ait maleominatis incubaturos cubilibus, i. mansuros Romæ: vbi coniugia à fatiis damnata sunt bellorum ciuiliū infelicitate. Verùm illud verbum *perprimat*, fœtet auribus puris. quod autem substituam, haud sanè nunc in mentem venit: *Sordidet*

didet tamē, non displicet. quo etiam augeatur contemp-
tus pusillanimatorum. Quid verò dicam de vinea, quæ
semper floret? puto eam nullum vnquam fructum laturam.
ait tamen,

Et imputata floret vsque vinea. posuiffem, turget, aut fundit,
aut aliud melius: vt *sc̄at*. omnia hæc miracula quæ incitent
peregrinum ad iter instituetidum patria relicta. Illud vulgare,
atque hic otiosum,

Leuis crepante lympha desilit pede. neque conuenit *leuis* epithetum
desilienti. *desilit* enim quia grauis. Tuearis tamen ex Hippocrate & aliis,
leues aquas salubriores. Multis modis mutari possit, *crepante pura*, & alia.
cū dixit *capellas venire ad mûlctra*, quid addidit?

Refertque tenta grex amicus vbera. & appositio illa *amicus*,
languida, ac pedi potius quàm sententiæ seruiens. non ausim reponere
beatus: non repugno tamen: *Saturque tenta grex reportat vbera.*
verbum verò *circumgemit*. non conuenit vrsō irato. sed circumfrēmit.
Ad hæc, qui ita cecinit,

Reddit ubi cererem tellus inarata quotannis: qui potuit mox
subdere? *pinguia nec siccis vrantur semina glebis.* id quod Iouis
assignat benignitati, qui temperati aeris beneficio affecerit illas
insulas.

Carmen in Canidiam non est palinodia, vt scripsere: sed
dissimulata recantatio: nec tam dissimulata, quin appareant
oppobria manifesta,

O nec paternis obsoleta sordibus, & c. sed & apertius,
Amata nauis multum, & institoribus, & quæ sequuntur. Itaque
eadem est tum materia tum finis, quæ & in iis poematiis quibus
illam insectatur, orationis autem, quem Græci rethores *Ductum*
vocant, alius. nihilo felicius in hoc fluit, atque in aliis. Respon-
sio quoque haud multò illustrior. iam illud nequaquam verum est,

Luxere matres Ilia addictum feris

Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem:

Postquam relictis manibus rex procidit

Hen peruidaci ad pedes Achillei. Neq. enim fuit Hector
addictus aubus, postquam Priamus eius cadauer impetrauit ab
Achille: sed à patre sepultura affectus fuit. nisi dicas, prius
expositum feris, postea redemptum eas luxisse. Illa verò non
cohærent,

Dedi satis superque pœnarum tibi.

Quid tum postea? sequitur quod non consequitur, *Fugit inuentas*. Quinetiam ruborem iuuenilem in Venefica, minus prudēter appellauit verecundum. Res ita est: at communicatio significatus non est ex decoro. Præterea quis dicat, colorem reliquisse ossa? non igitur debuit dicere *ossa amicta pelle*: sed reliquisse pellem amicientem ossa. Par dissolutio & in illo,

Tuis capillus albus est odoribus:

quid enim sit, nescio, præsertim cū & quod sequitur, æque disparatum sit,

Nullum à labore me reclinat otium.

vt videantur ab alio illa tota interposita,

Amata nauis multum, & institoribus

Fugit inuentas: & verecundus color

Reliquit ossa pelle amicta lurida.

Tuis capillus albus est odoribus.

Nec conueniunt comparationes. Ardeo vt Hercules. rectè. Ardeo vt flamma. non rectè: sed vt Ætna. non autem flamma in Ætna. Malam quoque ineat gratiam ab ea voce, *prudens*: quam tam scelerato loco statuit,

Nec in sepulcris pauperum prudens anus

Nonendiales dissipare pulueres.

Et vltimus versus, quem admodum alios tum suprà tum alibi designauimus, dissitus à proximo, & inconcinnus: quid enim est,

Vt cunque fortis exilis puerpera?

In responsione posuit nauas nudos in hyeme,

Non saxa nudis sordiora nauis.

Neptunus alto tundit hybernus salo.

Sed sit satis. ne omniâ excutiam, quorum sanè tædet.

Seculare carmen, doctum, plenum, tersum, laboratum, felix. Argumentum ex formula & præscripto à Pontificibus per libros Sibyllinos constituto, nō potuit lenius tractari quàm factum est. Vides enim temperaturam pedum duriusculam. id quod in hoc solo poematio frequentius euenit, quàm in libris carminum quatuor. Hoc autem cōtingit, quoties duæ syllabæ dactyli priores in eadem voce sunt, quod & in quarto monuimus: veluti,

Lenis Ithyia tuere matres.

Sic fit in sequentibus, Lucina, decreta, regina, mutare, muniuit, bellante, responsa, neglecta, fulgente, Diana, sen-

tire. Quod si, vt ex Donato docuimus, vnā facias vocem cum copulatiua, adiunges his, certāque, acceptūque, Albanāsque, terrāque, prolisque, syluarūque. ita fiet vt paulò minus quarta parte iis numeris tam bonum poema fiat insuaue.

Quæ verò aut nouè aut acutè dixit in carminibus, hæc sunt & eiusmodi,

Nec partem solido demere de die.

Sic te diua potens Cypri, i. domina: quod Homerus, τῆς ἰδίοιο τῆ ἰσῆς ἀιάσας.

Africum decertantem Aquilonibus, omiſſa præpositione,

Semotique prius tarda necessitas lethi corripuit gradum.

Simplex munditiis.

Meonij carminis alite: i. auspiciis.

Ambiguam tellure noua Salamina futuram,
id est alteram Salamina: quare nomen ambiguum futurum est: verius fuerit.

Sanguine viperino cautius vitat. Sic alibi, *cane peius & angue.*

Auritas quercus, audientes Orpheum,

Animaque magna prodigum Paulum.

Ventis debes ludibrium: sicut alibi, debetur gratia: è Græco,

Coniurata tuas rumpere nuptias.

Mille locis vitur his infinitiuis: vt mox,

Furit te reperire.

Defendit astatem capellis. sic Virgilius,

Solstitium pecori defendite. quare non oportuit Gellium tam laborare. Et vitur hîc, *utcumque*, pro quocumque.

Nullam V are sacram vite prius seueris arborem.
pro potius aut melius: ex Græco, vt mox docebimus,

Quis desiderio sit pudor, aut modus.

Quæ Liris quieta mordet aqua tacturnus annis.

Inſipientis dum ſapientia conſultus erro.

Bruta tellus

Ferre iugum pariter doſoſi

Fortunaque dulci ebria.

Sic Anacreon, ἄσπετον μεθύων. durius apud Theocritum de Amyco, ἴσθη δὲ πλῆγῆς μεθύων.

Quo locorum, quo loco, ubi locorum.

Obliquo laborat lymphæ fugax & trepidare riuo.

Cuius octauum trepidauit ætas claudere iustrum.

Desine mollium querelarum.

Periculum fulgens contremuit domus: transitiuè.

Ille dies utranque ducet ruinam.

Non Sicula dapæ dulcem elaborarunt saporem.

Flagitio additis damnum,

Dedecorum pretiosus emptor.

Conuerso in pretium deo.

Languidiora uina, crassa vetustate, aut dulcedine

Sollicitam explicuere frontem.

Qua notam duxit niueus uideri.

Densum humeris bibit aure vulgus

Dilapsam in cineres facem: quia iuuenis meretrix, fax: a-
nus, cinis.

Integer uita (vt integer xui) & sceleris purus.

Horatium verò magnis operibus sese ad Græcorum lyricorum imitationem comparasse, multaque ex illis expressisse, alibi dictum est à nobis. Quorum libri si extarent, vehementer conferret ad efformandos animos nostros iis legibus, quæ nos docent quomodo ponendi sint pedes in vestigiis antiquorum. Cùm igitur alibi quædam loca designata sunt à nobis, tum ex Alcæo quæ descripsit Athenæus, hæc sunt. Direxit igitur illa,

Vides ut alta stet niue candidum

Soracte, ad istorum normam:

αεγν ὄ, Τ' ἐπιὼ ὁ ζεῦς, ἐν δὲ τ' ἀογαῖν μέγας

Χειμῶν, πεπύρασσι δὲ ὑδάτων ῥοαί.

Κάββαμε τὸν χειμῶν, ὅτι ἰσθ' πειεῖς

Πύρ, ἐν δὲ κίρνας οἶνον ἀπειδίως

Μελιχρόν. αὐτὰρ ἀμφὶ κέρσα

ἀμφὶ, Μαλθακὸν τ' ἀμφικαλὸν γυόβαλλος.

Et illa, *Nunc est bibendum, nunc pede libero, &c.* ad hæc,

Νῦν χεῖ μεθύσκεν, καὶ πνα πῶς βίαν

πινεν, τ' Πιεῖν, ἐπιδ' ἠ κατθανε μύρολιος.

Et illa ad verbum, quod & alibi monstrauiamus,

sicca, *Nullam Vare sacram, &c.*

Μὴ δὲν ἀλλο φετύσθης ἀπό τ' ἄγρον ἀμπέλο

Et illa, *Vitas himmileo me similis: ex Anacreontis illis sua-*
uissimis,

Οἷά τι νεβρονοθηλίας,
Γαλαθίων, ὅς τ' ἐν ὕλῃ
† Κεραεὶς ἀπολειφθεὶς
Ἀπὸ μητρὸς ἐσθλοῦ θῆ.

† κεραε-
είας

Illa etiam, *Natis in usum letitiae scyphis*, transtulit ex Anacron-
tontis illis,

Ἄγα † ὄβρι. μὴ θ' εἴπω
Πατάγω τε, καλαλητῶ
Σκυθικῶ πόσιν παρ' εἴνω
Μελετῶν, ἀλλὰ κεραεὶς
Τ' ποτίνοντες ἐν ὕμνοις.

† ὄβρι.

ARÆ P. VIRGILII

MARONIS.

QUæ nobis videbantur ad imitationis commoda con-
ferre posse, duobus libris ita explicata sunt: ut vel no-
bis ipsis, vel etiam optimo cuique poetarum ne-
gotium facere ausi simus. non calumniæ authores, à qua
longè semper nobilitatis vis abhorrere fecit: non gloriæ
cupidi, quam si affectemus, multò maioribus operibus in
yniuerſa philosophia satis mihi superque paratam puto:
sed more nostro, nequid acrioris perfectiorisque iudicij
in libris nostris desideraretur. Quam diligentiam veritus
nequis expectaret à nobis in diuinitate Virgiliana: illam
ut par est, perinde atque fastigium quouis humano inge-
nio altius admirati, hic ei Aras statuimus: quæ ex suo mo-
do finem imponat progressibus nostris.

LIBRI SEXTI

QVI ET HYPERCRITICVS

INSCRIPTVS,

FINIS.



IVLII CÆSARIS SCALIGERI POETICES LIBER
SEPTIMVS, QVI ET
EPINOMIS,

RATIO RECENSIONVM,
PARTIS PRIMAE,

CAPVT I.



AM hinc ad speratum spectabat finem tot (vt sibi quidem videbatur) laborib. defunctus animus noster: cum ei sese eiusmodi obtulerunt impedimenta, quib. animaduerneret, in tam securo sui opinionione minimè licere sibi conuiescere. retrò nãq. legens vestigia progressuum suorum, multas inueniebat quasi per stationes dispositas difficultates: quas (ne cõmentationũ cursum retardarèt) omisissas, illis absolutis expediẽdas sibi esse existimabat. cõmodiore sanè loco tractari posse, ipso quasi corpore Poeseos constituto, quàm si per initia nondũ cõformatos auditores diduceret ad disceptationes. Cũ igitur eius leges & inuentæ feliciter, & prudẽter digestæ, & subtiliter essent examinatæ, accuratiore opera de istis ipsis iudiciis rursus noua facere iudicia nõ dubitauit: vt neq. aliis temerè obsecundarẽ neq. mihi insolẽtius aut parcerem, aut etiam placerem. id quod cũ affert multas maximasq. labes ciuilib. officiiis, tum in ipsa rerũ naturæ cognitione nihil esse videtur pestilentius. Quãobré cũ in iis quæ ad formã ac finẽ Poeseos p̄tinèt, quæq. eius cõplectũtur materiã, multa ex hominũ opinionib. facessere nobis negotiũ cõsueuerint: de nobilioribus primo quoq. loco disceptandum est. quod vt plenius atque explicatius fieri possit, altius ordiendum censeo.

RERVM DIVISIO.

CAPVT II.

O mne quod est, Rei appellatione demõstratur. at harum rerum quædam primariæ sunt, quædam illarum sunt

sunt imagines. Primariæ, bos, homo, quercus: horum ima-
 gines, picturæ aut aliusmodi expressiones. Subtilius atque
 acrius intuenti, harum imaginum alia sunt ab arte tota:
 alia totas sibi Natura vindicat. nonnullæ mixtæ sunt, in
 quibus ars addidit aliquid Naturæ. exempli gratia, Quæ
 imitationes sunt immateriales, ex solæ constant arte: ve-
 luti saltationes. quoniam solo corporis habitu motuque
 conficiuntur. his nullam suppeditat Natura Materiam: si-
 mia tota est in Naturæ celsu. hominis enim ibi efficta for-
 ma est. Mixtæ verò sunt: quarum materias à Natura mu-
 ruatas, imposta facie quapiam, suas facit ars. hoc multis
 adeò modis fit. ac quædam sanè manifestæ sunt, vt pictura,
 plastæ, marmoraria, fusoria. quædam vulgo obscuriora,
 non tamè latuere sapietes. nã si equus ad gestationem fuit
 à Natura comparatus, equum profectò trituratores imi-
 tantur, vbi phalangibus paleas gerunt ad scenilia. Quine-
 tiam domus smago quæpiam videtur antri. Vacuas natu-
 ra specus vbi primi mortales animaduertissent, earumque
 commoditatibus vsi essent: principiò ipsi quoque rupes
 excavarunt sibi: mox etiam contignationes excogitarunt.
 Maxima ergo artium pars imitatio est: quippe etiã Cer-
 donica ex corticum fortuitis vtilitatibus spectatis in ani-
 malium genere munimentis vngularum, sese comparavit
 ad perones & carbatinas conficiendas: quarum rudimentis
 adiunxerunt facies elegantiores post ingenia commodio-
 ra. Sutrina quoque frondium expressit operimenta. Tex-
 trina ab araneorum operis tum fila, tum interconexiones
 meditata est. cæterùm huiuscemodi inuentorum rationes
 alibi tractandæ sunt. Quod verò ad Rem pertinet: illud
 imprimis considerandum, omnem imitationem cuiuspiã
 finis causa institui. Nãq. honoris ergò statuæ positæ sunt
 ab antiquis ad eorum memoriam qui præclare gessissent
 rem: vt talibus exemplis ipsi quoq. posterì ad paria edenda
 facinora inflammarentur. Nulla igitur imitatio propter
 se. nempe ars omnis extra se prospectat quod alicui con-
 ducibile sit. non enim ensis sui causa fabricatus est, sed
 propter domini tuitionem. His ita constitutis, satis patet
 omnem sermonem nostrum nihil aliud esse quàm i-
 maginem. Rerum nanque sunt notiones ipsa nomina.
 vnde etiã ducta est appellatio. Est autè res omnis (præter
 Deum) aut substantia, aut in substantia, aut à substantia, aut ad

substantiam (nam Deus neque substantia est, neque accidens: sed ipse) In substantia sunt accidentia: à substantia sunt actiones per qualitates, aut sine medio: ad substantiam sunt generationes, quas quum Philosophus dixit esse medias inter esse & non esse, imitatus est seipsum: vbi ite dixit, dormientem esse medium inter viuentem & non viuentem. hæc autem dicta sunt *descriptiue*. Ergo quodcunque est, est aut hoc, aut sic. verba igitur nuda ac singularia significant hoc, id est, quod quidque est: vt hominem aut album composita verò significant sic: vt homo albus. Quarum igitur artium instrumentum oratio est, ex omnes imitatione constituuntur. at imitatio non vno modo: quando ne res quidem. alia namque est simplex designatio, vt Æneas pugnat: alia modos addit atque circumstantias. verbi gratia: Ense, armatus, in equo, iratus. iam hæc est pugnantis etiam facies, non solum actio. Ita adiunctæ circumstantiæ, loci, affectus, occasionis, temporis, orationis, euentus, pleniorum adhuc atque torosiorum efficiunt imitationem: qua oritur, præter æquabilitatem atque tenuitatem delineationis, umbra, lux, recessus, partium promotio, vigor, efficacia. Hæc igitur omnia quum poetæ opera effingatur: eius finem totum fecit Aristoteles imitationem, quam omnium animantium soli homini attribuit tanquam peculiarem. Eiusmodi verò sententiam quum semel positam, sæpe repetitam perpetuo foueret: in duas nos abduxit absurditates. Altera est, vbi non solum poesim in genere: sed ipsam quoque speciem Epopœiam communem fecit & Sophronis rimis, & Alexamenis Teii dialogis, soluta conscriptis oratione, de Philosophia. Altera, quum ait, Herodoti historiam, si pedum legibus astringatur, nihilo secius historiam futuram, quorum primum adeo est absurdum, vt *επιτο*, fecerit genus solutæ orationis. De historia verò haud ita est. erit enim non historia, sed poesis historica. propterea quod non est poetices finis, imitatio: sed doctrina iucunda, qua mores animorum deducantur ad rectam rationem: vt ex iis consequatur homo perfectam actionem, quæ nominatur Beatitudo. Quod si sola imitatio poetice finis est: si quicumque imitatur, is poeta est: etiam Socratica persona in dialogis, etiam orator poeta fiet in Prosopopœiis: etiam Plato poeta erit in suis Legibus, quibus

bus excludit à suis legibus poetam ; etiam in mercatu erit institutor poeta, quum Heri, iussa suis verbis explicabit. præterea Epicus, vbi introducet, poeta erit: vbi loquetur ipse, non erit. Simul Ilia & poema erit ex personis fictis: ex Homeri persona, non erit. Ad hæc multa sunt genera carminū, multa poematū, quorū nullū iam hoc in censu reponeretur, Lyrica, Scolia, Pæanes, Elegia, Epigrammata, Satyra, Sylua, Epithalamia, Hymni, alia: in quibus nulla extat imitatio, sed sola nudaque *ἱστορία*, id est enarratio aut explicatio eorum affectuum, qui ex ipso proficiscuntur ingenio canentis, non ex persona picta. nam quod poetæ nomine defraudat Empedoclem: minus rectè fit, quin ipsemet eidem attribuit verbum sexpennumero, cum de illo verba facit: *ὡς ἱποίνων ἐμπεδοκλῆς*, inquit. Sic Pythagoras, Solon, Phocyllides, Theognides, Parmenides, Nicander, Aratus, Oppianus, poetæ sunt ethici, naturales, theologi. Tū si quis Herodoti suauitates pedibus fecerit numerosas: efficiet is historicū poetā, quā obrè dicendū est, Poetæ finē esse, docere cū delectatione: Poesim verò esse politia partē, quæ sub legislatore, quāquā alia facie atque colore, continetur. Nā quæ iussa sunt in legibus, quæ sunt apud concionatorē, moderatorēque populi suasiones: hæc poetices opera certa atque separata, cōparabuntur quibusdam amœnitatibus ad institutionem ciuitatis. Quare non est verum quod aiunt: cohærere Sophisticæ Poeticæ, ita vt poetæ proprium munus sit, adornare mendacium. nam hoc surrepsit postea, seseque immiscuit ei simplicitati, quæ cum ipsa primū poetice orta fuerat. Per initia nāque nudam recitarunt veritatem in Comœdiis: vt quicque gestum, factum, actum erat. postea propter rerū nouitatem, fictæ res, quas nunquam spectator audisset antea, magis placuere. Ex quo plausu paruit aditus atque ingressus in scenam mendacio. Sic iidē vehementer errarunt, quum scripserunt orationis esse propriū, significare verum necessarium. Quum enim non omnis res sit necessaria: & omnis rei oratio nota sit: non omnis erit oratio necessaria. Veritas, vt alibi dicebamus, est adæquatio notionum cum iis rebus, quarum notiones sunt. Orationis igitur proprium est significare. at necessarium significare, non omnis orationis: sicuti neque cuiusuis numeri par est proprium, sed alicuius

tantum. Frustra quoque alii à rerum magnificentia poe-
seos formam deduxere: sicut ii qui Comœdiam poematis
appellatione indignam existimabant propter humilita-
tem: quorum errorẽ suo quoque loco sustulimus: Quam-
obrem ita concludendum est: Non ab imitatione: non
enim omne poema imitatio: non, qui imitatur, omnis est
poeta: Non à fictione ac mendacio: non enim mentitur
poetis, aut quæ mētitur, mentitur semper. esset ergo poe-
sis eadem, & non poetis. Denique imitationem esse in o-
mni sermone, quia verba sint imagines rerum: Poetæ fi-
nem esse, docere cum iucunditate.

VTRVM POETA DOCEAT

MORES, AN ACTIONES.

CAPVT III.

Studiosarum actionum quasi forma quædam est ea,
quam rectam rationem vocant Philosophi. Pravarum
verò an forma vlla est? nulla, sed illius absentia mali su-
mus, aut neque boni neque mali. Quid igitur poeta do-
cet? Vtrùmne actiones, quæ ab affectibus animi, quas *δια-
δραματικὰς* dicimus, proficiscuntur: an eam viam, qua tales e-
vadamus, vnde bene agendi facultas oriatur: & malo-
rum facinorum fugiendorum ratio ineatur? Aristoteles
ita censuit: Quin poema comparatum sit ad eam ci-
uium institutionem, quæ nos ducit ad beatitudinem: bea-
tudo verò nihil aliud quàm perfecta sit actio: neuti-
quam ad mores consequendos deducet poema, sed ad fa-
cta ipsa. Rectè sanè, neque verò aliter sentimus nos, ve-
rùm quod addit, paulò est incommodius: ait enim Tra-
gœdiam sine facto constare non posse, sine affectibus
posse, sic enim *ἡ δὲ* interpretor mores ipsos impræsentia.
sui nãque temporis Tragicos poetas scripsisse ferè fabu-
las *ἀνδραγωγικάς*. Sic Zeuxin pictorem nullos in operibus suis
expressisse mores: Polygnotum fuisse optimum *ἡ δὲ* *πραγματικόν*.
At enimvero si *ἡ δὲ* est habitus ad agendum, isque à fa-
ctis Tragicis excludatur, erunt omnia fortuita, aut om-
nino temerè contingentia. Nam sanè Orestes semel
occidit matrem: hic *ἡ δὲ* nullum, non enim suo more fe-
cit, at suo more fecit Ægisthus: suo Polymestor, Pyla-
des, Euclio, Pseudolus, Ballio, Dauus. Itaque nõ est quæ-
rendũ, doceátne *ἡ δὲ* poeta, an *πραγματικὰς*: sed utrũ *διαδραματικὰς*,

an euenta. nam tamenſi præter morẽ ſiunt multa: non tamen ſine affectu ſiunt: hoc igitur quærendum. ſoluitur autẽ ex iis quæ ſuprà dicta ſunt. Docet affectus poeta per actiones: vt bonos amplectamur atque imitemur ad agendum: malos aſpernemur ob abſtinendum. Eſt igitur actio docendi modus: affectus, quem docemur ad agendum. quare erit actio quaſi exemplar, aut inſtrumentum in fabula: affectus verò finis. At in ciue actio erit finis, affectus erit eius forma. Quæ ſi cui ſubtiliora quàm res poſtulat, videbuntur, ne moleſtè ferat noſtram diligentiam. nihil ei facilius quàm his carere, ſi vti nolit. Etiam præter methodi rationem ab eodem factum eſt, quò hoc attribuit Tragœdiæ ſoli, quæ debetur vniuerſæ Poefeos operæ. quemadmodum quum leges ſtatuit numerorum ex vocibus vocumque partibus, quas tamen leges in illis promulgatas poſtea nuſquam ſciuit.

DE PARTIBVS TRAGŒDIAE,

ET SPECIEBVS.

CAPVT IIII.

DVas omnino partes idẽ Tragœdiæ facit, *ἄισον*, id eſt cõpoſitionẽ, etiã faſceationẽ dicas ſi liceat. ſicuti faſciatim, & *λύσον*, id eſt ſolutionẽ atq. explicationẽ rerum complicatarũ, quæ in exitu eſt. Poſteriores catastrophen appellarũt. traiectionẽ verò illã, qua partes hæſce coniungit, *μετάβασον*, hoc eſt tranſitionẽ. Quæ tamen partes in poematis compluribus inueniuntur. ac ſemper quidem in Epigrãmate quod alicuius momenti ſit. Species verò Tragœdiæ facit quatuor. Vnã *πεπληρωμένω*, id eſt implicatam euentis & agnitionibus. vt Iphigeniæ & Oreſtæ. Secundam *παθητικὴν*, vt Aiacem. Tertiam *ἠδικητὴν*, vt Philoçteten Sophoclis. Quartã non designat per formas, ſed indicat: Qualis, inquit, Prometheus, & quæ apud inferos agũtur. In iis deorũ perſonæ erãt: & omnino ab humanis abhorrentia ſpectacula. Quã partitionẽ accuratius obſeruari nos decet. nãque ad hæc rationẽ alię quoque ſpecies inuẽhentur. quippe *ἀπλή*, id eſt ſimplex ac deducta. cuiuſmodi pleręque Æſchyli. ea enim quę inſcribitur Perſę, penẽ ſimplex narratio eſt. Itẽ erunt quædã cõpoſitæ ex lætitia & luctu: vt ex Ægiſthi interitu Electræ exultatio. Alię totę luctus: vt in Oedipo. Nõnullę totę lætę vt Sophoclis Philoçteta. Sed & illarum quædã omnibus

communes sunt. quę nánque Tragedia non est *παθητικὴ* aut *ἰδικαία*; est enim vtriusque affectus plenissima Prometheus. Est eadem valde *πεπλοῦμένη*, atque ex maximè contrariis quidem. nam & vagus error Inachidos est, cum Promethi affixione. Et Prometheus semideus interit, vbi prædicitur iuuentæ *ἀποθείωσις*. Ἰδού; verò expressio planissima ex fabro Vulcano, Mercurio caduceatore, Necessitate, Promethei obiurgatione, atque etiam exprobratione, denique Inachidis conuentione; vbi & *πάθω* sunt valde miserabilia.

AN FIGURÆ DITIONIS

AD HISTRIONEM PERTINEANT.

CAPVT V.

HAud, parú operę posuimus in iis præceptionibus, quibus ad ornatú instituti nostri, dictionis figurę continerentur. Aristoteles tamen ait non interesse poetę, sed histrionis. non enim esse officii nostri statuere quid sit *ἑπολλή, ὀλίγη, διάησις, ἀπειλή, ἰράτησις, ἢ ἀάκεσις*. cui sententię quo minus assentiamur, nō pauca efficiunt. Principiò negamus iussionē, votú, narrationē, comminationē afferre orationi faciē aliā ab ea quę vulgo vsui est. at hæc erat figurę definitio. Deinde etiā si ita sit: non tamen à poetæ & cognitione & vsu aliena esse debere. tum autē in gestu haudquaquā consistere optationē, sed in eo verbi flexu, quē Modú Grammatici nominarunt. Præterea nihil agit histrio nisi quod accipit, atque eo quippe modo quo à poeta factum, figuratum, dispositum est. itaque ne id quidem quod ibi abditur, ad rem facit. Ait Homerú à Protagora castigatum, quòd vbi proponere debuerat, inuocauit. Nihil, inquam, ad sententię confirmationē. quin potius ostenditur, inuocationem aliam esse à propositione, neque per gestum aut actionem, sed per modum precandi atque indicandi esse diuersa. Quo tamen ex loco elicias Latinorum tum morem tum iudicium, qui hac in parte Protágorę censuram libentius quàm Homeri legem sunt sequuti.

DE DITIONE.

CAPVT VI.

Quomodo diceremus ea quę fuerint excogitata, satis plenè demonstratú est à nobis. Aristoteles quum hoc

hoc ageret, partitus est voces in hæc, κῦρον γλωττίων, μετα-
 φασικῶν, ἐπιτεταχθέντων, ὑπερηφανόν. quare quod negabat λέξιως
 χήματα poetices esse, nunc euertit. hæc nânque postero-
 ra, dictionis figuræ sunt. Omnis enim vox aut est propria,
 hoc est ex vsu communi eius nationis, cuius est oratio poe-
 tæ: aut est alia facie, idque non vno modo. quippe aut est
 peregrina: hoc ille γλωττίων vocat: quia duæ fuerunt linguæ
 Dorica & Ionica: aut est gentilis, sed efformata tamen.
 nânque aut non mutata facie proportionem habet signi-
 ficationis: hæc est meptaphōra. Ridere enim Latinum est
 at Ridere prata, ita Latinum, vt aliud à proprio significet.
 Aut mutat faciē duobus modis: nempe quantitate vel va-
 riata, vel non variata. Manente eadem quantitate, veluti
 quum litterarum fit transpositio, vt λακέρυζα, κελάρυζα: &
 verborum, vt *Transstra per cy remos*. Mutatur quātitas addi-
 tionē aut exemptione. Additio fit in principio, medio, fi-
 ne: sic & ademptio. quorum exempla habes apud Gram-
 maticos. Γλωττίης ille ponit exemplum σίτων, quod Cy-
 priis lanceolam significare tradiderunt. Galenus Theflia-
 lis κινῆρα esse, quod aliis ἀγορῆν. at κίτυλον aliis portus, legi-
 mus alibi σιβάωλον, aliàs ζιβάωλον apud Syros. Horum multa
 sunt apud nos: *Gesa, Gaza, pero, caterua, magalia, mapalia.*
meddix, suffex, sagmen, tiara, dolones, alia. Huius figuræ pro-
 portionem præ se fert Archaismus. - *cui me fortuna precari,*
Tibi decet, Silicernium, Nauci, Pipulo. Sic πίτυρες apud Home-
 rum, quod præter cæteros etiam Galenus animaduertit.
 Peregrinitatem irridet Plautus in Trinummio. *Tam modo,*
inquit, Prænestinus. Γλωττίη etiam vitur, quum dicit *techmam*
 pro dolo. Et ἀῖσι γλωττίων, & ῥύσατο, ἵνα κἀγὼ ῥυσάμην. sed
 vrbanius. diuinus vir in Poematio, *Nedon* pro Phi-
 lomela habet enim nescio quid suauitatis. & in quarto
 consummati operis, *hyalum* pro vitri colore posuit, tanto
 iudicio ac venustate, quanta fuit à Grammaticis ignorata.
 sic in quinto, *acta* pro litore. & ad eundem significatum,
cacteo Aracyntho in Corydone. Habes præter hæc con-
 iunctiones & seiunctiones verborum, *Antemalorum.*

Que me cunque vocant terra.

DE CHORO VETERIS

COMŌEDIAE

CAPVT VII.

Quemadmodum à primis rudimentis fecerit Tragœ-
 dia progressus, non latuisse hominum obseruationes

atque memoriam scribit Aristoteles: propterea quòd id genus poematis summo primariòque in honore fuerit apud Athenienses. Videtur autem ex Satyra Tragœdiam ille gignere. quod si ita sit: iam de nomine ambigendum non est. Quid enim est aliud Satyrus, quàm hircus? ex ridicula igitur factam non solùm seriam, sed etiam sæuam. Accirco à tetrametris abductum sermonem ad Iambos: quod genus carminis magis esset statarium. Nobis tamen videtur per initia introductam omnium actionum miscellam cuiuscùque generis: postea verò certis iudiciis per materias argumenta separata: vt alia diceretur esse Comœdia, alia Tragœdia. Satyrá neque parentem, neque sobolè, neque partem fuisse Tragœdiæ: sed inter atrocitatè à propria scena euocatam atque interfitam, ad leniendù exasperatas aures animòsque spectatòrù. ait ille tamen eò deductam ab humilioribus atque etiam ridiculis principiis. Satis còstat ex eius historia, atque Philostrati narratione, rudè illam exitisse ad Æschyli vsque tēpora. Eù primùm inconditá, ac feram immanitatem à priscis acceptam, tradidisse & auditoribus mitiorem, & scriptoribus còpositionem. Primus enim cædes à scenis atque spectaculis abductas, satis habuit per nuncios representare. Quùmque essent Tragœdiæ monoprofopi, diduxit recitationè in diuerbia. quare declarauit *αριστοι γωνισαν* eum, qui primas ageret partes: id est, qui potissimùm, & plura. is clara atque alta voce utebatur. Alter dicitur esse *δευτερογωνισανς*, cuius opera minor ac secundaria: vox summissior. quod & suprà scriptũ est. Aiunt Sophoclè addidisse tertiam: falsò quidem. tres enim sæpe apud Æschylũ: apud omnes etiam quatuor aliquãdo. Igitur & huic legi nomen fecere. nempe quarta quum loqueretur *παισχορηνυμια* dicebatur. Author Pollux. Et profectò Varietas ita est poetices *καμωτικη*, sicuti Cypassis Corinnæ Ouidianæ. Adeò verò per gradus (velut cetera quoque vniuersa hominum monumenta) fuit exulta Tragœdia, vt quod in superioribus fecerat Æschylus, hoc in eo exercuerint posteriores. Itaque Athenienses quum Plebiscito caussent, vt ex iis poetis tragicis qui vita functi essent, solius Æschyli fabulæ recitarentur: huic honori notam addidere, quum iuberent eas, non nisi castigatas de integro in scenam referri. id quod ab eius filio Euphorie

rione sæpe factum prodidere. Comædiæ verò mutationes, emendationes, progressus, culturas, incrementa, perfectiones, omnia fuisse obscuriora scribit Aristoteles: neque tam planè constare de temporibus atque authoribus, quæ, quando, quisque inuenerit, depserit, addiderit digesserit: propterea quòd eius longè minus fuerint Athenienses studiosi. Quare sicuti Comædiam sibi Dores vindicabant: ita se Tragædiæ iactabant authores Athenienses. Adèò verò despectam fuisse operâ Comicatorû scribit ille: vt eis serò datus sit chorus à magistratu. Hæc verba quum interpretes docti, & boni viri explicarent: arbitrati sunt, ob maledicentiâ non prius in scenâ fabulas prolatas, quàm recensuisset chorû princeps ciuitatis: qui ἀρχεργος titulo, summus esset annuus magistratus, is si chorû sobriû atque temperatû inuenisset: permittere solitum vt daretur populo fabula. sin acerbitatem in eo deprehendisset, agi vetuisse. verùm haud ita est. Dari chorus à magistratu dicebatur, quia sumptui non sufficeret poeta. Itaque ære publico id curabatur. neque verò parua erat impensa illa: quando magnus personarum numerus conducendus esset: atque in iis Choragus & Coryphæus, vnde illi discerent. Oportuit enim fuisse bene doctos artis Musicæ. Gratis ergo nolebant prodire, qui eo quæstu vitam sibi parabant. Iccirco ibi Philosophus ait, ἰδουρας sese olim obtulisse aliquot ad choros, quasi Volones dicas: hoc est, vltro, non quæsitos, neque allectos precio. Igicur priori tēpestati rudes, pluris postea fieri cœpti pro scientiæ dignitate. Quòd verò ita sit, palàm est ex maledicentissimis non solùm choris, sed etiam fabulis integris: quas & dare & agere per illos ipsos licuit magistratus. Ea sanè licentia serò sub triginta primùm Tyrannis cōpressa fuit. paucorum enim arbitrato res agebatur: penes quos poetarû metus, & ius vlciscendi simul erat. Nā florētibus antea populi rebus, publicæ prætorû insectationes & impunè exercebantur à Comædiis, & libenter à spectatoriibus, propter potentiorum offensiones, excipiebantur.

DE POETICES DIVISIONE.

CAPVT VIII.

Pessimo consilio Græci Grâmatici genera omnia poetos ad duo summa fastigia retulere, quæ secun-

dum loca distinguerent: Omnis, inquit, poesis aut scenica, aut lyrica est. Lyrica diuiditur in Pyrrhicam, Gymnopædicam, Hyporchematicam. Principiò in scena genus omne poematis recitatum esse constat. deinde non rectè faciunt, quum poësim partiuntur à saltationibus. tum non omnis scenica sine harmonia est ea quæ fidibus apta batur. Ad hæc saltationes quoque nihilofecius tibiæ numeris componebantur. At tibiæ pro scenicis instrumentis semper habitæ sunt. Præterea magnus est poematum numerus: quorum nullum concinitur ad lyram: neque tamen in scenam propterea prodit, tanquam altera poëseos necessaria pars: Epigrammata, Syluæ, Satyræ. Postremò sunt & ad lyram dramaticæ confectæ cantiones: qualis illa, *Donec gratus eram tibi*. quin & Epigrammata quædam talia, ac sine lyra quidem, Epopœia verò est & scenica, & non scenica: eadèmq; & ad tibiæ accomodabat sua carmina, & ad lyram. Item non omnia ad lyram, sed & ad barbiton, & scindapsum, & citharam, & psalterium, & fistulam, & phorminga, & assa vocè multa ac maxima ex parte. Denique scena posterior est omni poemate, præter quatuor: Græcam Satyram, Mimum, Comœdiam, Tragœdiam. quin hæ ipsæ agitæ sunt absque scenis. Primum enim Æschylum meditatam esse aiunt *οὐκ ἔστιν ὀπίσθεν*. Sed & ante recitatores illos Lydiastas, qui postea dicti sunt ab Opicis Ludiones, actæ sunt fabellæ per priuatas ædes à comessatoribus: quemadmodum in primo libro diximus. Ipse quoque Philosophus esse negat Tragœdiæ partem scenam, cæterùmque apparatus omnem: aitque Tragœdiam extra scenam esse nihilominus Tragœdiam. & quemadmodum diximus in primo, Laertius tradit à solo choro primùm actas fuisse Tragœdias.

Hæc sunt quæ de poëseos sine ac forma recensabamus. nunc quibus controuersis eius materia fuerit agitata, repetendum est.

DE NEGLIGENTIA AVT INSCITIA PROFESSORUM. De temporibus in pronuntiando. De pedibus scenæ conuenientibus. Versuum quorundam dimensio ac restitutio.

CAPVT I, PARTIS SECVNDÆ.

Quibus

Quibus artibus poetarum ingenia excolerentur, quum esset à nobis superioribus libris explicatum: non prius absoluisse opus illud videbamur, quam addita de versibus comicis comentatione institutum teneremus. nam de origine, generibus, partibus fabularum, quæ in scenam afferretur, & ab aliis olim, & à nobis ipsis perfecta disputatione, in animo habebamus totum hoc negotium legare iis qui de pedum quantitate, deque versuum ratione conscriberent. Verum quum & maximus vir Erasmus, & post eum plerique alii ita hanc conficere provinciam aggressi sint: ut & ille his non pauca reliquisset, & hi eadem illa aut nescisset, aut præterisset videantur: coactus sum hæc quoque opera tenuiore poetam nostrum eo prouehere, quod illorum auspiciis frustra peruenire tentasset. Ac sanè ipsa dimensionum cognitio cum est per se necessaria, tum etiam si non esset, videntur tamen viri illi tale effecisse: siue ad eorum magnitudinem intueare, quæ ad huiusmodi lucubratiunculam demississent: siue negligentiam spectes, quæ mutilam deprauatamque relinquerent.

Ac primum quidem quam Erasmus affert, vereor ut accipienda sit dubitatio: Sit necne certis pedibus astricta Comædia. nam quanquam videtur hoc dixisse Quintilianus: non tamen pedum leges potius quam trimetrorum præscriptionem desiderauit. idque non in omnibus, sed in Terentianis tantum: quarum gratiam, quam orationis elegantia atque puritate consequutæ essent, diminutam putabat licentia versuum longiorum: quum tamen Plautus nihilo sit in trimetris frequentior. Hoc autem amplius eadem in quaestione peccat Priscianus: Quosdam esse, qui in Terentii fabulis extare metra negent: atque eosdem tamen ait, illa quasi arcana quædam, sibi que solis cognita profiteri. Quid enim est hoc? negare numeros in versu quopiam: eosdemque numeros in eodem versu se solos dimetiri posse. Hanc sententiam more suo de illo mutuatus Erasmus commodiorem fecit. diuidit enim eam: cuiusque partes ad diuersa refert iudicia. Alios inquit negare: alios quasi inutilem eiusmodi existimare inuestigationem. Quorum utrunque quum ipse reieccisset: quod erat priore loco, meritò quasi iudicatum omisit. Alterius autem rationem hæc reddere instituit: Non operam perdere nos indagandis versuum generibus. Tali

enim diligentia effici, ut quæ librariorum incuria transpositæ voces sint, suis cæ sedibus restituantur. Ego verò neque hoc esse video necessariū, & plus conferre ad solutæ orationis libertatē. Nam neque vbiuis transpositæ voces, versus tollent connexionem: & frequentissimè deprehendimus, ob numeri necessitatem ita transpositas, ut si eandē sententiā in epistolā sis allaturus, cogaris aliis sedibus digerere: veluti quum Terentianus Simo ait,

Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis

Fallaciæ conari, quo fiant minus.

Nam priore versu multa inuertas sine dispēdio numerorum. in altero autem & quotidiano sermone, & forensibus contentionibus aliter loquare. Itaque si librarii ita scripsissent,

*Fallaciæ conari, quominus fiant, ex eorum temeritate hoc fructus capiamus, ut minore negotio imitemur. Hoc igitur non negamus: versusum legibus duci nos ad verborum sedes inuestigandas: sed in eo vllam esse vtilitatem, hoc verò negamus. imò conducere interdum magis, si transposita sint: quo ordine orationem nostram instituamus. Sed profectò hac opera plus fuit laboris sumptum, quàm captum emolumentum: ut non sine causa miraremur, summos viros tantum studii in dimetiendis illis versibus posuisse, Priscianum, Donatum, Asprum, Iubam, Scaurum, Probum, Sulpitium, Varronē ipsum. quorum frequentia quum mihi in mentem venit, apparet illico aut obscura diligentia, qui infecto negotio egerint successore: aut res ipsa perditæ, quæ vel ab vno alteròve tantorū virorū nequiverit confici. Quare ea quoque causa, sed potissimum ea, inquā, esse potuit, ut ad hanc contemplationem studii nostrū adhiberemus. neque enim sola res petenda iam nobis est, sed ipsa contentione de clarissimis viris victoria reportanda. Atque ut eorum iudicia hac quoque in parte emendemus, simul ad parem operam incitemus ingenia literatorū: qui non minimā pronuntiansi rationem ex hac cōmentatione consequi sese posse intelligant. quemadmodum vbi animaduernerint neque aspirationem, neque sibilum, neque mutā inter se conspirare valuisse, ut prima syllaba in voce *isthuc* produceretur. corripitur enim in *Asinaria*,*

Quid isthuc est? aut ubi isthuc est terrarum loci?

Qua

Qua in voce qui putant sibilū extrudi pronuntiando, neque morem seruarunt, neque etymologiam obseruarunt. Æoles enim, quos Latini maximè sunt imitati, quod alii ἰσθλὸν dicerent, ipsi ἰσθλόν pronuntiabant. Ita in verbo *isthuc*, satius fuit mutam abiicere. & fuit ratio: nam *is* pronomen integrum manet: cauda illa, quam nonnulli syllabicam vocant adiectionem, nullo dispendio expuncta, etiam leniori locum relinquit coniunctioni. Præterea multis in locis animaduertas, positura consonantium non produci vocalem: sed suapte natura risti breuitate: vt *in, sed, ad, quod, aliud, simul*. in quibus qui existimarunt oportere postremum elidi elementum, vehementer errarunt. Sed longè facilius videtur admitti posse breuitas in disiunctis, quàm vbi in eadem dictione cōiunguntur. minus enim cohærent. At in coniunctis ita pronuntiabant, vt positura nihil adderet moræ naturali breuitati. Sic *insidias & inferos* primam producere dixerunt: *indicationem* autem & *incantum*, corripere. quare si hoc vno in tractu atque tenore faciebant: multò commodius interiecto eo intervallo, quod separatis vocibus debetur, efficere potuere. nam si dicas *insano*, atque ibi præpositio breuis sit, quæ in ipsis compositis longa extitisset: quantò facilius breuis erit, si dicas *in diem*? quæ si cōponas, breuem quoque retinent. Exempla verò huiusce pronuntiationis tot sunt, vt non tam omittendis, quàm afferendis locis culpam mereri posse videamur. Non diuersæ, nō eadem geminatæ vsum illum corrumpere aut impedire valuerunt.

In Captiuis,

In occulto miseri victitant suceo suo.

Primus pes est Anapæstus: quia ob natura breuis. In Pseudulo & hoc comparet: id quod postea dicemus de proceleumatico,

Ædium dominum leonem Ballionem quarito.

Nona enim syllaba cum tribus subsequentibus pede unico amplectitur. In Milite,

Et quidem ad epos omnes mores ad venustatem iugiter.

Tres priores syllabæ in voce *venustatem* anapæstum conficiunt. Natura nânque breuis est secunda, sicut in *Venere*. ita etiam in *tempestate*, quia in *tempore*. In Epidico,

Illam redibundam atque hilarem huc adducit simul.

Primis tribus syllabis constat anapæstus.

In Afinaria,

Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam?

Ex duodecima & duabus sequentibus anapæstum vides.

In Calina,

Nunc ne tu respondere postules me tibi.

In verbo *postules* prima corripitur: quia à *possum* ducitur: hoc autem à *pote*. Quare miserum verbum *pote*, miris modis decurtarunt: ut in Trinummo,

Potest fieri prorsus quin dos detur virgini.

Vbi ex quatuor primis proceleumaticus fit. hæc igitur in coniunctis. In diuersis autem penè infinita. Pseudulo,

Lubet nunc venire Pseudulum scelerum caput

Primus anapæstus. Captiuus,

Vel extra portam trigeminam ad sacculum licet.

Vox *sacculum*, dactylus, si nolis creticum: de quo mox.

Par iudicium etiam ex Gurgulione,

Sitit hæc anus: quantillum sitit? modica est. capit.

Octaua syllaba cum duabus sequentibus efficit aut tribrachum, aut creticum. In eadem,

Sedatum te. quàm longè à me abest? lumen hoc vide.

Septima syllaba collisa, præpositio & pronomen & verbum faciunt dactylum: & alterum dactylum tertia & secunda à fine, aut duos creticos. Rursus,

Sed grandiosem gradum ergo fac ad me obsecro.

Quinta, sexta & octaua, elisa septima, anapæstum creant, aut dactylum, aut potius tribrachum, si nolis creticum.

Quippe quinta brevis natura, octauam vulgò rentur longam, vnde fiat anapæstus. Aliquis putarit primam longam tot consonantibus, frustra: ex quibus speret dactylum. nos in Originibus ostendimus ergo Græcam esse: vbi obiter deprehendes *fac* longum, contra Grammaticos recentiores.

In Adelphis est tribrachus in tertia sede,

Iudicio de se ipse erit. vos erit n iudices.

Duo dactyli ex eadem fabula,

Ille futilis, somnium. si ueres verò illum tuum.

duo, inquam: illo, somnium: & illis, verò illum.

In Hecyra anapæstus ex sexta syllaba, septima & nona octaua elisa. verbum enim substantiuum corripit.

At Myrrha hæc sunt mea uxore exorta omnia.

In Amphitruone dactylus,

Inimico, oſa ſum ſemper obituerier.

nam ſemper primam producit natura. fuit enim ſemiopere:
ſicut toper, toto opere. imper, nouo opere.

In Afinaria,

Deam ſibi inuocet quam lubebit propitiam.

Sexta, ſeptima, octaua, tribrachus. non enim auſim exte-
rere ex verbo inuocet, tertium elementum quaſi digam-
ma Æolicum, quod alibi fecimus. Eſt enim *παι το βουα.*

In Caſina duo,

Aut qu. iſi lumbricus terram quidem te poſtules.

Primus dactylus, quia dicebant *quafe*: ſicut niſe, ſibe, here.

Alter tribrachus, octaua, nona, decima. Ex eadē anapæſtus

Quid facies? concludere in ſenſtram firmiter.

Sicut in Rudente,

Illoſtriōres fecit, ſenſtrasque indidit.

In Aulularia dactylus,

Ædē pol mortalem parce parcum prædicas.

Neque enim placet aduerbium illud iurandi per conci-
ſionem pronuntiatum. Quid enim eſſet Æpol?

De verbo verò ſubſtantiuo multa quoque ſunt exem-
pla. In Milite,

Cenſen' verò adeo eſſe parcum, & miſere' viuere? &

Dicas uxorem tibi eſſe neceſſum ducere.

Et in Gurgulione,

Huic anui non ſatis eſt ſoli. canem eſſe hanc quidem.

Eſt etiam operæ precium obſeruare quot interpolatio-
nibus opus fuerit in aliis vocibus ad ſuſtinendam pedum
integritatem, vnde veteris pronuniationis leges depre-
hendantur. nam quotus quiſque haſtenus putauit me-
diam natura corripit in hac voce *voluptas*? At corripitur.
id quod & exemplis & ratione manifeſtū erit. Sanè *volupe*
& *peto* confecerunt nomen illud: quæ vtraque tota breuia
ſunt. Quam obrem inconfultò, vt ſæpe, Eraſmus ſuſtulit
vocalem de medio ex illo Andriæ,

Quod voluptates eorum propria ſunt. nã mihi immortalitas.

Non nihil sanè ſit, ſi mihi fuerit ita pronuniciandū, *volptas*.
nihil enim ad Theutonicū ſonum accedere poteſt pro-
pius. Hoc igitur vt effugiamus, conſtituatur in prima ſe-
de, ex iis quæ poſuimus præceptis, anapæſtus, tribrachum
tamen eſſe conſtat ex multis aliis locis. Sunt verſus in

Cafina quatuor,

Sine tuos ocellos deofculer voluptas mea.

Quid deofculer te? qua res? qua voluptas tua?

Et meis inimicis voluptatem creauerim

Ob isthanc rem quin te deofculer voluptas mea.

In Rudente,

Eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios.

In Pseudulo,

Minis viginti vendidit voluptas mea.

Animaduertemus præterea quàm celeriter multas vocales pronuntiando expediuerint, vt etiam cum sequentibus cõfusas obscurarint. veluti in illis, *scias, sue, tuos, fuit, dies, deos, prius*: quæ omnia sebebant monosyllaba. sed & in aliis vocibus, quemadmodum in hisce exemplis deprehensum est. Cistellaria,

Persequar hac iam hoc loco cum altero constitit.

Non potes dimetiri quin aut bacchius sit, aut concisio exempta media ex voce illa altero. quo modo etiam nunc vulgus Italicum pronunciat. Gurgulione,

Viden' vt aperiantur edes festiuissimæ?

Quatuor syllabæ, quæ tres primas sequuntur, pedem vnum constituant necesse est. quare aut vna ex mediis eximetur: aut erit epitritus primus. melius vt primus sit proceleumaticus. Captiuus,

Tibi ille vnicus. mihi etiam vnico magis vnicus.

Quinque primis vocalibus vnus pes fit: quippe coactis in anapæstum. Quia *ti* pro *tibi* pronuntiabant. sic & *mi* pro *mibi*, Æolensium more, quos imitati sumus. Quare ex octaua, nona, decima, vndecima, duodecima, tertiadecima, est alter conflatus anapæstus. Quod verò dixerunt de duobus comparatiuis, *potius* & *melius*, passa esse eandem fortunam, ita vt ex ipsis fierent totidem pyrrichi: non est verum in illo quem adducunt ex Andria,

Dabit ne. mo inueniet inopem potius quàm te corrumpi suat.

Aiunt enim *potius* quàm, esse anapæstum. nos proceleumaticum agnoscimus. quemadmodum in aliis multis. Nam Erasmus quum sedibus imparibus receptum scribebat pro iambo spondæum, dactylum, tribrachum, anapæstus: proceleumaticum non rectè omisit, qui, vt puto, memoria excidisset: creticum verò, quem sanè putaret nõ admitti. nam si eam in sedem posse duci sperasset, nequaquam

tam

tam multa carmina subuertisset. Proceleumaticus autem quum proximè ad naturam dactyli accedat: tribus modis sonum suum explicat. Aut enim mollis est, atque adimniculis quibusdam dactylo similior effectus: vt *Gemma labant, ariete, parietibus*. duabus enim vocalibus constitutis, prior consonantis vim quandam videtur obtinere. Aut est apertior: vt in versu Enniano,

Capitibus nutantes pinus, rectasque cupressos.

Aut est coactus, ademptis consonantibus, quibus syllabarum breuitas impeditur: qualis est in Andria,

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Itaque hunc ad versum quum peruenisset Erasmus, neque in eo vellet metiri proceleumaticum, què in suis legibus non recessisset: & putaret duriusculè fieri, si Æolicum digama tolleretur: vt proceleumaticus exiret: sustulit alio consilio. quippe vt exciperetur tribrachus in duabus syllabis primoribus. huius nominis, *inuidia*: & ex duabus postremis vocalibus vna syllaba concreta esset. Cæterum vt in natura, ita in arte illius imitatricis nobis faciendum est: nihil enim vel otiose, vel superfluo agere. Igitur vt constet ratio dimensionis, si recipias proceleumaticum: vnum tantum moliris, quum auferas digama. sin malis tribrachum: tum & hoc idem tibi curandum est, vt amoueas: tum præterea duabus confertis syllabis deformanda vox. Quod si (ac verius quidem fortasse est) ita pronunciemus, vt ex iis duabus vocalibus prior quasi consonantis obtineat sonum: iam ille primus pes, non amplius sit tribrachus, sed anapestus. nam hunc ad modum pronunciarit, & in quibusdam proceleumaticis ostendimus, & apparet ex spondaio illo coacto poetæ,

Stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis.

& apud Horatium, *Vt Nasidieni inuit te corna beati*. Oportet enim esse quadrissyllabum nomen, vt tolerari queat alio versu. non autè pudenter inuertere Grammatici sic, *Nasidieni vt inuit*. sicut, *Nasidienus ad hæc*. Sic & Catullus, *pituita* primam quum produxit, *Muccusque & mala pituita nasi* non corripuit Horatius, *Nisi quum pituita molesta est*. Sed trissyllabum posuit ita, vt medium elementum, Æolicum fiat digama. quod & elicitur ex Ælii Stolonis iudicio, qui à petendo vitam, duci ratus est. Verum quod in *inuidia*, fecit, vt vnam ex duabus efficeret syllabam: commodius

fecisset in *iniuria*, illo versu, *Quo iure quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit?* Id quod si animaduertisset, non aufuseffet eximere pronomen illud *me*, quod magna cum emphasi ac gestu ad timorem personæ positum est, & in omnibus legitur exemplaribus. Proceleumatici verò habes exempla tam frequentia, vt penè legitimi, non subdititii esse videantur. Ex Andria, *Mala mens, malus animus: quem quidem ego si sensero.* & *Tibi generum firmum, & filia inuenies virum.* Qui mollior est in hoc secundo, propterea quòd, vti diximus, *mi* & *ti* monosyllaba fuere: sicut & *tu*, *me*, *tu*. Quod & alibi sæpe, & in Gurgulione,

Curato. ego tibi quod amas, iam huc adducam.

In *Aulularia*,

Eam ego hodie faciam vt hic senex de proximo.

In *Afinaria* dubitari potest an sit proceleumaticus. Nānque in verbo ostendo, prima producit natura,

Agredum istum ostende, quem conscripsisti syngraphum.

Commodius concides illud præteritum sic, *conscripsisti*, sicut *mox scripsisti*.

De cretico autem, quem isti omni conatu subterfugere, pluribus tum rationibus, tum exemplis est disputandum. Nam si in Heroicum admittitur. si in Tragicædia, quod est poema clarum, nobile, elatum, castum, locum inuenit: quare in medium ac vulgatum sermonem non recipiatur. est sanè apud Poetam,

Et naufragum Scyllaceum. Dicent non fuisse librum emendatum. at Vari ac Tuçæ iudicio emendatum fuit hoc quod relinquerent. at est in emēdatissimo, quod suprà adducebamus, si audias sine interpolatione,

Stellio, & lucifugus. At etiam illud existimat Terētianus, non autem dactylum,

Insula Ionio in magno. At est apud Euripidem in *Ecuba*,

Δουὶν κ' ἡ παρδὸν δ' ὕα νεκρὰ καὶ δόξαται.

Quum dicere licuisset, *παρδὸν δ' ὕα*. Itaque nos quoque in Nemesi studuimus & auribus & grauitati, *Heu genus nefandum!* Poteramus enim, *Heu genus nefanda!* Et alio loco posuimus *sinistra*, potuit dici *scana*. Cæterum perpaucis aures poetica datæ sunt. Præterea si dactylus & anapæstus in iambi loca sèssècti sunt, quorum vteruis vna illum & syllaba & tempore superaret: quare eam licentiam sermonis eadem puritas non coegerit recipere qual-

quasdam voces, in quibus esset creticus? præsertim quum ex ipsis solis aliquot integri versus constent. qualis in Andria, *Vt malis gaudeant, atque ex incommodis.*

Nã & prior coniunctio producitur positione poetæ arbitrata, & posterior primam habet longam eadem lege. præpositio verò brevis est natura, &c. Ad hæc ea nomina & verba, *Deus, dies, fuit, mea, tua, sua*, & eiusmodi de quibus supra diximus: eò pertinent ut quum collectionem in vnam syllabam patiantur, doceant nos in cretico idem quoque fieri posse, ut emolliantur pronuntiatione. Quis vero paulò diligentior non animaduertat antibrachium esse apud Homerum: ἀγυρῆν: in tam nobili versuum genere. & rursus ἀσπερῆν, si ita legas, non ἀσπερῆν. Et ex bacchiis omnibus tres toti Plautini in Amphitruone,

Nec aquum, anne iniquum imperet, cogitabit.

Ergo in seruitute expetuit multa iniqua.

Habendum ergo serundum est hoc opus cum labore.

Quas rationes Erasmus si notas habuisset, non transtulisset, ex præpositionem in Andriæ prologo sic,

Qui bene vertendo, et eas describendo male, ex

Græcis bonis Latinas fecit non bonas.

Quod equidem ut non improbo: ita consilium non laudo, quo est adductus ut id comminisceretur ob omphimacrum vitandum. qui si his rationibus non acquiescat, exemplis saltem credere cogatur. Hæc verò quum essent propè infinita: multa omisi tamen, in quibus tergiuersari possent: & alia quanquam firma penè innumera, ne tædium parerent. paucis ergo contenti simus. Ex Hecyra igitur quum illud possemus adducere,

Eam calamitatem vestra intelligentia:

superfedebimus duabus de causis. tum quia ipse liquidam non geminat in postrema dictione: tum quòd nos pronomè primo loco positum, monosyllabum agnoscimus. quare audiamus ex Asinaria,

Fortè si tussire occæpsit, ne sic tussiat.

Nec repugnarim si velit ita legi, *Fors si.*

nam is erit magis ferendus, quàm qui putabat si corripì, id quod non fit, ut in compositis, nisi, quasi siquidem. Acrius tamen intuenti neutrum probabitur. sed *Fortè*, pyrrhichium putandum, πᾶσα τὸ φέπειν. In Gurgulione manifestius,

Peruelim sepultam. sed quum adhuc naso odos meo.
 Odos enim vltimam producit natura.

Ex Andria,

Sive ista vxor, sive amica est, grauida è Pamphilo est.
 Quo è versu creticum vt tolleret, non veritus est vniuersæ orationi detrachere ornamentum: pronomen illud scilicet, quod in secundo statim loco legitur.

Ex Eunucho duo,

Quæ cum amatore suo quum cœnant, liguriunt.
 Nam hic effugere non possumus, quin aut prima in sede creticus sit, aut in quinta. Etenim secundam vocem si non collidas, sed integram relinuas (id quod frequenter fit: vt apud Horatium,

Si me amas. & Plautus sibi licere voluit in Pseudulo,

Si de damnosis natus, aut de amatoribus:)
 creticus sit ineuitabilis in quinta. Prima nânque pedis illius syllaba longa est natura, non positione. quippe cœnare, mediam natura producit. Si verò collidas, tum in prima sede hoc eueniat. Poteram & illum adducere ex Heautótimoromeno,

Ita ne comparatam esse hominum naturam omnium.
 Quem qui trochaicum rentur, nugas agunt. potius ad superiorum censum deducendus: quorum ratione vox illa comparatam, primam corripit.

In Adelphis,

Quam aut hic non manere tandiu, aut nunc persequi.
 Est enim nunc vñ circumflexa: igitur & natura longa. Quomodo in Eunucho ad trochæos confugiant ibi?

Sed neminem curiosum interuenire nunc mihi.
 Quem pro senario imprudenter nimis metitum sese Erasmus putat. In Aulularia,

Nempe sicut dicis, quid hic? non poterat de suo?
 Aduerbum enim asseuerationis à Græco ductum vñ, producit natura primam. Quis verò eximet à cretico illum in Trinummo?

Sit taciturnitati clam fidei ac fiducia.
 Nisi qui ad miseram trochæorum aram confugerit. Quare illo obruantur ex Gurgulione: quem iambicus quin sit, vt sese in omnia vertant, efficere nequeant,

Liberi lepos. vt veteris vetusti cupida sum.
 Non minoris efficaciz in Amphitruone,

Conferas sermonem, nec ioco, nec serio.

Atque initio quidem arbitror vocalium imbecilliorum mollitie factum, vt subirent pedes alieni. sic dicimus, *χρεῶ, πηλιόδοι, πόλιος, πλείων*. etiam vt bacchius receptus sit illo vers. hac eadem ratione,

Et laueis ocreas lento ducunt argento.

At hunc versum spondaicum existimet Diomedes vir doctus, non malè: vt mollior vocalis subeat fortiorem. Sic creticum interposuit, vt spondaicum faceret in verbo *auréo*. Quòd si in Tragœdia cretici sunt, in heroicis bacchius & antibacchius, vt tum Homeri, *βορέης*, tum Virgilio, *στεινοῦ*, taceam anapaestum: non videatur fuisse tot monstra necessaria, quot isti eximendo elementa crearunt in *quidem*, *sicut*, *simul*, atque aliis. neque excludendas integras fuisse voces, aut alias spurias ingenuis supponendas. id quod fecisse Erasmum & supra declarauimus, & in aliis ostendemus. Ad quæ antequam accedamus, de anapaesti quoque, vt de cæteris, receptione dicendum est. de quo Priscianus quum scriberet, excidit ei sententia sanè absurda: Erit, inquit, probabilis iambicus versus, & Tragœdiis aptus, si secundum & quartum pedem, non alios feceris quàm iambos, aut eum qui tribrachus est, aut anapaestus: quoniam sunt pares. Qua enim lege fretus anapaestum tribracho parem dixit? nam quod ait, etiam sedibus paribus anapaestum ritè collocari, verum est. sic enim multis in locis deprehendes: vt superflua sint exempla.

In Pluto,

ὦς ἀργαλέον πᾶσι μὲν ἔστιν, ᾧ ζεῦ κὶ θεοί.

Et bis in eodem,

οἱ δὲ ἐξετραπόντο, κίχ' ἔδοκω μ' ὄρα' ἔπ.

Verùm hoc est illi adeò frequens, vt nullus pudor Latinis sit iam futurus, quibus linguæ ratio persuasit, ne hoc attentius curarent: præsertim quum in Tragœdia quoque hoc admiserit, grauius sanè ac longè castius poema. Obseruantior Sophocles: Euripides minus obnoxius. minus enim parcit illis sedibus,

Γλαῦπιαν δὲ ἄπιρμήσαν ἰδία τῆς φρονός.

Neque solùm in illis anapaestum: sed & in vltima in Orste.

Αὐτουρῆς. οἴπρ κὶ μόνοι σάζεις πόλιν.

Quem si tribrachum esse argueris: syllabam nunc respi-

cias, non legem illam qua vltima indifferens habetur.

Hunc Euripidæ versum ita legimus in nostro manuscripto. Impressum habet γλω. Et Æschyli quoque est tribrachus in Prometheo,

Οἷς μὴ πλάζεν, ἀλλ' ἀλίσθονες γύπιδας.

Quod verò suprâ dicebamus : tolli Æolicum elementum aliquando : cuius exemptione detur locus syllabis pedes conficiendis, multis exemplis obseruari potest. Cæterùm nequaquam ex Phormione, quemadmodum prædicabant illo versu,

Qui sepe propter inuidiam adimunt diuiti.

Erit enim proceleumaticus ex septima, octaua, nonâ, vndecima, elisa decima. Sed tutius ex illo,

Liberius viuendi fuit potestas. nam antea.

Neque temerè. est enim *uino*, Græcum βινω. Cui quum sit additum digamma, quare non & auferatur? vt quod sonus posuerit, lex sustulerit. Sic in Pseudulo,

Boves qui conuiuias faciunt, herbasque aggerunt.

Nam quemadmodum in libris De causis, & in Excitationibus dictum est, puto non admodum vegetam, contentamque fuisse literæ illius pronunciationem, sicuti neque in *oia*, neque in *oue*. quæ vt apud nostrates Germanos asperrima est, ita Vasconibus penè vocalis, nõ consonans: nedum vt duplex vsipiam sit. Sed nequaquam par fuit ratio aut necessitas, vt elideretur idem digamma in verbo hoc, *iuueniet*: eo versu ex Andria, quemadmodum iidem commententi sunt,

Dabit nemo. iuueniet inopem, potius quam te corrumpi sinat.

Neque enim mutatur versus dimensio, siue tollatur, siue relinquatur: sed in principio Amphitruonis eximitur ex ea voce, *iuuentutis*. atque ita fit anapæstus primus pes. propterea quòd secunda syllaba natura breuis est: sicut in affini suo, *iuuenis*. Eadem natura & ars in illo ex Gurgulione,

Iuuentute, & pueris liberis, ama quòd lubet.

Longè alia ratio in Captiuis,

Nulla spes iuuentutis: sese omnes amant.

Nam neque auferitur Æolica litera: & prima ipsa quæ erat consonans, fit vocalis, vt formetur dactylus in secunda sede. sic audias proceleumaticum in Captiuis,

Aliquem inuenire suum quicum mutet filium.

Fit enim ex quinque syllabis: quatuor constantibus, una collisa, & extrito digamma. Atque hæc quemadmodum vera putem, satis dictum est: illud autem, quod aiunt, non est verisimile. Ad eundem modum extrudi consonantem illam Æolicam ex coniunctione, *enimvero*. nam quid esset, *enimvero*? verum unicam syllabam fuisse, *enim*, quum vellet, arbitror, siquidem Græcum fuit *ην*, & *ηνι*. Neque repugnat longa vocalis: id quod etiam in libris Originum docuimus: sicut neque in *crepida*, *κρηπίς*: neq. in *venio*, *βένω*. Posteriorem autem vocalē *ηνι*, pro consonante acceptam libet existimare: veluti in *cui*, & *Pompei*, & *Gai*. sunt enim monosyllaba, sicut & *hui*. & quod æquè durum est propter sequentem consonantem, *huic*. At profectò quid tandem mirum sit? Nonne *suadeo* & *suavis* ita pronunciantur, vt secundum elementum nullum augeat numerum syllabarum ad pedes conficiendos? Et quot monstra inuenias apud Homerum, præsertim in *Odyssæa*? tot iambos, tot trochæos, tot nescio quid. Oppianus quoque *μολιέδον* ita metitur, vt duas priores syllabas corripit. In quarto Piscationum,

Δελφίνος μολιέδδιο μὲν ὄμα δέξατο τήχλω.

Vbi dux mutæ sunt, non muta & liquida. Sed & creticum posuit in primo Venationum,

Ἡ πῶς αἶα δέδρακεν ἀσκαρδαμύκτοισιν ἑπιπαῖς.

Vbi nisi ex cauda verbi tollas duo postrema elementa, etiam sibilum extereendum est, vt fiat tertia dactyli syllaba. & sic tamen legitur. Apud Apollonium quoque in secundo, considerandum est quis sit pes ille primus in hoc carmine,

Ἀπρεκίως. ὄσα δὲ ὄρωρε θεοῖς φίλον ἐκ ὀπκένυσα.

Vulgò igitur ita quoque loquutos esse arbitror, non laturos scenarum barbariem, quæ de medio sumptum sermonem vsurparent. Qua ex re non vulgaris, neque mediocris oritur dubitatio. Si illi versuum generi licuit, vt quum vellet, suo modo: quum liberet, vulgatis legibus loquerentur: quare non & in alia poemata ius eiusmodi receptum est? Ergo in tanta licetia quis mirabitur, versuum quoque multam variamque mutationem tolerari potuisse? quippe quum alii curtissimi, alii adèd longi sint: vt mihi libeat cum Plautino trapezita iocari, qui sic ait,

Dum unum scribo, expleuit mihi totas ceras quatuor.

Quibus dimetiendis & negotium sibi exhibuere docti: & causas reddere conati sunt consiliorum quibus adducti sint poetæ, hoc ut agerēt. sed quas causas mox videbimus. Quantus verò ille in Eunuchò?

Et magnifica verba: verba dum sunt. verùm si ad rem conferentur, vapulabit.

Hic enim sunt sedes vndecim trochæorum. quare hic quoque ab illis dissentio, qui vnum esse versum arbitrati sunt. mihi sanè videntur duo. Ac prior quidem trochæicus dimeter brachycatalecticus: alter verò octonarius. Sic enim pronunciauit, ut quum sic dixisset,

Et magnifica verba.

Substitit, affixitque ibi propositum in verbis. postea cum re simul sententiam mutauit: ut pro factis facta redderet, & verba minitaretur. Priscianus distinctionis causa breuiore insertos versus dicit. verùm neq. ille distinctio hæc quid esset declarauit: neque nos, quid sibi velit, sanè scimus. Nam quæ distinctio debet esse, non solum in eadem scena, sed etiam persona? quæue in primo statim ingressu grauiissimæ fabulæ Amphitruonis? vix in scena pedem posuit, quum ostendit se sibi non constare. Quid distinguit ibi rerû, quas nullas adduxerit? aut quæ varietas in Pamphili conuestione: cuius via tantum materia, duritia patris. Ergo qui in eodem argumento, quod proposuerat, perstaret: quo consilio tetrametris illud inseruit dimetrum?

Quod si sit, pereofunditus.

Alii, ut sibi videbantur acutiores, è rebus ipsis duci non solum pedum statum aut cursum, sed etiam versuum tractus prodidere: In re perturbata mutari versus, pedesque ipsos confundi: in celeritate trochæicos trudi: grauibus personis statarios sermones fieri ex spondæis. Afferunt huc non tam pro teste, quam pro iudice prudentiam Virgilianam, diuinam illam profectò mihi, ac venerabilem: qui rem verborum nitore, ac numerorum æquabili concinnitate oculis subiiciat. ego verò ut horum amplector diligetiam: quam tanto studio in meis poematis exprimere conatus fuerim: ita in Comœdiis, in quibus ista fieri profitentur, falsum simul atque superuacuum animaduerti. Nam, si in personarum statibus diuersis, si in continuis negotiis, si in fabularum partibus maxime inter se dissimilibus, idem

pes, idem pedum ordo, idē carminum genus ostendatur: iam nulla causa est quin horum sententia, tanquam vana explodatur. Ergo in diuina fabula ac verē Theſauro (quā leui nimis de causa, vt alibi dicebamus, Trinummum inſcripſit Plautus) Protasius trimetro iambico tota conſtat, item Epitafius, tum Cataſtrophe. Stichus ē contrario, tota trochaicis longis. In Moſtellaria adoleſcenti Philolacheti perſo ganeis, & luxu atque otio corrupto, quiq. vnam modò rem ageret, vt inſeruiret ventri, dati ſunt verſus omni pedum penē genere pleni. Tranioni autem ſeruo trepidō, in re deſperata verſus compoſiti, atque ſibiipſis conſtantes. Seni Teuopidæ, viro graui, parco, læto, aucta re, amoto maritimorum metu periculorum, ſenarii iambici. Quid grauius Amphitruone? quid ſtatarium magis, quàm finis fabulæ conuerſæ? cōcluditur tamen fabula trochaicis. In Sticho verò tā iambis potant, quàm trochæis. Gurgulio currens in re noua, nouo nuncio vehitur quidē trochæi rotis. at Acanthio in Mercatore, haud abſimili in re quadratis vtitur iambicis. at iisdem in Terentiana Phormione Geta pari in negotio. Ergaſilus verò paraſitus in Captiuis, tam trochaicis quàm aliis: qui tamen ageret ſimilem curſuram. quemadmodum & Dinacium puer in Sticho nuncii author noui, vtriſque miſtim vſus eſt. Præterea trochaicis Harpax Cacula militaris in Pſeudulo, dū lenonē quærit. Trochaicis Erotium meretrix in Menæchmis, vt obſonium comparandum curat. at ē contrario trochaicis Lyſiteles adoleſcens; & grauis, & frugi in Trinummō & Chremes ſenex, vir bonus atque temperatus, in Andria, ſeria imprimis de re, paterno animo, conſtanti conqueſtione. quòd ſi ad Dauum reſpiciant, qui ſequenti ſcena iam otium atque tranquillitatem imperando ſibi, belliffimos fundit trochaicos: iam ipſi illa de celeritate aliquid conſultius remittunt. Quid? quot quoties choros viderunt currentes? & tamen ſciunt Tribrachum ab ipſis Chorium cognominatum. quare Sophocles in OEdipo Tyranno accurrentem Theſeum, atque opem ferentem, trochæis adornet ex horum ſententia: niſi eiufdem chorus iisdem pedibus claudat fabulam. Quòd ſi argutulè comminiſcantur id eò factum, quia chorus eſſet diſceſſurus: quid Æſchyli choro faciemus, qui in Perſis ſtat, neque abi? quid Darii ſpectrū, quod ab inferis veniens cum

matre diu loquitur trochaicis? Neque secius Euripidæ Pylades cum Oreste. apud quem Eteocles quoque cum Polynice fratre ad manus iamiam vēturus, non alio pede vitur in cōtentione. In eiusdem Troadibus vnicam orationem tam iambicis, quàm trochaicis habet. verùm exemplorum satis etiam ex ipsa Tragœdia. Poetas profectò istos comicos nostrates, vt in mentem venerant res arripuisse, eisque numeros arbitrato potius suo quàm legibus alienis accommodasse reor. Hi verò legumlatores noui plerique hoc suis ingenii obtinent peculiare: semel alicubi siquid deprehendère, illico pro necessario præcepto habent. quod hominum genus maxima ex parte piget laboris. atqui longo multoque opus est studio, & opus consilio prudenti: acri iudicio opus est. Quanquam equidem non negauerim, fabularum initiis, vbi animos auresque spectatorum trimetris versibus imbuissent: ipsi sibi suo quasi iure agerent deinceps interspersis alicubi eiusdem generis longioribus. Idque neque semper, neque coactos, neque consultò factitasse existimamus. Fuit tamen hoc illis in more positum: vt narrationib. trimetros maiore ex parte adaptarent: neque solùm in Argumentis, aut Prologo, aut Protasi: sed etiam eiusmodi personis attributos, quæ vel aliud agerent: veluti Dauus in Andria, cùm de aliis rebus loqueretur, alia vitur versuum dimensione: vbi ad narrationem deuentū est, de nauis fracta apud Andrum, ad trimetros diuertitur,

Ad hæc mala, hoc mihi accedit et iam.

Hæc Andria. Eadem in Epistolis quoque obseruatio. In Pseudulo à longis in senarios deflectitur. In Asinaria quoque, quod pactum conscriptum est inter adolescentē & lenam, senariis expletur: quoniam sit narratio quædam, quanquam ne ibi quidem semper. Longis enim versibus narrat in Rudente Grippus, euentis fortunæ suæ sese bene acceptum: at in eadem, senex somnium trimetris. Ex vtrisque verò, atque etiam aliis mistis, Sofia Amphitruonis. tamen vbi iam conseritur prælium, iamborum vim atq. alacritatem minutiore gyro flectit ac vibrat. Quum igitur tam inconstantem legem videamus: vt poetis illis neque curæ fuerit vt id facerent: neque saluo puri sermonis nitore efficere potuere, vt numeris vterentur restrictioribus: nos sic inuenta, aut qualia existunt, esse permittamus:

vt siquid sinistri sese offerat, ne odiosè tanquam ius nostrû vel persequamur, vel etiam extorqueamus. præsertim quû licentiæ vitium à Græcis sumptum, laxiore, vti solet, negligentia fecerint cumulatius. Vt non tam monstrosi nobis versus quidam videri debeant: quàm miraculo ii qui puriores exeunt atque commodior. Nam sanè vel illum primum ex Rudente, non impiger atque hisce in lectionibus exercitatus dimetiatur,

Prob dij immortales tempestatem quoiusmodi.

An statuas in vltima tribrachum tam luculèto aditu, imò verò ipso in limine fabulæ? non sanè placet. An postremâ Vocem ita pronunties vt trisyllaba sit? Qui fiet id? extritane duplici consonante? tum verò quid erit, *quoiusmodi?* Quis sic loquatur? quid igitur agendum? videtur mihi interiectio illa esse extra versum, *Prob.* Cui senarius deinde substituatur. sicuti, *psv* & *Hui.* nam ipsam corripere simul & primam huius vocis, *immortales*, vt anapæstus excitetur: mihi sanè religio est. Similis versus in aurea Trinummo, *Prob dij immortales conditionem quoiusmodi.* & in Andria, *Nam qui cum ingenii consistatur eiusmodi.* vt omnino mihi augeat suspicionem distortæ pronuntiationis.

Illud verò quod aliqui dubitando, quidam etiam asseruendo negabant, Terentianas fabulas trimetris circumscriptas: falsum esse deprehendimus. Nam & apud eum poetam plus esse huius carminis inuenies: & contra, apud Plautum quadratos, aliâque longiorum genera frequentiora. Andria penè ex æquo diuisa in vtranque partem est. haud enim ita multò ab lógis senariorum numerus superatur. In Eunucho, & Heautontimorumeno item. at in Adelpis penè ex quadrante longi ab senariis exceduntur. Phormionem potior senariorum numerus conficit. Hecyra laxior fabula, ac pedestrior est. Itaque omnium Terentianarum ad quotidianum sermonem quamproximè accedit. est tamen in ea senariorum plus tertia parte. At contra Plautinæ Amphitruonis & Rudetis vix totus quadrans expletur senariis. Asinaria, Epidicus, quam tanto pere ipse author commendat, Mostellaria, Menæchmi, Miles, Mercator, Pseudulus, Aulularia, Casina, Gurgulio, Bacchides aut ex vtrisque æquè constant, aut etiam minus habent senariorum. Captiui verò, & Persa, & Pœnulus, plus dimidio textæ sunt longis. Trinummus legebatur

*Plautina
& Teren-
tiana Co-
mædia
quibus nu-
meris con-
sistit.*

hactenus tota quadratis ferè: eam nos ita restituiimus pristinæ sinceritati, vt ad quingentos senarios excusserimus: quorum tamen numero præstant longi versus duplo. Quã operã etiam Truculento quum impèdissemus, paulò minus ducentis reformatis: tantam longiorum inuenimus multitudinem, vix vt illorum hi essent pars quinta. Atque is labor haud temerè susceptus est: quum tam facillè mendacium Quintiliani autoritate tegeretur. Nam isti magni viri, dum nihil inexcussum volunt, & fastidiunt leuiora, plus vsurpant nominis quàm ponant operæ. id quod Erasmo quoque euenisse tú suprã ostendimus, tum ex multorum versusum deprauatione constare potest. veluti ex Eunucho,

Habeat despiciatam: & que nos semper omnib. cruciat modis.
Vbi genuinam lectione deprauauit, dum fugit creticum: neque potest prætere trochaicam dimensionem. Itaq. languidam atque inuenustam substituit vocem *suspectam*. Auxit hunc errorem maiore culpa, cum ex eadem illum profiteretur è puris creticis,

Siccine agis? quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum ea rei tibi est?

Quem tamen & iambicum quadratum agnoscas: & nulla in sede creticum possis collocare. Pari infelicitate & illù ex Andria creticis conclusit, qui esset integer senarius,

In denegando modo quis pudor est paululum.

Restituta nãque per initium præpositione, quam ille nimis confidenter sustulerat in prioris finem, tolles illius & errorem & audaciam: simul deprehendes crassam temeritatem hominis, qui creticum ex tribus vocibus confectum iri sperauit illis, *quis pudor est*. Verùm præceptus ille fuit authoribus emendandis. nam ex Seneca versusum illum fortasse Publianum,

Arcum intensio frangit, animum remissio.
sic inuertit,

Remissio animum frangit, arcum intensio.

vbi Grammaticum agit nô poetam. Dixisset commodius, quod ad pedes attinet, sic legi posse: nunc quum statuit necessitatem, causam suam facit deteriore. nam ad hunc quoque modum senarius est: & in aliis apud eundem authorem senariis non obseruatas magis leges intelligas, quàm in Comœdiis, aut aliis fabulis. Quod si acrius contem-
templere,

templere, longè concinnior sententia est: quam deformat ille sua subuersione. Etenim sententia tamen æquabiliter de arcu atque de animo pronunciat per contraria: animū tamen ad arcum referre vult: quoniam de animo quærere statuerit. Itaque non ab eo incipere, sed eo sententiam terminare oportuit: præsertim quum præter expectationem de animo sentiat. nihil enim mirum intentione arcum: at mirum remissione animum frangi. Quare & crescit oratio, & ad eò vegeta est, vt quauis pedum dispositione prior sit atque accuratior. Ad eò curiosa hæc ingenia sui cōfidentia iudicio destituta, & se & alios fallunt.

De comicorum versuum materia, partiumque quantitate satis disputatum est. de ipsarum partium numero deinceps videamus. Principiò quod superioribus libris statuebamus, hîc repetendū est, Versus per initia breues fuisse, duobus ad summum contentos pedibus. id quod etiam ratione comprehenditur. Partes enim totos priores sunt. Prius casa quàm vicus: vicus quàm vrbs. Exempla quoque in promptu sunt. sic enim ortum esse primum senarium in Apollinis pugna dicebamus: illa simplici acclamatione,

in παύσι.

Quam quum & iterarent & frequentarent, natum aiunt senarium,

Ἰν παύσι, Ἰν παύσι.

Quare apud auctores fabularum audias singulari voce contentum versum: vt in Eunucho,

Occidi. sed & monosyllabum vt dicebamus, *οὐ.* Et eadem geminata voce, in Pluto, *ἄ, ἄ.* hîc quidem distincta, alibi coniuncta: vt in Philoctete,

Ἀτλα πῆσι.

Repetitis deinde tractibus productiores facti,

Ἰού, Ἰού.

Hoc quoque in Trinummo duplicatum fuit, vt dimeter fieret,

Ὀ Καλλικῆς, Ὀ Καλλικῆς.

Ergo cūm duōm pedum essent genera? alterum motoriū, alterum statarium. Qui versus è motoriiis constarent, in iis binos pedes singulis collectos tractibus feriebant. qui verò è statariis componebantur, satis habebant suum cuique sedi pedem referre. In priore classe fuit pyrrhichius. cuius versus Enoplios dictus fuit: quo vsi sumus nos primi toto poematio in natalia Sileni: cuius initium,

Modò citus ego pede celere magis ago numeros:

Αβέοque Venere duce loca super alta volans.

Scenici chori certis locis: vt in Oreste,

Χρέος ἐμώλετέ ποτε.

Ἀνά κίλαδος δὲ τὸ λέχεος.

Eiusdem generis est iambus, trochæus, tribrachus. In secundo censu spondæus, dactylus, anapæstus, proceleumaticus, creticus, amphibrachus, bacchius, palimbacchius. neque verò sine ratione fuit hoc. In his nânque vocib. accètionum natura quatuor aut quinque temporib. frequêss est. Ergo statarii versus ex pedum numero nomen obtinere: ita vt heroici, quoniam sex spondæis constarent, senarii dicerentur: motorii verò non item: qui ob celeritatem satis haberent, ex dimidio tantum nomen sibi vindicare: propterea quòd bini prodirent simul. Atque ita factum est, vt quibus essent pedes bini, ij Monometri vocarentur: quibus quatuor, Dimetri: quibus sex, Trimetri: quibus octo, Tetrametri: Apud Græcos hæc. Latini verò his nominibus etiam alia addidere: non ab dimensionibus, quæ binos caperent pedes, sed à numero, quaternarios, senarios, octonarios: tantò commodius, quum vnica tantum voce etiam imparibus constitutos pedibus nominabant quinarios, septenarios. Nam hos Græci, Brachycatalectici adiectione agnoscunt, quanti sint. Illud non eo inficias, carere nos Latina voce, vbi vnica syllaba vel defectos, vel abundantes designare volumus: quos Græci Catalectos, & Hypercatalectos nominarunt. Verùm de his alibi. Octonarios autem etiam quadratos appellauimus: quemadmodum in cubica figura anguli sunt octoni: quam quum dicerent Quadrantalem, eodem nomine hosce versus insignitos voluere. Etenim constituta quadrata superficies si fluat, atque postea sistatur, quadrantal creat. Quam ob causam corpus hoc Latini Græca voce Tesseram vocitarunt: non à laterum numero, vt quidam putauerunt, sunt enim sex: sed ab radice constitutionis: sic enim appellant Mathematici. Præterea quum senarij plus in vsu fuissent, primusque Boistus produxerit octonarios: eos ab ipso tractu longos nominauerunt. Ergo neque Gellius Ennianos versus Quadratos rectè appellauit trochaicos illos,

Huc erit tibi argumentum semper in promptu situm:

Ne quid expectes amicos, tute quod possis agere.

Neque

Neque Varro in septimo de lingua Latina illos ex Eunuchō,

Hæri aliquot adolescentuli comus in Pyreæo.

Siquidem Ruffinus author est: eundem Varronem ita sensisse: versum septenarium fieri, quum ad senarium pes trisyllabus adderetur: apponitque exemplum iisdem numeris ex Hecyra,

Nam si remittant quippiam Philumena dolores.

Non solum igitur a se dissentit ipse, verum etiam errat definiendo. Nam & minores sunt octonariis, & maiores septenariis: & trisyllabus pes, bacchius præsertim, iambo non solum est aduentitius, sed etiam alterius tractus diversi, neque dignus qui in Iambici definitionem admittatur. Et ridiculum est, non potius ex septenis fieri septenarium, sicut è senis senarium: quàm è senario, & vno pede, tanto minus trisyllabo. Sed profectò magnos viros autoritas sæpe texit, etiam malè sentientes. sicuti Ciceronem quoque fugit ratio, quum in prima quaestione Tusculana septenarios vocat illos,

Hæu reliquus semiaspæ Regis demudatis ossibus

Per terram sanie delibutas sædè diu vexarier.

Erasmus Varronem sequutus Tetrametrum nihilo prudentius explicauit illis verbis: Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudari vna syllaba producta penultima: quoties Iambico dimetro accinitur dimeter catalecticus. Nam quid attinebat dicere penultimam productam? Neque enim necessarium hoc est: quo loco & tribrachus esse potest, & dactylus: quorum syllabæ postremæ breues sunt. Aut quæ est illa explicatio? quasi quum dicas, Homini interdum pes deest: quoties integro semihomine, alteri semihomini pes deest. At enim uero quis nescit tetrametros, non è duobus dimetris, sed ex quatuor dimensionibus constare? Si quis vel partium consideret rationem, quarum singulis æquale ius sit in versu: vel originem intueatur. Neque enim Boistus ille, aliūve quispiam, dimetro dimetrum aptauit: sed trimetrum, quem tum longissimum inuenerat, monometro produxit. Præterea quis hoc audiens, non putaret esse nefas, cæsuram facere in quinto pede? siquidem ex duobus dimetris tetrametrum ita consarcinandum est: vt integro integrum addatur. Quid quod idè abusus est dimetri, trimetrique appellatione? Nam imprudenter nimis sanè

versum illum ex Andria iambicum dixit pentametrum,

Hocine credibile est, aut memorabile.

Constare nánque ex decem sedibus iambicis oportebat. Quare trimeter brachycatalecticis agnosceretur. neque enim idem esse μέτρον & pedem, suo loco declaratum est. μέτρον enim capere motorios pedes binos. Hunc verò tam ridiculum errorem etiam in illo continuauit,

Nousi rem omnem, sed est Simo insus est.

Nihil igitur mirum, qui motorios pedes suo defraudet iure, id quod illis abstulerit, ad statarios temerè transtulisse. Illum nánque versum ex Andria,

Vt malis gaudeant, atque ex incommodis.

Ausus est creticum dimetrum nominare. Qui tamen pes quum sit non solùm syllabarum numero, sed etiam temporum quantitate prolixior quàm spondæus: quare solus vnā dimensionem nõ expleat, si spondæus implet? Eum tamen sequutus Riuus, parem erroris admisit proportionem. Siquidem trochaicis anapæstum nonnunquam interseri scripsit, causa celeritatis. quod dictum cum illo superiore sanè conuenit. Idem nánq. sentiunt, quò ille creticù ad iambù, hic anapæstù referat ad trochaù. At qui pes ita esset quatuor prædictis tēporibus, vt duo simul vnā efficerent syllabam plenam ponderis & grauitatis, non potuit inter cursores illos annumerari: præsertim quò iambo similior esset anapæstus, quàm trochæo. vterq. enim à breuib. incipit, in longā desinit. quò enim est iambus grauior trochæo, tantò est anapæstus dactylo. Quamobrè haud leui de causa factù est, vt grauissimi poematis grauissima pars, chorus ad grauissimi pedis maiestatem sese conferret, scilicet anapæstum. Quid quòd ille nullā posuit rationem, propter quàm trochæus esset iābo volubilior, at verò cum Græcum nomē excitabat nos: tū suberat ratio. Nā qui & syllabarù numero, & temporù ratione par esset iābo, nõ potuit eo esse celerior, nisi sanè temporù, temporàq. differentiù syllabarum situ, qua re vna fieret illi dissimilis. Trahit enim trochæus syllaba priore vocè ita, vt in posteriore emollescat, ac quasi euanescat. Iambus è contrario celeritatem professus, grauitatem præstat. Itaque sanguinarius pes, & ad vulnerandum promptus, indicat & impetum primò, & statariam pugnam mox. Id quod Hipponax acerrimo vir ingenio cum animaduertisset: quàm ratio-

*Trochæus
qua ratione
iābo volubilior.*

*Iambus pes
sanguinarius*

nem impetus in pede agnosceret, eam in peculiarem pedi
 Versum transtulit: vt sicut iambus in syllaba longa perti-
 nax pugnaret: sic ex iambo constans versus in lógum pe-
 dem incumberet. Leuiorem nánque ratus iambum, quàm
 ve ad impressionem faciendam satis esset: in quintam præ-
 lato sedem, succedere ei spondæum fecit. quare id quoque
 iudicio consequuti sumus nos: propius ad naturam partiũ
 accessurum fuisse totum versus, si iambus imparibus, tro-
 chæus paribus sedibus constituti fuissent, cuius rei exem-
 plum, quia res est minus vsitata, è nostris poematiis subiici-
 emus. hoc ex iâbicis, *Malis fortuna cornucopia fundit.* hoc
 ex trochaicis, *Si plaudit malis Fortuna, quid iustus fit? Qui nu-*
merorum sonus, aut flexus sicui videatur absurdus: is me-
minerit, aurium consuetudinem violentam esse: ac pro-
pterea noua, & inusitata non tam semper admirari quàm
sæpe respuere. Verùm magnoperè nostra interest, qui
quoad licet Aristotelis exemplo rerum causas inuestiga-
mus, venari rationem, propter quã cum iambo sedẽ
signatẽ prisci, maluerint ei deferre pares. Nã si in senario,
sive ille fuit dactylicus, vna tantùm satis fuerit, quinta sci-
licet: siue spodiacus, vna itẽ cõtentus est, quippe sexta: qua-
re trochæo impares alias iambo designarunt. nempe hoc
præter naturam factũ videtur. Etenim per initia si solis aut
iâbis, aut trochæis cõstabat versus: videtur sanè prima que-
que sedes vtriq. æquè debita fuisse. quib. vt respondeam, sic
mihi agẽdũ est. Nõ esse rerũ naturã secutos veteres poetas.
Multa illis pro libidine facta fuisse: multa fortuitò exci-
diffe, quæ postea pro legib. probatẽtur. Vnũ illud satis cõ-
stat: cum trochæo sedẽ primã retinuissent: non inconsultò
diuersam ab ea, & aliis imparibus aduerso pedi iâbo con-
stituisse. quare autẽ hãc huic, illã illi reddiderint, profectò
haud facillè est iudicatu. Atq. hîc quidem ita sentit Priscia-
nus. quoniã, inquit, in secũdo pede cũ dimetiẽdo feriretur
versus, minor ei loco mora debita est. At mihi contrã vi-
detur: maiorem deberi moram in pronunciando, vbi
tempore ipso immoramur. & falsum esset: ibi positum
pedem, quia feriretur: sed contrã, verum: ibi feriri quia pes
poneretur. At hoc quærimus nunc nos, quam ob causam
ibi positus sit. Præterea si ea ratio est: quomodo constabit
in trochaicis, qui ibidẽ feriuntur? Vt igitur quæstionis na-
turam cõsideremus, docebit nos verborum inuẽtio, initia

vocum à longis esse, in breues desinere. Nam tametsi breuis syllaba natura sua prior est quàm longa, quippe simplicior: tamè per initia inuentionū cunctabatur primū, quæ causa est, vt vocum fines in pronuntiatione obscurerentur. ita enim meditantis & consulti animi, suspendere vocem non præcipitare. Quapropter tam in versibus quàm in soluta oratione, postremarum syllabum nulla est habitatio. His argumentis iambo trochæum fuisse antiquiorem, & anapæsto dactylum, par est. ergo trochaicum versum iambico priorem. Quare cum primæ quæq. sedes trochæo fuerint peculiæ, alteræ illi relicte sunt. adhæc cum esset pes volubilis trochæus, statim sese ingessit in versum. Iambus autè grassator ille idem fecit, quod ciuilibus in rebus plurimis consueuimus. quippe curamus vt oratio in principiis grauis ac sedata sit. Pugnâ quoq. cautiùs aggredimur primò, quæ postea incitatu effruescat. Sic ad saltum vbi nos comparamus, fortius pedè figimus, vt statariæ moræ maiore impetum subiiciamus, sic Aristoteles imperator noster, omnium bonarū artium dictator perpetuus, motum omnem sub finè probauit esse concitatio-rem. Ita proposito spondeo, & iambo, satius fuit ab hoc illū excipi, præterea recentissima quæq. memoria ferè metimur ipsas res. Igitur assignata prima sede trochaico, vltima quoq. necessariò finitur trochæo, quæ sedes, primâ dico, si iambi fuisset, in vltima iambū nullum haberemus. nūc in hac ille cum sit: pares ei sedes, quippe quæ huic respōderēt, attribuendæ fuere: vt recētissimo sono scilicet nouissimo, aures spectatorum captæ detinerentur.

QUÆ PARTICVLATIM SINT

ANIMADVERSA.

CAPVT II.

HÆc ferè sunt, quæ de vniuersâ rē dicēda erant. Reliquū est, vt ad ea, quæ particulatim animaduersa sunt descēdamus. atque equidè vt sese offerēt, ita ea describā. Sit ergo quod affert Erasmus ab A delphis eo versu, *Quid in fecit? quid ille fecerit? quæ neque pudet.* Cùm enim agnosceret senariū, neque rationem inire posset dimensionum, abstulit alterum è liquidis in pronomine *ille.* id quod vt ego fateor, & posse, & solere: ita tria dico. Primū non esse opus amotione liquidæ illius ad syllabā corripendam: id quod

quod suprà satis demonstraui. Secundum, ab eo creticum in quarta sede constitutum: quem tamen pedem adedò euitarit, vt euerterit multa. Postremò versus aut ab eo disiectos, dissipatosque, aut aliorum incuria solutos ipsum præterisse. sic enim legendi sunt,

Quid tristis es? rogatus me? vbi nobis Æschinus

Siet: quid tristis ego sum? dixime hoc fore? quid is

Fecit? quid ille fecerit? quem neque pudet. vbi verbum fiet, quod & alibi sæpe, vnica syllaba concretum fit. Sic ex Andriæ illo sibilum abstulit, non vnde debuit, *Quis igitur est relictus obiurgandi locus?* sibilum, inquit, in pronom. *quis* eliditur. at verò cùm necessario iâbicus sit: nullo pacto ad eum modum secari possit. sed ex participio tollendum est. Sed & illum malè dimetitus est, *Pery obsecro, tam infandum facinus, mea tu ne audiui quidem,* ait esse trochaicum catalecticum: qui sit integer quadratus iambicus: neque ad trochaicum distorqueri possit. Etiam plus in illo errauit. *Fortè ad nos redierit, vixisse amabo num sit, iam faxo scius.* Nam vt euaderet Amphimacrum, non est veritus sui trochaici caudam etiam vltra pedes octo trahere. Quod si arguet *scius* esse monosyllabum: quis erit tam impudens, vt tertium pedem trochæum posse dici putet? Cæterum cæteri omnes sint quadrati: etiam hunc, qui sequitur, iambicum malim, nulla facta in prima voce collisione, *Quo ille abire ignauos possit longius, nisi si domû.* In prologo autem Andriæ eo versu, *Nam in prologis scribundis operam abutitur.* Cùm diceret vocis huius *prologis* primam syllabam esse à Terentio productam, addidit sanè friuolam rationem: Latina, inquit, consuetudine: quibus mos est, eam præpositionem productâ habere. at enim uerò in Latinis vocibus producant, in Græcis Græcè agant. Itaque & in Heautontim. *Oratorem voluit esse me, non prologum,* id quod neutiquam vocali ratione, aut temerè factum est. sed vi sequentis liquidæ, sicut in illo,

Vt pernoscat is ecquid spei sit reliquum. Geminatam igitur ibi quoque sentio. etenim hoc nisi essent soliti facere: mille aliæ erant viæ ad eadem penè verba versu concludenda, vt rem nouam aut inuisitatam euitaret. Cæterùm noua neutiquam erat, sed peruetus, vel ab Homero vsque. nã in Hymnis μένος, in Iliade ἐλάχεια, atque alia multa eiusmodi produxit. atque etiam nunc plurimæ nationes

adedè crassè pronuntiât eâ literâ: vt intus esse aspiratio videatur: Ruteni, Gabali, Aruerni, Germani, Taurini. Tusci verò & Hispani tantùm addunt spiritus, vt vbi Latinè geminatur, aliud audias adiunctum. Sed nulla gēs pinguius enuntiat eū quàm Turcæ quibusdā in vocibus. quanquā in illo prologi versu cōminisci queas, quominus si nolis, geminetur. Sanè coniunctionē, quæ prima in eo vox est, ne collidito: quod sæpe tum in ea fabula, tum in aliis factitatum est: veluti in Eunuchò, *Vnà ire cum amica imperatorē in via.* quippe si ita legas. nam alii sic, *Vnà ire amica cum:* sicut, mecum. Verùm ad producendas breues præpositiones, geminatae sunt & aliæ consonantes: Repulit, Reddidit, Rettulit. Illud autè à Donato in Hecyræ prologo, *Prope iam remotum iniuria aduersarium:* minus rectè. ait enim ibi geminatā. at tamen si geminari confuguisse fatemur, nō tamē eum fuisse locū affectandæ nouationi: qui locus sibi iābum, quandoq. posset, ascisceret. Sicuti non minus infeliciter Priscianus. qui cūm *reducit* geminare mutā diceret: idque exēplo vellet probare: dimetrum attulit ex Epodo ad hunc modum, *Redduces in sedem vice.* quid enim aiat si negē? neque enim pedis necessitate nobis persuadebitur. Quid si contendā ab Horatio non esse factum: qui quoad potest, iampos etiā aucupatur? cur igitur abiecerit genuinum pedem? quā ob causam admiserit superuacaneum elementum, vt illum excluderet? Melius fecisset si ex Hecyra,

Remissan' opus sit vobis, an reductam domum. Sed hoc alibi quoque disputatum est. In scena quoque primi actus quinta, cūm Pamphili orationi interuenisset Myfis, atque suis vterque seorsum affectibus vteretur: versus interseruit diuersos quoque poeta, quos Erasmus confudit. sic igitur sunt legendi,

Hocne est humanum factum, aut inceptum? Hocne officium patris?
Quid illud est?

Proh deūm atque hominum fidem! quid est, si non haec contumelia est? sic enim etiam alio genere Myfis vtitur iterum,

Miseram me! quod verbum audio? cui respōdet illud Pamphili, Quod si sit, pereō funditus. In eadem verò scena versum illum,

Proh deūm atque hominum fidem! nullōne ego. appellat dimetrum

metrum redundante pede: laxè nimis sanè. nam quamobrem non quinarium? quare non trimetrum brachycatalecticum? quis audiuit vnquam versum vllum pede esse redundante? nonne ipse ille versus talis est hoc ipso pede, quem dicis redundare? Illud quoque malè dignoscere visi sunt, cum actus secundi initium putarunt esse debere caudã eius versus, qui primũ claudit actũ. Sic enim legũt,

Hoc ad morbum, hoc etiam teneo. Quid ais Birrha?

Nemo enim dicat à dimidio versuum incipere actus. Deinde apparet Mysidis abeuntis festinatio, vt Glycerium consolaretur. quare actus rectè ibi terminatur. Abrupit ergo sermonem, & versum mutilum reliquit. Præterea sicuti diximus in primo, inter actus Comœdia vetus interferebat choros, diuerbia, conuersiones, affationes atque alia eiusmodi. noua Comœdia rarè gregem, nisi in fine. Choragum etiam legimus apud Plautũ. omnino verò tibicen canebat: quod è Pseudolo etiam alibi recitauimus,

Dum concenturio in corde sycphantius:

Tibicen vos interea hic delectauerit.

Tantoigitur interuallo, quibus artibus Charinus Mysidis expleisset versum, quem non audiret? In eadem verò scena ita peruersè legit, vt alterum nouarium faciat, alterum pro senario reliquit sic,

Quæso edepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest: velis

Quod possis, Nihil aliud nisi Philumenam volo.

Cum tamen optimi sint octonarii, si verbum *velis* subducas in principium posterioris. Etiam eodem cum superiore consilio monometrum vocat illum,

Ab quanto satius est. Dimeter enim est brachycatalecticus. sed & nulla necessitate mutat *abi* in *abim*, siue *abeas*: eum frustra putat alioqui nõ posse constare versum. nam & trochaicus est, si collidas: & iambicus, si non collidas. Ad hæc maxima vis eius vocalis, quã videmus vltimam in verbo *abi*. vt illo pulcherrimo versu, quẽ è sua Ciri trãstulit ad pastores diuinus Poeta, *Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.* Et aspiratio prohibet elisionẽ: veluti ibi, *Hecyra est huic nomẽ fabule. hæc cum data est.* Sic imprudenter ni mis elidit sibilũ ex pronomine illius versus, *Sed istud quidnã est? hodie vxorẽ ducit? aiunt Pamphile:* qui per se ipse nullã facta interpolatione rotundissimus sit octonarius.

Nam quod monet, in nomine *suspicio* tertiam à fine produci, verum est: sed neque noua res, neque sine ratione. nam & Plautus ita scripsit, *Et ne in suspitione ponatur stupri.*

Et clandestina ut celetur suspitio. Sed satis nimis, cum & apud Aufonium sint exépla. Tum auté satis liquet, duas in vnam vocales coaluisse nánque ab eo quod esset *suspicitum*, *suspicitio* fuit. Itaque vbi erit breuis, tum intelligetur syncope: vbi longa, synæresis. Ex eo quoq. versu Andriæ, *An nō dixi hoc esse futurū? dixi, quid meritis es crucē:* Prisciani autoritate dicit, tolli verbum substantiuum: Quo in loco mihi oblatam sentiam occasionem, duos simul emendandi magnos viros: illum qui errarit: hunc, qui non correxerit. est enim octonarius integer. Illud verò eius propriū, cuius culpā in aliū transferre nequeat. nā verbū substantiuū *adferunt*, trisyllabum professus est eo versu, *Cum in pariundo aliquot adferunt libera.* qui tamen versus senarius iambū habet in quarta. Ferendus tamen erat quasi lapsus, nisi altero errore culpam cumulasset: cum primā auferri syllabā iubet ex eo versu, *Ausugstin? hera, factum, satin' id tibi placet?* Integer enim senarius est, etiā nulla facta detractio: spondæis duobus, anapæsto, duob. dactylis, iābo. Ibi temerè transfert inferioris syllabā in superiorē: contrā debuit transferre in Hecyr. neque transtulit, *Que dico parui pendens, porto hoc iurgium ad Vxorē: hec citius sunt consilia omnia.* sicut interiectionem quoque debuit ascribere priori versui in *Adelphis*, vt sic legeretur, *Syre, preceptorum plenus istorum ille, phy, Domi habuit unde disceret, sit sedulo.* Restituisset etiam in Hecyræ versu verbum, vt sit septenarius, ac priori par: sic, *Tecum ferantur, dixi: ita vt iubes faciam pater.* non oportet errati loco censi in Andria, eo versu, *Tu rem impeditam & perditam restituas? hem quo fractus sum.* in quo dicit *hem* extra versum ab alio potius additum, quàm positum à poeta: cum tamen sine eo mutila sit sententia, & sibilus elidatur, vt alibi sæpe, quo sit iābus in octaua. sic audacter nimis aufert verbum *cupio*, ex illo Eunuchi, *Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.* vbi commodius eximeret sequentem vocem sine vlllo carminis detrimento etiam constante sententia rotundiore: verum aut sit proceleumaticus primus pes, & alter amphimacrus: aut pronomē quod in postremo loco est, demittatur in versum alterū subsequenti, qui nihilò fecius

secius sit senarius: sic, *Meo id amabo, adiuta me, quò id fiat facilis*. possit *facilis* esse trisyllabū, sicut *potius* bisyllabum. & apud Lucretium, aliud est pyrrichius dactyli dimidium. Rectius erit, si quemadmodum alibi, *meo* sit monosyllabum. Igitur elidetur in vocalem sequentem, vt fiat anapesti vltima syllaba in secunda vocis huius, *amabo*. Iniquior verò fuit illi versui ex Hecyra, *ex quo*, dū particula expletivā deleuit: qui tamen ita vt est, cum sequentibus cumque præcedētibz octonarius sit, *Mane dum fodes, timeo ne aliud credam, aliud iuncias*. Hoc ibi cum abolet: ita alibi equè importunè addit de suo. veluti ad eū versū ex Eunuchō, *Par pari referto, quod eam mordeat*: modò addit *nunc*. modò, *modò*: modò, sic: modò nescio quid. ego verò nihil immutandū censeo de cōsilio poetæ: qui integrum proverbiū, sicuti circūferebatur, ita inter seruit trochaico tractu. Quare audacius etiā *remordeat* suppositū est. nā siquid adiūgas, versū labefactes: si nihil, nihil itē ad cōcinandū versum opus est. præsertim cum hoc exēplo non solūm legatur in omnibus exēplaribus: verum etiā recitetur à Cic. in Epist. ad Lent. & Plautus in mercatore. ita impunè ille sibi putavit licere, si in quoslibet versus debacharetur. Quæ impudētia illi quoq. apposuit, nunc: *Alio pacto honeste quo hinc modo abeam, nescio*. neq. enim eliditur vocalis: sed incolumis sua natura perstat longa ante aduerbii aspirationē, *hinc*: atq. ita decurrit trochaicus octonarius catalecticus. quēadmodū in verbo monosyllabo nulla itē collisio fit, neq. in adverbio eo versu, *Ora me, obscecro te verò Phædria. i. intro. ho. hei*. Corrupt etiam syllabarum quantitates: velut in illo eiusdē fabulæ, *Sic est. inveniā hodie parē, ubi pol. referā gratiā*. Ausus est dicere: adverbii huius, *hodie*, primā produci: Quoniam, inquit, idē sit, ac si dicas, hoc die. At quod nusquam est, narrat. Etenim cū est Hoc die, propter positionē producit. nā suapte natura breue pronomen est: sicut eius compar. hic: Græcum ὁ. Quare illud Virgilio,

Hoc erat alma parens: non solūm propter interrogatiōnem: sed etiam ob syllabæ seruitutem legūt, hocce, ii qui existimati sunt doctiores. Breue nāque fuisse, vel inde deprehenditur. vbi consonante amissa in adverbio *hodie*, correpta est. Id quòd & in aliis, & in Hecyra deprehēdas.

Visum est. certone parte, deus sum: si hoc ita est, verū reperies.

Est enim pronomen *hoc*, secunda syllaba dactyli, qui est in quinta sede. Quapropter versus, de quo nunc est controuersia, septenarius iambicus existit. In conuiuio autem poetico illum ex Eunuchi prologo,

Habeo alia multa que nunc condonabuntur. ait mendosum esse, neque enim Scizontes in ea genera carminum admitti. Itaque ut metrum corrigeret, linguam Latinam deprauauit, cum supposuit *condonabitur*. nam quis alius quam Batauus dicat, Tu condonaberis à me commentarios? An fortasse, ut nihil non audet, ausus est ἀποστράσας, ac nihilominus casum apponere? quidam tamen malè conciliati sequi maluerunt eius temeritatē, atque suis typis ita scriptū euulgarunt. Quod si pro se facere putant versusum ex Phormione illum, *Argentum quod habes condonamus te*, vehementer errant. Est enim hoc illi simile, *Urbe[m] quam statuo, uestra est. Et hoc illis, ex Aulularia, Pici diuitijs, qui aureos montes colunt, ego solus supero.* & ex Amphitruone, *Naucratem, quem uolui conuenire, in nauis non erat.* & aliis alibi multis. At equidē puto veteres excitadi spectatores gratia, n̄uos hosce aspersisse. neque in ea re falsus sum. Nam qui decuit minus, spondæo claudere iambum, quàm dactylicum sistere? Terentius sanè non sine arte grauitatem, & lenitatem, & constantiam animi ostendens, remisit de iambi acerbitate. néve sine exēplo uetustiorū factū putes: multa tibi loca excutienda sunt. Amphitruone *Quod ego huc processi sic cum seruili schema.* Qui quia suspectus est ob flexionis nouitatē: habes aliū, *Age nunc reside iā. caue modo ne graueris.* Non enim melius fugerit ad graueris, quàm ad faxeris, ubi faxis legitur. Accipies etiam vnum ex eadem fabula, *Auis me serē consimilem faciā, ut pradixi.* Adducerem & è Casinæ prologo: nisi suspicarer verba esse transposita, *Clerumenee hac uocatur Comædia Græcè.* Tamen si transponas, nihil profeceris. neque enim constant dimensiones. Eadem ratio ex Truculento, *Rediit animus, de me soleas. cedo uinū.* Ex Casinæ prologo eadem cautio.

Ratione utuntur, ludos neminē poscunt, possis enim transferre. at non in Pœnulo, *Gerra germana, atque adepol* λῆσι λῆρων. neq. in Mostellaria, *Nunquid ad merendam isthic ero? quid nunc? quā mox?* & altero eiusdem, *Vide ut fastidit simia. mihi sum, sic sum.* in Cistellaria, *Tibi nunc prodimus, ac confitemur cistellam.* nisi sit cistula: ut alibi in eadē. Quod autem

eiuscemodi terminatio grata fuerit: patet etiã ex catale-
cticis, vt in Captiuis, *Cui nunquã vultũ tranquillauit gratis.*
& in Aulular. *Nã si ignis viuit, tu extingueres extẽplo.* alii le-
gunt, *extẽpulo.* Nondũ memini, & vox Hethrusca est, non
Latina. & in Afinaria, *Qui mi auscultabunt, facient obseque-
lam.* sed & Aristophanes ἀχρηστὸς, λέγει τ' ἀδυναμοσιν ὁ
ἰουδαποῦλα. Quin etiã in octonaris, in quorũ fine maximẽ
videtur expetendus iãbus, vt aliquem modũ statuat tra-
ctui pedũ longiorũ, non pepercit vetustas illi sedi, quomi-
nus occuparetur spondæo, quẽadmodũ in Amphitruone,
*Quid enim? pugnas pugnat, as prolocuta, & Pterclam oppugna-
tum.* & ille, *Id Sosia factum est opera, qui me hodie quoque pre-
sentem ausit.* Ac ne in illis quidem seruaui t Latinitatẽ. *Ne
se iratus suis seuis dictis protelet. scio.* Substituit enim pro se-
uis dictis: *seuidicis.* at *seuidicũ* mobile nomen est: cui igitur
hærebit? An ille inuenit vsquã in naturæ legibus, ac-
cidens sine substantiuo: vt imponeret Grammaticis ad-
iectiuũ sine substantiuo? in eadẽ verò scena etiã pedũ nu-
merus eum fugit. Nãque iambicũ senariũ hypercata-
lecticũ dixit illum, *Non possum adesse, ah quid agis? quo abis*
Antiphomane. Habet enim ante postremũ pedem, qui est
iãbus, tres pedes trisyllabos, duos dactylos, vnũ anape-
stum. Atq. verò indoctẽ illũ quoque eadẽ sectionis insci-
tia metitus est. quippe brachycatalecticum appellauit. in
quo periculũ potius imminet, nequid redundet, *Et illam
simul cũ nuntio tibi hic ego affuturũ hodie scio.* Est enim, nisi in-
terpoles, longior octonario toto pede. Primus pes, vt sit
tribrachus, inde iãbus, spondæus, creticus, iãbus, spõdæus,
anapestus, iambus. Ad conficiendum verò creticũ, quin-
que syllabis opus est, ita vt ex octaua & nona vnã fiat.
sicut illum quoque minus bene octonarium hypercata-
lecticum, *Probrẽ huic filium scis esse, audiui in Asia, non est
pater.* Si enim talis est: ergo postrema syllaba vocis huius
pater, ea est quæ redundat. quare necessariò præcedat tro-
chæus. Quodd si ita sit vt trochaicum efficias, anapestum
pones in prima sede, non elisa posteriore vocali huiusce
aduerbii *probrẽ.* Tũ verò, quid facias? vocis huius *Asia,*
duas syllabas posteriores in vnã cogere cogeris. quid tum
postea? tandẽ verò exit septenarius, non octonarius, vt di-
cebat. Sin malis iãbicũ quadratũ, *audy:* pronunciandũ, vt
Asia sit anapestus, & *probrẽ* iãbus. Mihi plus placet vt *filii*
sit bisyllabum: *probrẽ* non elidat vltimã. sic erit octonarius.

In Phormione frustra laborat transponendo verba: ut numeris consulat eo versu,

Ut ad pauca redeam, & mittam illius ineptias: mauult ita legi, Ad pauca ut redeam. at verò verbum *redeam* bisyllabum esse vel sexcentis locis, ubi opus est, constat. Eximit etiam vocalem huius præpositionis *per*, eo versu Adelphorum, *Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet.* nempe frigidum admodum est, ne dicā absurdum fugæ nouum genus, quo euitet creticū fatalem illum: cū tamen adeò molliter pronunciari possit: vix ut diuertat à natura spondæi. Quæ si tantoperè exhortet: at sciat primas tres syllabas, ex iis, quas diximus legibus, conficere tribrachium. nomen enim hoc, *oppressio*, primam corripit, quæ est ob præpositio, & secundam, quia est à verbo *premo*. Sed iam vereor nequis eorum, quos illè multis locis premit fabulis atque irridet, reponat ei gratiam: cū in verbo hoc, *postulo*, sciant ab ipso extritam mediam vocalem. magno enim in periculo est, ne ab illis barbarus appelletur: propterea quòd Germani præsertim nostrates Vindelici, Carni, Norici, item Sueui, Saxones ita illud verbū pronuntiant: ut vix ea vocalis exaudiatur. Verùm equidem neque irridebo maternos anos meos, neque hominis consiliū: quippe qui memòr sim eius versus ex Casina, *Nunc meti respondere postules me tibi:* in quo non magnum faciat flagitium, si ita pronuntiet sicut in periculo. tamen si aliò modo meti eum sumus: non igitur iudicium reprehendo, sed iudicii locum. Ei nanque versui optimo atque pulcherrimo quadrato hanc iniuriam faciebat, *Cūm is nihil promereat postulare id gratie apponi sibi.* Verùm & hic nihil necesse habeas concidere: & memineris in verbo, *tollere*, vnde fit, primam natura breuem esse: quod paret magis in præterito, *tuli*. Non enim geminasse veteres & Varro authòr est in voce *tera*, & Verrius in multis, ut ex Festo constat. Caterùm Erasimus eam curā in alium versum vtiā transtulisset ad homen hoc, *periculo*, potius quàm tolleret omnem setmònis elegantiam, atque adeò Atticismum scilicet pronomen: hoc est autem ex Andria, *Sine omni periculo.* Nam hocce haud dubium est quòd *Chremes*. Præsertim cū anapestus esse potuerit in prima fede. Etenim *omnis* primam corripit natura. ductum *omnis* to *omnis*. Vniuersitas sanè fit ex rerum coniunctione. nempe

nempe vniuersum, extra quod nihil est. Illas verò, mutam dico siue semiuocalem & liquidã, non potuisse cogere syllabam ad producendum. & pueri sciunt, & Priscianus docet ex Callimacho.

QVÆ EX BEMBI CODICE

TRENTIANO.

CAPVT III.

QVz nobis videbatur animaduersione digna ne præceptorũ nostrorũ inscitia aut incuria, quæ nostros animos occuparat, diutius grassaretur: satis explicata puto. Neq. præterea quod adderetur, quicquã mihi in mentem veniebat: nisi Bëbus & suam & vetusti codicis obiecisset authoritatẽ. quæ quãti faciẽda sit, ex his colligi potest: Ex Andria in nostris legitur sic, *Qua si nõ astu prouiderur: me aut herũ pessundabunt.* Ille verò ita legit vocibus transpositis, vt cretici offã istis ob os obiciat, *Qua si astu non prouidentur, me aut,* &c. creticus enim est in tertia sede: nisi Æolico elemẽto exacto, fiat anapæstus. fiet autẽ septenarius. Itẽ in Heautontimorumeno sic legit ille, *Pergin' mulier odiosa esse: nullãme ego rẽ in vita mea.* at in nostris sic, *Venire in mentẽ mi vir. oh pergin' mulier esse nullãme ego.* vbi vides, si addas omnia verba illa quæ præcedũt exprobrationem senis: versus fiat stadio lógior. At illi octonarii sũt. *Quin lepor quoq. in illis maior est, Oh pergin' mulier esse plus enim est, esse mulierem, quã odiosam.* In altero autẽ sequente, *Rem unquã volui. quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris Sostrata:* Bëbus ita legit, vt vna defiat syllaba, sic, *Volui quin tu in ea mihi fueris aduorsatrix Sostrata.* Locutionẽ quoque ne leuiter pertrãseas: ille enim dicit, *nullãme rẽ volui.* sanẽ tolerabilis sermo cũ hoc verbo *volui.* negatio .n. quæ in nomine est, in verbũ trãsit: & fit, *nullã rem nolui.* nequeas verò cũ verbo substãtiuo, *nullãme res est?* Quo nãq. modo esset, si nõ est? Neque melius procedi in illo ex eadẽ. sic enim legit, *Sustulisti? sic est factum. Domin'?* ergo *herus damno auctus est.* Nostris sic, *Sustulisti? sic est factũ. Domina, ergo herus* &c. at duo sunt, quæ dissuadent recipiendũ. Primũ, versus: qui trochaicus sit. quare in quinta sede iambũ ille statuit, nos anapæstum. Et minus simile veri fuit, domi educatam atque herũ tandiu latuisse. erat enim Comica domus, i. modica: quã vel vna Bacchidis cœna senex penẽ accisam quereret. Iccirco inepta fuisset interrogatio. Neque

erat auctus damno, quòd educaffet domi. Longè enim minus impensarum fit si domi, quàm si foris aiantur liberi: sed quoniam filiam sustulisset, quam exponi iusserat, cui dos paranda foret. Sed ille in Eunuchò, toto verbo longior est, temerè repetito. sic enim legit, *Idque adeo visam. visam si domi' st. qui suam hinc à Thebaide exit?* Sed profectò videtur quispiam non pessimi iudicii neglectis numeris leporem quæsisse orationis. sicut in eadem fabula, *Nihil præter promissum.* nam nos legimus, *nihil prætermisum.* & bene cecidit: quod hic argutia etiam dimensionibus locum reliquit, si *nihil* sit monosyllabum, quod sanè volumus. Vult autè dicere, Phædriam nihil præstaturum eorum quæ militi pollicebatur: neque quicquam illum præter promissum, i. verba, non rem, laturum. sed in eadem lepor item nitidissimus est, iis versibus, *Illum liquet mihi deterere mensibus Sex septem prorsus non uidisse proximis.* Nostri enim vulgatè nimis legebant, *Sex vel septem.* Cæterùm & à numero excluditur coniunctio, & sermonis puritate: sicuti si dicas. *Quinquaginta plus minus annos natus sù.* & Horat. ita loquutus est. & modus idem cum dicimus, *Plerique omnes.* est enim figura augès per emendationem. *sex, imò, septem plerique, imò omnes.* Illud quoque lepidius apud Bèbum in Heautontimorùmeno, *Consitere tu? an obsecro. isthuc inimicis fiet,* quàm quod legitur ab Erasmo & aliis, *Consitere tuum non esse? ah obsecro te, isthuc inimicis fiet.* Splendidior est oratio, negatione repetita sensu, non verbis. & necesse est ita legi: quoniam præcedentes versus hic concinnat: quos versus tam Bemus quàm Erasmus malè disponit. Bemus sic,

Subditum se suspicatur. subditum? ain' tu? certe sic erit mi vir.
 Erasmus sic, *Subditum se suspicatur. subditum? ain' tu? certe inquam mi vir.* Verùm vterque longior est: Erasmanus vna syllaba, alter etià pluribus. quare ita legèdi sunt, vt sint trochaici octonarii catalectici, *Subditum se suspicatur. subditum? ain' tu? certe inquam. Mi vir. consitere tu? an obsecro isthuc inimicis fiet.* Sic etiam in Adelphis neuter est illis duobus versibus audiendus. Bemus codex sic,

Obsecro mea nutritrix, quid nunc fiet? quid fiet, rogas?

Recte ad epol spero. modo dolores mea tu occipiunt primulum.
 Erasmus sic, *Obsecro mea tu nutritrix, quid nunc fiet? quid fiet, rogas? rectè.* Erasmus in primo malè collocat aduerbium rectè.

resté. Eëbus malè omittit pronomen tu: vt sint Iábici qua drati. Hęc quidè manifesta lectio. At illa ambigua vtra sit probior. In Heautontimorūmeno vetus exēplar sic habet, *Hunc cine erat equum ex illius more, an illum ex huius vivere?* & *Quod illum insimulat durum, id non est. nam parentum iniuria P' musinodi sunt ferme: paulo qui est homo tolerabilis: Scottari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuariet.* Bembus & aliquot eximit verba, & alia serie digerit numeros, *Hunc cine erat equum ex illius more, an illū ex huius vivere? Et quod illum insimulant durū, id nō est. Nā parentū iniuria, vniusi modi sunt ferme. Scottari crebro volunt, volunt conuiuariet.* Sed numeros obterit Bembus quarto versu: in quo & trochaum inuenias tertia sede, & iambū septimū. Quare errorē subesse necesse est. & confundit versuum tū genera, tū quantitates. nostra autē lectio nihil horū. Sed asperior paulò visa est sententia: quæ tamen non sit. ita enim dicit, Patres duros nihil remittere de imperio, quod in liberos exerceant: omnia animi laxamenta prohibere. at qui paulò est tolerabilior, aliqua sanè patiatur: sed nequaquā crebrò ea fieri. mutauit autē nominū numerū Terentius, cū in singulari dixit *paulo qui est tolerabilis*: debuit enim subdere, *non vult crebrò scortari liberos suos*: sed retulit numerū ad vniuersitatē patrum. Et in singulari tolerabilem posuerat, quoniam sunt rariores. Ita mutat numerum in Eunuchò, *Eunuchum porro dixi velle te: Quia sola vtritur his regine.*

Quem locum alibi ostendimus è philosophiz fontibus deriuari. Pluralis enim numerus est, quasi dicat de specie in communi. Singularis, quia de hoc solo Eunuchò Aristoteles & Theophrastus sua vterque in historia frequentissimè vsurpant hanc transitionem. Quam mutandi vel rationem vel licentiam hoc loco aliquis minus licere cū putaret: sublati illis verbis, *paulo qui est homo tolerabilis*: quæ vitia prohiberent patres in nostra lectione, ea fecit patrare filios in sua. Antequam exeamus ex hac scēna, laudabitur lepos ac venustus eorū versuum in Andria: in quibus clauduntur iambi trochaica dipodia: quam mistionem in extremo primi declarabamus:

Adhuc Archillus qua assolent, quæque oportet.

Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.

Nunc primum fac isthac ut lauet. post deinde

Quod iussi, ei dare bibere, et quantum imperari.

HÆc sunt, Sylui fili, quæ laborissima opera excussi tibi: maiorè-ne tædio tot ineptiarum, an metu ne pari inscitia caperere, nescio. Omisi verò multa (carmina controuersa, aut ambigua; aut vasta: quæ etiam si ad sanitatem redigantur: at cura hac nostra, vel sic, longè minora sũnt. Verum enim verò neque tibi puerilia videri debent, qui ista ætate literariæ laudis aditum omnem explorare iuberis ab indole tua, quæ magna ac multa promittit nobis: neque mihi plebeia aded, in quibus (omissis studiis grauioribus) tantos illos viros elaborare non pœnituit. Qui si quibus in locis lapsi sunt, vel hoc ipsum eis debeatur, quod nos excitarint ad veritatem. cuius splendorem, fili mi, quouis nomine chariorè habere debes. Magnum fuit Erasmi nomen, præsertim in Germania literis ipsis renascentibus: maius futurum, si ille minor esse voluisset. nunc fretus ingenii sui magnitudine, multa tractare aggressus est, paulò minus accurate. Ita à nominis claritate profecta confidentia præcipitè illum egit, non sine dispendio multorum studiosorum: qui omnes cùm docti esse vehementer exoptarent, pauci autem laborarent: omissis ærumnis, quæ ipsis in antiquorum assiduis lectionibus multæ exequendæ erant, cõpendium nacti eorum, quæ Erasmus in vnum coegisset, ei de omnibus fidè ita habuere, vt etiã extatibus præscorum monumètis, vnde ille vel aliquãdo non bona fide accepisset, Erasmi nomen non pro teste, sed pro iudice statuant in medium: atque alieni laboris, non tâquã beneficiarium, faciãt authorem. quare vobis omnibus eius nominis studiosis, inter quos me quoque sanè non nolim, cõmodè ostendimus atque opportunè, quid cuiusque iudicii sequeremini. Quod si quis (vt est ingenium quibusdam barbarum ac ferum) pertinacius negligat, foueãtque ignauiam suam: te saltẽm habeamus ab erroribus eiusmodi vindicatum.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

LIBRORVM POTICES

FINIS.



Q Vanquam in his Poeticis libris conscribendis, Scaliger noster, ut erat cum ingenij acumine excellenti, tū, quod in hoc homine præcipuum est, iudicio incomparabili, ea usus sit methodo, ut totus liber quantus est tabula dici meritò possit: adeò, inquā, vir ille pro innata sibi dexteritate, perspicuè & ordine singula tractavit, quibus nō modò perfectum, omnibūsq; quod aiunt, numeris absolutum poetā informare conatus est (& perfecit perfectò, si ad Syluium filiū, pro quo pater omnia circūspexit, ut in omnibus scientiis quamplurimum illi fieret, oculos conuertas) verū etiam oratoriæ facultatis studioso non parum luminis hoc scripto attulit. Nos tamen res non vbiq; obuias, quæque nisi attentū valde lectorem præterire queāt, quia multū ad vtriusque linguæ (Græcæ nimirū & Latinæ) authores intelligendos faciunt, qua potuit, fieri summa diligentia, ex quatuor primis potissimū libris (nam quæ in reliquis continentur, ipsi ferè capitum tituli in fronte voluminis ascripti indicabunt) excerpimus: ut quæ doctorum cognitione dignissima iudicauimus, hoc Indice, suo quæque loco quàm minimo negotio, inueniri possent.

Oo. iij.



INDEX.

<p style="text-align: center;"><i>A</i></p> <p>Abscisio figura 344</p> <p>Acclamatio figura 311</p> <p>Accidentia an sint anime, an compositi 202</p> <p>Acclamationum atque exclamationum efficacia 299</p> <p>Accessoria partes Comœdiæ 35</p> <p>Αὐτὰρ οἱ versus 187</p> <p>Αὐτὰρ οἱ quare dicti 187</p> <p>Achates Æneæ geminus unde sic dictus 292</p> <p>Achillis saltationis genus ab argumento subiecto 66</p> <p>Ἀκμὴ Græcis, recte Latinis statû dici 50</p> <p>Ἀκμὴ orationis 456</p> <p>Ἀκρόβια, quæ & διασύνωνος 38</p> <p>Ἀκρόβις Græcis, τὸ ὄν τὸ ἀκρόβιον 308</p> <p>Ἀκρόβις febrem, non apte à recentioribus medicis Exquisitam dici 308</p> <p>Acrimonia stili in quo sit sita 467</p> <p>Ἀκρογυρεῖζαν 94</p> <p>Actionis vera forma nulla 222</p> <p>Actus ab actionibus communibus dictus 38</p> <p>Actus plures paucioresque quinis esse non convenire 38</p> <p>Actus distinguendi ratio 38</p> <p>Actus in Comœdiâ partium communes portiones maior 33</p> <p>Actuum confusionem interdum consultò factam 42</p> <p>Actores extra argumentum introducti ad animorum refectionem 42</p> <p>Acumen stili 466</p> <p>Adagy etymologia 354</p>	<p>Admonitio, μαγνησις; figura 334</p> <p>Admonitio figura qualis 362</p> <p>Adolescentiam qua ratione describi oporteat 246</p> <p>Adolescentum vestitus ab euentu & statu qualis 51</p> <p>Adolescentum species 55</p> <p>Adon tiben 77</p> <p>Adonia festiuitas & sacra sine ludis apud Atheniens. 103</p> <p>Adonin Phœnices vocasse Cingran. 78</p> <p>Adonima, & Adoniasmos, & Adoniæde 23</p> <p>Ἀδρον χαοαυτῆς non recte à Celio uberem dici 142</p> <p>Ἀδραῦ dicēdi generis definitio 140</p> <p>Aediles curules plebem in ludis scenicis à Senatoribus separarunt 84</p> <p>Aedilium ludi fere funebres, in quibus nec tuba, nec fistula, nec cantu, sed tibia tantum uti licebat 104</p> <p>Aeliani locus ex xiii. varia historia 112</p> <p>Aelianus ut sui oblitus arguitur 112</p> <p>Aelinum carmen lugubre 129</p> <p>Æneæ irati aduersus Helenam oratio perpenditur 282</p> <p>Æneam non quòd ἄνος, ut scribit Homerus: sed quòd laudandus, ab ἀνεῖν dici 229</p> <p>Æneas omnibus virtutum numeris perfectus ostenditur 229</p> <p>Æneas Veneris filius qua de causa dictus fuerit 293</p> <p>Æni quare fabula vocentur 135</p> <p>Ænianses & Magnetes χαοαυτῆς saltasse</p>
--	--

INDEX.

<i>Saltaſſe</i>	72	<i>Affectus à quantitate</i>	177
<i>Aenigmatiſ appellatio unde</i>	136	<i>Affectus in qualitate</i>	179
<i>Aenigmatiſ definitio & etymologia</i>	351	<i>Affectus à diſpoſitione</i>	18
<i>Aemittologium carmen</i>	171	<i>Affectuum pro perſonarum varietate, ratio diuerſa</i>	263
<i>Aenon & myſion idem eſſe</i>	351	<i>Affectus verſuum communes</i>	177
<i>Acolēſes coloni Doriēſium</i>	74	<i>Affectuſ infelici, qualeſcūq; ſint</i>	272
<i>Aeolēſes in Siciliam atque Italiā delati, quomodo à Doriēſibus ſegregati</i>	74	<i>Affectus omnium dicendi generum communes qui ſint</i>	458
<i>Aeoles quid, Dorice veteri harmonia addiderint</i>	ib.	<i>Afrorū in ſcena qualiſ veſtituſ</i>	51
<i>Aeolica harmonia exaltationibus apta</i>	ib.	<i>Aſiorum ſceniſtarum tibia ex lauro fieri conſueſſe</i>	79
<i>Aeolica harmonia</i>	ib.	<i>Afroſ primū plagion inueniſſe tibiam</i>	ib.
<i>Aeolica compoſita</i>	156	<i>Agalluſ Corcyrenſiſ ſœmina</i>	65
<i>Aeolica quare dicta</i>	156	<i>Agēſ perſona duplex</i>	49
<i>Aequidici verſuſ</i>	184	<i>Agēſ perſona cur potior quā ſaltans</i>	ib.
<i>Aequiformeſ verſuſ</i>	181	<i>Agēſtium diſcurſiones in proſcenio</i>	83
<i>Aequiuoci verſuſ</i>	183	<i>Agreſtiſ multitudo qualiſ</i>	240
<i>Aeſchyluſ vniuſuſ</i>	62	<i>Agreſteſ quomodo in ſcenam inducti fuerint</i>	52
<i>Aeſchyluſ primuſ in ſcenam tragicam ebriorum intulit ſpectaculum</i>	62	<i>Agreſtium carminum genera complura, pro ratione actionum & tempiſtatum</i>	20
<i>Aeſchyluſ μῆτις ὀρθῶς διδύεζυχοῖς cur dicatur</i>	124	<i>Agreſtibus corpore inſolatiſ ater color aſtributuſ</i>	55-56
<i>Aeſchyluſ ἄνευ τιμῶν: primū in choros tragicos trāſtulſiſſe</i>	65	<i>Ἄγπλωρ, priuatuſ amictuſ in tragœdia</i>	62
<i>Aeſchini in Adelpuſ forma</i>	55	<i>Agri cultura & economica pars quē admodum deſcribi debeat</i>	262
<i>Aeſad quod genus referatur</i>	203	<i>Ἀγνοδότηδ Olympiorum pro ſe poribus mutationeſ</i>	100
<i>Aetariſ definitio</i>	50	<i>Ἀγνοδότηαι dicti qui certamina ponerent</i>	100
<i>Aetaeſ & claſſeſ Poetarum</i>	11	<i>Ἄγνα, ornatuſ Satyricuſ</i>	63
<i>Aetaum diuerſa exempla</i>	245	<i>Ἄδρυοῖ cantilena texentium lanuſ à lino dicta</i>	133
<i>Aetatum diſtinctioneſ qualeſ eſſe debent</i>	211	<i>Ἄϊνοῖ proprie quale dictuſ ſit, & unde nomē acceperit à laude</i>	351
<i>Aethioq; maledicere ſolū Oriēti</i>	421	<i>Ἄϊονεῖς ſituare moduſ à regione</i>	
<i>Aethiopicam Heliodoriſ hitoriā Epicā Poetæ pro exemplari habendam</i>	365		
<i>Affectuſ qui ſint</i>	262		
<i>Affectuſ implicet</i>	177		

I N D E X.

<i>Dorica</i>	126	<i>apud suos eccinisse amatoris cantilenas</i>	117
<i>Ἀπολοσίμων</i> <i>Arostrophanis</i>	30	<i>Amicitia ius quomodo dividatur</i>	264
<i>Ἀισουμνήται</i> , <i>Indices decem, & praesides certaminum Olympiorum dicti</i>	101	<i>Amarbeum carmen epithalam varium</i>	39
<i>Alcmanis principis ἰερῶν μῦθων reliquiae</i>	122	<i>Ἀμοιβῆσαι</i> <i>apud Homerum qui significatio</i>	I
<i>Alexander emeritis veteranis primas sedes in spectaculis assignavit</i>	85	<i>Ἀμοιβῶν</i> <i>carmen inde dictum, & eius origo</i>	il.
<i>Alexandriatoli testimonium, Parodiam apud Siculos in honore fuisse</i>	114	<i>Amor qui veneris causa homines coniungit, quid differat ab amicitia</i>	26.
<i>Alexandrum Magnum pila se exercuisse</i>	73	<i>Amoris veneri aditus qui sint</i>	264
<i>Alexandri Magni στροφῆς ἢ Aristonicus, Carylus</i>	73	<i>Ἀμύρα</i> , <i>pars μῦθων ἰομῶν, in qua certaminis periculum Apollo faciebat</i>	95
<i>Alexis comicus</i>	31	<i>Amphimacrus, & Creticus quid</i>	142
<i>Ἀλτῦρ</i> <i>quid proprie significet</i>	70	<i>Ἀμφοδῶν χρωῆς</i>	63
<i>Allegoria eadē qua παρὰ ἑλλήνων, quae Latinis sonat Comparatio</i>	330	<i>Amphitheatrum Pompeij iussu & cura structum</i>	8
<i>Allegoria pro Comparationis parte altera</i>	330	<i>Amphitheatri laudes apud Martialem</i>	ib
<i>Allegoria nomine μῦθων, χεῖρας, & proverbia quadam comprehendit</i>	330	<i>Amphitheatri quibus in urbibus hodie extant figura</i>	il.
<i>Ἀλληγορίας etymologia</i>	354	<i>Amphitheatrum lignum & persile C. Curionis</i>	12
<i>Allegoria, i. Allusionis species</i>	350	<i>Ampitheatrum Nemausense structura & mole nulli secundum</i>	83
<i>Allegoria nomen recte Apologis attribuit</i>	135	<i>Amphitruonem suam quare & quam festinè Plautus nominavit Tragicomediam</i>	34
<i>Ἀμειδιῆς ὄρχηστῆς quid differat</i>	46	<i>Ἀμειδιῆς pugilum</i>	92
<i>Ἀλουρος species purpurea</i>	52	<i>Amplificatio figura, quae & Exaggeratio & accumulatio quomodo afficitur</i>	316
<i>Ἀλοῖων ἔκχυσις qui fiebat</i>	70	<i>Ampyus a Polluce superatur pugilatu</i>	93
<i>Ἀλτῖρον ἄριστος</i>	94	<i>Ἀνάβαδμοι gradus imi, quae exiebant Erinyes</i>	89
<i>Ἀμύρα hordeacet manipuli dimissi collecti λουρα</i>	133	<i>Ἀναχλυσίαι, dona quae maritus detectionis causa seipso labat</i>	386
<i>Ambitionis contrarium, aut virtus quae in medio sit, signata appellatione circumscribi Latinis nequeunt</i>	271		
<i>Ambitiosi qui dicuntur</i>	ib.		
<i>Ametorem Eleutherod, primum</i>			

INDEX.

Ἀνεκλόησον carmen	165	Antepirrhema quot versib. consta-	
Anacreon	146	re lex fuerit	41
Anacreon quo genere carminis		Anthes Anthedonius hymnos pri-	
plurimum sit usus	158	mus condidit	123
Anacreontis ex lingua non μίαν		Ἀντιχόρπια quae appelleretur	41
solum, sed etiam mella fluere		Anticipationis triplex species	320
117		Ἀντιμαρία in rithymo	187
Anacreontem quanti fecerit Hip-		Ἀντιμαδία in versu	ibid.
parchus	112	Antiphanes describit Phreninda	
Anacreonticum alterum omnium		ludum	73
esse suauissimum	160	Antiphaseos modi tres ex Quin-	
Ἀνακρουσις, proœmium πρὸς Διονύ-		tiliano	361
νόμου	95	Antiphrasis quid sit	359
Analogia quid	359	Antiphrasis, norma quasi, aut ani-	
Anapestus quare sic dictus	142	ma ironia	360
Anapesticus iambo contaminatus		Antippo Lydiorum modorum in-	
195		uentum attribuitur	76
Anapesticus Prouerbialis cogno-		Antipaſtica	161
minatus	ibidem	Antipaſtus quid	144
Anapestica pars πνευματικῆς	41	Ἀντισπόμενος νόμου, cur negat ha-	
Anapestica quomodo metiri de-		buisse choros tragicos Aristo-	
beant	153	teles	371
Anapestici affectus	195	Antitheton, quasi Latine dicas	
Ἀναπέδη, saltatio	70	Contrapostio	334
Anaxilus	31	C. Antony & Murena scena ar-	
Ἀνακρίστιον, ὅμοιον Πινδαρο		gentea	87
quare dicantur	125	Ἄουδ' ἢ nominata à cantu Musa,	
Angelica saltatio qui fieret, & vn-		eadem quae ποικίλ' à faciendo 7	
de dicta	71	ἀπογορευσις, id est, Prohibitio fi-	
Angelicum carmen quale	163	gura	349
Anagnini versum quare dicti	200	Ἀπαρτιστοί, versus	181
Animum summittere amori, quid		Ἄραυλια, dies alter quo uisitia fie-	
sibi velit locutio	266	bant, Latine decubatio	383
Animi potestates	203	Ἀπρωτιὰν carmen	396
Anima poeseos	462	Ἄδελφός, qui	147
Anni partes	219	Ἄπυρας Graeci nominant iunctus	
Ἀντιμωρία, quam Retributionem		mulas carrucis	94
Scaliger, alij interpretantur Cō-		Apium quare in Nemeis uictoriae	
pensationem	324	praemium daretur	101
Anthema saltationibus molliibus		Ἀπλολόγος, versus qui	179
accimi solita	70	Ἀπλοχόμοι, versus qui	ibid.

INDEX.

<i>Apobate rion</i> poema quæ madmodum fieri consuevit	403.	<i>Ἀπόσεισις</i> saltatio, unde nomen accepit	71
404		<i>Ἀποσιωνησις</i> , Suppressio	344
<i>Ἀπίκτις</i> saltatio unde dicta	71	<i>Ἀποστροφή</i> & interrogationis efficacia	299
<i>Ἀπίκτις</i> matrisimus verus		<i>Ἀποστροφή</i> modi duo	320
70		<i>Ἀποτίσις</i> , lex tibia, quæ remitteret	81
<i>Apollinæres</i> ludi per incuriam intermissi aliquandiu, ex Sibyllinis versibus Punico bello secundo redintegrati	106	<i>Ἀποτέπια</i> carmina, quæ sunt	396
<i>Apollinæres</i> à nudis ludionibus interdum actos	105	<i>Aqua</i> & ignis in limine domus nuptialis quare positus	385
<i>Apollinæres</i> , & liberales ludi & Scenici à fabulis dicti, cuiusmodi fuerint	105	<i>Ara</i> theatralis in postremo cornu profectus	86
<i>Apollinæres</i> ludi quando primum editi fuerint	ibidem	<i>Ara</i> inscriptio qualis ludis funebribus	ibid.
<i>Apollo</i> Phœbi quando Vadeus, epitheton	298	<i>Ara</i> in scena vera & propria, quarum una dextra, altera sinistra	ibid.
<i>Apollo</i> Nomisus	25	<i>Arcadibus</i> totius Musices primordia attributa	39
<i>Apollo</i> tibia inventor	77	<i>Arcadibus</i> Chori prima institutio ascribitur	ibid.
<i>Ἀπολογεῖν</i> quid vero primòque significatum designet.	350	<i>Arcadium</i> mira dexteritas in saliendo	72
<i>Apologi</i> definitio atque etymologia	350	<i>Archibulemi</i> carmen unde	149
<i>Apologia</i> Ironia species oppressio cum Translationis vi	359	<i>Archémoxum</i> Æsolytus putavit Nemeæ nymphæ filium	101
<i>Ἀπολογία</i> quare defensiones Græcè dicantur, & quid ab ἀλογία differant	350	<i>Archilochus</i> inter tibia inventores recensetur	77
<i>Apologum</i> dici, quasi λόγον ἀπὸ λόγου: quia aliud aperte dicit, aliud ex eo innuit ac proficitur	135	<i>Archippus</i>	31
<i>Apologorum</i> species duæ	ibid.	<i>Archontes</i> primus in scenam duxit comicum chorum	39
<i>Ἀποπαισιῶν</i> hynni, qui & quales fuerint	413	<i>Ardatus</i> Træzæmus	77
<i>Apophasis</i> quid cum Occupatione conveniat	359	<i>Arenam</i> auri scobe sparsit Neros in scena	90
<i>Apparatus</i> fabule duplex	49	<i>Ἀρσενος</i> , lenonum baculus	52
		<i>Argini</i> pluribus septenis, nervis uti prohibuerunt	125
		<i>Argumentum</i> ab argumentatione quid differat	340
		<i>Argu-</i>	

I N D E X.

- Argumentum quid sit 434
 Argumentum & ἄρσεν; ab
 argumentatione quid differant
 37
 Argumentum sub titulo proponi
 solitum 38
 Argumenti genus, ex cuius ver-
 sum capitibus fabula nomen
 legeretur, quare excogitatum
 38
 Argumenti quid proprium 36
 Argumenta fabularum differen-
 tias constituunt 34
 Ariphroni Sicronij Paana, quæ
 fecit in honorem bonæ valetu-
 dinis, iucundissimum & plenif-
 simum gratiarum habes 119
 Ἄρσις, ἀρσις, ἀρσις, voces Gre-
 cæ, quid designent 93
 Ἄρσις, ἀρσις Chorus 41
 Aristonicum Carystium optime
 sphericam lussisse 73
 Aristophanes cum risu mordax
 30
 Aristophanes quod Cratinus cœ-
 perat perfecit 29. 30
 Aristophanis coculus 31
 Aristophani dies dictus, quod co-
 ram legatis lacerasset mores ci-
 vitatis 376
 Aristophanes quam insignis in
 subsannando fuerit 373
 Aristoteles quare τὸ πρῶτον Com-
 mœdiæ solentem esse dicat 45
 Aristoteles τὸ δῆλον qua ratione
 appellet μὴ ἀφροσύνην 244
 Aristotelis commentarios de arte
 Poetica mixtilos esse 1n
 præfatione.
 Aristotelis de Iliad. & Odyss. cœ-
 sura 26
 Aristotelis locus, quo sancit pne-
 ros docendos τῶν δαγῶν 76
 Aristotelis locus ex Politic. ἅλ-
 ἀπορίαῖν ibidem
 Aristotelis locus ex primo Rhetori-
 cæ. ubi de corporis virtute at-
 tributa certaminibus agit 93
 Aristotelem rectene persecuti sint
 iudicio Athenienses, ob Paana
 in Hermiam, qui nō esset deus,
 conditum 119
 Aristotelem in Poesi ipso Pindaro
 haud fuisse minorem 120
 Aristotelis diuisio partium Tra-
 gœdiæ iniqua esse probatur 45
 Aristoxeno musico saltationes quæ
 in manibus plurimum exerce-
 rent motum, ceteris antelata
 71. 72
 Arnacides, id est, agnina pelles,
 præmia ludorum quorundam
 Græciæ 103
 Ars prima sua origine robur ac
 fortitudinem designauit 93
 Ἄρσις, elatio soni 76
 Artes qua ratione per manus tra-
 di dictæ sunt 9
 Artes omnes rudiores primùm,
 tractu deinde temporis excoli
 369. 370
 Artium diuisio in genera duo 4
 Artium diuisio & finis 206
 Arx & arca unde 473
 A scaulos unde dicta 79
 A scaulos Gallorum mollis ibid.
 A scaulos aeris valde apud Mysos
 & Pamonnas ib.
 Aselepiadei partitio 162
 A sellorum certamen ridiculum
 94
 A sellos cōsualibus coronari soliti os

INDEX.

104	
<i>Afius</i> cithara cognomen unde	126
<i>Apo</i> uoluta similis	71
<i>Affa</i> vox quare dicta veterib.	66
<i>Asseneratio</i> quid ab <i>Attempera-</i> <i>tione</i> differat	311
<i>Assueratio</i> , qua <i>Græci</i> <i>ἄσπασιν</i> <i>ἄσπασιν</i>	334
<i>Assimilationi</i> atq. <i>ὁμοιώσει</i> quid in genere sit commune	321
<i>Assimilationis</i> species quatuor	321
<i>Assium</i> trium mysterium, quorum primum sponso dabat sponsa, alterum, &c.	386
<i>Astrologia</i> pars prudentia poetica	286
<i>Astrologia</i> & <i>Theologia</i> poetica affinitas	291
<i>Astrologi</i> quomodo sint inducendi	253
<i>Astrorum</i> cursus, quomodo strictim poeti inseri oporteat	291
<i>Ἄσπιδος</i> versus	191
<i>Ἄσπιδος</i> carmina, quae dicta	173
<i>Atellana</i> fabula	33
<i>Atellanarum</i> actores, neque pro histrionibus habebantur, neque tribus morebantur, quin ius no- mina dandi ad militiam reti- nebant	ibid.
<i>Athenis</i> in <i>Theatro</i> nec saltare nec agere licuit peregrinis	53
<i>Atheniense</i> qua occasione <i>Ionum</i> appellationem abiecerint	74
<i>Atheniensium</i> in disponendis sedi- libus ratio	83-84
<i>Atheniensium</i> vicorum per initia quatuor numero, nomina	68
<i>Atheniensium</i> lex de spectaculis	

82	
<i>Ἄσπιδος</i> plerique militum	249
<i>Ἄσπιδος</i> opponitur superstitioni	271
<i>Ἄσπιδος</i> , tibia nomen, ab inuentri- ce <i>Pallade</i>	77
<i>Athletæ</i> quomodo certant	92
<i>Athletarum</i> exercitatio aucta ad- iunctis instrumentis	ib.
<i>Athletæ</i> fibulatis olim campe- stribus certasse, memoria pro- didit <i>Thucydides</i>	ib.
<i>Atlas</i> montis	213
<i>Attici</i> <i>Ionum</i> coloni	74
<i>Attemperatio</i> , <i>Tractationis</i> pars	310
<i>Attici</i> fontes duo, quare in <i>Epi-</i> <i>thalamis</i> rectè appellari pos- sunt	390
<i>Attinentes</i> vel <i>circumstantes</i> <i>Co-</i> <i>mædiæ</i> partes	35
<i>Attractationis</i> efficacia	299
<i>Attributio</i> pars <i>diarum</i> , quibus rationibus fiat	318
<i>Auaritia</i> quid sit	270
<i>Auditoris</i> animum pendere à di- cente in genere demonstratio	5
<i>Auerfionis</i> , siue <i>Castigationis</i> figu- ra exempla	349
<i>Cn. Aufidius</i> S. C. de <i>Africanis</i> leonibus violauit <i>Circensium</i> apparatu	104.105
<i>Augustus</i> edicto cauit, ut certo- rum cuneorum usus esset pre- textati & pedagogis	84
<i>Augustus</i> morem in proscenio aut orchestra consistendi sustulit	86
<i>Augustus</i> quare ludis <i>Athleti-</i> <i>cis</i> feminas interesse vetuerit	92

Augustus

I N D E X.

Augustus tigrē in ludis populo proposuit	105	tur	116
Augustus arbitrari suo, & eum secutus Claudius princeps, se- culares ludos non suo tempore exhibuerunt	108	Bactriasms saltatio lasciva	71
Augustales ludi à Tiberio instituti	104	Βακίσειν,	25
Aulea Theatris adhibita	90	Balliones unde dicti	ibidem
Aulodi	131	Βάλλει Cratini fabula	31
Aurora unde dicta	476	Βάλλει Cratini, interitum autho- ri suo fatali ratione attulerunt ib.	
Aurum ab aura, i. fulgure	ibid.	Barbiton Lesboum cur vocet Ho- ratius	126
Auspicia & auguria	253	Βαύτην orationis quam vocet Hermog.	456
Autores qui in antiqua comæ- dia, quique in media floruerunt	31	Βαύητος, qua & barbitos, tribue tendebatur chordis	126
Autores comædiarum in scenam prodire moris erat apud Græcos	31	Bæyllica saltatio sacra Apollini & Diana, qualis	68
Αὐτοκράτορας	43	Βάσις, æqualitas soni eodem tenore procedens	76
Αὐτοχόρις Athenienses quam- obrem dicti, qui se cum sole si- mul ortos iactarent	423	Bathyllus Alexandreus ex corda- ce saltationem fecit, nomine I- talicam	67
Autolicus nomen Satyri	63	Βατραχίς, ὁππλήματος εἶδος π	62
Αὐτοπόνοι, aut Αὐτοσὺμφοροὶ ver- sus	190	Baucis nomen in re futile	129
Axis in celo quis dicatur	420	Βαυκισμὸς, saltatio mollis qua & κῶμος	70
Ἄξιμα τα qua sint	467	Βδελύγη versus	191
B		Bellum unde dicatur	360
B abus tiben	77	Bella quemadmodum indicantur aut fiant	260
Bacchius quid	142	Bellæ unde sic dicta, qua antea Bestiæ	360
Bacchi aris hederas imponi con- sueuisse	86	Benedicere non finis orationis, sed instrumentum aut instrumenti modus	3
Βαχχίον saltationis genus in ho- norem Liberi patris	70	Berecynthiam tibiā Phryges primi è buxo excavarunt	9
Baculos Rapsodorum e lauro fa- ctos fuisse	113	Bestiarum genera Roma in ludis ad spectacula tantum nonnul- la, ad pugmandum alia propo- nebantur	104
Baceli, Baucie, Basali, quos Gal- li badinos, Itali babullos vocant, quomodo introducantur		Βίβαις apud Laconas saltatio,	

I N D E X.

qualis fuerit	70	Celi filias cecinit Musas Mimer-	
Bipartiti versus	184	mus in Elegiis	8
Boetij laus	150	Calibes Lacedaemone à mulieribus	
Βοιωτός cithara à regione Dorica		festo quodam die circum aram	
126		trahi, cadique virginis cur soliti	
Bombycestibia Syris similes	78	sint	390
Bona corporis & vestitus, orna-		Casura quid	140
tiisque, in descriptione personae		Casura quare inuente	157
observanda poeta	273	Casura omnis indifferens	159
Borcos alius, Borimos puer, &		Κατά τὸν ἑλληνιστικόν, κατὰ τὴν πε-	
cantus	23	dum Graeci	18
Βροχιαστὸς pastorum	81	Κατά τὸν ἑλληνιστικόν	65
Βροχιαστὸς	17	Κατά τὸν ἑλληνιστικόν	ibidem
Βυλαυτικός locus senatoribus attri-		Καλαυριστὸς modus, quem Thra-	
buitus in theatro Atheniens. 84		ces & Carres armati saltabant	
Βυλαυτικός αἰλουδίας	19	68	
Breuis stilus, ἀδρῆς, i. pleno & o-		Calciamenta	52
pulento contr.	316	Καλάνικος Herculi sacra ὄρχησις	
Breuitas in Lyrico carmine lau-		cuius & epithetum	68
datur	429	Καλάνικος tibiae modus in Paeni-	
Breuitas quamobrem attributa		bis	81
Sallustio	491	Calyca Stesichori carmen	130
Breuitatem figuram non esse, nec		Καλὺν τῆς	62
opponendam Amplificationi		Camillus, vasis nomē, & ministros	
316		quoque priscis significabat	388
Bucolicum carmen	197	Camænas à cantionibus Opicis	
Bucolici Carminis praemia, vini		dici	9
vel lactis libatio, praeter ea quae		Καμᾶνιον vestis genus	52
à victo auferebant	120	Candidae vestes veteri more ma-	
Burrus nomen Satyri	63	tronis in luctu tributa	107
Byssinus aut candidus color in		Candor faciei vitam umbratilem	
veste puellarum	52	indicabat	55
Byssina parapetasmae Lentuli		Cantio in vindemiis cani solita	
Spinthri	90	134	
C		Cantiuncularum duae species pri-	
Abbale nomen quid sonet		imum in pastionibus nata	15
Chaldeis	9	Cantus, hominis otiosi, mollis &	
Κακόφωνος versus	190	inertis putabatur	63
Κακοζυλία siue affectatio quid sit		Caphesia tibicinis elogium saepe	
294		diuinum	67
Cadaver quid sit	226	Capitis armae Regia	62
		Capitium	

INDEX.

Capitium Latinis unde dictum 62	Καταδάπτουλος lex tibia 77
Capitium virginibus pro ornamen- to dari ib.	Cataphractica praecepta 93
Capitium à recetioribus male cre- di capitis esse tegmen ib.	Κατὰ νόπλιον carmen 197
Capitolio Ioni ludicrum triplex posuit Domitianus 108	Κατασκευαί versus 147
Capripedes cur Satyri 47	Καταλοιμή, pars scenæ à præcisione corii spatij dicta 86
Carcer in sinistra parte scenæ tra- gica 87	Καθαροίς 29
Cares vsos Gingradæ & lugubri Phrygia 78	Καθαροὶ versus 181
Carius Lydas Iouis & Torebie filius, Lydios modos invenit 75	Cato apud Ciceronem qui sodali- tates ab se inventas dicit, falsi- tatis arguitur 105
Carmen in nuptiis multiplex 390	Camea locus depressior in theatro 82
Carmen in honorem Bacchi à θα- λοφῶσι, decantatum 43	Κεκρόταλον, per syncopen & meta- thesin pro Κρουταίραλον 62
Carminum Pastoralium argumen- tum cuiuscunq; generis sub per- sona agresti comparandum 379	Cecropem, Athenis primum va- gam atque incertam venerē ad vnius cum una coniunctionena reductam castigasse 390
Carnifex Latinis unde dictus 357	Κέλαις vocati, qui prius equis currerent 94
Carnis vocabulum vulgò quid de- signavit 357	Celeres, dicti sub Romulo equi- tes ib.
Καρπία saltationis genus 73	Celeris nomen priscum pro equi- tum, unde sumptum ib.
Καρυκίσειν quid 17	Κελυσοὶ saltatio 71
Casse in exercitu Romano dicta olim, quæ Græcis scenæ 86	Centones poematis genus, unde ap- pellati 116
Cassius sibiris quinā personis at- tribuendi sint affectus 272	Centones quid cum Parodiis ha- beant commune 116
Castoreus sonus 78	Κεραυνοσκοπίον genus machine circumdactilis, unde fulgura exibant, tonitrus exaudiebantur, fulmina mittebantur 89
Castorem & Pollucem authores fuisse Pyrrhichæ, memoria pro- didit Epicharmus 89	Cereales quòd in Circo fierent, te- mere à quibusdā confundi 107
Castra à casis dicta 86	Cerealibus cur nocturni ignis vsus fuerit ib.
Κατασκευασίαι, veteres nutriciū cantiones 129	Cereales ludi in honorem Cereris liberam cum face quaritantis ib.
Κατακλεισμός παρὶς πυθνεῦ νό- μου, in qua seipsum Apollo ad prelium hortabatur 95	
Κατάκομος 61	

INDEX.

Cerealiſibus in ſacris quare ante noctem epulari neſus	ib.	Charites letitiam, Muſas & bonam valetudinem affiſſes eſſe	ib.
Cereales ludi quomodo peragi conſueverint	ibid.	Charonia ſcala unde ſimulacra emiſtebantur, non machina, ſed ſimiles	89
Cereales ab ſolis matronis candidatis factos	ibidem	Χειρονομία	64
Cereales ceremonia pro pollutis habebantur, ſi quum procederet theſſa, equi lorum auriga leua manu apprehendiſſet	ibid.	Χεῖρ καταπρωῶς χεῖρ qui motus	66
Ceres & ciborum & iuſtitia inuentrix	81	Χειροπλαδίτιος ſaltatio quaedam	67
Ceres quare legifera appellata	ib.	Χίλια πόντα βικάρτε	70
Κέρεια, τὰ, νεαρίδες	67	Chironomia modus Gaditana	unde
Κεραυός poculi genus	ib.		72
Κερωποεγν ſaltationis genus, unde	ibidem	Χλαμύς	62
Certamina curruum pars in ludis primaria	104	Χλαυίς, ἡ δῶτος ἄλλος	ibid.
Cerua cum cornibus in Gallia re- perta	215	Χλοῦ Cereris cognomen	133
Κεῖος Græcis quid ſit	92	Choraulus	80
Ceſtus pugilum unde dicti	ib.	Choragus, quis, & unde dictus	42
Ceſtus à ſtatis quinque certami- nibus diſcernitur	93	Χορείων proprie appellari τῶν μετ' αὐτῶν ὄρχηστρον	66
Ceſtuum origo	92	Χορείος modus tibia in Choris	81
Κάπερ vox ad ſecundam valetu- dinem in epiſtolis & ſaluta- tionibus locum inuenit	10	Choreus quid, quare ſic dictus	142
Χαμῆρονος ſponſa q̄ a Græcis di- cta	390	Χορηγεῖν	42
Character in ſatyris duplex	48	Χορηγεῖν	ibidem
Character orationis quis & unde dicatur	429	Choragi officium	ibidem
Characterem Latinis formam & genus dicendi vocari	ib.	Chori vetuſtas	39
Χαράορον Græcis quid ſignificet	ib.	Chori partiendi à locorum pro- portione ratio	41
Χάρις vox, eam voluptatem deſi- gnat que in letitia temperatio- ne ſita eſt	10	Chori Ariſtophanici actio & ſal- tatio	66
		Chori tragici ratio ac modus	371
		Chori uſus antiquiſſimus in feſti- uitatibus ad aras deorum, atq̄ inde ad fabulas tranſlatus	27
		Chori partes præcipue quos liberet, ludere	29
		Chori ſine fabulis	127
		Chorus qualis	38
		Chorus unde conſieri ſolitus	41

Chorom

Chorus
Chorus
den
na
Chorus
com
Choric
ute
Choric
Choric
Χρωμα
Chryſi
Me
Χρωμα
Χρωμα
Χρωμα
Cicero
uen
tum
dici
Cicut
vo
Cidar
dibi
Kid
Cmet
mu
con
Cinn
C
Cinn
ap
Cion
Kion
77
Kion
Kion
Circ
ſo
Circ
Circ
bi

I N D E X.

Chorus stabilis & mobilis	46	104
Chorus quinquagenorum ad quin- denos reductus, id est <i>ζυγα</i> qui- na	ibid.	Circenses ludi à Circo in quo ede- bantur dicti 106
Chorus quo tempore sublatus è comædiis	30	Circenses Præsini & Veneti à viridi & caruleo colore ibid.
Chorica tibia quibus in chorus uterentur	80	Circuli meridiani qui dicantur in Sphæra 120
Choriambica composita	159	Circumstantia persone multiplex 320
Choriambica pura	154	Κιθάρα τῆς τῆς τῆς tibia unde dict. 80
Χρωματικὸς; vetus tonus	80	Cithara quo tempore primum a- pud Græcos concinnata 126
Chryssippus cur dixerit Euripide Medeam fecisse suam	300	Civis urbis alicuius, qua ratione laudare possis 402
Χρυσίππῳ;	62	Civis boni animum erga patriam qualem esse oporteat 263
Χιζύσῳσις saltationis genus	67	Clarus, vox unde sumpta sit 444
Cicero taxatur quod putarit in- ventionem ad Topicam tan- tam: ad Dialecticam verò iu- dicium pertinere	7	Classis gubernatorem qualè esse oporteat 251
Cicuta quid sit, & Seruij de hac voce error	20	Claudiani epithalamium quo ge- nere carminis conditum 160
Cidaris saltationis genus Arca- dibus	70	Clauicymbalum 127
Κιάδα πρὸς pro curare inferias	129	Clavis sponsæ quare Repotiorum die daretur 388
Cinathus quidam nomine, pri- mus Homeri carmina publicis comentibus recitavit	113	Clearchus Solensis Aristotelis discipulus originem Pythiorum qui prodiderit 95
Cinnus, quæ & Commissio & Confusio, figura	317	Κλῆρος ἢ δίδου vocare Græcos, quæ vel ἑπαιρον vel ἐχνομον consequantur 409
Cinxia Diana à Latinis quare sit appellata	387	Κληδαῖοι versus quò 179
Cion tibicè apud Hipponactem	77	Κληδαῖος, ostia latiora, per qua carros & iumenta trans mitte- bant 87
Κίων ἢ Βάβυλῶς αἰολοῖς proverb. unde 77	Κλησιον in scena quid sit ib.	
Κνήμιον tibia modus	18	Κλητικὸι hymni 412
Κνήμιον citharæ modus	126	Κλητικὸι hymni quid ab ὀνομα- τικῆς differant 413
Circenses ludi quomodo celebrari soleant	106	Clodius Pulcher scenam signis & tabulis ornavit 90
Circenses Neptuno fieri ludos	107	Clonas 77
Circenses & Apollinæres sune- bres ab Adilibus edi soliros		

INDEX.

Καὶζεν quid sit Græcis	90	dicta	41
Clonus περιμῶν legē in Choris invenisse quibusdam putatur		Commoratio figura quæ sit	316
80		Κόμμος quid	46
Cn. Domitium centum versos Nummidicos in spectacula produxisse cum totidem venatoribus ex Æthiopia	105	Communicationis figuræ duo generata	338
Κνισμός saltatio parum pudica	71	Comædia unde dicta	24
Cocalus Aristophanis fabula	31	Comædiæ definitio vera, & aliorum falsa ostenditur	27
Cochio, Gallis Machinon, q. machinator	54	Comædiæ vetus à Mimi idea quantum absit	366. & 374
Codalus tibicen	77	Comædiæ interdum commistum habet mœrore & letitia exitum	45
Coemptio, nubendi modus qualis olim fuerit	386	Comædiæ initia, cultus, nobilitas	24
Cœna quare dicta sit	24	Comædiæ res & nomina unde sumi debeant	375
Cohortis statio in theatro à principibus cur posita	85	Comædiæ veteris licentia	374
Collatio, συμπόλι quo modo fiat	322	Comædias interdum infelicem habere exitum, contraque Tragedias letum	367
Collationum modi aliquot	322. 323	Comædiæ differentie	29
Κολακοὶ versus	187	Comædiæ etates	ibidem
Κῶλον quid	193. & 494	Comædiæ vetus	ibidem
Color in oratione quis dicatur	446	Comædiæ veteris etates dua ibi.	68
Colores Rhetorici, seu χῶματα	306	Χῶμος extra Theatrum qualis	68
Κόλαπμος Regum amictus	62	Κομπικόν Orationis	458
Colus cum lana & fusus cum stamina in pompa nuptiali cur ferri consueverint	383. & 387	Comparationis diuisio	324
Κομῶδες; tibiae modus	81	Comparationis natura & usus	326
Κομῶζεν commune & pastorali & scenicæ actioni	23	Comparatio & Collatio inter se quid differant	322
Κομῶζεν quid proprie significet		Comparatio siue οὐκείως quæ ratione fiat	ibid.
Comestationum mos & nomen unde	24	Comparatio cum Epiphonemate	325. & 329
Κόμμα quid	193. 494	Comparationes Virgilianas habes	325
Κομπικόν pars προβάσιος unde		Κομπῶις versus	191
		Compitalitij ludi usque ad Seruium	

triu
 vic
 103
 Compi
 tam
 agre
 ibid
 Comp
 riter
 Comp
 78
 Compos
 quis
 Concili
 orat
 Conci
 cydia
 ste, p
 tur nu
 Concor
 Condim
 2
 Condit
 Condit
 appel
 Confar
 386
 Confessi
 Consequ
 Consequ
 que r
 Consili
 præle
 temper
 Consola
 exequ
 Consual
 Consual
 vibra
 se
 Consual

INDEX.

- tium Regem intermissi, ac per vicorum magistratos instaurati* 103
Compitalitij ludis ante designatam urbem Romam à compitis agrestium & facti & dicti *ibidem*
Compitalitij ludis cum collegiis pariter aboliti 104
Composita Tyrrhenorum tibia 78
Compositionis modus ultimus quis fuerit 172
Conciliatio per se non figura, sed orationis ductus 363
Conciones quæ à Linio & Thucydide interseruntur ab ipsis fictæ, personis quibus attribuantur nunquam cognita 12
Concordantes versus qui 185
Condimentum in Poesi est cantus 2
Conditio figura 311
Conditio personæ propriæ quædam appelleretur 49
Confarreatio nuptiarum ius quale 386
Confessio παραμολογία 333
Consequentia figura 345
Consequens oratio in argumento quæ vocetur 343
Consilium tribuitur semibus, & præsentia iuuenilium furorum temperatrix 248
Consolatio quid sit, & quo modo exequenda 427
Consualia Romanorum 91
Consualibus pastores inmerso & vibrato corpore cernuos falsifse 104
Consualia Romulus indixit designata iam urbe, quo tempore Sabina raptæ sunt *ibid.*
Confusus, Neptunus Latinis dictus 91
Consulti hominis habitus in scenâ 51
Contemplationis, atque omnis actionis finis siue materia, siue obiectum est societas 228
Contemptus diuitiarum 238
Conuiuiales tibiæ 80
Coqui vestis duplex & rudis 52
Coquorum nomina 50
Coquos ad tibiæ sonum epulas apparatusse 78
Κορδαξίτζου quid 67
Κορδαξ saltatio comica 66
Cornicum aut turturum pat. coniunctio auspiciatissima si in celebritate nuptiarum appareret 384
Cornu pro tibiâ vsos Tyrrhenos & Cretas 78
Cornua è buxo efficta multis foraminibus, insistant magno spirititu nunc Germani *ib.*
Corona querna Heroicos poetas Romæ donari solitos 113
Coronam lauream in Pythiis datam victori 95
Corporis nomine quid intelligi debeat 50
Correctio seu moderatio figura Græcis μετάνοια 310
Correlatiui versus 185
Cortina appellatus tripos Pythicus, à corio Pythomus, quo eras obductus Apollinis opera 310
Coruscare, δεινὸν τῆς κόρης deducti 481

I N D E X.

Corybantes seu Curetes cuius nationis populi fuerint, varietas sententiarum	69	Crissare quid Latini	71
Κορυθαίων qui cantum incipiebat, quare altiore voce usus fuerit	46	Κροσσός vestis	62
Κορυθαίος ab Aristotele, Chori princeps	42	Crocotula Latini unde dicta ibidem	
Κόσμου ἐπιπέσεις saltatio immia nis dicitur	69	Κεσοῖθουεσι, modus tibie concitator in Elegiis	81
Cothones Servio, portus manus facti	422	Cultus ac nitro orationis quis sit	460
Cothurnus qualis fuerit	53	Cunctus ab omni quid diuersi habeat	470
Cothurnus Tragicorum	42	Cunei, sedilium ordines, à figura dicti	83
Κέρμοι virgines	61	Curetas, primos ἐνόπλιον quare saltasse autument plerique	69
Κοῦδ' ἡ μηχανά comica	88	Curetas, eosdem esse qui & Corybantes	69
Crates discipulus Olympi	77	Cursoris nomen	50
Crates	31	Cursus minimus erat stadij unius metro dedit	93
Crates Athenienses fabulas sine metro dedit	14	Cursuum varietas à quantitate ibidem	
Crates primus Athenis Comædiae solus a erat auctor	27	Cutem in fronte distentam, remissa vita ac uacordis frequens iudicium esse	55
Cratinus primus partes & actus in Comædia disposuit	29	Cresibus Hydraulica auctor	7
Cratini Οὔρασις	30	Κυκλίστηρον Saltatio	65
Cratinus Ulyssæam Homeri censuris vexauit	ibidem	Κυκλιταίης versus	180
Cratini Βάρησις	31	Κυμαίος Apollo	86
Cratini interitus ob Βάρησις fabulam editam	ibidem	Κύμακος Graecis quid sonet,	470
Κραῖον Ἰταλῶν qui fiebat in Igdi	70		
Cretenses gladiatorum numeri primarias matronas interesse uolere	106	D	
Cretensiarum saltationes propriae	72	D Actylice tibie	80
Crethicorum uersuum exempla unde petas	166	Dactylicis tibiis utebantur olim ad ὑπορχήματα ibid.	
Κεῖδ' ἄμυρον uelam Penelopes apud Homerum	62	Dactylici affectus	196
		Dactylici versus	152
		Dactylicis inaequalia fuisse foraminum interualla, qualia sunt tempora	

tempo
 Δάκτυλο
 νόμου
 appell
 Δαδδρ
 Δαί: τίς
 sit
 Damon
 missa
 fuerit
 Danae
 61
 Dapes
 469
 Daphni
 teritis
 lebra
 Daphni
 Deceleo
 presi
 Decoito
 Rom
 toto ti
 Decoru
 Poet
 Definit
 ματο
 Definit
 τέλις
 pom
 Defor
 σις
 Δεικνυ
 Δειν ὄτι
 Δειν ὄτι
 Δείος τ
 Δείων
 24
 Delect
 iocis
 rebu

I N D E X.

tempora pedis Dactyli	80	res: quod est <i>Tragædia</i>	368
Δάκτυλος postrema pars πυθικού νόμου, à temporum numero sic appellata	95	Deliam ad aram quare nulla cederetur hostia	394
Δαδράσι nuptiarum	387	Deliberatio generis orationis, haud recte suasorias appellari	5
Δαί: èιον ab Homero, unde dicta sit	81	Delineationis nomine quid comprehendatur	302
Damon Atheniensis Lydia, remissa harmoniæ, qua occasione fuerit author	75	Delitiosa apud Comicos nomina	50
Danae quomodo representata	61	Delphi soluti periculo, Pythonis ludos Apollini instituere	95
Dapes vox Latina, unde sumpta	469	Delus quare Asterie nominata fuerit	424
Daphnis insignis ludio, cuius interitus bucolicis cantionibus celebratus	19	Demopæetum Sicyonium, alijs Epigonum quendam, plectri officium ad solam manum transulisse	126
Daphnidis fabula	ibid.	Demosthenis & Thucydide in genere dicendi comparatio	444
Deceleonæos, primos in Nemeis præfuisse	101	Demoxeni versus de quodam adolescente	73
Decoctores voluntarij tam apud Romanos quam Athenienses, toto theatro abstinerere iussi	85	Deo quare thus dari laudes cani soleant	231
Decorum in primis observandum Poeta	248	Deos aquaticos machina leua introduci solitos	88
Definitio duplex, Χρήματος & ὀνόματος	332	Designatores dictos, qui funebres ludos curarent	107
Definitionum <i>Tragædiae</i> Aristotelis excussit Scaliger, & suam ponit	28	Δείσις, Turbatio negotiorum in <i>Tragædiis</i> quare vocetur	370
Deformatio, eadem que διατύπωσις	307. 318	Despondentium animum qualis oratio	283
Δεικνύσασθαι	43	Desultores nostri ab αἰανύτασι & Calpe Græcorum quid differant	100
Δεινότης siue δεινότης	337	Detractatio figura	335
Δεινότης orationis	448	Deus ex improviso demissa machina ostendi quando soleat	88
Δείος tibiæ modus	81	Δευτεράριος in fabularum a-	
Δείωνον Græcis, ὅτι δὲ ποιεῖν	24.		
Delectatio fabularum est vel in iocis, quod est <i>Comædia</i> : vel rebus serijs, si sint vero proprio-			

INDEX.

Etione, quis	53	Διαυλον carmen	184
Δεξιότατης, Chorus	41	Διαυλος cursus qui feret	93
Dexteritas, siue δεξιότης, Poeta qua esse debeat	461	Διάζωσσαι, subligacula mulierum Thessal.	72
Dextra ara Baccho in Tragœdia Apollini in Comœdia	86	Dicælogia, Rationabilitas, an figura dici possit necne	337
Dextra porta in Tragœdia pere- grinum aut hospitem emitte- bat	87	Dicendi genera siue forma, tres	440
διὰ quid notet	13	Διχοπρία quid	41
διὰ σωθέτων ὀνομάτων poema, quid cum Dithyrambo simile habeat	124	Dictum perfacetum in mulieres Italas, qua soccis utuntur altis- simis	53
διάχρυσος, amictus	62	Διδασκαλία, munera præceptoribus dari solita	387
Diadema quid fuerit	52	Διδασκαλίαν poësis ne redoleat, ad- hibenda cautio est	254
Dialectica instrumentum ratio- ni fabricans	206	Differentia orationis eadem que persona, cui illa maxime affi- nis	274
διάλκτος, proprie quid designet	13	Digestio, figura Græcis ἀνάδοσις & διάδοσις	339
Diallage, vel potius ἔνστασις, figu- ra	335-336	Digestionem ad ornatum & ser- vam pertinere	46
Dialogi inventor quis	14	Dignitas personæ unde pendeat	367
Dialogi quid sint	ib.	Dignitas grandiloquo perpetua comes	ibid.
διαλογητικὸν quod & δραματικὸν, poematis genus & Imitatiuum	13, 14	Dignus unde dicatur	ib.
διολογισμὸν, omnem esse posse ora- tionem	320	Διηγηματικὸν & ἐξηγηματικὸν, & ὑποδιηγηματικὸν dicitur idem simplex poematis genus	13
Diana Taurica	17	Dimeter quid	146
Diana Lye, & Lue unde cogni- minata	18	Διμυκευρία quid sit	246
Diana Phaselis	ibid.	Diomedis grammatici definitio Parœmia, ridicula	352
Diane Caryatidis cognomentum unde	17	Dionysiaca saltatio	68
Διασπείρεσσι saltatio	65	Δίφθογος & ἄρμος quid differant	101
Διασπυρμὸς, siue vexatio, Sarcasmi species	358	Διφθερίτην	61
Διατόνος	80	Diphthongos amittere tempus num sequente vocali	196
διετήρησις, siue διτὸς εἰς, quid differat ab ὑποτυπώσῃ	308		

Διπλή,
διπλότα,
Dre,
perun
Dre, c
impr
Dre L
rim
Dre L
nyes
Direct
tas a
Disi i
αὐτὴν
ageb
διονμο
Disipa
κακο
διετη
in se
διετη
gis
Dithyr
tant
Dithyr
ityn
Dithyr
fect
der
Dithyr
rit
Diuer
stir
Doctr
δολιχ
δία
δολιχ
δολιχ
Domi
con

Δραμῶν, saltationis genus	67	108	
Διποδία, saltationis genus	69	Donatus Poetarum anima dici meruit solus	288
Drae, Pocmatii genus diuinum generum	131	Donatus & qui eum secutus Graeculus, i. Erasimus, reprehenduntur in definitione Paræmiæ	352
Drae, carminis genus dictum ab imprecationibus	ibid.	Donati opinio, qua negat personam eandem plus quinque in prosecutionem exire, falsa esse docetur	38
Drae Latinis geminae, Graecis Erinyes tres	ibidem	Donati errores duo in eo quod dicit Vlysses palliatum semper introductum. Pallium enim Loctorum esse	52
Eira Latinis, quæ Graecis Erinyes	ibidem	Διποδία in modis quid	76
Directionem orationis ad res brutas admodum aspicere	300	Dores Lydorum colonos fuisse esse probari posse	75
Discei iactus qui fiat	91	Dorica harmonia vetus & tibia	74
δισκία ποδός, histriones qui recte agebant	90	Dorica harmonia media & ὀπίσθεν ἀνδρῶν	76
Δίσκος, vox quæ dicatur	77	Dorica leges tibia sedatiores	ibidem
Dissipatio figura διασπορά vel διακορπίσι Graecæ	339	Δωρεῖς filius Hellenis, à quo denominati Dorienses	74
Δις τρία etiam priuatarum adium in scena	87	Δις τριών, παρὰ τὸ δῶρον ναύων, militarium vox	24
Δις τρία & δις πέντε δωμάτιον in regnis	ibid.	Δόξα à κλίσις, quid differat	409
Dithyrambi ab hymnis modis tantum diuersi	123	Dramatici poematis genera & ordo	14
Dithyramborum duplex ponitur etymologia	ibid.	Δεξμετικὸν poema, quare sic dicitur	ibidem
Dithyrambos in honorem Bacchi factitari solitos docet etymon verbi	ibid.	Δραμῶν, quid significet	ib.
Dithyramborum stilus qualis fuerit	ibid.	Ductus orationis Rhetoribus, modus & color est	282
Dixeritas in toto & partibus constricta potest	223	Duellum à duobus dici	369
Doctrina suus, scientia	3	Duri & Thesal, voces Arabicae, quibus fax & amurca exprimuntur	28
δούλον maioris laboris fuisse quam δίαλον scripsit Plato	93		
δούλον cuiusmodi qualis fuerit	ibid.		
δολιχὴν versus	189		
Domitianus septimum ab Urbe condita seculum celebravit			

INDEX,

Ἐμῶδες cothurni	83	Ἐρανῆφωρα quid distet ab <i>Ana</i>	
Ἐμῶδες socci	53	<i>phlora</i>	500
Ἐμκατήρια μέλι <i>apud</i> <i>Lacones</i> ,		Ἐπαύλια dies nuptiarum tertius,	
ἐπίπλια fuisse	68	<i>Latine Repotia</i>	384 & 388
Ἐμκατήρια tibia <i>Lucomum</i> , ut &		Ἐπαύλια dona quae sponso à vir-	
saltationes	78	gine dabantur: inter quae <i>ibid.</i>	
Ἐμμέλια saltatio tragica, qualis		Ἐπαυλισηία vestis quaedam <i>ibid.</i>	
66		Ἐπισόδιον quid sit in <i>Tragædia</i>	
<i>Emmelia</i> saltatio exarmatur	69	46	
<i>Emmeliam</i> , inuentum <i>Bathylli</i>		Ἐπισόδιον mimorum	42
<i>Alexandrai</i> putari	67	Ἐπισόδιον nomine quid significet	
Ἐμπεύσοδος versus qualis	178	<i>Aristoteli</i>	375
<i>Emphasis</i> quae <i>Latine</i> <i>Ostensio</i> di-		Ἐοσπλις	62
ci possit, duobus fit modis	346	Ἐράρμοσις, i. adaptatio, cōparatio	
<i>Emporiorum</i> mores quare plerun-		<i>nis transitus</i>	322
que deprauatissimi	422	Ἐφεκιδὸς locus adolescentibus in	
Ἐναρμονικὸς tonus ab <i>Olympo</i> ex-		<i>theatro Athenis</i> designatus	84
cogitatus	80	Ἐφύμνα quae	47
Ἐνδιάθετος ἢ ἑμφυχος Oratio quae		Ἐπίκλια orationis	457
dicatur <i>Hermog.</i>	457	Ἐπικατήριον poematis genus qua-	
Ἐνδύμωσια modi contrarij γυμνο-		le sit, & unde dicatur	400
παιδία	80	Ἐπικλημάτων nomina varia	62
Ἐνεργίας extrema duo	294	<i>Epice</i> poeseos partes potiores, qui-	
<i>Ennius</i> cur simplici appellatione		bus personis dentur	366
vocet fortunam <i>Heram</i>	254	<i>Epicedium</i> elogio mixtum	312
<i>Ennij</i> versus risit <i>Accius</i>	31	<i>Epicedia</i> , dicebantur in exequiis	
Ἐνόπιον saltatio ab habitu	66	quum iusta per soluerentur	129
<i>Enthea</i> leges tibiarum	77	<i>Epicediū</i> ab <i>Epitaphio</i> quid dif-	
<i>Enthymema</i> quid sit	339	ferat	425
Ἐώρας vestes quibus per aerem fe-		Ἐπιέλευσις hortatio <i>maritima</i>	
rebantur persona	88	400	
Ἐπώοδος	500	<i>Epicharmus</i> poeta <i>Comicus</i> , cuius	
Ἐπαγκωνισμὸς cogitabundi gestus	66	ad exemplum properare <i>Plau-</i>	
<i>Epanastrophe</i> ab <i>Antistrophe</i>		<i>tum</i> scribit <i>Horatius</i>	373
quid distet	501	<i>Epichirema</i> <i>Latinis</i> <i>Aggressio</i> ,	
Ἐπαφος vox unde originem tra-		<i>figura</i>	339
xerit	407	<i>Epichoriambicum</i> carmen	168
Ἐπαίνου definitio	<i>ibid.</i>	<i>Epicus</i> poeta quis proprie	111
Ἐπαφος ab ἑγκωμίο quid differat		<i>Epici</i> Poetæ qualis debeat esse	
408		dispositio	365
		<i>Epici</i> poeta quae ratione ex histo-	

I N D E X.

gniloquis attributum	111	Εὐφροδία; Græcis dici furias κατὰ ἀντίφρασιν	360
Επίτριτος epitriti dicti	144	Euphemen nutricem Musarum	
Epulonum tibiæ quare παγίωνι dictæ	81	qua ratione professi sint veteres theologi	9
Equus quare sacer Neptuno	104	Euphorion Cherrhonesius	163
Equi coronari Consualibus quare soleant	ib.	Eupolis	30
Erasmi mirificam Latinitatem perstringit Scaliger	445	Eupolides	168
Erigone Tryphonis carmen	130	Eurialici versus qui	179
Eriphanis poetria τριμύρον	21	Euripides abusus Lino, à tristibus ad læta transferens	129
Εἶδος morbi genus apud Medicos	265	Euripides damnatur à Criticis, quod prologum miscuerit cum protasi	45
Errores in curandis morbis	4	Euripidæ responsum ad obiectionem, quod impuras fæminas adduxerit in Scenam, quarum turpitudine populus fieret deterior	368
Erroris inductio, figura	363	Euripidis ad Arcesulaum apophthegma	28
Erycen Siculum cestu excellentem	93	Euripidis falso tribuitur introductio ebriorum in scenam	62
Essentialis pars duplex, aut in re aut in intellectu	35	Euripidis locus, ubi facit Peleum obiiicientem Lacanariam nudationes	72
Εὐθελοῦται à Thebanis mimi vocabantur, Latine volones	43	Euripidis Cyclopem, parum à Comædia differre	367
Ethologi qui dicantur Cicero	43	Euripidis Apophtheg.	3
Εὶδος unde	207	Euripidion carmen quale	151
Etymologia quid sit	359	Εὐτελής ἢ εὐζώνων qua ratione vocet Hermogenes subtile dicendi genus	440
Etymologia quid sit, & unde nomen illud acceperit	332	Εὐπρόστυλον quare Plato potius quàm χαρπεν ponit in epistolis & salutationibus	10
Euasio figura qualis	315	Exaggerationis finis & usus pro affectib.	317
Εὐκίωτα quedam animalia, qua ratione vocet Aristoteles	440	Εὐξέξου	123
Eubæus Parius Parodiarum scriptor sub Philippo floruit	114	Excitatio siue ἔχρησις figura	334
Eubæi parodica quedam ex Homero	ibid.	Exclamatio figura	335
Εὐκρίνεια orationis, quæ Græcis dicatur	454		
Euentum veteres quem nominarint	227		
Euentus rerum quibus pigmentis ornare debeat Poeta	227		
Εὐλογία species Εἰπάου	409		

I N D E X.

<i>Exclusio figura</i>	335	<i>unde orta</i>	32
<i>Εξες & ἔξιν quid differant</i>	262	<i>Faces & tede in nuptiis quot numero, & cuius fuerint materia</i>	385
<i>Exemplum quare Graecis παρὰδειγμα dictum fuerit</i>	321	<i>Factoris vocem iniquè oleariorum cancellis circumscriptam esse à veteribus</i>	6
<i>Exempla multarum rerum posse ex Virgilio hauriri</i>	216	<i>Faliscum & Cincium primos personatos egisse Comœdiam</i>	51
<i>Exemplum inter figuras merito censi</i>	321	<i>Fallere, παρὰ τὸ σπάδειν</i>	472
<i>Exempli nomen unde ductum sit, & definitio</i>	240	<i>Fama bona premium sapientum</i>	9
<i>Exibitari à populo, qui soleant Histriones mali</i>	90	<i>Fame Virgiliane & Eridii Homericae comparationes</i>	
<i>Εξόδιον quid in Atellana diceretur</i>	42	<i>Famam malam pro supplicio Platonis multis statuit</i>	9
<i>Exodus Tragœdia pars</i>	45	<i>Fartostum quibus nuptiis praefari soleat</i>	386
<i>Exomides seruorum variae, pro euentu & etate</i>	51	<i>Fati administra Fortuna</i>	292
<i>Exornatio duplex</i>	46	<i>Fatigare diem quid sit</i>	478
<i>Εξουσία, machina recitandis iis que secreto patrata essent in edibus</i>	88	<i>Fatum quid</i>	207
<i>Εξουσία, eadem que ἐξουκλήσις dicitur</i>	ibid.	<i>Fatum quid appellarint veteres</i>	227
<i>Explodere Latinorum unde sumptum</i>	90	<i>Fanni satidici quo genere criminis scripti fuerint</i>	171
<i>Expressio personarum</i>	208	<i>Felhostie nuptialis circum aram proici solitum quid inueniat</i>	385
<i>Extenuatio figura alia simplex, alia composita</i>	348	<i>Felium natura in venatione</i>	327
<i>Exulum vestitus in Tragœdia</i>	62	<i>Ferie statae aliae erant, aliae minus statae apud Romanos</i>	103
F		<i>Φίπρον, dona quae marito ferebat uxor repotiorum dicitur, vocabantur Graeci</i>	288
<i>Fabricas artes, medicinae esse pedissequas</i>	206	<i>Ferrens annulus quem uir dabat uxori, quid designet</i>	386
<i>Fabros cuiuscunque generis quales facere deceat</i>	256	<i>Fescenina carmina, atellana sunt</i>	42
<i>Fabula unum genus, & nomen commune Tragœdiae & Comœdiae</i>	26	<i>Fescenina tripudia qualia apud Romanos.</i>	71
<i>Fabulae inter partes in ludis primarias recensentur</i>	101	<i>Fesceninorum carminum origo</i>	382
<i>Fabularum genera, ab ornatus uelstitiue quae gerent, nominata,</i>			

INDEX.

<i>Festinitates certorum populorum</i>	<i>Fœmina aut minus quam canem</i>
<i>Græciæ</i> 103	<i>aut plus quam senonem iacit,</i>
<i>Festinitates quibus Tragediæ a-</i>	<i>proverbium apud Italos</i> 242
<i>gerentur quatuor erant: in trib-</i>	<i>Fœminis per Augustum superio-</i>
<i>seriæ, quarta Satyrice Tragedi-</i>	<i>ra loca sunt designata omnibus</i>
<i>diæ dabatur</i> 35	<i>in ludis atque spectaculis, præ-</i>
<i>Figuræ definitio</i> 303	<i>ter Athletica certamina</i> 857
<i>Figuræ ad certas species deducun-</i>	<i>Fœmineo in sexu nihil esse medio-</i>
<i>tur</i> 307	<i>cre</i> 242
<i>Figurarum divisio</i> 305	<i>Fontes, spelunçæ, ambulacra, to-</i>
<i>Figuræ quæ cuique characteri ma-</i>	<i>ptiaria, ad scenâ satyricam ac-</i>
<i>xime conveniant</i> 514	<i>cessere</i> 87
<i>Figuras primò in se ad certa capi-</i>	<i>Forensis oratio fusior</i> 2
<i>ta reduxisse dicit Scaliger</i> 364	<i>Forensis ars, Oratoria dicta ibid.</i>
<i>Figuræ ἀνακρίσεις quæ sit</i> 406	<i>Formæ duplices</i> 222
<i>Figuræ χασμὸς quæ sit Hermoge-</i>	<i>Formula quedam perpendendæ</i>
<i>ni, & unde dicta</i> 409	<i>diminitatis Virgilianæ præscri-</i>
<i>Figuræ κλισηξ</i> 402	<i>bitur studiosis</i> 281
<i>Finis prima causa</i> 222	<i>Fortitudo quid sit, & eius divisio</i>
<i>Finis & forma aliquando pro eo-</i>	234
<i>dem</i> ibid.	<i>Fortitudinis officia</i> 205
<i>Finis proprie quid sit</i> 3	<i>Fortitudinis varij modi</i> 266
<i>Flammeo quare sponsam orna-</i>	<i>Fortitudinis partes</i> 205
<i>runt veteres</i> 385	<i>Fortis viri quid sit proprium</i> 266
<i>Floridum dicendi genus à pleno</i>	<i>Fortis ab imbelli in adæmulo pe-</i>
<i>quid differat</i> 463	<i>riculo quid distet</i> 244
<i>Fluxi versus</i> 190	<i>Forti versus quid intersit</i> 269
<i>Fœdum a fœderibus dici</i> 473	<i>Fortuna & Casus quomodo dif-</i>
<i>Fœdæ saltationes</i> 71	<i>ferant</i> 208
<i>Fœminea natura vera pictura</i>	<i>Frequentatio, πύκνωσις figura</i> 314
242	<i>Funebres ludos ex arbitrariis sta-</i>
<i>Fœminea virtutes proprie in a-</i>	<i>tos fecit Claudius princeps, quos</i>
<i>dibus atque in operibus, quæ</i>	<i>adiles ederent, atque gladiato-</i>
<i>sunt</i> 244	<i>rios appellavit</i> 109
<i>Fœmina persona & oratio</i> 274	<i>Funebrium ludorum origo quàm</i>
<i>Fœmine virtus propria, pudicitia</i>	<i>vetusta sit</i> 108
<i>& pudor</i> 243	G
<i>Fœmine quot modi res viriles</i>	<i>Gaditane saltationis modi tres</i>
<i>attribui possint</i> 117	72
<i>Fœminarum pugnas noctu edidit</i>	<i>Gaditana saltatio omnium cor-</i>
<i>se Domitianum</i> 109	<i>ruptissima.</i> 72

I N D E X.

<i>Galenus locus de Damone Milesio, qui tibicinam à Phrygiis modis ad Doricas leges sonum demittere iussit</i>	honos	17
<i>Galericuli personis additi in scena</i>	<i>Gentium ac populorum ingenia unde excipienda</i>	258
<i>Gallionis errores aliquot de figuris</i>	<i>Genus dicendi plenum quod sit</i>	452
315	<i>Γέζαρος saltationis nomen ab imitatione</i>	66
<i>Gallos olim summo in honore habuisse poetas conuictores, à quibus laudarentur</i>	<i>Γέζαρος machinæ genus quo rapiabantur persone</i>	88
132	<i>Geranæa Megaræ regionis mons</i>	102
<i>Galiambicus versus facetissimus ac venustatis plenissimus</i>	<i>Germanorum modulatio & tibia</i>	74
165	<i>Gestus & modi saltantium</i>	64
<i>Galliambicum carmen</i>	<i>Ginglarus tibiola pusilla apud Ægyptios</i>	78
83	<i>Gingra saltatio in funeribus</i>	71
<i>Γαμήλιον poematis genus idē cum Epithalamio</i>	<i>Gingram ad cognominem tibiam edi solitam</i>	ibid.
381	<i>Gingras siue gingris, & gingros, genus tibiae</i>	78
<i>Γάμος unde dicatur</i>	<i>Gladiatores exhibere quantum fuerit sumptus: quanta etiam immanitas</i>	109
ibid.	<i>Gladiatorum mos initio certaminis rudibus batuere: ferro mudos transigere</i>	ib.
<i>Gaudia quibus rationibus facillime comparentur</i>	<i>Gladiatorum mos unde primum ortus</i>	108
16	<i>Γλαυξ σκοπιή</i>	71
<i>Gelly error qui à personando personam dici putarit</i>	<i>Γοργύτης siue celeritas figura</i>	315
50	<i>Græcum nomen ipsis iam Græcis desitum</i>	74
<i>Geminas tibias, pares nominatas</i>	<i>Græca garrulitas</i>	75
79	<i>Græcos poetas sua carmina publicis ludis recitare solitos, tandem oblesæ frequentioribus operis voce, puerum qui ad tibiã caneret præ se statuissē</i>	106
<i>Genethliaci carminis natura & ratio</i>	<i>Græciæ nationes primariæ duæ</i>	74
393		
<i>Genealogi hymni partes τῶν ποικίλων ἢ μουσικῶν ὕμνων</i>		
414		
<i>Generatio qui pariat immortalitatem</i>		
394		
<i>Genius malus qui Bruto apparuit</i>		
293		
<i>Genium bonum Cesari se ostendisse</i>		
ibid.		
<i>Geny Pythagorei duo</i>		
292		
<i>Geny locorum diversi unde efficiantur</i>		
257		
<i>Geny quemadmodum agant in hominibus docet Scaliger</i>		
292		
<i>Gentes apud quas plurimus equus</i>		

INDEX.

- Grammatici ridentur ob etymon Elegia* 129
- Grammatici de cestus forma nungantur* 93
- Grammaticorum iudicium, de dispositione librorum Homeri Iliadis & Odysseæ reiiicitur: & melius probatur* 25
- Grammaticorum nugæ qui poetice oratione soluta profiteantur* 9
- Grammaticorum nugæ de nomine factis* 28
- Grammaticorum errores de voce Epodos* 118
- Grammaticorum errores in diuisione generum dicendi* 442
- Grammaticorum iudicium de fine oratoris non sanum* 3
- Grammaticorum ridicula ratio de nomine Syluæ, quod à silendo dici uellent* 380
- Grammaticorum nugæ de Scolij nomine* 121
- Grammaticorum hallucinatio in etymologia Sarcasti* 357
- Grammaticorum deliramentum qui putent epitheta excludi in uoce, intelligi in significato* 298
- Grammaticorum error in diuisione generum dicendi* 491
- Grammaticorum falsa de Comædia sententia* 27
- Grammatici nomen stultè sibi impositum probat Scaliger* 27
- Grammaticos in etymologia Satyræ frustra & temere satagere* 47
- Grammaticorum error, qui ἐπος in Epigr. Martialis, senarium Iambicum interpretantur* 113
- Grammaticorum error qui in uersu Virgily, Et torrere parât flammis, &c. putarint ὕσπερ λεγέειν*
- Grammatica, Calliæ Atheniens. Tragedia* 34
- Gratiarum tum perpetuæ societatum affines quare dicantur Muse* 9
- Gratias cur nudas & tres numero esse uoluerint veteres* 280
- Gravitas orationis in quo sita sit* 488
- Griphi ueteribus quas designarint ambages* 135
- Griphi definitio & etymologia* 351
- Gruum ciuiliu hilaritas & prudentia militaris predicantur* 69
- Gruibus non recte attribuit soliditatem, prouerbio communi* ib.
- Gymnopædica harmonia Lyricorum* 125
- Gymnasia unde dicta* 92
- Gymnasiolorum nomen ludis literariis haudquaquam conuenire* ibid.
- Gymnastici ab ομαρτοσίαις quid differant* 55
- Γυμνοπαίδια sub Terpendro saltata apud Lacedæmonios* 80
- Γύπτις quid significant* 71

H

- Habitus quid sit* 50
- Habitus differentia in materia* ibid.

I N D E X.

<i>Habitus à forma differentia ibi.</i>	appellari, refutatur	75	
<i>Habitus duplex</i>	205	<i>Hercules Nemeo interfecto le-</i>	
<i>Habitus saltantium varij</i>	66	<i>ue, Nemea correxit, Ionique</i>	
<i>Halma modus Gaditane saltatio</i>		<i>Nemeo dicauit</i>	102
<i>nis</i>	72	<i>Hercules cestus Erycen Siculum</i>	
<i>Harmation, lextibia</i>	77	<i>vicit</i>	93
<i>Harmonia quid sit</i>	8	<i>Herculi quare sacrificari solitum</i>	
<i>Harmoniam & melos non esse de</i>		<i>extra muros</i>	290
<i>essentia Tragedia</i>	28	<i>Herculaneo nodo cur necleretur</i>	
<i>Harmoniam cum ipsa natura pro</i>		<i>cingulum sponsa</i>	387
<i>tinus extitisse</i>	8	<i>Hermogenis sententia de generi-</i>	
<i>Harpastum pile genus</i>	73	<i>bus dicendi excutitur pag. 452.</i>	
<i>Hederas Baccho aris imponi so-</i>		<i>& 453. 454</i>	
<i>litas</i>	86	<i>Heroas in scena per aerem veli</i>	
<i>Hegemon apud Athenienses pa-</i>		<i>solitos machina quadam</i>	88
<i>rodia certans vicit</i>	114	<i>Heroas saltationibus se exercuis-</i>	
<i>Hegemon Thasius Aristoteli pri-</i>		<i>se</i>	73
<i>mus parodias scripsit</i>	ib.	<i>Heroum proceritas</i>	33
<i>Hegesandri Epigramma iocosum</i>		<i>Heroicus versus quare dictus Py-</i>	
	123	<i>thius</i>	197
<i>Helenam cum Paride Troiam ad</i>		<i>Heroici hymni</i>	314
<i>nauigasse, negat Stesichorus in</i>		<i>Heroici maiestas carminis, à can-</i>	
<i>Palinodia sua</i>	132.	<i>tu Rhapsodia & Epos appella-</i>	
<i>Helicon instrumentum musicum</i>		<i>tur</i>	116
	126	<i>Heroici sue Epici carminis ratio</i>	
<i>Heliconides Musa vnde nuncu-</i>		<i>in tota poesi princeps</i>	86
<i>pata</i>	9	<i>Hesiodus Homero maior natu</i>	
<i>Hellenis filij duo Έων & Δωεος,</i>			26
<i>qui à patre accepto imperio, suã</i>		<i>Hesiodus de ventorum numero ac</i>	
<i>uterque partem ac nationem ab</i>		<i>dispositione arguitur</i>	287
<i>se se denominarunt</i>	74	<i>Hesiodi carmen, quo probatur per-</i>	
<i>Hemicyclium in fabulis, quo age-</i>		<i>Αωδεν, esse ipsam versusum com-</i>	
<i>bantur emantes e mari</i>	89	<i>mentationem</i>	112
<i>Hemichorion quid vocetur</i>	41	<i>Hexametrum Creticum acatal-</i>	
<i>Hendecasyllabi versus</i>	197	<i>cticum non excedere tricena</i>	
<i>Hephestionis error, qui Iambicum</i>		<i>tempora</i>	167
<i>carmen ab Iambe muliercula</i>		<i>Hierax Olympi & famulus &</i>	
<i>deducat</i>	133	<i>discipulus</i>	77
<i>Heraclidis Pontici locus, quo ne-</i>		<i>Hieroglyphon nuce</i>	352
<i>gavit harmoniam vllam vel</i>		<i>Hieronymi Vide methodum in</i>	
<i>Phrygiam vel Iydiam debere</i>		<i>preceptionibus Poeticis vitupe-</i>	
		<i>rat Scali-</i>	

INDEX.

rat Scaliger in præfat.		<i>Homeri oratio qualis sit</i>	443
<i>Hilarodi minus sædi quam Ioni- ci cantus</i>	131	<i>Homeri versus, quibus Phœnix exprobrat infantiam Achilli, inepti iudicantur</i>	245
<i>Hipponactis reliquie, qui paro- dias inuenisse putatur</i>	114	<i>Homerum temerè epitheta rebus apposuisse</i>	298
<i>Hipparchum Pisistrati filium, pri- mum Homeri versus Athe- nas importasse</i>	112	<i>Homeridarum appellatio unde sum- pta</i>	113
<i>Hipponactis versus</i>	150	<i>Homo, animal sociale</i>	206
<i>H'εx τιλεια sacrificium nuptiarum & η'εx τιλεια earum numen</i>	384 & 385	<i>Hominem, δεινὸν τὸ ὄμοιον dici</i>	470
<i>Hircum Tragicis poetis præmio fuisse</i>	120	<i>Honoris voce quare frequenter u- sus fuerit in suo opere Virgi- lius</i>	469
<i>Hirundo nigra cur vocetur Vir- gilio</i>	297	<i>Horatius quare vocet lege solu- tos, certos poetas</i>	117
<i>Hispanorum, etiam hodie, in sal- tando variæ gestulationes</i>	72	<i>Horatius centum-decem anno- rum circuitum attribuit. seculo</i>	110
<i>Hispanis fratribus gladiatorum morem, apud Græcos vetustio- rem</i>	108	<i>Horatius ingratus arguitur, qui Mecænatis, sub nomine Mal- chimi, demissas nobarit tunicas</i>	378
<i>Hispanos digitorum crepitu tibia- rum aut tympanorum momen- ta assequi posse</i>	72	<i>Horatij scilicet suauissim.</i>	122
<i>Historia Epicis poetis pro argu- mento est</i>	12	<i>Horatij artem poeticam, arte non docere, sed Satyra similem, In præfat.</i>	
<i>Historice dictionis tractus qualis</i>	882	<i>Horatij questio, an Comædia sit poema, soluitur</i>	12
<i>Historias sui temporis imagini ve- terum historiarum aptauit Vir- gilius</i>	289	<i>Horatij locus de Epico poeta Vario, explicatur</i>	111
<i>Histrion, vocabulum Thuscum</i>	106	<i>Horatio, quid Designatoris no- men significet</i>	109
<i>Histriones Romanis dici, qui Lu- diaste Eolensibus</i>	ibid.	<i>Horatio Dithyrambi audaces quare dicantur</i>	123
<i>Histriones unde dicti sint, non- dum constare</i>	53	<i>Hospitalia vocat omnes edes in scena, præter regiam</i>	89
<i>Homerus. ubi & à quibus fabel- las quas operibus in exteras accommodat, edoctus</i>	26	<i>Humana res, aut necessarj, aut utilis, aut delectabilis genere comprehenduntur</i>	1

INDEX.

Ἰν πρῶν acclamationem non semper Pœanibus additam	119	voce dici	470
Ἰμαδὸς	135	Induere ab ἐσθ' ὕεν	480
Imago, Græcis εἰκὼν figura	32	Inductionis definitio	340
Imago ab Exemplo quid differat	322	Indumenti militaris species in Tragediâ	62
Ἰμῶν, pistorum cautio ad molam	133	Inferiarum carmen & parentalia	426
Ἰμελὸς mensura genus	ibid.	Influere ab origine Græca ἐπιλάγειν dici	480
Ἰμῶν trahere & haurire significat	ibid.	Infortunia ab astrologis duo sidera dici	191
Ἰμετίδιον & ἰκέμεμα aut Ἰνί- κλῆμα Græcis dici seruatorum tuniculam	51	Innumerum Aduerbialiter à Virgilio poni, pro eo quod Cal- limacho est ἀμβολαδὸς	516
Ἡμίμελος	140	Ino à Nereidibus diua facta, Leucothea Græcis, Matuta Latinis	102
Ἡμίμελος an verè sic appelletur	176	Inscriptio & titulus Tragediæ qualis esse debeat	365
Imitatio vniuersa Pœseus finis	27	Inscriptio & periocha, quid inter se conueniant aut dissideant	432
Ἡμίθειοι κ' ἠμδιήτας, Heroes antiquitus crediti	415	Inspiciens quis	203
Immissio figura, nome: quæ Græcis ἔνομα dici possit	347	Instrumenta	50
Impares tybia & pares	79	Instrumenta inter causas à Pla- tone numerata	221
Imperatores Romani in scena quales	61	Intellectum finis quis	204
Impietas comes auaritia	270	Intercalares versus	185
Impulsionem ad bilaritatem, per se figuram non esse	363	Interpellatio figura	362
Impulsu & tractu nos moveri	65	Interrogatio, ἐρωτήσεις, figura sit nécne	513
Impunitas iocorum & licentia priscis Pœtis quare data	29	Intervalla siue διαστήματα in mu- sica quæ vocentur	516
Inanimata quare non habeant ἄδοξ, sed πῆδοξ	207	Inuentio quæ ad Pœtam pertinet qualis	46
Inclinationes cali quæ appellantur	420	Iocorum duo genera	29
Inconsideratio, cognatum ac pe- petuum inuentus vitium	247	Ion Chius, scriptor Dithyrambicus	124
Incumbere à κύμαχος Græca		Ἴων filius Hellenis, à quo denomi- nati Iones	74
		Iones in Asiam migrasse	ibi

INDEX.

<i>Ionica à maiori</i>	154 & 198	<i>Timæus testatur</i>	102
<i>Ionica à minori</i>	ibid.	<i>Italiæ fatale malum, ut perpetuo velit dominos peregrinos</i>	302
<i>Ionica tibia seu modus</i>	74	<i>Italica fabula</i>	33
<i>Ionica harmonia noua mollis, cum vetus aspera esset</i>	76	<i>Hædos quid</i>	207
<i>Ἰωνικὸν, saltationis nomen à re- gione</i>	66	<i>Hædos & πᾶδος quomodo inter se differant</i>	207
<i>Ionicus cantus, cimedicus, & sota- dicus</i>	130	<i>Ithympi & Phallica Baccho sa- cra</i>	68
<i>Ioniam posteriorum mollities</i>	75	<i>Ithyphallorum quæ promuntiatio, & quis ornatus</i>	44
<i>Ionia veteris mores</i>	ib.	<i>Ithyphallicum</i>	170
<i>Ἴουλα Cereris cognomentum</i>	133	<i>Iudicatio, figura</i>	312
<i>Ἴουλος, genus carminis</i>	22	<i>Iudices & præsides certaminis Nemai quare pullati sederent</i>	102
<i>Ἴουλος, cantio ad lanificia, & in messe</i>	133	<i>Iudices quos παῖδούχους appella- tos legimus, quorum sententia victori deferrebaturl palma, quibus plures poeta in ludis publicis certarent, qualis Magistratus fuerit</i>	373
<i>Ἰππος, oculi aegritudo qualis sit, & unde sic vocetur ab Hippo- crate</i>	104	<i>Iudicij civilis finis quis</i>	398
<i>Iracundia & superbia temerita- tis vitia</i>	269	<i>Iudicem qualem effici à Poeta par sit</i>	252
<i>Irati vultus describitur</i>	ib.	<i>Iulia lex de iure sedendi in ludis scenicis</i>	84
<i>Irarium varij modi</i>	223	<i>Iulius Laberij mimi quam studio suis fautor & auditor extiterit</i>	43
<i>Ironia vox quid Latinis sonet</i>	356	<i>Iulius Cæsar cccc. leones populo Romano in spectaculis proposuit</i>	104
<i>Ironia appellatio Græcis unde</i>	355	<i>Iuno eadem quæ Fortuna</i>	291
<i>Ironia quid Allegoria simile, quid diuersum habeat</i>	ibid.	<i>Iunium Brutum primum in de- functi patris honorem dedisse Romæ gladiatores</i>	108
<i>Ironia duplex</i>	ibid.	<i>Iurisprudentiam ex matrona me- rettricem factam, &c.</i>	206
<i>Ἰεπεοικὸς saltatio, in honorem Bacchi</i>	70	<i>Iustitia civilis unde profisciscatur</i>	398
<i>Isidis sacra</i>	107		
<i>Ἰστέγοι ver sus</i>	181		
<i>Isocratem primum inconditæ ora- tioni numeros addidisse</i>	585		
<i>Isthmia instituendi occasiones</i>	102		
<i>Isti miij ludi an nuncupati Neptu- no in honorem Melicertæ</i>	94		
<i>Isthmionicas iudicio Corinthio- rum primum apio corona</i>			

INDEX.

<i>Iuuenalis insolentiam in quibusdam versibus mereri, ut toto opere vir bonus abstineat</i>	378	<i>Lacedæmonios sine mœnibus & vixisse & regnasse</i>	402
<i>Iuuenalis obrectatores confutatur</i>	30	<i>Laconica carmina quæ</i>	196
<i>Iuuenalis versus in quo Bathylli nomen posuit</i>	67	<i>Lacones Doriensium integerrimi</i>	74
<i>Iuuenales ludj à iuuenibus originem & nomen habent</i>	111	<i>Lacones puellos in Pyrrhicha se exercuisse</i>	68
<i>Iuuenalibus tandem grandiores natus admissi, etiam utriusque sexus</i>	ibid.	<i>Lactisina, modus Gaditane saltationis</i>	72
<i>Iuuenis natura, ut media est inter adolescentiam & senectutem, ita & particeps tum vitiorum tum virtutum</i>	246	<i>Letitia quid sit</i>	10
<i>Iuuentutem qualem describitur</i>	246	<i>Letitiæ causa</i>	ibid.
<i>1^a vestis Satyrica, quæ resic appellata</i>	63	<i>Λαπαγοῖ ver sus qui</i>	187
L		<i>Λαμπρότης, genus saltationis quale fuerit</i>	71
		<i>Lanista gladiatorum Magistri</i>	109
		<i>Λαοκρατία species Reipub. qualis</i>	424
		<i>Lapis in Delphis positus sub anei Latone signi pedibus</i>	95
		<i>Laponum mos in nuptiis celebrandis</i>	390
		<i>Latinarum fabularum species recensentur</i>	33
		<i>Latona aneum signum in Delphis</i>	95
		<i>Laudationes cuius sylvarum materia congruere</i>	381
		<i>Laudationis uniuerse quedam capita obseruatu dignissima in omni scripto</i>	381
		<i>Laudationis finis</i>	398
		<i>Laudationum materia quæ esse debeat</i>	416
		<i>Λαυρογεμμὸς qua ratione dicitur</i>	41
		<i>Λαυροστῆς Chorus</i>	41
		<i>Laus unde dicatur</i>	488
		<i>Learchi Inus & Athamantis filij</i>	
		<i>Qq.ij.</i>	

INDEX.

<i>fatum miserum</i>	102	<i>os ppsiti in Theatro</i>	85
<i>Lebetes premia ludorum Græcia minus nobilium</i>	103	<i>Livius Andronicus quo tempore floruerit</i>	12. 31
<i>lecta sententia, & selecta verba qua vocentur</i>	459	<i>Livius Andronicus carmina Satyrica à se exculpta, in ludis scenicis recitavit ipse</i>	106
<i>Legatis sociarum gentium locus inter Senatores in theatro datus</i>	85	<i>Livy & Thucydidis conciones expenduntur</i>	12
<i>Lex tibia Ἀρυσίων</i>	77	<i>Locus unde dicatur</i>	359
<i>Leges communes ver suum</i>	192	<i>Loci descriptio</i>	217
<i>Leges dictæ sunt diversi in Choris modi, quia nefas esset aliter facere</i>	8.	<i>Loci naturam situmque eadem non esse</i>	420
<i>Leges quare criminibus supplicia proponant: virtutibus nihil dent</i>	229. 230	<i>Loci situs vel natura quibus rationibus laudari queat</i>	421
<i>Legum partes omnibus modis communes</i>	76	<i>Loetrica lex in tibiis</i>	81
<i>Lemma pro titulo Martialis ponit 430</i>		<i>Λοκρίαι ἰδιαι</i>	122
<i>Lemuriis festis non licuisse nuptias celebrare</i>	389	<i>Λογαισθιζα equalia fuere</i>	158
<i>Lenonis versicolor amictus</i>	51	<i>Λογίων ab Odeo distinguitur</i>	90
<i>Benorum nomina</i>	50	<i>Λογίων Græci pulpitem cur nominarint</i>	ibid.
<i>Leo saltationis Laconica genus</i>	69	<i>Λογίων Orchestra pars</i>	39
<i>Leoninus versus</i>	183	<i>Λογισθικ versus</i>	191
<i>Lesbius ἰδιαι apud Lacedæmonios in honore habitus</i>	118	<i>Logographi ab enigmatibus quid differant</i>	136
<i>Leucothea</i>	102	<i>Loquor, παρὰ τὸν λόγον</i>	359
<i>Lex & lanx satyra, à Satyrus</i>	47	<i>Lorarij nomen</i>	50
<i>Liber pater quo ornatu à Tragicis introductus</i>	62	<i>Lucanus longus & tediij pater dicitur</i>	288
<i>Λογίων pulpiti pars altera, in qua ἰμματα & alia actuum intervalla recitabantur</i>	90	<i>Lucani scriptorum qua ἐπίγραμμα, qui Tyranno confertur</i>	294
<i>Liberi chariores nobis cur sint quam parentes</i>	233	<i>Lucerna nuptialis pervigil, pernóxque</i>	387
<i>Libitina unde dicta</i>	359	<i>Lucius Anilius primus edidit ludos cum Thymelicis</i>	39
<i>Libyn cognomen tibia fecit Sirtes</i>	77	<i>Lucius Mummius denicta Corintho, quinque males instituit ludos Ioni Capitolino</i>	108
<i>Lictores atque viatores ad cume-</i>		<i>Lucta Latinis à motu dicta</i>	93
		<i>Lucta-ne an pugillatus vetustior</i>	92
		<i>Lucta, seu μάχαι quid sit</i>	91

I N D E X.

<i>Lucia & puera differentia</i>	93	<i>Eupercalium mos qui fuerit</i>	106
<i>Lucrandi varios modos habes</i>	ib.	<i>Lycomedij persona</i>	55
<i>Ludia femina</i>	106	<i>Lycurgum Lacedaemonium primum ex Ionia in Graciam uniuersa Homeri opera portasse</i>	III
<i>Ludi plebeii quare conditi fuerint, ac deinde intermissiones facta à quo restituti</i>	110	<i>Lydia Harmonia quid distet à Phrygia</i>	75
<i>Ludi votiuu Theatrales, quique expiationis ergo indicebantur classe eorum comprehendebantur qui diis essent attributi</i>	103	<i>Lydiorum modorum inuentor Carinus Lydus</i>	ib.
<i>Ludi quid differant à fabulis</i>	91	<i>Lynam & Chelym qua occasione inuenit Mercurius</i>	125
<i>Ludi expiationis ergo indicti</i>	103	<i>Lynam non plectri percussione, sed setarum intencarum attritu tangi</i>	127
<i>Ludi ante urbem conditam in Latium, atque inde postea Romam aducti</i>	103	<i>Lyrice nobilitas carminis, nominibus ode, μέλος, μολπή insigniri solet</i>	116
<i>Ludiones primi ex Hetruria Romam acciti</i>	106	<i>Lyrice poete in certaminibus, preterquam si Scolio certarent, iuuenam accipiebant</i>	120
<i>Ludiones à P. Nascia Censore tribu amoti propter sordidioris opera contemptum</i>	105	<i>Lyrice carminis componendi ratio</i>	428
<i>Ludionum vox unde</i>	19	<i>Lyrice genera</i>	117
<i>Ludorum nomina diuersa à diis, diuis: alia à locis in quibus nomina colerentur</i>	104	<i>Lyrice appellatio, ex eo quod non sine cantu & lyra sua carmina promantiarent</i>	116
<i>Ludorum Græcorum descriptionem, quare à Pythiis incipendam duxerit Scaliger</i>	95	<i>Lyrice instrumenta, Lyra, cithara, barbitos</i>	125
<i>Ludorum qui romæ fierent primarie partes quatuor</i>	104. 105	<i>Λύσις, exitus tragædiæ</i>	370
<i>Ludorum summa genera duo</i>	91	<i>Λυσίζων à Græcis Diana quare cognominata</i>	387
<i>Ludorum qui Roma fierent à fine diuersa constituta genera</i>	103	<i>Λύττα & ἀπωνα Græcis quid</i>	238
<i>Ludorum & Ludionum nomen unde</i>	91	<i>Λύττα & ἀπωνα qua liberatoribus dantur</i>	387
<i>Ludos illos Græcia celebres quatuor, quare veteres censuerint funebres</i>	94	<i>Lytterse historia</i>	22
<i>Bues morbus</i>	18	<i>Lysiodi</i>	131
<i>Eupercalia Romanorum qualia</i>			

M

Mακρομοῖς ab εὐδαιμονισμῶς quid differat 409

Qq.iii.

I N D E X.

<i>Macedonum Telestade armata</i>	<i>Malè ominatis diebus commissa</i>	
72	olim interdicebantur	339
<i>Machinà levà introducebantur</i>	<i>Maneros</i>	23
<i>quæ domi & in urbe gesta erant</i>	<i>Μαχὸν τῶν πικρυῶν ἰατρῶν</i>	92
88	<i>Manus soli homini à natura datus</i>	
<i>Machinà dextra aut sinistra qua</i>	64	
<i>ratione dicebat ibi.</i>	<i>Manus a Græco μανὸς dici</i>	92
<i>Machinà dextrà qua foris acta erant</i>	<i>Manum vsus quare prior homini</i>	
<i>afferebantur ibi.</i>	<i>quàm pedum</i>	64
<i>Machina genus quod in summa</i>	<i>Marcus Anilius publica persona</i>	
<i>trepidatione remedia arcessebat</i>	<i>ex voto ludos edidit sua pecunia</i>	103
<i>humanis maiora</i>		
88	<i>Marcus Tullius quamobrem in</i>	
<i>Machinarum scenicarum locus</i>	<i>prima sit hodie commendatione: Seneca, à paucis probetur</i>	
<i>ibidem.</i>	375	
<i>Machinis pensilia loca quibus regionum facies explicabantur</i>	<i>M. Acily ludi votivi, quanto sum</i>	
89	<i>ptu editi fuerint</i>	110
<i>Machinarum vsus in fabulis agentis</i>	<i>Mare unde dicatur</i>	480
37		
<i>Machinarum in scenis plura genera</i>	<i>Marmor qua ratione pro mari accipiat</i>	480
88	<i>à Poetis</i>	
<i>Μαχῆρες λέξις versus</i>	<i>Marsyas geminas instituit tibias,</i>	
187	<i>quum antea tantum singulares</i>	
<i>Μαχῆρες pars πικρυῶν, quare sic</i>	<i>essent</i>	79
<i>appellata</i>		
41	<i>Martialis lus in mutuam personam</i>	54
<i>Mactrisimus saltationis genus</i>		
70	<i>Martialis versus Hermes suppositivus sibi ipsi expositio</i>	109
<i>Mactrisimi due ab etate</i>	<i>Martialis iocus de fibula & aluta & subligaribus unde sumptus</i>	105
<i>ib.</i>		
80	<i>Martianus Capella</i>	160
<i>Magadis tibia</i>	<i>Maryndeni</i>	22
	<i>Martyrie fœmina</i>	70
<i>Magna mater deum, Romam ex Pessinunte auclta</i>	<i>Μαχαλις ἢ γένος ἰνδύμεντι, quod Latinis capitum dicitur</i>	62
105		
<i>Magnanimitas quid sit</i>	<i>Μαχαλις ἢ etiam qui ornamentum seu munimentum quod ab armis penderet</i>	62
237		
<i>Magnanimitas fortitudinis comes</i>		
205		
<i>Magodi</i>		
131		
<i>Maiestas in carmine quomodo comparanda</i>		
181		
<i>Maior mense priscos non nupsisse</i>		
389		
<i>Μαγὸς ἢ quid sit Græcis</i>		
7		
<i>Μαῖωσα, quæ darentur obstetricibus</i>		
387		
<i>Μαλακοειδὴς versus qui</i>		
18		

Maßili

I N D E X.

- | | |
|--|--|
| Masilienſium ſeueritas, qui uni-
uerſa inuentuti ſuae theatro in-
terdixere, ne eorum animi o-
tioſis audicionibus remolleſce-
rent 84 | Mediocritas in Tragædiis ſeruan-
da, ut nec breues ſint nec proli-
xa nimis 28 |
| Μαροπονὶ ἀ πορωκόσκασι quid dif-
ferant 52 | Meditrma dea cui libarent in
vindemia, eius ſacra Meditri-
nalia à medendo 134 |
| Materia paſtoralis carminis vetu-
ſtiſſima amatoria, & quare &
unde 15 | Megalenſes vox Græca, flexu Ro-
mano ἀπὸ τῆς μεγάλης θεας
105 |
| Matresfamilias in opere quales
eſſe deceat 261 | Megalenſes ludi à quibus edi ſo-
leant 104 |
| Matrisfamilie nomen in quam
competat 386 | Megalenſes ludi quando & qua-
re inſtituti 105 |
| Matron Poeta Græcus, multos
Homeri verſus ad culinam in-
ſto poemate inuertit 114 | Megalenſes ludi magna matri
deum M. Iunius Brutus dicauit
ibidem |
| Matronis ſpectata pudicitie Me-
galēſ. ante dea ſignum pſallere
mos fuit 105 | Megalenſibus, iuuenes omnium
ætatum atque ordinum mores
geſtu atque oratione effinge-
bant ibidem |
| Matuta 102 | Megalenſib. in ludis per ſodalita-
tes conuiuia fuiſſe agitata
ibidem |
| Matutini temporis perelegans de-
ſcriptio 220 | Megalenſis purpura unde dicta
104 |
| Mecænas Floralibus feſtis natus
394 | Μετῆγοι carmen 171 |
| Media ſue μίον comædia quare
dicta, & quomodo à veteri
& noua differat 30 | Μετῆγοι verſus 187 |
| Media comædia nomen quando
ortum 30 | Melanippides primum uſus Ly-
diis modis in Epicediis fertur
76 |
| Medicina illuſtriſſima artium
materialium 206 | Mele, Oda & Scolia, circa quam
materiam verſentur 14 |
| Medicinam curabiles morbos ſem-
per curare 4 | Μελέτα Muſæ nomen, à meditan-
do 7 |
| Medici quod ſit officium ibidem | Μέλην Pindaricas cantiones inſcri-
ptas à Grammaticis: alios ve-
rò maluiſſe εἶδν 116 |
| Medicus magiſter vitæ 206 | Meliambi apud Laertium in vita
Diogenis Cynici ibid. |
| Medicum in repub. quam Orato-
rem magis eſſe neceſſarium
256 | Melicerta exceptus à Nereidibus
ſit deus, Palemonem vocant |
| Medicum qualem effingi oporteat
ibidem. | |

<i>Græci, Portum Latini</i>	102	<i>Metastasis figura</i>	336
<i>Μελὸς ἢ Ὀδὴ, Chamaeleoni non solum Lyricos, sed etiam Epicos</i>	117	<i>Μετωμια historiarum Græcorum propria que sit</i>	506
<i>Melodia nomine interdum harmoniam appellari</i>	ibidem	<i>Μίτρον ἀκολασον, id est, lascivium primum dedisse Alcmana</i>	117
<i>Melodiam omnibus cantionum formis attributam</i>	ibidem	<i>Metron & Rhythmum non esse eadem</i>	139
<i>Μέλος Lyricorum tantum fuisse</i>	ibid.	<i>Midas in Phrygia primum plagiontibiam excogitasse putatur</i>	79
<i>Melos sine ode Lyrica carmina, quibus curas amatorias decantant</i>	ibid.	<i>Μυδοποδιμια;</i>	66
<i>Memoratio figura Græci αἰάμνησις, frequens in Dramatibus</i>	362	<i>Μυλωνος color in vestibus</i>	52
<i>Memphis saltatio, cuius Socratem studiosum fuisse aiunt</i>	72	<i>Militaris multitudo qualis fingatur</i>	240
<i>Menachmi sententia de παῖδι ἠδδῖς inepta</i>	113	<i>Militaris ars</i>	206
<i>Mensa rotunda veteres usus, ne quem sibi prelatum in carmine quissiam conquereretur</i>	81	<i>Milites à plebe discreti in spectaculis ab Augusto</i>	84
<i>Mercatura</i>	206	<i>Militis ornatus qualis</i>	51
<i>Mercurius cithara repertor</i>	77	<i>Militem ex vitiis suis & virtutibus depingi quemadmodum comensat</i>	249
<i>Mercurium Punica genti præesse</i>	293	<i>Militis persona & oratio</i>	274
<i>Merendare unde dictum</i>	24	<i>Mimi definitio</i>	43
<i>Metricum nomina</i>	50	<i>Mimi quomodo sibi artificis nomen vindicant</i>	42
<i>Meretricibus quare lutea vestis data</i>	52	<i>Mimi Lacedæmonij</i>	43
<i>Meribibi Poeta, inter διορισμένους quare merito censendi</i>	11	<i>Mimi quare introducti in Comædia</i>	47
<i>Μετονομαστικὴ σάμψα, quare sic appellata</i>	61	<i>Mimi veri proprium esse, quædam sordida ut affectet</i>	43
<i>Μέτρον dicendi genus quod sit</i>	441	<i>Mimorum & παρωμιμαίων appellationes quibus κατ' ἰξορῶν attributa</i>	42
<i>Μεσοῖτις quid in oratione differat à μετῶν</i>	458	<i>Mimi nudis pedibus agebant</i>	42
<i>Μεσομῆτις</i>	47	<i>Mimorum duo genera</i>	43
<i>Merabasis figura, Latinis Transfatio, Traiectio, Cic.</i>	343	<i>Mimorum diversa appellationes ib.</i>	
		<i>Mimos saltarunt reges Philadelphus & Antiochus</i>	ib.
		<i>Mimus ex comædia prodijt</i>	42
		<i>Mimica & momicæ lasciviæ Latini</i>	causæ

I N D E X.

<i>ciani</i>	14	<i>Modulatio in passionibus qua ratione primum inuenta</i>	15
<i>Minerva ludicrum in Albano posuit Domitianus</i>	108	<i>Mæmianus & proiectus scena in comædia aucte ad magnificentiam</i>	87
<i>Minutium & Protonium primos personatos egisse Tragediam</i>	51	<i>Mollities stili qualis</i>	464
<i>Mivvçj versus</i>	189	<i>Molossus quid & quare sic dictus</i>	142
<i>Miscellos ludos Caligula Lugduni edidit</i>	108	<i>Molossici versus</i>	152
<i>Mισοῦσθαι histriones dicti</i>	90	<i>Moluris, nomen rupis de qua Melicerta, & eum secuta Mater Ino, sese precipites dedere</i>	102
<i>Mistum Poematis genus, μὴτὲν recte, καὶ ὄν minus recte Græcis quare dicatur</i>	14	<i>Monasticum genus monstruosum esse</i>	207
<i>Mitella cum redimiculis ornatus faminarum</i>	62	<i>Monasticum genus ad divisionem spectare</i>	ibidem
<i>Mithras pro deo cultus à Persis</i>	73	<i>Monaulos singularis tibia</i>	79
<i>Μηρῶναν cæmen quale</i>	165	<i>Monga saltationis genus</i>	67
<i>Μιζολύδιος ἀπρωία quare Tragedia aptior indicetur</i>	75	<i>Monochordos, Clavicymbalum & Harpichordum, quæ nunc à micronibus Spineta vulgò, vnicum olim nervum habebat</i>	127
<i>Mnemosynen matrem Musarum, quare crediderit antiquitas</i>	8	<i>Μοῦσικα & μονόσπορα quare dicantur carmina quæ</i>	174
<i>Μνημὴν Musa, à memoria dicta, duabus antiquis addita tertia</i>	7	<i>Monodia quomodo fieret olim</i>	426
<i>Mnesimachus</i>	31	<i>Monodia cantus lugubris</i>	129
<i>Modi varij ἀριθμῶς</i>	507	<i>Μονομύχια quid differat à Gladiatoriâ</i>	108
<i>Modi latior ac fusior vni</i>	222	<i>Monoprosopos cantinnula quæ sit</i>	15
<i>Modi tres, Dorius, Phrygius, Lydius, Choris accommodati à Saccada Argivo, ita ut nemiserentur</i>	80	<i>Monoprosopos per initia Chorus in fabulis, id quæ sine cantu</i>	39
<i>Modi notio quomodo intelligenda sit dupliciter</i>	222	<i>Mons unde dicatur</i>	360
<i>Modj diversi inter Græcos, ingeniorum, morum, vestium, festivitatum, artium, exercitiõrum, unde orti</i>	74	<i>Μονομυμῆται versus</i>	181
<i>Modus pro mediocritate</i>	222	<i>Mopsi nomen in pastorali carmine quare frequens</i>	18
<i>Modum esse in accidentibus, quod differentiam in substantiis</i>	223	<i>Mores, dicta, facta, plurimum à nationibus & professionibus</i>	
<i>Modulus architectis quid sit</i>	307		

INDEX.

pendere	50	Musas non solum artem canere,	
Mores quid sint	262	sed etiam parare exemplis o-	
Mόρφασις saltatio qualis fuerit		stenditur	10
70		Musas per initia duas tantum	
Morphasmi species quatuor	ib.	fuisse	7
Mortalis pro homine tantum		Musaei dispositionem in Leandri	
42		historia non dammandam	366
Mortis varij modi ex Virgilio		Musica vetustioris divisio triplex	
226		excutitur	7
Mόδος saltationis laboriosa &		Mussare verbum factitium à μύ	
nautica species	69	μύ, Graecorum	482
Mitoria fabulae quae vocentur	34	Mutili utriusque	187
Matum Aristoteli conscribere	65	Mutis rebus apte personas attri-	
Mundus muliebris, sponsa prae-		butas in tragædiis	63
ferri solitus Graeco ritu	387	Mύθηα quid sit	7
Muliebri genus ad fletum & con-		Mysorum genus tibiæ peritissima	
questionem præcepta	244	77	
Muliebria capitis ornamenta	62	Mύσται & Mysteria, ἀπό τῶν μύ-	
Muliebrium virtutum modus du-		θηαῶν dici	7
plex	243	Mυθικαὶ hymni, qui recte μουσικαὶ	
Mulieres comparationibus facien-		appellari possunt, ἢ ὅ, quoniam	
dis gaudent	244	ἢ μύθων partes	412
Mulierum personae tragicae unde-		Mύθη species Apologi quam La-	
cin	61	tine fabulam dixere	50
Multitudinem omnem, siue in-		Mύθου, id est Fabulae genera &	
firmam plebem, qualem facere		partes.	352
Poeta debeat	240		
Muse unde dicantur	7	N	
Musas cur Iovis filias crediderit		N asica Censoris factum,	
antiquitas	8	quod Ludiones ararios	
Muse cur effingantur alata	9	fecerit, potentia non prudentia	
Musarum cognominum à locis va-		fuisse	105
ria	ibidem	Nationum diversarum in nuptiis	
Musarum numerus per initia qui		celebrandis, varij ritus	389
fuerit constitutus	8	Nationum & gentium ab acci-	
Musas elegantiorum lautiorisque		dentibus divisiones	389
vite auctores esse	9.10	Natura quid	207
Musarum tutelam ac patrocini-		Natura loci quid comprehendatur	
um cur sibi vindicent, soli		420	
Poeta	7	Natura quam late pateat	28
		Nature	

INDEX.

<i>Natura</i> nomen laxè usurpatum 215	rentur	<i>ibid.</i>
<i>Naturam</i> ipsam sine nonnunquã aberrare 4	<i>Nenia</i> vox qua ratione ad <i>metri-</i> <i>cias cantilenas</i> traducatur à <i>Pontano</i>	<i>ibid.</i>
<i>Naturæ</i> omnium rerum ad unum <i>Decum</i> referri 222	<i>Nero</i> cohortem à principibus po- sitam in <i>Theatro</i> , ad <i>speciem</i> libertatis sustulit 85	<i>ibid.</i>
<i>Naucratide</i> <i>Panegyri Apollinæ</i> <i>κωμαίων</i> quomodo celebrarint 86	<i>Nero</i> plebi <i>Equites</i> anteposuit in <i>Theatro</i> <i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Naumachia</i> pro ludo <i>Romæ</i> ali- quando edita 105	<i>Nero</i> <i>CCCC. Senatores</i> , <i>DC. E-</i> <i>quites</i> ad <i>gladiatoriam</i> exhibi- luit 109	
<i>Nausica</i> tribuitur inuentum sal- tationis <i>δία σφαίρας</i> 65	<i>Nexos</i> ad sonum <i>tibiae</i> flagiti af- fici solitos 78	
<i>Nautas</i> quales fugi oporteat 251	<i>Nicostratus</i> 31	
<i>Nauticus</i> vestitus depingitur 53	<i>Νηλοῦ</i> <i>Aristophani</i> quale sit <i>μέλος</i> 133	
<i>Nautarum</i> summa impietas 251	<i>Νηιδὸν</i> in <i>tibia</i> in <i>funeribus</i> adhi- beri solita 129	
<i>Νηαῖον</i> <i>πρόσωπον</i> 61	<i>Νηϊστον</i> <i>carmen</i> , & <i>ὑνία</i> <i>πρῆσκα-</i> <i>rum cantus</i> <i>ibid.</i>	
<i>Necessitas</i> 208	<i>Nitor</i> <i>σπῆδός</i> que orationis in quo consistat 444	
<i>Nemeasymphæ</i> , <i>Iouis</i> & <i>Lunæ</i> filia 101	<i>Noctis</i> <i>usus</i> 219	
<i>Nemea</i> credit <i>Aeschylus</i> <i>Theba-</i> <i>no bello</i> <i>vetustiora</i> <i>ibid.</i>	<i>Notam</i> pro signo aut argumento non rectè accipi 307	
<i>Nemea</i> <i>Argiuorum</i> regio, unde sic nominata fuerit, <i>diuersæ</i> af- feruntur <i>rationes</i> <i>ibid.</i>	<i>Notationis</i> <i>vocem</i> <i>διατύπωσιν</i> nō rectè explicare <i>ib.</i>	
<i>Nemea</i> primò in <i>Archemori</i> honorem celebrata <i>ibid.</i>	<i>Notio</i> quid sit 303	
<i>Nemei</i> ludi an <i>Neptuno</i> fierent propter <i>Archemorum</i> 94	<i>Notiones</i> quarum sint partes & <i>causæ</i> <i>scientiarum</i> 304	
<i>Nemeorum</i> funebris tota festiui- tas 101	<i>Notiones</i> <i>nominalle</i> nobiscum na- te 204	
<i>Nemeorum</i> certaminum <i>presides</i> qui fuerint <i>ibidem</i>	<i>Notitia</i> <i>naturæ</i> rerum particula- rium <i>necessaria</i> <i>poetæ</i> 287	
<i>Nemeorum</i> certaminum <i>primæ</i> <i>institutionis</i> qua fuerit occasio <i>ibidem</i> .	<i>Nouæ</i> <i>Comædiæ</i> ortus sub <i>Ale-</i> <i>xandro</i> 30	
<i>Nemesis</i> à <i>Scaligero</i> scripta 194	<i>Novenarius</i> <i>numerus</i> <i>Musarum</i> 8	
<i>Nenia</i> <i>Phrygum</i> inuentum 129	<i>Novitas</i> , <i>summa</i> <i>laus</i> in <i>Poetica</i> 39	
<i>Nenia</i> <i>cantus</i> qui ad <i>rogum</i> dice-		

I N D E X.

<i>Nouometer quid</i>	146	O	
<i>Noudeuonv poema quale sit</i>	398	O	<i>Raistye quid sint</i> 16
<i>Nubes aues, vespas, alia pro personis in scena accipi</i>	49		<i>Oaristyas, confabulationes quae inter virum & uxorem sunt, appellasse veteres</i> 393
<i>Nuces in nuptiis quare spargi solita sint</i>	387		<i>Objicere unde dicatur</i> 48
<i>Numerosa collocatio in oratione quae sit</i>	459		<i>Obscuritas orationis, perspicuitati contraria</i> 445
<i>Numerus siue ῥυθμὸς orationis quid sit</i>	452		<i>Obscuritas verborum quot fiat modis</i> 460
<i>Numerus apud Mathematicos quid</i>	139		<i>Obtestatio figura</i> 311
<i>Numeri ambiguam vocem, Canorem non male appellari posse</i>	515		<i>Obtestationis prodigi mēdaces</i> 270
<i>Numerus pro ἀριθμὸς, & numerus pro ῥυθμὸς in musica quid sint</i>	ibid.		<i>Ὀκλασμα, saltationis Persicae genus</i> 69
<i>Numerum Latinis, πᾶσι τὸ ἴσον, hoc est, à distributione dici</i>	ib.		<i>Ode, titulus librorum Horatii</i> 116
<i>Numina conjugalia</i>	384		<i>Ὡδία, loca extra theatrum Musis dicata</i> 87
<i>Numinum fictorum duo genera</i>	414		<i>Ὡδείον, Athenis à Pericle musicis certaminibus destinatum</i> ib.
<i>Nuncij aut viatoris penula</i>	51		<i>Ὡδείον, locus in theatro ubi canebatur</i> ibi.
<i>Nuncij deorum tres, & eorum potestates</i>	292		<i>Ὡδίων, pulpiti pars in qua canerent</i> 90
<i>Nuncij tragici</i>	61		<i>Ὡδίου multa mentio fit</i> 87
<i>Nupta egrediens paterna domo, quare limen non attingat</i>	388		<i>Ὡδὶν & ᾠδῶν, sine discrimine scriptum inveniri aliquando</i> 118
<i>Nuptiae unde dicta</i>	385		<i>Ὡδὸς pro ᾠδῶδὸς, non poeta solum, sed etiam vates</i> ibid.
<i>Nuptiales tibiae monauli ad quas canerent hymenaeos</i>	80		<i>Ὡδὶ vates tersis Peculiares</i> ib.
<i>Nuptiarum dies legitimi tres</i>	383		<i>Ὡδὶ quo modo cani, quomodo carminis genere fieri soleat à Comicis</i> 376
<i>Nuptiarum laudatio unde sumi possit</i>	382		<i>Ὡδὸς poculi genus, quod non liceret absque cantu vel propinara vel excipere</i> 117
<i>Nuptiis celebrandis vespertinum tempus commodissimum</i>	385		<i>Ὡδὸς Cratini</i> 30
<i>Nymphagogus qui fuerit olim</i>	384		<i>Oeconomia pars politica, quid & ab hac differat</i> 161
<i>Νυμφουτὶς, qui & παρζένυφος</i>	385		<i>Officium in Comordia quid distet ab officio Philosophorum</i> 49
<i>Νυμφῶτερα & δευλαμύτρια, quae femina dicta Graecis</i>	38		<i>Oleam, ex qua per initia in Nemais</i>

I N D E X.

meis corona fiebat, cum apio comutatum	101	O'p'neia etiam dona que sponsus sponse dabat, quod dempto uelotium quasi primum ab eo uideretur	386
Olympici ludi an in Iouis honorem fierent ob mortem Pelopis	94	Ω'exc quare uocent Græci quatuor anni partes	287
Olympiorum ludorum qualis fuerit institutio	ib.	Oratio ἀσώδης, qualis	191
Olympum in tibiis primum leges instituisse, idque in Apollinis honorem	77	Oratio ad societatem homini necessaria	274
Olympum primum Lydiis modis cecinisse Epicedia	76	Orationis uis unde profecta	1
Oleum fuisse Pelopem, Anthestion negatur	75	Orationem ex animo loquentis dandam in Poesi	515
Oleum Achaia oppidum	75	Orationis primo Æneidos, ab Iunone habita, artificium	275
Omen unde & quid	253	Oratio altera Iunonis septimo Æneidos, excutitur	276
Omnia tuta timere, ἀλλὰ τὰ ἐσσυπαίουσιν φοβῆναι	264	Orationis puritas, proprietates, simplicitas, quid inter se distent, 43	43
Omnis unde dictum uideatur	470	Orationis diuisio	274
Omnis oratio docet uel rem uel animum dicentis	2.3	Orationi, que ἀνάγκησιν conueniat	498
Ομοιότητων atque Ομοιόπλων, unam eademque designare figuram	512	Orationis puritas in quo sita sit	445
Opheltes fatali nomine appellatus Archemorus à uate Amphiaræo	101	Orationis natura & finis triplex	2
Opheltes Iycurgi & Eurydices: alius Eupheti & Creuse filius ibidem	32	Orationem eloquentie, & eius authorem, Oratorem. ἢ ἑὸχλῶ dici	III
Opica severitas	32	Orationis acumen in quo consistat	457
Opinionem à scientia distingui	204	Orationis utilitas & delectatio	2
Opinionem seu δόξα non esse scientie contrariam	ibid.	Oratoria ars	I
Οπλίτης δρόμος	92	Orationes elaboratas & pictas, quales conscri in Poesi oportent	274
Oratio figura qualis	348	Orationes precatorie ex Virgilio	284
Optio uerbum militare	471	Orationis proprietates in quo sita sit	460
Οπ'neia Callimacho que dona suis	386	Orationis omne genus ad delibe-	

INDEX.

ratiuum reduci	398	cum Apolline	9
Orator quid à Poeta mutuatus sit	285	Osiridis pompe	44
Orator cum Historico quid commune habeat	6	Olophrymus genus lugubris cantilena	129
Oratoris varia argumenta, omnium tamen idem finis	4	Ὡς τὺ πρῶτον aliquid dicere vel enumerare, id est, crasso filo	86
Oratori quare, & cuius arbitratu bene dicendum	3	Ὁ τῶν ὀλίγων κόσμος ad Choram, non ad Poetam pertinet	46
Oratores priscos egisse tantum, ut mouerent: Poetas, ut oblectarent solum	285	Othonis Trib. pleb. ridicula lex, quod eos qui artcm ludicram exercuissent à scena arceret	85
Oratorem in deliberationibus & i. dicitur pendere ab auditore §. 6		Otium & Ephialten primos Musis in Helicone rem diuinam fecisse	9
Oratorum duo genera re quidem vera: alia nomine tantum	255	Ὁὐκ ἐστὶ τῶν μεγάλων εὖ, ἀλλ' ἐστὶ τῶν εὖ τὸ μέγα	67
Oratoria ars forensis dicta	2	Oui figuram carmen prae se ferens	175
Orchestra Graeca	89	Ouid. in Metamorph. & Lucanus, discursuibus inepti	287
Orchestra locus thymelicorum, id est, cantorum, quique modos faciebant & saltationes	63		
Orchestra cur à saltatione potissimum nomen suum inuenerit	64		
Orchestra partes tres	89		
Ὄρχηστρις unde dicta Graecis	64		
Ὄρχηστρις proprie compositum designare mortuum	ibidem		
Ὄρχηστρῶν Italos Patomimum nominasse	43		
Orsite Cretenf.	72		
Orthia leges	78		
Ὄρθιος νόμος	68		
Ὄρθιος, aut ὀρθίος ὁ νόμος Orationis quis	455		
Ὄρθιος, βάλαντος & ἀστυα	135		
Osiris inuentor tibiae hederaceae	79		
Osiris Aegyptius, musarum pater habitus, qui esset scilicet idem			

P

P æan Aristotelis in Her- mian Atarnensem integer ponitur	120
Παῖον, παῖον, παῖον, nomina A- pollini unde facta	95
Pæan Phæbi, quando bonum numen, epith.	298
Pæanas ab hymnis non argumeto, sed stilo differre	117
Pæanes diis immortalibus pro vi- ctoria in preliis canis, non in certaminibus	119
Pæanes solis diis dicti lyricis nu- meris	117
Pæanum duo genera	120
Παῖον ἄστυα poemata	404
Pæones quatuor	143

I N D E X.

<i>Paonici misti</i>	166	<i>Pancratium carmen</i>	151
<i>Paganalia & compitalia nō fuisse statas ferias</i>	103	<i>Pancratium, peculiare certamen fuisse, ab aliis quinque statis separatum</i>	93
<i>Παλαεστᾶσαι, quare dicti sint pugiles quidam</i>	93	<i>Panocratum quale fuerit olim certamen</i>	ibid.
<i>Παλαίχρηστος, seu frugi adolescentis forma</i>	55	<i>Πανήγυρις unde originem sumpsit</i>	405
<i>Παλαίχρηστος carmen quale</i>	178	<i>Panegyrici & celeberrimi ludi Græcorum quatuor</i>	94
<i>Palæmon</i>	102	<i>Panonia quomodo celebrari soleant</i>	103
<i>Palæomagadis, genus tibia quale</i>	80	<i>Pannonum, Getarum, Scythiarumq. modi & harmonia qualis</i>	74
<i>Πάλλω Græcis, luctam à concussione dici</i>	93	<i>Πανωπερμία Græcis quid</i>	18
<i>Palinodia, hymni, pæanes, scolia, sub genere ἱγυμνίων recensentur</i>	132	<i>Panthera indumentum comptiorum Satyrorum</i>	63
<i>Palinodia Stesichori de Helena initium profertur ex Platone</i>	415	<i>Παντυχίδω Lacorum, alii πανοπλίαι vocari</i>	68
<i>Palinodia poematis genus quale fuerit</i>	132	<i>Paphlagonem fuisse Pelopem falso putari ab Istro</i>	75
<i>Pallas sola deorum cur fulmina iaculetur</i>	291	<i>Papinius Statius ter victor in Albanis: ubi Minerue ludicrum, in quo certabant hymnis</i>	108
<i>Palladis inuentum tibia</i>	77	<i>Πάππιοι, primus & secundus senex</i>	54
<i>Pallada saltantibus dioscureis fecisse modos scripsit Epicharmus</i>	68	<i>Παροῦλαῖος in locum Chori substituta</i>	30
<i>Palliata fabula</i>	32	<i>Παροῦλαῖος successit in locum chori ib.</i>	
<i>Palliatarum nomen unde</i>	52	<i>Παροῦλαῖος Tragedia</i>	370
<i>Pallium Græcis omnibus commune</i>	52	<i>Παροῦλαῖος media Comædia propria</i>	31
<i>Palmas victoribus Græco ritu apud Romanos datas</i>	110	<i>Παροῦλαῖος maledica</i>	32
<i>Pan inuentor fistulæ</i>	20	<i>Παροῦλαῖος saltatio quedam sic dicta</i>	67
<i>Pan author tibiæ</i>	79	<i>Παροῦλαῖος, quare dictus Græcis lectus, qui Latinis Genialis</i>	386
<i>Panathenaica quo modo peragi soleant</i>	103	<i>Παροῦλαῖος φαίειν tegebatur</i>	62
<i>Panathenaicis festiuitatibus versuum Homeri per Rhapsodos cani instituit Hipparchus</i>	112		
<i>Παρθενία festa unde</i>	405		

I N D E X.

Παροχρήσιμος quid dicebatur 41	ibidem
Παροχρημος mulier, prima perso- na tragica 61	Παροχρημος 46
Παροδιασελι, i. substitutio figura quomodo fiat 329	Paratragædiare Plauto quid de- signet 114
Παραμικτὸν poema quale sit 399	Παροτεπτο tibia 80
Παρολειψις, Omisio, species Suf- fensionis 345	Παραύησιον non tam recte Græci dici Amplificationem, quàm ἐπαύησιον 317
Παρομυθικὸν poema quale 399	Parce unde dicantur 360
Paranomasia, Agnominatio, Allusio 332	Πάρεσις, siue languor, affectationi contrar. 394
Παροπύγησις, adnarratio, figura 342	Paræmia ipsissima etymologia 354
Paranymphus quis proprie olim dictus 384	Paræmie Græca definitio, ut fal- sa reiicitur 353
Parapetasmata, id est, vela car- basiana Q. Catulli 90	Proæmij etymologia que sit 354
Parapetasmatum seu velorum in theatro usus ibid.	Proæmij institutum unde sum- ptum sit ibidem
Parapherna Iurisconsultis quæ dicantur 387	Πάροχος idem qui Paranymphus 385
Παροσάυχος vestis muliebris 52	Parodia, Rhapsodie soboles 113
Παροπρωσιώνσις, Interruptio figu- ra 344	Parodi quare adhiberi soliti, & unde nomen acceperint 114
Παροσκλώσιον quid 41	Parodia quid sit, & eius etymon ibidem
Παροσκεινὸν, siue apparatus futuri argumenti, prudenti Poetæ ne- cessaria 290	Parodia à rhapsodia sumpta 43
Parasitus cum strigili vel pectine introducebatur 52	Parodiarum persone, quales fue- rint 116
Parasito pallium obuolutum tri- buebatur in scena 51	Παροσων diuersæ rationes 46
Parasiti quare pallio induti pro- dierint ibidem	Παροσβίος saltatio, species Ionica- rum 71
Parasiti à Latinis qua tunica in- troduci nonnunquam fuerint ibidem	Παροσβίος epulum tibiæ quare dicantur 81
Parasitari & aduari, res Græca	Παροσβία ad cyathum carmina 134
	Παροσβόσιος species, allusio & inuersio 503
	Παροσβία orationis duplex 337
	Παροσβία

INDEX.

<i>Παίσιον</i> , quam <i>effrenationem</i>	<i>Pentimeris</i>	178
<i>Tullius</i> vocat <i>figura</i> 332	<i>Πεπλάσθησι</i> <i>hymni</i> qui dicti fue- runt	413
αὐθέντες dicti modi <i>frugalissimi</i>	<i>Πέπλοι</i>	61
<i>Π</i> <i>Laconum</i> 72	<i>Peplum</i> , amictus <i>viris & mulieri-</i> <i>bis communis</i>	52
<i>Particulas encliticas unam esse di-</i> <i>ctionem cum antecedente</i> 511	<i>Percontatio</i> ἐξήτασις <i>interroga-</i> <i>tionis species</i>	514
<i>Partium diuisio</i> 35	<i>Percussio</i> , sive κατὰ πλάξιν <i>figura</i> 335	
<i>Partium situs ac dispositio quo in</i> <i>genere constituenda</i> 202	<i>Perfectio homini politici in quo</i> <i>καυθισθηται</i>	228
<i>Pascua & Pascere unde</i> 44	<i>Perfidia exitus qualis</i>	271
<i>Passer unde dictus</i> 55	<i>Περίακτοι</i> <i>machine cur dicte</i>	88
<i>Pastorale, vetustissimum poematis</i> <i>genus</i> 15	<i>Περίαιτολογία</i> proprie quid sit 409	
<i>Pastoralis carminis inuentum ad</i> <i>Perfarum tempus refertur, ac</i> <i>de eius natalibus varie fabule</i> <i>recitantur</i> 17	<i>Περίοποι</i> <i>versuum</i>	46
<i>Pastores quam aratores antiqui</i> <i>magni</i> 15	<i>Περίεργια</i> , sive <i>inepta affectatio, in</i> <i>omni scripto damnatur</i>	414
<i>Παῖος</i> , quid sit 382	<i>Periodi gemina definitio</i>	495
<i>Pecus Latinus unde dictum</i> 63	<i>Periodicum carmen</i>	497
<i>Pedi, baculi pastoralis etymologia</i> 18	<i>Περίπτοι</i> quid <i>Aristoteli desi-</i> <i>gnent</i>	370
<i>Pedum exercitia antiquissima</i> 64	<i>Periphrasis, Circumlocutio, figura</i> <i>qualis sit</i>	346
<i>Pedum inequalitas unde</i> 140	<i>Περίστασις</i> , <i>circumstantia Ari-</i> <i>stoteli τὰ κύκλω</i>	209
<i>Pegma ex argento in scenam pro-</i> <i>ductum à C. Principe</i> 90	<i>Permissio sive Concessio, ἀρτανα-</i> <i>γωνία pars</i>	324
<i>Pegmata Italis quomodo dicantur</i> <i>hodie</i> <i>ibidem</i>	<i>Perfarum matrimonia non nisi</i> <i>vere inuente legitima</i>	389
<i>Pegmata in scena cur fierent</i> <i>ibidem</i>	<i>Perfarum rex quomodo quotannis</i> <i>saltare consueuerit</i>	73
<i>Pelopem vere Lydum fuisse</i> 75	<i>Persephate</i>	23
<i>Pelopis sociorum sepulchra ubi</i> <i>extiterint</i> <i>ib.</i>	<i>Persii abstrusa eruditionis osten-</i> <i>tatio perstringitur</i>	378
<i>Pentachordos Scytharum</i> 127	<i>Persona in scena quid sit</i>	49
<i>Pentametrum catalecticum, Theo-</i> <i>pompeum dictum</i> 167	<i>Persona que nec apparet nec lo-</i> <i>quitur in proscenio</i>	53
<i>Πένταδρον</i> dicitur de quinque cer- <i>taminibus simul</i> 93	<i>Persona Hermonij qualis</i> 54	
<i>Penthemimeris</i> 140		

I N D E X.

Persona à quibus possit laudari circumstantius	417	Pheninda vocabulum unde dedu- catur	78
Persona in scena quomodo veram imitetur	49	Pheninda ludus pile	ibid.
Persona alicuius officium rarum quomodo depingendum	212	Φαινομένης Virginitum vestes, quare appellata olim, & earum origo	16
Persona ficta	213	Phalanges Latine quid sint	44
Persona que apparent in scena, sed nihil loquuntur	54	Φαλις, locus quidam sic in scena dictus	86
Persona vera etymologia	50	Φαλιγγία, ibid.	44
Persona pastorum quales	ibid.	Φαλις quid	43
Personata factes quare nobis dica- tur, que à Cræcis, & ἑσπερίων & ἑσπερίων	51	Φαλις ἑσπερίων unde dicti ibidem	ibid.
Personam recte dici habitum ficti qui veram imitatur	49	Φαλις ἑσπερίων, mimi Sicyonis dicti ibidem	ibid.
Personas à figura & colore præci- pue depingi	202	Φαλις ἑσπερίων ab Isthypballis quid dif- ferant	44
Personarum descriptiones ex Æ- neide Virgilij	299	Φαλις ἑσπερίων poema, Baccho dica- tum simul & celebritas	ibi- dem
Personarum quinque præcipuarum sua cuique tribuuntur officia	46	Φαλις ἑσπερίων celebritatis origo ibidem	ibidem
Personarum distinctiones Comæ- diæ quomodo fiant	49	Pherecrates	31
Perspicuitas orationis que proprie sit	444	Philammon Delphicus primus ad aram patriam in Apollinis ho- norem choros disposuit	39
Persuasio quid sit	3	Philippi Macedonis intempestiva incontinentia	24
Persuasio fuit est omnis orationis Philosophicæ, Civilis Theatra- lis	3	Philippi imperatoris ludi secula- res, quanto apparatu celebrati	110
Pes quid	138	Philippides	31
Πέρων veterib. pelles appellatas	63	Philochetes & Telephus pame- si	62
Pescia quid	44	Philosophi & poete cum oratore in materiis tractandis commu- nitas	6
Pescia tergis pecuniam designari, quo pro aniculo uterentur an- tiqui	63	Philosophos ferreos & naturæ ob- latratores infectatur Scaliger	268
Petitio qualis esse debeat	396	Philoxeno Clari vetustiores	39
Phæmonœ primam carmine He- roico esse vatinatam	197	Philoxeni	ibid.
Plænicæ gingradis tibie inven- tores	78		

I N D E X.

<i>Philoxenus legem locricam in-</i> <i>biis statuit</i>	81	<i>Πινδαύου</i> Aristoteli	55
<i>Φωνικός</i>	62	<i>Πινaxίδης saltationis genus ab in-</i> <i>strumentis</i>	66
<i>Φωνητοὶ versus qui</i>	183	<i>Πινaxίδης ad tibiam saltari soli-</i> <i>tan</i>	71
<i>Φόνηξ tibia Alexandrinorum</i>	79	<i>Pindarum Niobes nuptiis Lydios</i> <i>modos accommodasse</i>	76
<i>Φουκτοῦρον locus in scena, seu spe-</i> <i>cula, unde dicitur</i>	89	<i>Pinus Neptuno sacra quare pute-</i> <i>tur</i>	102
<i>Phrygia tibiatarum repertrix</i>	77	<i>Pinu Isthmionica quare coronate</i> <i>fuerint</i>	ibid.
<i>Phryges tibiatarum primi authores</i> <i>dici</i>	75	<i>Pitherrum Feium Ionica in ge-</i> <i>nerē harmoniæ σκαὰ μέλα inue-</i> <i>nisse</i>	75
<i>Phrygia & Lydia, quia acuta, lu-</i> <i>ctibus adhiberi solitas</i>	76	<i>Pithoclidem mixolydio grauitatē</i> <i>& incitationem Doricam addi-</i> <i>disse</i>	75
<i>Phrygia harmonia impetus incita-</i> <i>tior</i>	ibid.	<i>Pittacus μύρω cur laudavit</i>	133
<i>Phrygiis modis ad insaniam reda-</i> <i>ctos à tibicina quadam temulē-</i> <i>tos adolescentes</i>	ib.	<i>Pittacus Myglenensis retiary &</i> <i>mirmillonis inuentor</i>	108
<i>Phrygium tibia & modus extra</i> <i>Græciam</i>	75	<i>Plagios siue Plagialos tibia pri-</i> <i>mum ab Afris inuenta</i>	79
<i>Phrymichus</i>	31	<i>Plagios siue plagialos unde nomen</i> <i>acceperit</i>	ibidem
<i>Phrymichus imperator Athenien-</i> <i>sium quamobrem creatus</i>	64	<i>Plagios olim instari solita quem-</i> <i>admodum nunc Germanica</i>	ib.
<i>Φρυμικός dicti mimi</i>	43	<i>Planipedes mimi unde</i>	42
<i>Physiologia, pars prudentiæ poeti-</i> <i>cæ</i>	286	<i>Plato reprehenditur quod solam</i> <i>artem coquinariam medicina</i> <i>seruam fecit</i>	206
<i>Phthalmij cognomen Neptuno</i> <i>quare attributum, quandoque</i> <i>fuerit</i>	102	<i>Platonis sententia de exigendis</i> <i>Poetis è Rep. quomodo intelli-</i> <i>genda</i>	10
<i>Picardos & Francos in histrionica</i> <i>excellere</i>	53	<i>Platonis in Ione locus ἀεὶ παρὰ</i> <i>δ' αὖ</i>	113
<i>Πικτικός, instrumentum musicum</i> <i>duobus constans nervis</i>	126	<i>Platonis libros ineptis ac spurci- tia non carere</i>	11
<i>Pierus Macedo quare Musarum</i> <i>pater creditus: & iis nomina</i> <i>imposuisse</i>	9	<i>Platonis error</i>	3
<i>Pietatis vocis ambigua divisio</i>	231	<i>Platoni etiā damnari quod quis-</i> <i>piam deum putet nostrumstro-</i>	Rr. iij.
<i>Πῦμα vocarunt Græci aram,</i> <i>quæ in profcenio constituebatur</i>	86		
<i>Πῦμαξ instrumentum ad psal-</i>			

INDEX.

<i>rumue indigentem esse</i>	231	Ποδμηπεῖς versus qui	183
<i>Platonici Pythagoreorum libros excoluere</i>	292	Poema esse quādam imitationem	201
<i>Platonicorum de morte & ecstasi frivola garrulitas</i>	226	Poemata inter se quot modis differant	13
<i>Plautus miscuit veteris Comædiæ acerbitem</i>	32	Poematum nomina multa fasceatim posita	134
<i>Plauti licentia qua usus in scribendis suis comædiis</i>	437	Poesis & Poema quid differant	13
<i>Plauti mos novas res moliri</i>	37	Poesis cæteris artibus in rebus tractandis quid præstet	6
<i>Plautum prorsam acerbitem fabulis suis adhibuisse</i>	32	Poesis que nunc instituitur qualis sit	294
<i>Plectrum à percussione, dictus radiolus quo musica instrumenta pulsabant</i>	126	Poesis stilus qualis	2
<i>Plenitudinis & vacuitatis in versib. observationes</i>	516	Poesis quare sit appellata	ibid.
<i>Pleonasmī species ποσδρασησις, ἰμπασις</i>	504	Poesios finis medius & ultimus qui	ibid.
<i>Plinij locus de tunicis tinctis e vaccinio Servitij Gallicis</i>	51	Poesios totam vim duobus capitibus, docendo & delectando, ab solui	285
<i>Plinij tempore recitata vetus comædia, non acta</i>	32	Poesim nature imitationem esse	194
<i>Plutarchi locus de oraculo Argina Telephila dato</i>	10	Poesios vetera materia que	13
<i>Plutarchus taxatur, qui totidem dicat Musas, quot in Mnemosyne reerentur, literæ</i>	8	Poeta quid ab oratore mutuatus sit	285
<i>Pluto Aristophan. exempti potius Chori quam omisi videntur</i>	30	Poeta & docet & delectat	2
<i>Πόνος Græcis unde originem trahat</i>	63	Poeta rerum imitator	3
<i>Πεδήπετε, vestes demissa</i>	61	Poeta excellere cupienti quænam imprimis exequenda sint	285
<i>Πεδιπῆς, à pedum motu dicta saltatio</i>	68	Poeta nomen ποιητῶν nature providentia potius quam hominum consensu impostum	6
<i>Podium in theatris Latinorum</i>	89	Poeta hoc ipsam quod ipsi sunt, alios quoque esse qui faciant	9
<i>Podium imperatori & consulibus assignatam post Casaris dictaturam</i>	86	Poete quare à Platone ἰμπελιεῖς & ἰμπαῖται vocentur	10
		Poete quare Musas innocenti	11
		Poetam non à fingendo sed à faci-	
		ciendo	

INDEX.

ciendo versu nomen accepisse		stusum calluisse	63
6		Pollux & plerique alij perstrin-	
Poetarum modi tres	10	guntur in voce κροτάβιδι;	55
Poeta spiritus diversi quomodo à		Πολυκράτος; lex tibia	77
Platone & Aristotele dicantur	ibid.	Polymnestus Colophonius	80
Poetarum à professione genera tria		Πολυμνήσις	81
II		Πελοποννησίου, Aceruatio quid	
Poetarum lectionem qui damnât,		differat ab σωμαδρισμῶ	314
ne in hominum quidem censu		Pomona nomen Autumni	394
reponendos	In præfat.	Pompa cum thesensis pro deo cui fie-	
Poetica Romæ quo tempore pri-		rent feria, pars in ludis prima-	
mum cæperit	12	ria	104
Poeticam velut alterum deum res		Pompeius ebur in scenam transtu-	
videri condere, quas cetera		lit	90
scientiæ, quasi Histrio, narranti		Pompeius aquam deduci per sedi-	
6		lia theatri curauit	ibid.
Poeticam rem absque cautu ni-		Pompeius ceteros leones in ludis Ro-	
hilominus stare	7	ma exhibuit	104
Poetices definitio	13	Πομπύειν quid sit	461
Poetria & Sibylla quo loco habenda	12	Populi appellatione interdum ci-	
Ποιητῆς nomen Musæ à faciendo,		ues tantum, interdum plebem	
7		separatim designari	425
Ποιητῆς carminum, sicut Latinis		Populus tuniçatus, pullatus	51
Factor olei tantum	42	Popularis qualis esse debeat	274
Ποιητικῆ opilionum propria	16	Πορευτικὰς inuentor Diomus Si-	
Ποιμῶ, πᾶσα τὸ ἐν ποίᾳ ἔχειν om-		culus	20
nem custodiam comprehendit		Porticus additæ theatris ambitio-	
ibidem		sioribus, ornatus gratia cum co-	
Ποιμῶ pro opilione tantum	42	lumnis & peristylis ac fastigiis	
Πολεμικὸς; modus tibia in Orthiis		89	
81		Porticus theatrorum	83
Poli, celi vertices, unde dicti		Portumnus	102
420		Potentiam quæ sit penes fœminas	
Πολιτίας nomen non rectè Lati-		intolerabilem esse	242
ne Rempublicam dici	425	Præcisio figura	344
Politia constitutio	261	Præfecti ordinum in theatro Ro-	
Politiarum species	424	ma per cuneos dispositi	85
Πολιτικὸς versus qui appellati	180	Præficarum cantiones quales fue-	
Pollucem præter ceteros artem ce-		rint	134
		Premia prisorum in certami-	
		Rr. iij.	

INDEX.

nibni cantuum	18	duplex	320
Prescriptio, interpretatio, δεξιμὸς,		Prologus	37
Finitio, figura,	133	Prologi persona nihil cum fabula	
Pretextata toga, unde dicta προεπι- פורος à Græcis	33	commune	ib.
Pretextata fabule origo	ibid.	Promethæi festiuitatibus quare	
Prætores pretextati præerant lu- dis Megalensibus	104	nocturni ignis usus	107
Prandium unde dictum	24	Promissio figura	335
Pratina poeta Philiastii hyporche- ma	124	Προμνήστρια, Latin. Pronuba	385
Praxilla Sicyonia versiculos duos habes	134	Προμύθειον & Προμύθειον locis di- stincta, pro fabule explicatione	352
Praxilleum carmen unde	158	Pronomus Thebanus tibia primus ad harmoniam cecinit	77
Πραξιούτης, quartus sæcæ	54	Προσὸδὸν ἢ Προσὸδὸς in Chorus comicus	377
Priapeum carmen	162	Proœmia & προαίτια poematum	134
Primariæ & veræ partes Comæ- diæ quatuor	35	Propempticon poema quo modo feri debeat	397
Principia rerū omnium duo	207	Propertius quo sensu usus sit vo- ce Pancratiy	93
Principis persona & oratio	274	Προσθεταίχρησιν, dona quæ vir sponse dabat, quod eam depo- sitis flammeo alloqueretur	386
Προσπαροδοσις, connexio collationis 322		Proportio quid sit	313
Προαίτια primus nuptiarum dies, latine Desponsalia	383	Proscenia & pulpitum oratoribus & legatis prouinciarum & so- ciorum assignata	86
Προαίτιον Aristotelis	77	Προσίλιωες Arcades à vetustate appellati	423
Προαίτιον τὸ πρὸ τοῦ αὐτοῦ	354	Προσοικτικὸν carmen	395
Proceleumaticus quid, & unde di- ctus	143	Πρόσοφοτος, puella	61
Προεπίλοιποι versus	188	Προσὸδὸν ἢ post strophem cani solita	377
Προεπίλοιποι & ἀποσάσεις versus qui	189	Προσῳδία quid ab hymnis diffe- rant	412
Προεπίλοποι	310	Προσῳδικὰ ἢ ἀποσῳμικοὶ modi Laconum in saltando	72
Προεπίλοποι, figura qualis	341	Prosopopœia duplex	319
Προεπίλοποι, sedes iudicium, in primo ordine	84	Προσῳδικὰ τα	312
Professio cuiusque quæ sit	49	Prostatica persona	53
Profinguis qua ratione recte des- cribitur	272		
Prolepsis species solis poetis pecu- liaris quæ sit	364		
Προσῳτικὸς, i. presumptionis usus			

Πρωταγωνιστὺς in fabulis agendis, quis	53	Ptolemai milites Telesiadem sal- tantes, Alexandrum Philip- pi fratrem interfecisse	72
Protasis non semper in primo actu sed etiam in secundo: ut apud Plautum in Milite	35	Publius mimus salibus & dicaci- tate uniuersam faciliè Græciã superauit	43
Προτέλα, sacrificij genus nuptia- le, & προτελεῖν	384	Publius & Laberius in mimis excelluere	42
Proteus versus qualis	185	Publius Mimographus æmulus Labery, sub Cæsare dictatore floruit	108
Προτοβάτης quis	84	Publium Mimographum in Al- bano certasse falso dici	108
Προσπεπικωῦ Poematis species	399	Pudicitia quid sit	243
Προῦργον, πάρεργον, ὀψέεργον quid significent	414	Pudor quid sit	ibid.
Proverbij etymologia	354	Puella quum parit non prodit	54
Proverbij definitio, quam pro sua ponit Erasmi. excutitur, & ine- pta iudicatur: substituitur ab i- pso Scaligero melior	353	Puellarum habitus quare fere peregrinus	52
Prudentia quid	205	Pueriles tibiae	80
Prudentia Philosophis quis sit ha- bitus, & vocis amplior signifi- catio	286	Pugillatus quæ fuerit ars præci- pua	92
Prudentia poetarum tria capita ibid.		Pugillatus ratio	91
Prudentiam inter morales habi- tus non ascribi	205	Pugna & pugnae Latinorum vi- de dicantur	92
Prudens poeta quis merito dicatur	286	Pugna in arena, pars in ludis pri- maria	104
Πρύλλες eadem Cypriis quæ Pyr- rhicha	68	Pugnae primum nudis Athletas certasse	92
Psalterium trigonum	127	Pulpita unde dicta	83
Psalterij & plectri usus durat hodie in Hispania	ibi.	Pulpiti altitudo	89
Ψόρον τῶ ἐπαίνῳ, τῷ κακῶρειῳ τῷ ἰκνωμῷ ἐναντιοῦσθαι	409	Pulpiti partes dua	90
Πτερυκοπέιν Græcis unde sum- ptum	90	Purgationem, sententiam, quan- uis figuram admittant, non ta- men per se esse figuras	363
Πτέρυγες & πτελεῖς, poematum Simmia Rhodij poetae, nomina	161	Pyladis in reprehendendo Hyla elogium	67
Πτερινὸν poema Phrynicho, πτερι- μὸς Nicophroni	135	Πυλὶς ostiolū in scena, quale fue- rit	86
		Pyrhicha lyricorum harmonia	125
		Pyrhicha ἀέπτου saltatio	66

INDEX.

<i>Pyrrhicha</i> quæ laboriosior erat, quo modo à posteris facta mitior 68	nem Πυρρικόυ νόμου partes quinque ib.	95
<i>Pyrrhichia</i> apud ceteras nationes una cum reliquis belli artibus desita, solis Lacedæmonis per- petua fuit 68	<i>Pythiorum origo</i> quæ fuerit Πυθαίσην 94 Πυθαίσην apud Iuuenalem quid sit ibid.	ibid.
<i>Pyrrhicham</i> non à Pyrrho dictam probatum 67	<i>Pythoni</i> , quòd esset latro, Draco- nis cognomen inditum à male- ficio 95	
<i>Pyrrhicham</i> apud saltasse in fabu- la Phrynichum 64	Πυρρὸς ἔτι Πύκτις Græci pugil, unde de 92	
<i>Pyrrhicham</i> Scaliger representa- uit coram Maximiliano Impe- ratore 68		
Πυρρὸν παρὰ τῆς Πυρρῆς ib.		
<i>Pyrrhichi</i> Spartani fuisse inuen- tum <i>Pyrrhicham</i> , Aristoxe- num dixisse ib.		
Πυρρὸν saltationis nomen ab in- uent ore 66		
Πυρρὸν καὶ ἄλλον carmen 196		
<i>Pyrrhichius</i> quid & unde dictus 141		
<i>Pyrrhichius</i> 148		
<i>Pythagoras</i> numerorum auspicia unde deprehenderit 516		
<i>Pythagoreos</i> , & <i>Druidas</i> , & <i>Chaldaeos</i> non scripta edidisse, sed certo sacramento per suc- cessionem ἀγορεύοντες 9		
<i>Pythagorica</i> disciplina de Geniis 288		
<i>Pythia</i> vetustate Olympiis antei- bant 94		
<i>Pythia</i> ab Amphictyonibus sub <i>Eurylocho</i> aucta 95		
<i>Pythia</i> Apollini dicata esse in ho- norem casti Draconis, absurdū esset dicere 94		
Πυθιαὶς νόμος, modi in honorem pugne Apollinis contra Pytho-		
	Q uadrifyllabi pedes quare in uenti 142	
	<i>Quæ</i> præcipue virtus nos ad cuiuspiam poeta admiratio- nem excitet 3	
	<i>Quæstio</i> , An <i>Lucanus</i> sit poeta, solutur 12	
	<i>Quæstio</i> Horatii, Comædia sitne poema, soluitur ib.	
	<i>Qualitas</i> vocis in acuto & gravi- sono sita 7	
	<i>Qualitas</i> hominis posita in mori- bus & fortuna 49	
	<i>Qualitatum</i> species multa 202	
	<i>Quantitas</i> dictionum duplex 516	
	<i>Quantitatis</i> vera diuisio 202	
	<i>Quantitas</i> in temporis tractu po- sita est 7	
	<i>Quantitatis</i> vitia duplicia 186	
	<i>Quatuor</i> certaminum proportio 91	
	<i>Quatuordecim</i> ordines scene pro- piorum 83	
	<i>Quinque</i> certaminum primò in- uentum quod fuerit 91	
	<i>Quinque</i> præcipue personæ ad peragendam fabulam consti- tuuntur 48	
	Quin-	

INDEX.

Quinquentionis vox unde sumpta	93	tragedia tempore accessisse ibi	
Quinquentiones à Latinis dici, qui πένταδλον vicissent	93	Regibus diadema cum sceptro in scena datum	52
Quinquagenis vetustiorum chororum constituisse	46	Reginae quo ornatus in scenam inducitur	61
Quirinales ludi, qui & Romani, qui proprie dicti sunt	104	Regum diademat a sine sceptro introducebantur	52
Quintilianus notatur in voce δεικτικος	5	Regum liberi armentorum custodius apponi soliti	23
Quintiliani sententia falsa, qui simulationem ἑρμῆα: dissimulationem ἑρόπον putarit	358	Relectio cum detestatione	338
Quintiliani locus, festus & victis gladiatoribus aliam minium substitui consuevisse	109	Religiosus quis	271
Quintiliani sententia examinatur, quod putet persona, cui oratio attribuitur, habitum describi oportere	319	Reminiscencia à memoracione distinguitur	362
Quintiliani sententia de sine Oratoris, falsa esse ostenditur	4	Remuria, festum à Remo, cui tum parentabant, postea Lemuria dictum	389
Quintiliani reprehensio de Finibus exactius tractatur	5	Remi unde dicantur	477
Quot modis fiat quominus dicendo quis non persuadeat	3	Repetitio figura	313
		Repotia, Latinis unde alter nuptiarum dies dictus sit	388
		Rerum diuisio	213
		Rerum naturam in poesi non tam describi quàm attingi debere	287
		Rerum ordinem quomodo digesserit Plato	136
		Rerum quae in poemate cadunt, diuisio	201
		Res bruta in fabulis persona inveniunt rationem	49
R		P'alcoddi cum scipionibus prodibant rubris, qui Iliadem profitebantur, quod signum cadium & cruoris	113
Ratio in mète humana quid sit	239	P'alcoddi qui Vlyssæam profitebantur, croceis prodibant scipionibus, quod eiusmodi colore exules designarentur	ilibid.
Rationem veram, posse scientiam falsam ex se parere	204	P'alcoddi qui Graecorum qui Latini	
Raoli versus	189		
Reciproci versus	184		
Reges Latini, quales in scenam introducebantur	61		
Regia mediam scenae tragicæ partem occupabat	87		
Regias, palatia, & turres scenae in			

INDEX.

<i>nis</i> lictores	85	<i>latim</i> abiere	33
<i>Ῥαῖδούχαι</i> interdum nominati sunt re Olympici ἀγῶν δέται	101	Romani & Heluetij olim cornu ad praelia utebantur	78
<i>Ῥαῖδούχαι</i> esse verisum ipsam com- mentationem	112	Romani ludi dicti, qui nihil ha- berent peregrini	104
<i>Rhapsodia</i> officij nomen atque o- pera	111	Romani populi altus spiritus in libertate vindicanda	86
<i>Rhapsodie</i> cognomentum an re- cte <i>Pisistrati</i> inuentum putetur à cantu & futura	112	Romaniscarum palliolum	62
<i>Rhapsodie</i> per excellentiam cur <i>Homeri</i> carmina vocentur	113	<i>Rosita</i> lex	84
<i>Rhapsodos</i> nominatos non solum eos qui <i>Homeri</i> , sed etiam <i>Sophoclis</i> & aliorum recitarent versus	ib.	<i>Rosius Gallus</i> histrio apud La- tinos maxime personam exco- luit	51
<i>Ῥαῖδούχοι</i> eosdem esse <i>Ῥαῖδούχους</i> nominatos, itémque <i>Ῥαῖδῶγους</i> & <i>Ῥαῖδῶδους</i>	ibid.	Rude donati qui proprie olim di- cti fuerint	109
<i>Rhapsodorum</i> illustrium nomina ibid.		Rudis baculus gladiatorius unde nomen acceperit	ibi.
<i>Rhapsodus</i> actor imitationis	3	Rugæ aliquot in fronte adoles- centis, iudicium optimi animi statuunt Physiognomones	55
<i>Rhesi</i> Tragediam unde fecerit <i>Euripides</i> , siue, ut putat <i>Scaliger</i> , <i>Sophocles</i>	112	S	
<i>Ῥίππος</i> sæda saltatio	71	<i>Scadas Argivus</i> primus cho- ros docuit canere tribus mo- dis	80
<i>Ῥίππος</i> apud Hispanos etiam- num abominando spectaculo ex- erceri	71	Sacerdotis nomine qui omnes com- prehendi possint	252
<i>Ῥίππος</i> & Græcis quid sit	71	Sacerdotum color albus in amictu	52
<i>Rhodi</i> insula ortus	424	Seculorum tria genera	15
<i>Rhodi</i> orum mos in celebrandis mu- ptiis	384	Salire proprie quis sit motus	64
<i>Rhytonica</i> fabula à <i>Rhytone</i>		Sallustius historie pater appella- tus	492
33		Sallustius in historia quanti fa- ciendus sit, & quam recte de <i>Catilina</i> orsus fuerit	366
<i>Ῥυθμὸς</i> ἢ ἀγῶν	139	Sallustij locus, <i>Psallere</i> & saltare quam necesse est proba mulie- ri	64
<i>Rhythm</i> i diuisio	ibidem.	Saltans persona	49
<i>Rhythmus</i> quid	ibidem.	Saltare Latinorum unde originem habeat	64
<i>Rhythmum</i> quomodo Latini ex- ponant	139	<i>Salta-</i>	
Romani in vicinorum mores pau-			

I N D E X.

<i>Saltatio vegeti, acris & exercitati</i>	157		
<i>erat hominis</i>	ib.	<i>Sapphicus suavisissimus</i>	ibi.
<i>Saltatio quæ literarum formas refererat</i>	72	<i>Sappho primum Doricam gravitatem admiscuisse</i>	μυζουδιῶ
<i>Saltatio tacita vetustiss.</i>	66		75.
<i>Saltationis definitio</i>	64	<i>Sappho plurima in amatoris cautionibus</i>	117
<i>Saltatio quare in honore fuerit olim</i>	64	<i>Sapientia pererudita definitio</i>	203
<i>Saltationem ad militarem exercitationem plurimum facere ib.</i>		<i>Saraina</i>	90
<i>Saltatio ad pilam</i>	73	<i>Sarcasmi militum hoste interempto</i>	249
<i>Saltationis differentia & species pro argumentis fabularum</i>	6	<i>Sarcasmos, siue irrisio figura, unde originem sumpserit</i>	357
<i>Saltationum duo genera apud Homerum</i>	65	<i>Σάδν, salacitas veteribus</i>	47
<i>Saltationes Laconica quales pleeraque fuerint</i>	69	<i>Saturnalibus quietiora omnia exhibita</i>	107
<i>Saltationum nomina pro locorum temporum ratione</i>	71	<i>Saturnici versus qui</i>	170
<i>Saltationis varia genera & nomina</i>	66	<i>Saturnius versus unde dictus</i>	171
<i>Saltationis qui meminerunt auctores</i>	64	<i>Saturnum in maleficiis & incommodis cur nominet Virgilius</i>	291
<i>Saltationis divisio & vocalis & tacita</i>	ib.	<i>Satyra ex Tragædia prodiit</i>	43
<i>Saltationum nomina varia à regionibus</i>	71	<i>Satyra Tragædia soboles</i>	III
<i>Saltationis genera qui descripserint</i>	64	<i>Satyræ non à Satyra, vel lege, vel lance dictam</i>	47
<i>Saltus à saltatione quæ differentia</i>	ibid.	<i>Satyræ species duæ à characteribus</i>	48
<i>Sambas tibiçinis nomen barbarum</i>	77	<i>Satyræ Latine non interserenda Græca</i>	379
<i>Samyrio auctor prioris ætatis Comædiæ veteris</i>	29	<i>Satyræ qui Tragicorum versuum leges obtinuerint</i>	47
<i>Sapientis ac felicitatis Principis est, prohibere maleficia, quam parvata potius punire</i>	229	<i>Satyræ species à generibus carminum</i>	ib.
<i>Sapphicum</i>	197	<i>Satyræ species tres à ratione poematis</i>	ib.
<i>Sapphicum genuinum quale</i>	ibi.	<i>Satyræ non esse Latinam totam ut quidam falso putarunt</i>	ib.
<i>Sapphicus vetustus qualis fuerit</i>		<i>Satyrarum species quot modis agnoscantur</i>	ib.
		<i>Satyræ unde nomen acceperint</i>	ib.

INDEX.

Satyri quomodo in proscenium pro dierint	47	re atque informare poetam per fectum	228
Satyri quare saepe militari inter- dum introducti	63	Scamoni Sicimii, πᾶσι τὸ σκίσιον dicta videtur. addit Scaliger	
Satyri iidem qui Tityri	47	κινεῖσθαι	67
Satyri comites Bacchi	ibid.	Σκᾶνος	38
Satyri & Tityri comites Panis, vel Liberi Æliano	20	Scanzones	194
Satyrum num reprehensorem ef- se oporteat	30	Scanzones Iambici	150
Satyrorum persona	63	Scena quid sit	38
Satyrorum arma siue venabula ib.		Scena argentea	87
Satyrorum ac mimorum propria actio cum saltatione	53	Scenæ actuum portiones minores	35
Satyrorum nomina, actus, facies	63	Scenæ comica media pars potentio- rum ades insigniores continebat	87
Satyros saltantes cur fecerit Vir- gilius in Bucolicis	67	Scenæ satyrica medius locus erat spelunca	ibid.
Satyricus ornatus	63	Scenæ intium & finis qui fieri so- leant	38
Satyricum poema quale	48	Scenæ appellatio unde sumpta ib.	
Satyrica carmina ludis addita A pollinaribus & Scenicis	106	Scenæ partes aliæ aliæ	87
Satyrographi inter se quo conue- niant omnes quoque dissideant	378	Scenarum facies quomodo tem- pore aucta	ibid.
Satyrographi tres, Iuuenalis, Persius, Horatius, stilium ha- bent diversum	379	Scenarum modus prisceus atque etiam militaris	86
Sbernia quid	62	Scenici ludi Sibylla iussu, pro bo- na valetudine restaurati	110
Scævola primus leonum pugnas dedit	104	Scenici ludi certo nomine libero patri peculiare erant	105
Σκῆμα μάχης	75	Scenici ludi à Theatralibus quid differant	106
Scalarum vsus additus theatro	83	Scenicis serè respondent Athenis Dionysia	ibid.
Scaliger coram imperatore Maxi- miliano Pyrrhicham πᾶσι πᾶσι representavit	68	Scenicorum nomen Megalensibus ludis communicatum ab um- braculis	105
Scaligeri parodia in Doletum	115	Sceptrum quid sit	52
Scaligeri genius	293	Σκῆμα ἵππου idem esse quod ἵππος	208
Scaligeri consilium fuit inchoat-			Σκῆ-

Σχίσματα ἐν τῷ περὶ 305	Scolion de <i>Atiacis</i> virtute 122
Σχηματισμοὶ, seu modi corporis variij 65	Scolion in nuptiis à discumbenti- bus lauro & myrto coronatis cani solitum 121
Σχονίων tibia harmonia 81	Scolio μέλαι qui vicissent olim, pa- culo donabantur, quod à cantu ᾠδῆς dicebatur 120
Σχονίζεσθαι de poematibus Ionicis dici, πάντα ποιεῖν ἕξω κόσμου 131	Σκὰψ 65
Σχοινοῦμα, locus istmi à iunice nomen habens 102	Σκὰψ qui Latinis <i>Asio</i> , avis qua lis sit 71
Σκιαγραφία Galeno qui dicantur 55	Σκὰψ siue σκοπία pro gestu ib.
Scientia aut verè & simpliciter est, aut laxa notione 3	Scopulum, πᾶσα τὸ σκοπεῖν δικά 470
Scientia finis quis 204	Scytalia, pusilla fuit tibia 80
Σκίνδαλος, instrumentum Lyri- cum τετραχορδον 126	Scytalia tibiola ab exigui furculi similitudine dicta ib.
Σκηνουῶν, verbum militare 38	Scythiis nihil magis laudabile quam carere mœnibus 402
Sciras author fabulae Italicae 33	Seculares ludi quibus & quomo- do peragi soleant 110
Scissio vestium apud veteres visita- ta 245	Seculares ludi pro incolunitate po- puli Romani à <i>P. Valerio Pu- blicola</i> primùm constituti ib.
Σκολιὰ μέλαι à <i>Pæanibus</i> nisi ma- teria siue argumento differre 117	Seculi nomine centum annorum spatium comprehendi, quo etiã hominis vitam constare putar- bant veteres ib.
Σκολιὰ μέλαι cum virorum fortium laudatione in conuiujs cani so- lita 117	Sedendo sapientio rem animam fieri 229
Scolia in conuiujs recitandi tres ponuntur modi 121	Sedatores & statariae Comœdiae 34
Scolion de <i>Admeto</i> elegans 122	Segmenta cæli que appellantur 421
Scolion neutiquam pedibus aut numeris à <i>Pæane</i> differre 121	Σειγίτω ἐν <i>Libyæ</i> tibiis canendi authorem 75
Scolij initium quod est apud <i>A- ristophanem</i> in <i>Vesp.</i> habes ibi.	Semus <i>Delius Phallophorici</i> car- minis author 44
Scolij nomen unde originem ha- beat variæ sententiæ ibi.	Senarius catalecticus dactylorum nobilissimus 196
Σκολιον proprie à flexuoso ordine sicuti serpentum reptatio, quod non à proximo in conuiujs, sed ultrò citròque exciperetur ibi.	Senarus consulto cautum, ne quis <i>Romam Africanos leones</i> por- taret 104
Scolion variis argumentis ada- ptari 120	

INDEX.

<i>Senatusconsultum de subsellis, de</i>	252
<i>ne cui sedenti spectare licitum esset</i>	82
<i>Senes in fabulis quales fingebantur</i>	54
<i>Senes cur comparationes faciant plurimas</i>	147
<i>Semilis aetas moribus ferè contraria adolescentiæ depingitur ib.</i>	
<i>Senium siue decrepita aetatem à Comicis capularem vocari</i>	50
<i>Sententiarum modi duo</i>	368
<i>Sententiæ simul cum strophis abfoluendæ</i>	193
<i>Sententiæ dieaces quando agi cœperint</i>	33
<i>Sepultura cur adeo prospiciant mortales</i>	268
<i>Sermo à serendo</i>	476
<i>Sermo est veluti animi portitor</i>	1
<i>Sermo quorsum datus</i>	13
<i>Sermonis regulæ</i>	1
<i>Sermonis ex amplificatiõne lex dicendi orta</i>	ibid.
<i>Sermonis ornatu</i>	ibid.
<i>Sermocinatio quid à Pro soppœia differat</i>	319
<i>Sermocinatio quid sit</i>	309
<i>Serpentini versus quales</i>	185
<i>Serrana tibia quales</i>	78
<i>Serui amictus</i>	51
<i>Seruis quare tunica angusta & curta pro amictu fuerit</i>	ib.
<i>Seruis interesse ludis Megal. cur nefas fuerit</i>	105
<i>Seruatorum communium nomina</i>	50
<i>Sesquata quid</i>	176
<i>Sesitha Thracis conuiuium apud Xenophontem, quid de saltatione contineat</i>	72
<i>Sibyllæ vatum nomen habent</i>	
<i>Sicinnis unde dicta</i>	67
<i>Σικιννίς lasciuia in Satyris saltatio</i>	66
<i>Sicinnista qui dicantur apud Gelium</i>	67
<i>Σικιννοτάβη modum tibiae vocabant in ridiculis</i>	81
<i>Signa, tabulae, & imagines in scena constituta</i>	90
<i>Sileni comites Bacchi</i>	47
<i>Sileni cantus</i>	22
<i>Sileno qualis tunica daretur</i>	63
<i>Silenum longissimis versibus Scalliger primus cecinit</i>	148
<i>Silenum quare Virgilius canentem finxerit res recondita atque composita sapientia</i>	380
<i>Σιλωϊ, ἀπὸ τῆς σιλωϊτικῆς</i>	47
<i>Σιλωϊ; quid significet</i>	ib.
<i>Silli Timonis</i>	133
<i>Σίλην saltationis nomen</i>	67
<i>Simicum instrumentum musicum</i>	127
<i>Σιμουσιων carmen quale</i>	154
<i>Simodi</i>	131
<i>Simonides apud Hipparchum maximo in honore habitus</i>	113
<i>Σιμὸς lateralis Galeni quid</i>	41
<i>Simplicitati opposita Amplificatio</i>	316
<i>Simulatio, & dissimulatio inter se quid differant</i>	356
<i>Singulares tibias impares dictas</i>	79
<i>Singularis tibia, cuiusque aeneæ apud Tyrrenos varius usus</i>	78
<i>Sinistra scene comica pars humilissimam quoque personam capiebat, aut sanum desertum, aut omnino vacua</i>	87

I N D E X.

<i>Sinistrarum tibiaram appellatio,</i>	Σωείτις	314
<i>& earundem Ionica quare dicatur harmonia</i>	Σωσπα, quae seruatoribus darentur olim dicta	387
<i>Sisyphus & Athamas Æolo geniti</i>	Sotada Maronita versus, fuga, obitus	131
<i>Sisyphus Isthmia instituit in honorem Melicertæ</i>	Sotadeum carmen	184
<i>Situs loci quis sit, & quibus affectus conditionibus</i>	Σωτήρια sacrificia	395
<i>Σπαρτοί unde dicti Thebani</i>	Stadium cccxv. passus capiebat	93
<i>Species rerum quomodo in animos nostros subeant</i>	Στάσιμα carmina quare dicta	117
<i>Σπυνοπώων</i>	Stataria fabula quænam appellantur	34
<i>Σπυνοπώων muntius tragicus, qui & in Comiciis</i>	Stellarum nec pares moles, nec paribus interuallis dissita	257
<i>Σπυνοπώων Galeno quid sit</i>	Stellata Neronis in theatro parapsasmata	90
<i>Spondæus quid & unde dictus</i>	Stesichorus inuentor palinodie	132
<i>Spondiaca tibiæ æquæ distantia fuisse foramina</i>	Stilus Satyræ qualis esse debeat	379
<i>Spondiacis tibiis utebantur veteres ad hymnos deorum</i>	Stipem cogere nemini licuit, præter Ideæ matris familias, easque iustis diebus	105
<i>Spondiacorum usus</i>	Στοικήτια quamobrem uocata sint	70
<i>Spurius versus qui</i>	litera	70
<i>Sobas saltationis genus</i>	Stoicorum de qualitatibus falsa opinio	202
<i>Soccus humilis erat</i>	Stoicorum sapientia ferrea exagittatur	239
<i>Societatis diuisio</i>	Strabonis ex Ephori historia de Pythone sententia	95
<i>Socios qua ratione uocet suos apud Virgilium Æneas</i>	Stratagema quid sit	237 251
<i>Socrates εἶπων quare dictus fuerit</i>	Στρατηγικά τα Græcis quæ dicantur	2
356	Strenam, quæ sit strenam quare inter prælati sunt præstis Latini	280
<i>Socratem duas uxores habuisse negatur</i>	Strigilis & ampulla datur Parasitis apud Plantinum	55
<i>Socrates saltationi dedit operâ</i>	Strigosi versus	187
<i>Socratis genius</i>	Στρέβλος uotus quis	66
<i>Sodalitates perueterem esse rē</i>	Στρέβλος unde dicta saltatio	71
<i>Solonis lex, luxuriam celebritatis nuptiarum reprimentis</i>		
<i>Sontes primum obiecti feris in Ærenam quo tempore fuerint</i>		
<i>Sophoclis in Æschylum dictum lepidum</i>		

I N D E X.

Suasio finis omnium orationum	Sypilus, <i>Lydia</i> mons	75
5	Syriaca tibia proprium quid	77
Suasoria oratio quibus potissimum nitatur argumentis	Syrmata	61
277	Συρτός	ib.
Summitas stili quid à venustate differat	Σύσασσις, Tragedia corpus totum fatale dicitur	370
465	Σύσμημα in Choris Comicis quod ἐπωδὸς Lyricis	377
Subsellis pro telo in spectaculis Romani, dum pignant de loco, rem agebant	Συζυγία modorum	76
82	T	
Suetony in Tiberio locus exponitur	T avernariae fabula unde appellata	33
33	Τὰ διὰ πιασῶν octo tonis constare	8
Snida interpretatio, ut minus apta de voce Parodia rejicitur	Talaris vestis mulierum qualis	52
114	Τάλασσι, qui ἔτ τάλασι, unde τάλασιο ὄρησι	383
Superbia saepe numero fortem comitatur	Talasio unde deducatur varia adducuntur rationes	ib.
267	Τὰ πρὸς δάλασσις φοβέσθαι, ἐρημίαι οὔσαι	279
Supercilia intenta consideratum hominem designasse	Tauri ludi diis inferis consecrati sub Tarquinto superbo	107
55	Tauri ludi unde nominati	ib.
Supercilia corrugata diiudicantis erant	Ταυτοπόδες versus qui	184
ibid.	Ταυτοπόδια quid	143
Superficies quid apud Iuristam significet	Ταυτότης à palilogia quid differat	498
217	Tegumentum duplex	50
Superstitio quid sit	Tegumentorum cum ornatu appellations	ib.
271	Tegumenta simplicia	ibid.
Συβώπια	Teleclides	31
Συγκριτικοὶ versus	Τίλειον carmen quod	177
147	Τίλειος quare dictus Iupiter	384
Συγκυκλιώσεις coniunctio multarum rerum	Τίλος veteribus quamobrem γάμον designavit	384
317	Τίλον sacrificium & dies nuptiarum	ib.
Σύνεσις conceptio	Telesiades saltatio unde dicta	68
345	Tele-	
Syllogismus quid sit		
339		
Sylva quare nominata fuerint quaedam Poematia		
380		
Sylviarum cura quare ab Senatu Consuli iniuncta		
21		
Σύμμετρος mulierum vestis talaris		
52		
Symposium & Phaedrum Platonis, censet Scaliger operis precium futurum esse nunquam legisse		
11		
Σύναψις eadem quibusdam quæσσωθεσιμὸς		
314		
Συναθεσιμὸς commentatio		
ib.		

INDEX.

Telestes saltator Æschyli	65	fitbatur	349
Telestæ Selinuntij versus super harmonia Phrygia lepidissimi ponuntur	76	Θαυμασις	66
Telus tibicen Alcmæni poeta	76	Theatrales leges Romanorum va- riæ	84
Temperantia cæterarum virtutum mater	205	Theatralis saltatio dicta ad diffe- rentiam vulgaris	66
Temporis descriptio	219	Theatri partes accessoria	90
Temporis qualitates diligenter observande	220	Theatrique ambulatorij Thespis author	82
Temporibus xxx. longissimi ver- sus tractum cohiberi, falsum esse	167	Theatri partes	83
Tenor pro elatione vocis aut de- pressione	516	Theatri Romani, quod M. Scæv- rus Ædilis faciendum curavit, descriptio	82
Terentianæ puritatem orationis & artem summam, qui factum sit ut multorum Comicorum facetiis postponerent veteres	375	Theatri figura qualis	ib.
Terentij locus in Eunuchio exposi- tus	32	Theatrum unde dictum	81
Terentiûs quàm Plautus cur plu- ris à nobis hodie fiat	375	Theatrum Athenis è lapido stru- ctum, quum antea sublicium fuiſſet	82
Teretes versus qui	180	Thebanis assignatur inventum tibiatarum ex ossibus ferarum	79.
Τερπίσπιος citharæ modus	126	Theocles, Elegorum author	129
Terſus stilus quis dicatur	460	Theodoricus Gothorum rex, uni- versum vsus gladiatorum ſu- ſtulit	109
Τετρακόμος militaris, Herculi sa- cra, saltatio	68	Θεολογίον, subtilitatis locus in thea- tro sine machina, si quando nu- men aliquod introducebatur	89
Τετραλογία σατυρικὰ, à quatuor festiuitatibus dicta	35	Theologia prudenti poeta necessa- ria	286
Tetrameter quid	146	Theophrastus ab anicula Athe- nis agnitus, & appellatus pere- grinus	53
Τετραοιδεῖς modus citharæ	126	Θεοπνεύτων poetarum duo genera	II
Τετραώγεσσι & τετρίπποις Græcis, quadrigæ Latinis	94	Theopompus	31
Θάλαμος, cubiculum nuptiale, unde Græcis deductum	381	Θεὸς ὑπὸ μηχανῆς, à machinis scē- nticis ad proverbum rerum de- ductum	55. q.
Thaletæ Gortynij seculum	80		
Thaletis sententia, qui aquam o- mnium rerum elementum pro			

INDEX.

<i>Speratarum trahitur</i>	88	<i>Thyrſus quid ſit</i>	48
<i>Θεός δὸν μυχῶνς Tragediæ pro-</i>		<i>Thyrſi & conti quare Satyris tri-</i>	
<i>prius</i>	26	<i>buerentur</i>	63
<i>Θεός ὕψις</i>	66	<i>Tibiæ dextra & ſiniſtra quare ſint</i>	
<i>Θεός ὕψις duplex</i>	67	<i>appellatæ</i>	79
<i>Theſſi ſaltatio quare ἡεῶνς vo-</i>		<i>Tibia è Sambuco emedullata</i>	79
<i>cata</i>	69	<i>Tibiæ eburneæ</i>	78
<i>Θέος ſoni demiſſio</i>	76	<i>Tibia arundineæ qui fierent</i>	78
<i>Θεός μὲν ἄρα quare acta Cereri</i>	81	<i>Tibia nuptiales cur bina iunctæ</i>	
<i>Theſmophoria, ſacra Cereris ſine</i>		<i>impares</i>	80
<i>ludis cum pompa</i>	103	<i>Tibia Afrorum Nomadum in</i>	
<i>Theſpiades Muſe vnde nuncupa-</i>		<i>pascuis equarum uſus, materia</i>	
<i>ta</i>	9	<i>& modus</i>	20
<i>Theſpiis oppido Bæotia primum</i>		<i>Tibia ſiniſtra</i>	79
<i>ceciniſſe Pierum</i>	ib.	<i>Tibia dextra</i>	ib.
<i>Theſpis perſilium Scenarum in</i>		<i>Tibia ex aſininiſ oſibus atque ar-</i>	
<i>plauſtris circumactarum, reper-</i>		<i>gento</i>	78
<i>tor</i>	28	<i>Tibia ex aquilarum & vulturum</i>	
<i>Theſſalas mulieres nudas ſaltæſſe</i>		<i>oſibus apud quos populos uſus</i>	
<i>cum διαζώσθαις</i>	72	<i>fuert</i>	ibid.
<i>Theſſali Æolenſiū integerrimi</i>	74	<i>Tibia nomen apud Latinos vnde</i>	
<i>Theſſalos à Doriensib. Æoli au-</i>			79
<i>ſpiciunt & ductos & dictos eſſe ib</i>		<i>Tibiæ ſpondiacæ</i>	78
<i>Thenſa quid ſit & vnde dicatur</i>		<i>Tibiam ex hederaceis internodi-</i>	
	107	<i>is multiforem excogitaſſe Oſi-</i>	
<i>Θεῶντος modus tibiæ apud</i>		<i>ridem</i>	79
<i>Argolieos</i>	81	<i>Tibia ex lauro qualis fuerit in</i>	
<i>Θεῶντος αὐτὸς vnde dicta</i>	79	<i>Africa</i>	ib.
<i>Θεῶντος vnde</i>	476	<i>Tibiarum ac modorum duplex</i>	
<i>Thracum mos & dexteritas in ſal-</i>		<i>ratio</i>	74
<i>tando</i>	72	<i>Tibiarum partitio à ſeculis</i>	80
<i>Threni</i>	426	<i>Tibiarum inuētores plures re-</i>	
<i>Threni, lugubres cantus</i>	128	<i>cententur</i>	77
<i>Θηῶντος διοργανῶς</i>	63	<i>Tibiarum differentie ab ætatibus</i>	
<i>Thymelica</i>	74	<i>& ſexibus tres</i>	80
<i>Thymelici in Orchestra, In pro-</i>		<i>Tibiarum genera</i>	77
<i>ſcenio ſubicines cum Choro con-</i>		<i>Tibiarum differentie à ſonis.</i>	80
<i>ſtituti</i>	39	<i>Tibiarum nomina varia, à mul-</i>	
<i>Θηῶντος à ſacrificiis vocatur ara</i>		<i>tiplici uſu ipſarum</i>	ib.
<i>theatri, aliis θεῶντος</i>	86	<i>Tibicen in Comædia loco Chori</i>	38
<i>Θηῶντος tibiæ modus qualis</i>	81	<i>Tibicines, citharædi cum cithari-</i>	

INDEX.

stis in Pythia introducti	95	bet, sed in persona ad fabulam pertinentem	36
Tibicines versus qui	179	Tragœdia & Comœdia in quibus unum sint aut differant	27
Timocreonis Rhodij solion in vituperationem Pluti	121	Tragœdia non inuenta, sed excul- ta prius quàm Comœdia	26
Tiresia reticulum quale	62	Tragœdia primus author quis fue- rit pro comperto non habetur	28
Titulus & honor idem	37	Tragœdia conficiendæ ratio	368
Titulus quid sit & quod sit eius etymon	ib.	Tragœdiæ proprium nequaquam esse, ut exitus sit infelix, modo intus sint res atroces	367
Titulum non a tutando, sed παρὰ τὸ πᾶν ἢ τὴν τιμὴν dici	434	Tragœdiæ vetustas	25
Tityrmus, & Tityri vnde dicti	20	Tragœdiæ membra ex Aristote- le	46
Tityrus priscis Æolensibus capella sonat	47	Tragœdiæ quo modo delectent	373
Tityri, Liberi patris socij & mi- nistri	ib.	Tragœdiam scripsit Callias, nomi- ne Grammaticam	34
Τὸ εὐχæαι ἢ ἀκμὴ in Epiphonema- tis	457	Tragœdiam Comœdia vetusti o- rem non esse	25
Togata fabula	33	Tragœdiarum species à loco argu- mentorum generib. diuersæ	34
Toni veteres communes tribus mo- dis, Dorio, Phrygio, Lydio,	80	Tranquilli error, qui Troiam lu- dum Pyrrhicham fuisse saltatio- nem putet	104
Torebum quare legatur authorem fuisse Lydiorum modorum	75	Tranquilli locus de voce præco- nis, inuitantis populum ad eos ludos, quos nemo vidisset nec visurus esset	110
Trabeata fabula	33	Translatio siue metaphora quid sit	321
Trabeata comœdia	ibidem	Translatitium statum ad coniectu- ralem referri posse	6
Τὸ τι λῶ ἐῖ quid vocet Aristote- les	407	Trapezita nomen	50
Τραχῆαι in versu	189	Trapezuntius Hermog. imitator traducitur	445
Τραχηλισμός	66	Trasymachum ante omnes nume- rosam fecisse orat ionem	285
Tractatio siue διατύπωσις quid sit	307		
Tractatio à Demonstratione quid differat	309		
Τραχῆν, ornatus satyricus	63		
Tragici ornatus veteres	62		
Tragœdiæ etymologia	28		
Tragœdia sententiis quasi colum- nis, ac pilis quibusdam fabricæ illius fulcienda	368		
Tragœdia neque argumentum neque prologum separatim ha-			

INDEX.

<i>Trebatius auro scenam ornauit</i>			
90			
<i>Tribus unde dicta</i>	39		
<i>Tribrachus quid</i>	142		
<i>Τερχοπία unde constet</i>	41		
<i>Τερχοπίας Τυρτεus author</i>	ibid.		
<i>Τρίπρονος, dictio quae dicitur</i>	76		
<i>Tritici & Panis voces Heroici non esse carminis, sed pro eis Cererem poni à Virgilio</i>	477		
<i>Τετράστις</i>	46		
<i>Τετράστις Chorus</i>	41		
<i>Trocheus quid & unde dictus</i>			
141			
<i>Τερχάρος & ὄζυς modi citharae, à celeritate temporum dicti</i>	126		
<i>Trochaicus versus</i>	151		
<i>Troia, ludi genus diuersum à Iuuenalibus</i>	111		
<i>Troia luána</i>	69		
<i>Troia & Castrenses ludi quare celebrati fuerint</i>	103		
<i>Tropus quid sit</i>	496		
<i>Tunicate Comædie</i>	33		
<i>Turbulenta Comædia</i>	34		
<i>Turni oratio quo sit facta artificio</i>	262		
<i>Tydeus heroum minimus statura</i>			
53			
<i>Τυφώδης Galeno, qui ad tumultuos modos facerent</i>	67		
<i>Tyndaris Sicilia pagus</i>	17		
<i>Τύπος proprie Græcis quid sit</i>			
307			
<i>Tyranni persona & oratio qualis effici debeat</i>	274		
<i>Tyranni & principis boni differentia</i>	229		
<i>Tyrtæi carmina quomodo concinuerint præsi Lacedæmonij</i>			
69			
			V
		<i>Vasfrictus quemadmodum recte designari possit</i>	269
		<i>Valerij Martialis epigramma de Gaditana intelligendum</i>	72
		<i>Varietas orationum apud Virgil.</i>	224
		<i>Varietas carminum à membris</i>	117
		<i>Varietati imprius studendum Poete</i>	226
		<i>Varronis error</i>	139
		<i>Varronis lapsus in etymo Comædie</i>	25
		<i>Vatum obseruationes</i>	252
		<i>Vehementia orationis in quo consistat</i>	489
		<i>Venationes Circensibus ut & Castrensibus ludis edi solitas</i>	106
		<i>in Venatu loqui neutiquam factum putatur</i>	15
		<i>Venetas ex aliarum urbium ruinis conditas esse</i>	423
		<i>Venus, numen idem gaudiorum atque amorum</i>	16
		<i>Venustas quae Græcis χαιεris, quid à pulchritudine differat</i>	446
		<i>Vera & simplicis scientiae definitio</i>	3
		<i>Verba alata cur nominet Homerus</i>	9
		<i>Verbas aris Apollinis imponi solitas</i>	86
		<i>Verborum ornatus duplex</i>	439
		<i>Verborum grandium ac splendidorum obseruatio ex Virgilio pag.</i>	468
		<i>Verborum prolixitate aut breuitate qua ratione uti deceat Poetam</i>	515
		<i>Veritas</i>	

INDEX.

<i>V</i> eritas in dicendo quotuplex, & quæ sit	3	<i>V</i> inum anima consiniorum	81
<i>V</i> ersificatores à Poetis quid differant	7	<i>V</i> irge in manus agentium fabularum unde sumpta	51
<i>V</i> ersus quid	145	<i>V</i> irgilius solus dignus nomine poetæ	208
<i>V</i> ersus cœcæ dactylos	148	<i>V</i> irgilius poetarum rex	251
<i>V</i> ersus cœcæ ζυγώδης	147	<i>V</i> irgilius in tota sua Æneide quæ disponendi rationem secutus sit, docetur	365
<i>V</i> ersus perfecti qui vocentur 179		<i>V</i> irgilij eruditio non affectata	290
<i>V</i> ersus γυδία ποιη	150	<i>V</i> irgilij ex Catulli Epigrammate parodia	115
<i>V</i> ersus Cn. Marrij	103	<i>V</i> irgilij παρὰ σκευῆς, quibus auditorum quasi prægestatione allicit ad epulas, summa prudentia	290
<i>V</i> ersuum genera	145	<i>V</i> irgilij institutum quod fuerit in tota Æneide	228
<i>V</i> ersus unæ dictus	144	<i>V</i> irgilij ornamenta varia in describendis cædibus	225
<i>V</i> ersus constans unica voce	148	<i>V</i> irgilianæ poeseos ἐπίγραμμα	294
<i>V</i> ersus ἀνεργασίης qui	147	<i>V</i> irtutes quatuor poetæ	286
<i>V</i> ersus maximus quare ἑταίρειος ἰσχυροῦς dictus	192	<i>V</i> irtutem sibi ipsam & precium & premium esse	229
<i>V</i> ersus, qui omnes in se orationis partes complectitur	178	<i>V</i> irtutum corporis dispositio, quæ cuique certamini aptæ	93
<i>V</i> ersus illibati qui à Grammaticis dictifunt	177	<i>V</i> is maxima poetis quæ sit	83
<i>V</i> ersuum nonnullorum apices quare plus marginis occupent	175	<i>V</i> itia versuum à quantitate	186
<i>V</i> ersuum secunda divisio à partium genere sumpta	146	<i>V</i> itia qualitatis duplicia	189
<i>V</i> ersum in versum posse mutari	200	<i>V</i> itium figura	191
<i>V</i> estalibus contra Prætoris tribunal locum in theatro dedit Augustus	85	<i>V</i> mbacula pro castis & locis actorum excitata, scenis Greci vocant	83
<i>V</i> estes prytanicæ	86	<i>V</i> ocem unam in plures pedes posse dividi	138
<i>V</i> estium colores	52	<i>V</i> oces, notas animi esse	140
<i>V</i> eteranis emeritis Alexander primas sedes in spectaculis assignavit	85	<i>V</i> oluptas quid sit	402
<i>V</i> eteris & novæ comædiæ differentia	31		
<i>V</i> etula vestis casta, id est cinerea	52		
<i>V</i> erustas poetices	9		

INDEX.

*Votius ludi qua occasione quoue
instinctu celebrari soleant* 109
*Votius ludis palma data victori-
bus, itémque populo epulum ab
adilibus* 110
Vox, aer est motus 7
Vrbana multitudo qualis 240
*Vrbem constituendam aut iam
constitutam quemadmodum
describi oporteat* 259
*Vrbem quemadmodum à situ &
aliis commodis, siue in plano
siue ea in edito sit loco cõstitu-
ta, laudare possis* 401
*Vrbis alicuius situs quibus potif-
simùm laudetur causis* ibid.
*Vrbis Encomion quibus explere
possis habes* 422
*Vrsus in Numidia nullum re-
periri putant quidam* 105
*Vulcanalibus in ludis quare no-
cturni igni vsus* 107

Ξ

Ξ *Ἰερισμός* 65
Ξ *Ἐύλας παρελάτικ* 66
Ξ *εὐσῆς, amictus species* 62

Υ

Υ *ἕς ἰατρῶν, loquendi mo-
dus apud Græcos unde
fluxerit* 9
Υ *ἕξ, quare saltatio Persarum
propria, vocata fuerit* 69
Υ *ὑπερατον quid sit, & unde no-
men* 508
Υ *ὑμνῶν ἁρμονία* 75
Υ *ὑπερείου tibia dicta* 80
Υ *ὑπεροχὴ figura qualis* 506
Υ *ὑπερῶν Græcis quid* 11
Υ *ὑπερῶν saltatores qui* 571
Υ *ὑπερῶν modus ac tibia que
dicta* 74
Υ *ὑπερῶν quid & quare* 192
Υ *ὑπερῶν quid à Deo differat O-
ratoribus* 432
Υ *ὑπερῶν quid sit* 308

Ζ

Z *Elotypiam in fœmina extre-
mum supremumque affe-
ctum* 242
Z *ὑπερῶν etymologia & defini-
tio* 264
Z *ὑπερῶν Chori* 39

F I N I S.

